Acta facta in vno iudicio, in quo non periit instantia, faciunt fidẽ i alio iudicio inter easdẽ personas, & ista est regula firma. Tex. apertus c. causam, quæ. de testi. l. cum antea. in fi. C. de arb. l. iubemus. C. de liberali cau. Et istud idem sentit do. Ab. d. c. causam quæ. 4. col. ver. nam ratione connexitatis. Adde, & ampliat regulam istam, quòd habet locum etiam in actis factis coram arbitro, quia faciũt fidem inter easdem personas in alio iudicio. Bal. l. 3, pen. col. C. de eden. Item ista regula habet locum in actis factis coram laico, quia faciunt fidem, cor. ecclesiastico, & econtra inter easdem personas, de quo vide Bal. l. 1. vl. col. ff. de fer. Vide Fel. latissimè in materia ista d. c. cãm, quæ. ver. sed a regula. col. 547. Adde, q. Bar. l. 2 ff. vi bo. rap. 3. col. ver. quæro, vtrũ dicit, quòd ista regula habet locũ, etsi acta facta in vno iudicio producerentur in alio iudicio, qđ iudicium est intentatũ ad aliũ finẽ & effectũ, quia tamen facerent fidem. De quo vi. Fe. d. c. cãm, quæ. ver. declara tertiò. nu. 4. col. 548. Et no. quia venit ad declarationem tex. c. veniens. 2. de testi. Limita istã regulã, nisi acta fuis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

set facta in iudicio summario, quia non probant in plenario, ēt inter easdem personas, Ba.d.l.2.ff.vi.bo.rap.versic.sed videtur Do. Abiudem tenet d.c.causam,quæ 4 col.versic.sed putat. Ad de Fe.d.c.causam,quæ.versi.modo aduerte.nu.5.col.548. intelligetamen,nisi ista probationes in iudicio summario essent plenariæ,quia tunc bene ꝓbarēt, ac si essent receptæ in plenario, de quo vide Fel.d.c.causam,quæ.ver.sed restringitur.nu.6.col.ea. Acta in iudicio summario faciūt fidē in plenario,& hoc, quando sumus in materia concernente peccatum,quia ad hoc vt peccatū tollatur, acta in summario iudicio faciunt fidem in plenario. Ita tenuit An.de Bu.consi.suo.41,incip.Quidam petijt. Idem tenet Fel.c.causam,quæ.de testi.in fi.versi.tertiò restringe hanc fallentiam.num.10.colū.550.in 2.parte. Et hoc modo limitabis illud,quod dixi supra,§.acta facta in vno iudicio.

Acta facta in vno iudicio non probant in alio etiam inter easdem personas,& hoc,quando acta cursu temporis immutantur. Bar. l.1.§.qui excusatione.ff.de vac.mu.& l.2.ff.iu.solui.2.col.versed contra prædicta.Vide Fel.c.causam,quæ.de testi.ver.fallit secundò prædicta regula.nu.12.col.550.

Acta facta contra contumacem,dicuntur facta in iudicio summario.Bar.l.1.C.quo app.ver.gl.soluit. & sic isto casu faciunt fidē in alio iudicio plenario contra eundem.Ita Bar.l.2.ff.iudi.solu. circa fi.ver.secūdo quæro. Adde Fel.c.causam,qnæ.de testi.ver. quarò restringitur.nu.11.col.550. Et hoc modo limitabis, quæ posui supra §.acta facta in vno iudicio.

Acta non publicata in prima instantia non faciunt fidem in alio iudicio,etiam inter easdē personas,de quo vide, quæ posui in litera T.§.testes examinati,si attestationes non fuerint publicatæ.

Acta facta coram iudice laico,an faciant fidem coram ecclesiastico.Ponit Fel.c.at si clerici,de iudi.nu.4.ver.vtrum ecclesiastico iudex col.27.

Acta facta in ciuili causa, an faciant fidem in iudicio criminali. Vide per Fel.c.at si clerici.de iudi.nu.12.ver.an autem acta colum.33. Et ibi ponit multos casus,vbi acta facta in iudicio ciuili,probāt in criminali. Adde tu,q istud etiam tenuit Bal.l.2.C. de eden.Imo.l.interdum.ff.de publi iu.Cy.l.1 in fi.C.quando ciui.actio praiud.crimi.do. Alex.d.l.2.C.de eden. Et ista confirmantur ex his,quæ habentur per Inn.& alios.c.cū dilectus.de ord.cog.Vbi Imo.& alij dicunt quòd confessio facta in vno iudicio summario,facit fidem in plenario,de quo ēt vi.gl.& Docto. c.veniens.de testi. Adde,& limita hoc verū, si confessio fit principaliter in iudicio ciuili.Sed quidam contra, videlicet quando confessio fit incidenter.Vide Bal.l.mercales. C,de condi.ob turcau.qui ibi istud declarat singulariter.

Acta facta inter alias personas probant,quo ad alias tertias,& rōne publicæ utilitatis.Ita do.Ab.c.causam,quæ de testi.3.col.versecus,si ratione.& ibi Fel.ver.fallit secundò.nu.20.ccl.552.2. part. Adde,quòd contra ista facit tex.c.i.ver.confessis.de excep. Respondeprout est de mente Fel.d.c.causam,quæ.nu.21. versic. sed contra istam fallentiam.col.553.

Acta facta cum collatore,non nocet electo.Fel.de testi.c.constitutus nu.3.col.632.

Acta facta in causa ciuili,an noceāt ī criminali.Bal.l.si quis.C.ad l.Iul,de vi.pub.& ibi bona gl.& Sal.ibi 7.col.ver.quæro quinto. An.de Bu.c.per inquisitionē.col.fi.de elec.Bar.l.pe.in fi.ff.de calum.Bal.l.1.1,col.de nauf.li.x.Bar.l.2.§.1.ff.bono.rap.ver. quæro,vtrū sīa.& Fel.late d.c.cām,quæ.nu.22.ver.& ista facit.de testi.col.553.2.pare. Adde tu,an acta in iudicio ciuili, probent in criminali.Inn.fuit varius in ista q̄one,nā in c.qualiter el 2.de acc.tenet,q acta facta in ciuili,probant in criminali,ve puta lata est sīa in ciuili, quia probabit in criminali hoc modo,videlicet iudex formabit inquisitionem de nouo, & postea assumet illam sīam ad probandū,quia sīa inducit notorīū. Et cū ista opi.trāseunt Doc.d.c.qualiter. Sed in cōtrariū tenuit ipsemet Inn.c.per inquisitionē.de ele.vbi clarè dicit, q acta facta in ciuili,non probant in criminali,quia fortè multa fuissent opposita contra priora acta,si fuisset actum criminaliter,quæ fuerunt omissa propter leue præiudicium, & etiam ad alium effectum agebatur.de quo vide do.Ab.d.cap.qualiter. el 2.vl.col. ver.faciunt hæc ad q.& d.c.causam,quæ.ver.& aduerte.

Acta facta in vno iudicio probāt in alio iudicio,quātū ad hoc,q acta sint facta,nō tamē ꝓbant illa acta circa effectū actorū. Ita Bar.l.2.C.de edē.2.co.ver.tu aduerte subtilius vbi dicit,q acta facta in vno iudicio,quantū ad ꝓbationē, q lis sit cōtestata,q libellus sit datus, q citatio fuerit facta, quòd testes fuerint citati, et quòd fuerit lata sīa,ista acta nō solū ꝓbāt in alio iudicio,sed ēt ꝓbāt quo ad oēs ꝑsonas d mūdo,et Bar.l.2.ff.iu.solui. Adde Fel. d.c.cām,quæ.de testi.ver.fallit quarto nu.25.col,554.2.part.

Acta facta inter alios,faciunt fidē inter alias personas, q.b.ēt sīa diudicat,vt puta sīa est lata inter duos,facit ius inter alios,& sic isto casu acta faciūt fidē inter alios, ēt, quòd sint facta inter duos.Ita Bar.l superatus.in fi.de pig.do. Ab.c.cām,q.de testi.2. col.ver.secūdò dubtatur. & ibi In.et An.de Bu.Bar.l.2.ff.iud. sol.2.col.versi.do regulā.& l.2.ff.vi bono.rap.2.col.ver.stē iter alias ꝑsonas.Io. An ī Spe.ti.d testi.§.nūc tractem⁹ ī addi.magna Adde Fel.d.c.cām,q.nu.26.ver.fallit quīto et vltimo.col.554.

Acta causæ tendentia ad veritatis indagationē vt est depositio testiū,cōfessio partiū,ista non pereunt perempta instantia,sed ēt ꝑ sunt in secunda instantia.Ita Bar.l.2.ff.iud.sol.in prin. do. Ab. c.cām,q.de testi.4.col.vers.venio nunc ad secundū membrum. Intellige hoc sano modo dummodò ista attestationes & confessiones sint publicatæ in prima instantia,aliàs in secunda instantia nō faciunt fidē.Ita Bar.l.gesta.de re iud.Cy.l.properandum.§. fi.C.de iudi.Bar.l.i.ff.de his,quæ in fraud.cred. Et vide in materia ista,quæ posui in litera T.§.testes examinati,si attestationes non fuerūt publicatæ. Et vide Fel.d.c.causam,quæ.ver.quarta & vltima regula.nu.27.col.554.2.par.

Acta facta in vno iudicio ad certum finem,puta circa aliquam habilitatem,vel inhabilitatem alicuius personæ, faciunt fidem in alio iudicio inter alias personas. Do. Abb.cap.super eo.el 1.de testib.in 2.notabili. Adde Feli.ibi etiam 2.no.n.2.col.559.2.parte,& vide quæ posui in litera S.§.sententia lata super statu.

Acta litis ordinatoria,vt est citatio, libelli oblatio, satisdatio, pereunt instantia perēpta,do. Ab.c.cām,q.de testi.3.col.versi.venio,nūc Bar.l.2.ff.iudi.solui.1.col.ver.sunt acta. Imo.idē tenet dicto capi.causam quæ.Bartol.l.2.C.de eden.3.col.versi.primo casu.An.de Bu.c.cū dilectus.de capel.mona.vi.col. Bal.l cūantea.in fi.C.de arbi.& c.cōsuluit.circa fi.de offi.dele. Et in tantū tea.in fi.C.de arbi.& c.cōsuluit.circa fi.de offi.dele:

Universidad de Deusto
Biblioteca

refectis in odium ipsius spoliantis, quod secus est in actore spoliato, quia quamuis lata sit sentia contra ipsum in possessorio, audietur tamen non refectis expensis, quia nullum odium in eo. Adde, quòd contrarium tenuit Fel.d.c. significauerunt.n.7. & colū. 655.& 656.2.par. qui dicit, quòd qui vincit in vno articulo, pōt statim non expectata diffinitiua habere expensas. Eum vide ibi in vers.& istis adde col.656.& ibi reprobat vnā decisionem Do.de Rot. qui tenebant opi.do. Abb. vbi supra.

Actor non potest petere, vt testes examinentur ad perpetuam rei memoriam. de quo vide do. Ab.c significauit. de testi.2.col. ver. expedita est hac gl.& Bar.auth.si quis ab aliquo. C. de testi. Et ratio est quia potest mouere actionem, quando sibi videtur, vt lite non contestata testes non recipiuntur. Fel.d.c.significauit.ver. secunda conclu.nu.6.col.699.2.par. Ista est regula, quam tamen limitabis quando timetur de morte testium, vel absentia, vt l.2.ff.de do.causa mor. quia actor poterit facere, vt testes examinentur lit.non contestata forma c.quoniã. vt lit. non conte. non autem forma d.c.significauit. quòd ille tex. loquitur in reo. Fel.d.c.significauit.ver. fallit in casu c.quoniam.nu. 6. colū. ea. Item limita istam regulam. quando actor haberet prātem negādi de iure. sed non de facto, quia litis contestatio impediretur, illo casu testes possunt recipi lite non contest Bal.d.auth.sed et si quis. Inn.d.c.quoniã. Adde, quòd aliquando etiam seruatur forma c. significauit. de testi. in actore, puta. si non potest haberi facultas agendi, nisi testib. publicatis. Ita Bar.d.auth.sed & si quis. ver. quandoque. Adde Fel.d.c.significauit, in ver. item fallit hac conclu.nu.7.col.699.& vide, quæ posui in materia ista in litera R. §. reus solus potest petere.

Actor litigans super titulo beneficij, si probat reum nullum ius habere in beneficio, an istud solum sufficit ad habendum beneficium an verò requiritur, quòd probet de iure suo. Vide, quæ posui in litera B.§. beneficium. pone. quòd quis.

Actor qui habuit sententiam pro se, quæ transiuit in rem iudicata, an possit petere confirmationem ipsius sententiæ, ex quo est in possessione. Vide quæ posui in litera S.§. sententia, quæ transit in rem iudi. an de ea possit victor.

Actor in causa matrimoniali habens sententiam pro se. si post decē, dies, qui dantur ad appellandum, contrahit matrimonium, valet, & proles inde secuta est legitima, licet pars aduersa querelaretur sententiam, & primum matrimonium confirmaretur, de quo vide, quæ posui in litera S.§. sententia in causa matrimonij, licèt non transeat in rem iud. tamen si pars.

Actor, qui facit aduersarium suum citari coram diuersis iudicibus pro eodem negotio, perdere debet causam. An hoc sit verum, vide Fel.c.ex tenore. de rescr. ver. perdere debet causam. nu. 14. colū. 529. Adde tu, quòd istud procedit, si pars opponit. Vide Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fug. & Bal.c. 1. de controuer. feu. inter pa. Item fallit, quando petatur coram iudice, qui non habet iurisdictionem vltra partem petitam quia possum ire ad alium iudicem. Ita singulariter dixit Bartol. l. in commodato. §. duabus. ff. commodati. Adde do Ias. May. præceptorem meum, l. nulli. C. de iudi. vbi posui sex alias fallentias.

Actor si mutat & emendat libellum, tenetur reo ad expensas. Fel. de libel. obla. c. significantibus. nu. 25. col. 251.

Actor agere volens, si excipiatur contra eum de crimine, an & quando debeat ordinarie puniri. Fel. de exce. c. 1. nu. 8. col. 12.

Actor, qui non potest consequi effectum iustitiæ coram primo iudice propter impotentiā, potest adire superiorem, licèt sit inchoatum iudicium coram inferiore, & propter hoc non punietur. Fel. c. ex tenore. de resc. ver. fallit tertio nu. 18. col. 532.

Actor an possit trahere clericum reum, qui habet beneficium in alia quā diœcesi, & domicilium alibi, in loco domicilij, etiamsi agatur de re, quæ pertinet ad suum beneficium. Ponit Fel. c. dilectus el 2 de rescri. ver. oriebatur pridie. nu. 10. col. 761.

Actor, qui impetrauit rescriptum ad lites, & errauit in expressione nominis proprij, & etiam in expressione propriæ diœcesis, an rescriptum sit nullum. Vide Fel. c. significante. de rescrip. nu. 2. colum. 868.

Actor trahens reum in iudicio vetito, ne puniatur in amissione causæ, potest pœnitere semper ante sententiam. Ita Fel. c. si diligenti. de fo. comp. vers. gl. in verb. causam perdant. nume. 34. col. 192. Adde tu, quòd si quis trahit aliquem in iudicio vetito, quòd mihi magis placet, quòd per solam contestationem litis debeat perdere causam, & hoc, quia dicitur delictum consummatum esse. quia iam traxit reum, vbi trahere non debebat, et de hoc videtur esse casus, l. in criminali. C. de iurisd. omn. iu. Adde etiam, quòd si per solam sententiam quis deberet perdere causam, sequeretur quòd trahens reum ad examen vetitum, posset eludere pœnam, d.l. in criminali. quia cum esset prope sententiam. posset desistere, & sic euitaret pœnam l. cum damno ipsius rei, de quo vide Spec. ti. de compe. iu. adi. §. 1. ver. breuiter scias. & Salic. d. l. in criminali. vers. quæro modo.

Actor debet habere sententiam in sui fauorem, quando constat de iure ipsius, etiamsi proposuerit actionem ineptam cum intentione etiam inepta. Ita Fel. c. examinata. de iud. n. 1 col. 111.

Actor an debeat semper instare, vt sententia feratur, an verò iudex possit hoc facere ex officio suo. Vide per Fel. c. venerabilis. de iud. vers. i. & no. quòd nu. 20. col. 139.

¶ Actus consistens in facto, competit singulis de capitulo. Fel. c. irrefragabili. de offi. ord. nu. 2. col. 1134.

Accus si annullatur, eo quia non interuenerunt requisita, dico quòd potest sustentari talis actus. si requisita interuenerunt post actum & istud ita demum verum est, si lex annullans non expressit, q interuenerint in actu. Ita Fel c. ad hæc. de rescr. ver. item quia annullatur actus. col. 467. nu. 2. In materia ista vide, quæ posui in litera V.§. vsurarius manifestus.

Actus nullus an semper careat pœna. Vide Fel. c. ex tenore. de resc. vers. Cæterum ad multa. nu. 9. col. 527. Adde Bar. l. filium §. si quis. ff. de leg. præst. quòd aliter dixit ibi, quàm l. si quid ergo. §. cum autem. ff. de his, qui not. infa.

Actus, qui dicitur esse falsè gestus in capitulo, qualiter probetur. Felin. de proba. c. tertio loco. nu. 7. col. 361.

Actus nullus an faciat expirare iurisdictionem, seu plātē. Vide Fel. c. ex tenore. de rescr. ver. declara etiam omnia. nu. 12. col. 529.

Actus factus circa res ecclesiæ sine consensu superioris, si est vtilis ipsi ecclesiæ, valet, dūmodo sequatur consensus superioris. Ita Fe. c. edoceri. de rescr. ver. dum dicit Ab. nu. 8. col. 606.

Actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet, & hoc, quando non fuit ab alia parte acceptatus. Ex quo habes notare, quòd si appellans venit contra suam appellationem, & pars impugnat, & non acceptat, per hoc non videtur renunciatum appellationi, & sic limitantur omnia iura, quæ dicunt, quòd per actum contrarium quis renunciat appellationi, vt c. gratū. de of. dele. Fallit, qū pars impugnat actum. Ita Fel. c. capitulū. de resc. ver. & si diceres. nu. 12. col. 781. & vers. confirmatur ista sexta limitatio. nu. 13. col. 782. Adde tu, an quis possit se fundare super eo, quod impugnauit? & dic, quòd sic, videlicet, quando ad aliū effectū impugnat, quàm respectu illius, super quo se fundat, quod intellige, qū nō impugnat ipsum factū. sed solemnitatē facti, quod bene no. de quo vide do. Ab. c. ex parte decani. de rescr. 5. notab.

Actus factus ab incompetenti iudice, si est confirmatus a superiore competenti, valet. Ita Fel. rub. de for. comp. vers. secundò fallit. nu. 3. col. 150.

Actus nullus propter defectum consensus potest validari semper in terueniente consensu. Ita Fel. c. causam. de iudic. ver. vtrum autem. nu. 6. col. 71.

Actus, qui requirit aliquam solennitatem, si est factus sine solennitate, an valeat. Ponit Fel. c. causam. de iudi. nu. 8. ver. & expradictis omnibus. col. 71.

Actus nullus an perpetuet iurisdictionem. Vide, quæ posui in litera C.§. citatio inualida.

Actus si debet expediri a duobus collegijs, non sufficit maior pars iūgendo vnum collegium cum maiori parte alterius, sed requiritur maior pars vtriusque, quia maior pars non reputatur membrum collegij. In hoc consuluit dom. Abb. consi suo 57. incip. Ex infra scriptis. Adde Fel. c. cum omnes. de consti. vers. octauò fallit nu. 18. col. 97.

Actus ne sortiatur effectuum suum, quando vniuersitas vult facere aliquid, vnus solus de vniuersitate potest impedire, & sic sufficit contradictio minoris partis. Tex. cap. 1. de his, quæ fiunt a maio. parte cap. & ibi omnes scribentes. Fel. c. cum omnes de consti. n. 17. vers. nonò fallit. col. 98.

Actus vniuersitatis ad hoc vt valeat, debēt duæ partes simul cōuenire ad minus. do. Ab. c. 1. ī fi. de his, quæ fi. a ma. par. c. Adde Fe. c. cū oēs. de consti. vers. extra gl. ponit hic do. Ab. col. 107. n. 33. & do. Ab. ibi in 6. col. ver. quæro. vbi ponit, an ad validitatem actus oporteat necessariò quòd intersueniant duæ partes vniuersitatis. Et vide Fel. c. cū oēs vers. secūdò tangit nu. 34. col. 108.

Actus

Actus iudicialis primus, qui solet fieri post contestationem litit. habetur pro litis contestatione, & hoc in causis, vbi lis non contestatur. Ita gl. no c. 1. verb. absentia. de elec. in 6. Fel. c. cum M. Ferrariensis, de consti. ver. & hic incidenter. nu. 9. col. 183.

Actus quilibet extraiudicialis potest fieri die feriato. Fel. c. cū M. Ferrariensis. de consti. ver. secunda conclu. nu. 56. col. 201. Bar. l, non solum. §. morte. ff. de no. ope. nun. 9 col. ver. nūc videamus. Vide d. Abb. c. si de fer. 6 col. ver. de actibus extraiudicialibus.

Actus est nullus, si in eo interuenit authoritas superioris, qui nō habebat authoritatem imponendi, & hoc habet locum, etiamsi ille actus posset impediri sine interpositione authoritatis superioris Fel. c. cum ordinem. nu. 2 de reseri. col. 410.

Actus si est probatus validus, non est necessariū probare habilitatē personæ. Et no. q producens instrumentum factum ab aliquo, non habet necesse probare, quòd ille, qui contraxit, erat habilis, de quo vide do. Abb. c. in præsentia. de proba. 2. colū. versi. nota. sing. ex isto tex. Adde Fel. d. c. in præsentia. ver. in tex. ibi, quare constit. nu. 11. col. 439. 2. parte.

Actus gestus contra legem, est nullus. Tex. est c. in nomine Domini de testi. & tex. cū gl. c. iudex. x. dist. Bar. l. non dubiū. C. de legi. 2. no. vbi etiam Bal. Ful. & Pa. de Cast. 4. no. Et hoc hēt locū tam in lege, quàm in statuto, vt per Scribentes in loc. præal. De materia vide Ant. de But. c. tua nos. de sponsi. duo. do. Ab. ca. ad Apostolicā. de regula. 2. col. ver. sed contra hoc. & d. Ab. d. c. in nomine Domini. de testi. 1. col. ver. no. Adde Fel d. c. in nomine Domini. in prin. nu. 1. col. 493. in 2. par. & ibi per duas col. prosequitur materiam istam. Vnde ibi Fel. nu. 2. col. 494. dicit, q omissio solennitatis habentis sequi post actum, non vitiat actum, ipso iure. Adde tu, q etiam ius prætorium, quod prohibet actum fieri, tunc actus non est nullus ipso iure, vt est gl.

Actus qui requirit scripturam ad eius substantiam, si scriptura perdita est, tamen actus potest probari per duos testes, de quo vide, quæ posui in litera S.§ scriptura, quæ est de substantia actus.

Actus nullus. Pœna posita facienti certū actū, an habeat locum ista pœna, quando aliàs actus est nullus. Vide Fel. c. tua nos. de iureiu. vers. sed contrarium videtur. nu. 6. col. 1046. & vers. sed dictis. nu. 7. col. 1050. 2. parte.

Actus nullus non interrumpit præscriptionem, & hoc, quando talis actus est necessarius ad interruptionem, de quo vide, quæ posui in litera P.§. præscriptio non interrumpitur per actum validū.

Actus nullus interrumpit præscriptionem, & hoc, quando per talem actum quis constituitur in mala fide, de quo vide, quæ posui in litera P.§. præscriptio nō interrumpitur per actum inualidū.

Actus præsumitur factus tempore congruo, ad hoc, vt delictum euitetur. Do. Ab. c. auditis. de præscri. vlt. col, ver. Bar. notanter dicit. Adde, quòd idem tenet Bar. l. non solum §. sed vt probari. ff. de no. ope. nun. 1. col. Adde Fel. d. c. auditis. ver. in quantum Ab. nu. 29. col. 285.

Actus factus contra iuramentum, valet. do. Abb. c. si diligenti. de præs. 2. col. ver. ego per hoc sed ille debet puniri de periurio. Adde, quòd idem tenet gl. notab. c. fi. de procu. in 6. in verb. reuocatus. Bar. l. cum precario. ff. de precar. Angel. in perpetuum. ff. de procu. & Bar. & Bal. l. cū duob. §. idem respondit. ff. pro soc. Bar. l. si quis. ff. de leg. 3. in prin. Bal. l. 1. C. de sac. san. ec. in fi. Ant. de But. c. cum M. Ferrariensis de const. 2. col. d. Ab. in sermone habito in concil. Basilien si. inci. Maximū onus. Adde q Bar. d. l. cū duob. §. idem respondit. dicit, quòd si quis facit actum contra iuramentum, non solum valet actus, sed etiam ille nō est periurus. Adde, quòd Canonistæ tenent contrarium, quod imo faciens contra iuramentum, est periurus. Inno. c. dilecto. de prab. vbi etiam & alij. do. Ab. d. c. si diligenti. loco præal. gl. c. fi. verb. reuocatus. Adde Feli. d. cap. si diligenti. ver. ad illud de validitate. num. 3. col. 313.

Actus factus per collegium, non inficitur propter inhabiles, qui ibi interfuere. Ita do. Ab. c. cū super. de offi. del. 3. col. ver. in hoc tamen potest sic distingui. Et idem tenet Io. An. reg. quod alicui. de reg. iur. in 6. in fi. & dō. Abb. c. fi. de procu. 4. col. ver. vltimus casus. Vide per Fel. d. c. cū super. ver. actus collegij n. 8. col. 1009. Adde ad ista, si illi de capitulo admittunt inhabiles scienter, an actus inficiatur. Inn. posint c. fi. de procu. & ibi vide do. Ab. 4. colū. ver. vnum generaliter puto.

Actus factus contra appellationem, an tollat ipsam appellationem & sic videtur quis renunciare appellationi? Vide quæ posui supra §. actus gestus per partem. & §. appellans continuas. Adde Fel. c. cū venissent. detesti. ver. in gl. 1. in fi. n. 2. col. 611. 2. part.

Actus primus, qui solet fieri post contestationem litis, vbi lis non contestatur, tantum operatur, quantum litis contest. Ita do. Ab. c. infinuante. de off. dele. in fi. Et sicut litis contestatio excludit dilatorias exceptiones, ita ille primus actus. Adde, quòd idem tenet Inn. Ab. & Ant. de But. c. si duobus. de app. Vide per Fel. d. c. infinuante. ver. in quantum Ab. nu. 16. col. 1020. Adde, quòd talis actus excludit omne illud, quod excludit ipsa contestatio litis, vt ibi per Fel. ead col.

Actus non præsumitur celebratus, vbi in actu requiritur scriptura & scriptura non apparet. Ita do. Ab. c. vnico, de li. contesta. 3. no. Adde tu, quòd de hoc est optimis tex. d. c. vnico, & Inno. hoc tenet c super his. de accus. in fi. do. Ab. c. quoniam. 14. col. de prob & c. bona, el 19. col. de ele. Lu. Ro. l. sciendū. in fin. ff. de verb. ob Adde Fel. d. c. vnico, in prin. n. 1. col. 259. qui idem tenet. Et dicit, quòd si partes confiterentur, quòd actus fuit celebratus, staretur dicto earū, ibi eū vide no. & ibi tex. l. 2. §. sed vtrū. ff. de minorib. Bar. l. Iulianus verum debitorem ff. de condi. inde. Et rō est, quia ius prætorium non est adeò potens ad annullandū actū, sicut ius ciuile. Ita Pau. de Ca. d. l. non dubium. C. de leg. 20. colū. Et per ista infero, quòd ex quo statutum episcoporum, comitum, ducum & baronum sit ius prætorium, vt tenuit Bar. l. stipulationum. ff. de ver. ob. 2. col. vers. si vero. quòd tunc si tale statuū prohiberet, non est ipso iure nullus actus. sed annullaretur, & hoc quando statutum haberet clausulam annullatiuam.

Actus reiteratus quando inducat pluralitatem delictorum ponit Bar. l. inficiando. §. infamis ff. de fur. et l. nunquā plura ff. de pœnā. delic. & aliquid in l. vulgaris. ff. de fur. Io. An. reg. delicta. de reg. iu. in 6. Pet. de Anch. consi. suo 5. Albe. 2. parte statutorum, q. 41. et seq. Adde Fel. c. sicut. de testi. 1. notabili, nu. 1. 2. p. col. 534.

Actus quando intelligatur multiplicatus ad hoc vt testis euitet crimē falsi. Vide Fel. c. cū tu. de testi. ver. secūdo aduerte, n. 11. c. 569.

Actus confirmatus a Papa ex certa scientia, dicitur actus sedis Apostolicæ, c. si eū. de prab. in 6. bona gl. c. cum venissent. de testi. in gl. 1. Vide Fel. d. c. cum venissent. ver. in gl. 1 in fi. nu. 2. col. 611. par. 2. Adde do. de Rot. deci. 234. inci. Papa in nouis.

Actus quando retractatur, an sit pœna? vide, quæ posui in litera R. §. retractatio actus.

Actus, qui est celebrandus, vel expediendus capitulariter, nō sufficit, quòd illi de capitulo, seu de collegio separatis consentiant, sed est necesse, q sint cōgregati, & cōsentiant, tanquā collegiū, & istud habet locum non solum in electionib. per tex. c. in genesi. de elec. sed et in omni actu, qui debet expediri capitulariter, puta in præsentatione, quam faciunt plures patroni de clerico. Ita do. Ab. c. cū oēs de cōsti. vbi gl. no. in gl. ma. in fi. 5. co. ver. et adde vnā. de quo vide Fel. ibi d. c. cū omnes. ver. in ea. gl. ibi n. 24. col. 102. Et adde ad ista, illa quæ posui in litera C.§. collegium, siue capitulum.

¶ AD Instantiam. Ista dictio Ad instantiam, tantum valet, quantum, si diceretur Ad petitionem, seu ad preces talis, et hoc no. q facit ad multa, maximè pro instrumentis & actis iudicij, in quibus dicitur, Ad instantiam talis promisit, & c. Vide Fel. c. cum M. Ferrariensis nu. 4. ver. secundò no. de consti. col. 179.

Adherentes qui dicantur? & dic, q sunt illi, qui sunt sequaces alterius, & qui eius intentioni & operibus & consilijs & fauoribus assistunt. Ange. Auth. de hæredi. & Fal. 3. col. Vide Fel. c. olim. de accusa. nu. 1. col. 442.

Aduinctus datus si est vni ordinario, non expirat prās aduincti p mortem Papæ. Cal. in dispu. q inci. Regino epo. gl. fi. in fi. c. P. et G. de officio dele. dicit, q iurisdō prorogata assumit naturam prioris iurisdōnis. Adde, quòd secus est in aduincto, q aduingitur delegato, quia re integra expirat iurisdō vtriusq. Ita Io. An. c. cum plures. de off. del. in 6. Sed tamē ibi dicit, quod hodie de stylo cancellariæ aduinctio habetur perpetua, & sic perpetuatio facta per primum, radicatur in secundo delegato aduincto. Et idem tenet Dom. de S. Gem. d. c. cum plures Fel. c. relatum. nu. 13. vers. fallit primò opinio communis. de off. deleg. col. 984.

Aduinctus datus iudici delegato, si subdelegat, an delegatus debet admittere ipsum subdelegatum coniunctum? Vide, quæ posui in litera D. ver. delegatus.

Administratio interdicta per sententiam latam contra absentem prodigum, valet, imò statum ligat etiam non notificata. Felin. capitul. cæterum, de rescript. versicul. octaua restricto. nu. 24. colum. 386.

Administrator in aliqua re, de qua agitur, & nūc desijt esse, an pos-

sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit esse testis in dicta re, do. Ab.c.insuper.de testi. 5. col.dicit, q̃ inspiciendum est, an talis administrator sentiat commodum, aut incommodum, damnum, aut vituperium. Adde Fel. d.c.in super.ver.sed vlterius per prædicta.nu.10.col.522.3.part.vbi latè de hoc. Ego aliquæ ponam in litera P.

Aduersarius meus dicitur ille, qui mecum cõtendit in litem, etiam ciuilem, do. Abb.c.proposuisti.4.not.de for.comp.& ibi Ant.de But. Et hoc no.pro statutis. Adde Fel.c.cũ super.de of.dele.ver. Moder.hic.nu.3.col.1007. Adde, an ista inimicitia præsumpta sufficiat ad repellendum testem, dic, quòd non nisi cum eo haberem litem criminalẽ Ita Spe.tit.de teste.§.1.ver.si verò odio sus. Vide per Fel.d.c.cum super.vers.sed caue, quia.talis.nu.3. col.1008.

Adulter interfectus si est in casu à lege concesso, an interficiens sit tutus in foro seculari in terris imperij. Vide quæ posui in litera L.§.lex ciuilis.

Adulter. An episcopus possit dispensare cum adultero, & ẽt supra adulterium. Vide quæ posui in litera E.§.episcopus non dispensat.cum 9.§§.sequẽtibus, vbi habebis totam materiam, & etiã quid de incestuoso.

Adulter & incestuosus simul, an episcopus dispensat cum eo, vide quæ posui in litera E.§.episcopus an dispensat cum adultero & incestuoso simul.

Adulterium ecclesiæ punit etiam vltra separationem thori. Ita Fel. c.cum sit. de for.comp. vers.subdit Maria.hic.nu.12.col.173. Adde do. Abb.d.c.cum sit.6.col.

Adulterium si committitur cum eadem persona pluries, an ille sit puniendus vna pœna tantum, an verò pluribus pœnis, de quo vide, quæ posui in litera F.§. Fornicator vtrũ toties.

Adulterium an semper fuit vetitum. Vide Fel.c. quoniam. de simo.ver. & prædicta.nu.13.col.929.

Adulteria an tollantur per ingressum religionis, puta, maritus adulterinus redit ur monasterium, vxor eum petit, ipse opponit de adulterio, ipsa mulier replicat de adulterio, an isto casu adulteria mutua compensatione tollantur. Fel.ponit c.si. de consti.vers.item pro Imo.nu.2.col.301.

Aduocatus non potest esse illiteratus. Fel.c.scitatus. de rescri.ver. & adde q̃nu.11.col.490. Adde Bar.l.1.ff. de var. & extraordin. cog.

Aduocatus qui fuit, nõ pot in eadem cã esse iudex, dummodò propalauerit aĩum suũ. Ita Fel.c. irrefragabili.de of.or. num.4.col. 1135. Adde tu pro limitatione, quòd licèt aduocatus alterius pertis pot a me recusari, tamen ego non possum propter hoc recusare illum, qui fuit meus aduocatus, si efficiatur iudex, licèt pro palauerim ei oia secreta, & est rõ, quia iudicat per probata. Ita gl.no.c.dilecto.de testi.ver.recusasti.& ibi Fel.num.2.ver.in gl.col.695. Secundò limita quòd licèt aduocatus, si efficiatur iudex possit recusari, tamen si aduocatus aduersarij mei est commensalis iudicis, vel familiaris, nõ potero eum recusare. Tex.c. 1.vbi gl. de of. iu. Adde, quòd sicut aduocatus, suspectus est iudex, ita suspectus est si produceretur in testẽ.l.fi ff.de testi.c.fi.de test.in 6. Vide aliquas limitationes per Pal.c.ex literis de trãs.

Aduocatus pot compelli ad patrocinandum. Ita Fel.rub.de off. iu. nu.1.col.1152. Adde tu, nisi condtio personarũ aliud persuaderet, vt puta, si vasallus contra dominum non compelleretur aduocare, nec consulere, quia diceretur militare contra dominũ. No. quia aduocati dicuntur militare, l.aduocati.C.de aduo.diuer.iud. Adde etiam, quòd vbi litigans haberet malam causam, quia tunc aduocatus non cogeretur aduocare, nec consulere, vt l.rem non nouam.§.fi.C.de iud. Adde ẽt quòd aduocatus nõ cogeretur aduocare cõtra affinẽ, l.vt affinitate.ff. de procur. Adde ẽt, quòd aduocatus nõ cogitur consulere in cã, in qua fuit aduocatus. Ita Bar.l.proxime ff de his, quæ in test.delen.

Aduocatus non cogitur ferre patrociniũ gratuitum pro pauperib. Ita Fel.c.1.de of.iud.num.2.col.1153. Et an possit compelli patrocinari gratis pro pauperibus, & an pauperi competat actio ad patrocinandum, ibidem nu.2.& 3.col.1154.

Aduocatus an possit contestari litem. Ponit Fel.c.pastoralis.de iudi.num.1.col.106.

Aduocatus tenetur clientulo suo laso ex sua ignorantia, etiam si adhibuit omnimodam diligentiam, ne noceret. Ita Fel.c.pastoralis.de iudi.vers.dubito de dicto.nu.7.col.109.

Aduocatus assumens causam desperatam non excusatur. Ita Fe.c. pastoralis. de iud.vers.de medico verò.nu.8.col.110.

Aduocatus quando sit obligatus ad restitutionem salarij, quod habuit a clientulo suo. Vide per Fel.c.pastoralis.de ind.ver.quando autem.nu.7.col.110.

Aduocatus illius, cuius fautores sunt excommunicati, non est excommunicatus, licèt illum defendat, nisi a die, a quo incipit cognoscere iustam esse excommunicationem. Ita Fel.d.c.pastoralis.de iudi.nu.8.col.supra præalleg.

Aduocatus tenetur ad interesse parti, si per imperitiam suam pars perdidit causam, & hoc in foro conscientiæ. Ang. repet. l.si vacantia.C.de bo.vac.lib.x.5.col.lo.de Ana.ca.excommunicamus.de har.5.col.Vide per Fel.c.pastoralis.§.quia verò. de of.deleg.vers.propter consilium iniustum.nu.22.col.1052.

Aduocatus calumniosus qualiter puniatur. Fel. de accus.c.accusasti.nu.2.col.695.

Aduocatus prohibitus ne possit aduocare, vtrum possit consulere in camera. Vide, quæ posui in litera D.§.doctor, qui est prohibitus.

Aduocati absentia an sit sufficiens causa, vt pars habeat dilationem. Vide, quæ posui in litera D.§.dilatio an sit danda.

Aedificia destructa, siue sint ecclesiæ iurispa. siue alterius conditionis, siue sint fortilitia, vel synagogæ Iudæorum, de his omnibus, vide, quæ posui in litera S.§. synagogas veteres.& in litera F. § fortilitium.& in litera I.§.iuspatro.pot resici per patronum.

Aequitas iuris ciuilis, est præferenda rigori iuris canonici, etiam in foro canonico, de quo vide quæ posui i litera I.§.ius can.si statuit.

Aequitas quando præferatur rigori, do. Ab.c.si de transac.vlt.col. dicit, quòd aquitas non scripta non præfertur rigori scripto. Et idem dicit c.2.de transac. Adde, quòd idem tenent Ant.de Bu.& Imo.d.c.fi.Fel.c.2.de rei udi.nu.1.col 362. Adde, quòd vbi æquitas non scripta haberet pro se præsumptionem animæ, præfertur rigori scripto, gl.c.suscitata.de rest.in integ. Et vide Domi.de S.Gem.c.disciplina.2.dist. Item dic, quòd vbi æquitas, & rigor contradicunt in arbitrijs, præfertur æquitas nõ scripta. Imo.d.c.fi.de transac.3.col.in c.1.de const. Adde Fel. d.c. 2.de rei ud.in princ.ver.tertiò aduerte.num.2.col. 363.

Aequitas quando præferatur rigori, vide per Fel.c.ex parte.el 2. de of.deleg.vers.an & quando æquitas.nu.3.col.958.

Aestimationes factæ de precio alicuius rei, si sunt diuersæ, eligenda est æstimatio media, videlicet intra maiorem & minorem, Sal.l.ita vt omnes.ff.mand.Bal.l.vnica.pen.col.ver.quæro sextò.C.si ser.exte.& Sal.l.2.C.de rescin.ven.8.col.ver.item iuxta hoc. Adde Fel.c.cum causam.lo 2.de testib.in princip.num. 1.ver.item adde.col.702.

Aestimatores, vel declaratores, qui sunt electi a iudice, ad hoc, vt videant rem aliquam, de qua litigatur, ipse iudex debet eligere eos præsentib.partib.& tamẽ relatio pot fieri absentib.partibus. Adde hoc in simili vide Bal.l.minorem 2.col.ver.sed hoc.C.in quib.cau.in integ.rest. est nece.& l.si.cir.med.C.de fer. Et vide Bar.l.iubemus.in fi.C.de ap.vbi ponit de consultore. Vide latè p Fel.c.veniens.el.j.de test.ver.quintò, in quatu n.20.co.546

Aetas. Episcopi, inquisitoris, or dinandorum, abbatissæ, canonici, quæ requiratur a iure, vide per Fel. in c. cum vigesimum. de offi.dele.vers.de ætate episcopi.nu.7.col.101.

Aetas quibus modis probatur, & cui incumbat onus probandi ætatem, glo. est c.presbyter.78.dist.& ibi Arch.& Domi.de S.Gem.Spe.tit.de adore.in prin.Domi.de S.Gem.c.si eo tempore.2.col.de rescr.in 6.Io. An.regula, infamib. de reg.iur.in 6.Sal.l.si minorem.C.de in integ. rest.mino.Bar.l.de ætate.ff. de mino. Adde Fel.latissimè.c.in præsentia.de proba.ver.glo. in verb.sol.tamen nu.28.col.390.

Aetas imperfecta expressa in dispensatione Papæ, quando dispensat cum aliquo, vt possit obtinere beneficium in ætate prohibita, licèt non dicat, Ex certa scientia, tamen valet dispensatio.Bal. c.cum adeo.de rescr.4.col.& Domi.de San.Gem.c.si eo tempore.de rescrip.in 6.1.col.Fel.c.cum inter.de excep.ver.simile dixit nu.3.col.34.

Agens ad consequendum beneficium non potest illud consequi, neque habere, etiam si probet, quòd aduersarius nullũ ius in eo habeat, nisi ipse probet de iure suo. Fel.c.olim.de rescript.num.9. vers.vltimo gusta.column.653. Limita, nisi producatur gratia, si neutri, quia sufficit, quòd eam producens probet de non iure aliorum, & ex hoc statim resultat ius suum mediãte gratia. Ita do.de Rot.si.de sequest.pos.) in nouis, alias nu.27. Et hoc quãdo agitur petitorio. secus. si ageretur possessorio, quia sola spoliatio cum titulo colorato sufficit ad recuperandam possessionem.

Adde

Adde ad ista, pone, quòd vnus possidebat beneficium sine titulo, & alius agit contra istum, qui etiam non habet titulum, dico, si constat de non iure actoris licèt reus nullum ius habeat, non est à possessione amouendus, imò absoluendus ab impetitione actoris. De istis omnibus vide Fel.d.capit.olim.in ver.limita quinque modis.nu.10.col.654.& ver.limita secundò.versic. & limita tertiò.vbi supra, eod.nume.& col.655.

Agens possessorio potest allegare titulum coloratum. Feli.de testi.c. constitutus.nu.1.col.632.

Agens ex causa mutui, si non probat de numeratione, sed de confessione recepti, an debeat obtinere? Fel.de fid.instr.c.si cautio.nu. 75.col.903.

Agens siue impugnas transactionem suam siue alium actum aut conuentionem si est victus, potest redire ad illam. Fel.cap.capitulum.de rescrip.ver. confirmatur ista sexta limitatio.nu.13. colum.782.

Agens pœnitentiam præsumitur confiteri delictum. Bald.cap. literas.de præsump.& ibi Felin.vers.in gl.parua.nu.18.col.970. 2.parte.

Agenti possessorio adipiscendæ non obstat exceptio criminis sine infamia. De quo vide, quæ posui in litera E.§ exceptio criminis sine infamia.

Aggressorem meum, quem accusaui si video fugientem, possum capere, imo possum offendere, & me vlcisci de iniuria. Vide quæ posui in litera F.§.fugientem possum capere.

Agrimensor ad quid teneatur, & quod sit eius officiũ, vide do. Abcap.quia indicante.de præscr. Et adde ad dicta sua de agrimensore, quòd debet iurare, quòd faciet officium suum legaliter. Bar. l.comparationes.§.omnes.C.de fid.instr. Bal.& Sal.l.hac edictali.§.illud. C. de secun.nup. Adde tamen, quòd agrimensor non debet iurare dicere veritatem præcise, sed secundum iudicũ & peritiam solum. Ita Bald.d.cap.quia indicante. Idem tenet do. Ab.cap.fraternitatis de frigi. Adde Feli.d.c.quia indicante.in prin.nu.1.col.219. Adde ad ista, qua posui in litera P.§. peritus in arte.cum 4.§§.ibi seq.

Agrimensor si damnificat partem ex sua falsa mensuratione, an ipsa pars possit agere contra ipsum agrimensorem, domi. Abb. capitul.quia indicante.de præscrip.2.colum.ver.quæro tertiò.& ibi Felin.ver. ad tertiam.num.3. colum.221.

Agrimensor debet ponere terminos ex consuetudine iudicis, & iuxta postea pronunciabit eos sic mansuros, quod not in practica, de quo vide do. Abb.c.quia indicante.de præscri.2.col.versic.vltimò quæro. Adde ibi Fel.ver.ad septimam q nu. 3. col. supra. præalleg.

Alapa data testi ad hoc vt ipsum repellat à testificando, an dans adiuuetur tali cautela. Vide Bar.l.1.§. pen.ff de quæst. Adde Felin.c.fi.de testi.vers.& hic est.num.5.col. 757.par.2.& ibi vide addim.

Aliàs non valet, ista verba non importãt nullitatem ipso iure. Fel. capit. Rodulphus.de rescrip.versicnl.publicata sint bona.num. 28.col.896.

Alienatio rei si est prohibita, est prohibita etiam diuisio. Fel.c.quæ in ecclesiarum.de consti.vers. generaliter autem.num.63.col. 153. Adde tu, quare in alienatione sit prohibita diuisio. Dic, q̃a diuisio saltem in parte diuidentis est alienatio. Ita Sal.l.iubemus nulli.C.de sac.eccl.Bal.l.1.C.si aduersus transac.vers.deinde opponi.& l.si pro fundo.C.de transac. Sed melius, quàm alibi, Bald.c.1.5.vers.quæro, an vasallus de prohi.feu.alie. per Fede.

Alienatio rerum ecclesiasticarum non potest fieri, nisi per consensum expressum. De quo vide, quæ posui in litera C.§. consensus expressus.

Alienatio in materia stricta non venit, nisi alienatio, per quam transfertur omne dominium. Fel.rub.de fid.instr.ver.nec obstat, quòd illud, quod.nu.3.col.781.

Alienationes ciuitatum, vel castri, male factas à Papa, an successor possit reuocare, vide quæ posui in litera P.§. Papa an possit reuocare.

Alienatio rei ecclesiæ. Adde tu, quòd canonici absentes non sunt vocandi in alienatione rerum ecclesiasticarum. Ita Bar. auth.hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccl.vers.circa istam partem. Adde glo.c.cũ in ecclesijs.verbo, commodè.de præb.in 6.& do. Abc.cum omnes.de const.vers.venio ad secundum. Fel.d.c.cum omnes.vers.in ea gl.ibi, dum tamen, nu.21.col.99.

Alienatio rerum ecclesiasticarum non valet, nisi seruata forma tradita à iure, & in casu à iure concesso, quamuis in puncto isto fuere variæ opiniones, vt in gl summa, 12.q.2.& c.sine exceptione.ea.causa, & 9.& do.Abb.& alij.c.qua in ecclesiarum. de cõsti.tamen, quòd talis alienatio non valet, nisi forma sit seruata, & in casu licito, adduco pro ista opinione, quæ vera est, vnum simile, pone, quòd sit facta alienatio rerum ecclesiasticarum sine authoritate superioris, & tamẽ vtilis ipsi ecclesiæ, dico, quòd talis alienatio est nulla. Ita Bald.l.fi.§.necessitatem. versic. & ex prædictis dicimus. C. de bonis, quæ lib. Eodem modo, si alienatio est facta cum solẽnitate in casu non licito, debet esse nulla, vt per Scribentes d.c.qua in ecclesiarum. quos teneas. Et idem in simili tenuit Bar.d.cum hi.§.si prætor.ff.de transac. vas dicit, quòd si in alimentis præstandis solennitas sit omissa, actus est nullus, etiam si illud, quod est actum, sit in fauorem alimentandi. Adde do. Ab c.vt super.de reb.eccl.non alie.4.col. Vide per Fel.d. c.qua in ecclesiarum.de consti.col.1.nu.1.col.112.& ibi posui vnam additionem.

Alimenta legata per testatorem vxori, puta Titij, intelligitur tan de prima, quam de omnibus fauore alimentorum. Fel.c.fin. de treug.& pace.versic.pro ista fallentia.nu.5.col.149. Adde tu, quòd l.hoc articulo.ff.de hared.instit.posuit quæstionem similem pone quòd testator legauit cuilibet suæ filiæ, quæ fuerit vidua, cẽtum, quæritur, an ad legatum admittantur illæ, quæ vidua erãt tempore testamenti? an illæ, quas postea contingerit viduari? & ibi Bar.tenet, quòd in dubio in vltimis voluntatib.verbum Fuerit, debet intelligi in futuro subiunctiuo.

Alimenta an possit relinqui incarcerato ad perpetuos carceres. Vide Fel.c.qualiter & quando.el 2.§.ad corrigendos.vers.alimẽta, nu.28.de accu.col.832.

Alimentorum iuri renunciari non potest. Fel.c.si diligenti. de foro comp.vers.quartum corollarium.nu.5.col.183.

Alius ex suo proprio significatu implicat similia. Feli.c.sedes.de rescri.ver.dictio Alius.nu.6.col.526. Adde tu, quòd ista dictio, Alius, Alia, Aliud, est implicatiua similiũ, vt per Scribẽtes d.c.sedes. Adde, q̃ si huic dictioni præponitur nomen vniuersale, importat maiora expressis. Ita gl.no.secundum Io.de Imol.clement.1.versi.quamuis.de re iudic. Sed habes contrariam gloss. l.si fugitiui.verbo, alia.C.de ser.fugi.quæ dicit, simili, vel extraordinaria. Tu dic, quòd gl.d.cle.1.procedit regulariter, nisi materia subiecta aliud importet. Et hoc modo intelligas glo.l.si fugitiui. De ista dictione Alius vide do. Ab.c.officij.de pœni.& remis.& c.mulieres.de sent.excom. Adde tex.c.cum non ab homine.de iudi.versi.alio crimine.tex.cum gl.l.in bona fidei. C. de rebus credi. Socin.consi.suo incip. Prastantissimè doctor.& consil.300.

Alia, dictio ista refertur ad similia. Felin.ca.inter cateras.nu.15. vers.demum scias.de rescrip.col.395. Adde, quòd idem tenuit Bal.l.si fugitiui.ver.quæro, hic dicitur C.de seruis fugi.& Bar. l.sed & reprobari in prin.ff.de excu.tuto. Adde, quòd aliquando ista dictio Alia, impropriatur, vt cum dicitur, crucifixus est Christus, & alij duo latrones, vt plenè per Bartol.d.l. sed et reprobari ff.de excu tuto, & l.non solum.§ quæritur ff.de procur.

Alia, ista dictio posita in statuto, quid importat. Pone, quòd statuto cauetur, quòd committens maleficium debet condemnari in mille, vel alia pœna arbitrio potestatis. Dic, quòd non potuerit imponi alia pœna, qua non sit æqualis primæ, vel parum excedens. Ita Felin.c.sedes.de rescrip.versi.dictio Alius.num.6. colum.520.

Aly, quorum interest ista clausula posita in rescripto, restringitur solum ad quatuor, nisi sponte plures veniant. Ita Feli.c.sedes.de rescri.ver.ad quod facit, quando.nu.9.col.521.

Allegare sensum legis sufficit, licèt verba non exprimantur. Fel.de simo.c & si quæstiones.nu.4.col.883.

Allegans turpitudinem suam auditur, & hoc, quando vertitur periculum animæ suæ. do. Abb.c.lator.de re iud.1.col.versi.nota bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene. Adde etiam, quòd in aliquo casu auditur allegans turpitudinem suam, & hoc, quando ille, qui allegat turpitudinem suam certat de damno euitando, & alius certat de lucro. De materia ista vide Fel. d.c. lator. in prin. vbi per duas col. prosequitur materiam istam, nu. 1. col. 388.

Allegationes iuris an possint fieri post conclusionem in causa, vide, quæ posui in litera C.§. conclusio in causa impedit.

Altare ædificatum, dotatum per testatorem, ad hoc vt efficiatur beneficium, & ipse officiatur patronus, requiritur approbatio episcopi, sine qua nihil valent conuentiones testatoris, vel ædificantis, vel dotantis. Ita Felin. capitul. ex parte. el 2. de rescrip. versicul. & quia in hoc est varietas. nume. 1. colum. 474. Et adde ad ista, quæ posui in litera C.§. capella dotata.

Altari fructus relicti sunt principalis rectoris ecclesiæ, etiamsi testator non dicat. Fel. c. ex parte. el. 2 de rescrip. in prin. versi. secundo dubitatur. nu. 3 col. 475.

Alternatiua, materia ista est longa, & diffusè tractatur per scribentes in variis locis. Ideo vide Felin. capitul. inter cæteras. de rescrip. nume. 1. columm. 389. Adde do. Abb. d.c. inter cæteras. 1. col.

Alternatiua cõcessa in beneficijs, seu gatijs, electio an sit beneficiati. Fel. c. inter cæteras. de rescr. versic. regulariter in alternatiuis. nu. 4 col. 389.

Alternatiua. In alternatiuis sufficit alteram partem esse veram. Fallit multis casibus enumeratis per Felin. capitul. inter cæteras. de rescrip versic. sufficit vnam de alternatiuis. nu. 16. col. 199.

Alternatiua parit obscuritatem, & propter hoc dubitatur, an exceptio alternatiua procedat, de quo vide, quæ posui in litera E.§. exceptio alternatiua.

Alternatiua in libello, vel alijs actibus, quando non noceat, ponit do. Abb. c. constitutus. de restit. in integ. in 6. col. vbi Inno. Ant. de But. c. dilecto. de testib. do. Abb. c. ax parte. de foro. compe. 1. & 2. col. Adde Fel. c. inter. de appel. versi. Cæterum de quibusdam. nu. 5. col. 610.

Ambasciator si fuit spoliatus in itinere, dum iret, à latronibus, non recuperat damnum à populo, & hoc maxime habet locum, si affectauit legationẽ. Barrol. l. si seruus communis. §. quod damno. ff. de furt. Adde Felin. capitul. fina. de testib. versicu. & hinc est, quòd ambasciator. num. 3. 2. parte, colum. 756.

Amicitia virum repellat testem à testificanpo, vide, quæ posui in litera T.§. testis propter amicitiam.

Amicus quando teneatur de delicto amici. Vide, quæ posui in litera D.§. delictum commissum per famulos.

Amicus virum admittatur pro amico ad agendũ si sine mandato præstita cautione de rato. Cyn. l. exigendi. C. de proc. tenuit, quòd sic, quòd admittatur amicus pro amico præstita cautione, & videtur sequi Bartol. in l. non solum. §. qui alieno. ff. de procura. versic. fallit in comunkta persona. Et idem tenet Salic. d. l. exigendi. 1. column. versicu. Item liberti Specu. titul. de aduocato. §. obijcitur. ver. est & ordo Ioan. And. capitul. fin. de postula. Adde tamen, quòd communis opinio est in contrarium, vt latè per domin. Abb. capit. coram. de offic. delega. versicu. sed hoc dictum. Lud. Rom. l. si verò. §. de viro. 26. fallentia ff. solut. matri. Angel l. sed & hæ. ff. de procura. Bald. l. j. 22. col. C. qui accusare non pos. Anto. de But & Imo. d.c. fi. de postu. & Ioan. And c. nonnulli. de rescri. Adde Fel. qui etiam tenet cum ista communi opinione. d. c. coram. cær. de amico. nu. 2. col. 1075.

Amittat, hoc verbum non sonat in præteritum, sed in futurum, nisi addatur, Ipso iure. Fel. c. Rodulphus, de rescr. versi. amittat. nu. 24 col. 892.

ANATHEMA Maranatha, Ista verba important, quòd sit verbum latæ sententiæ, & verbum Maranatha, importat, id est, vsque ad aduentum Domini sit excommumcatus, & intellige istud, donec pœniteat. Ita Fel. c. Rodulphus. de rescr. versi. sit anathema. nu. 33. col. 899.

Animæ periculum vbi imminet, terminus præfixus ad aliquid faciendum, non currit in præiudicium partis, domin. Abba. capitul. exceptionem. de excep. 2. not. Adde Felin. ibi, nume. 1. colum. 115.

Animus hominis quomodo probatur? Dic, per iuramentum illius qui dicitur hoc habere in animo, & sic in consistentibus in animo statur iuramento illius, vtrum sciuerit, vel ignorauerit, voluerit, aut non voluerit. Ita dicit glo. c. significasti. el j. de homi. gl. 3. & gl. §. alia. Instit. de actio. dom. de Rota conclu. 45. incip. Item si impetranti. Fel. d.c. significasti. in prin. nu. 2. col. 1033. Adde, quòd fallit ista conclusio, quando ille, qui dicit, Hoc habebam in animo, esset infamis, quia tunc non creditur etiam cum iuramento. Arc. c. præsulatus, 1. q. 4. Fel d.c. significasti. nu. 2. col. ea. Item fallit, quando ille, qui dicit, Hoc habebam in animo & contra illud est præsumptio iuris. Bar. l. inter omnes. § rectè ff. de fur. Imo. c. 2. de consti. 9. col. dom. Car. cle. 2. §. cæterum. de elect. 7. 9. do. de Rota decisi. 425. incip. Item extra Rotam. in nouis. Fel. d.c. significasti. num. 3. col. ead. Iè fallit, quando animus alicuius posset probari alio modo, quàm per iuramentum illius, puta, per actus extrinsecos, do. Car. cle. 1. circa fin. de pœn. Et nota, quòd quando aduersarius illius, qui negat animum illius fuisse, prout ipse iurauit, quòd audietur in foro contentioso, si ex coniecturis, vel per testes, vel alio modo vult probare contra. Ita glos. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex qui. cau. in pos. ea Bartol. l. apud celsum, in prin. ff. de dolo except. Bald l penultim. C. de bo. autho. iudi. pos. Felin. d. c. capitul significasti. nume. 4. colum. 1034.

Animum nocendi si quis habet, & dic, quòd si peruenit ad actum exteriorem, tenetur de delicto, licèt effectus non fuerit secutus. Tex. est l. is, qui cum telo. & l. si quis, non dicam rapere. C. de epis & cler. qui tex. sunt authẽticati, de pœn. dist. 1. Adde, quòd difficultas oritur ex conclusione ista, an ex isto animo nocendi in choato. & nondum perfecto, debeat puuiri iste, ac si perfecisset de lictum. Adde, & fac regulam, quòd animus nocendi, qui peruenit ad actum exteriorem. punitur, vt in legibus allegatis, & est glo. c. super eo. & capitul. fi. de eo, qui dux. in matri. gloss. 2. c. 1. de diuor. gloss. fin. c. j. de conuer. infidel. & gloss. 2. l. generaliter. §. 1. ff. de calum. do. Abb. cap. 1. de eo, qui mitti. in posse. causa rei ser. 4. col. versi. ex prædictis. Adde Felin. cap. 5. de præsump. nu. 2. & 3. col. 919. 2. part. Et ibi habes etiam fallentias ad regulam, & primò, quando animus nocendi venit ad actum propinquum, & tamen non ad consummatienem, vt puta, quia ipse agens impeditus impedimento facti, non perficit, quod inchoauerat. si pœnituit, & vlterius non progreditur, non punitur, l. qui ea mente. & ibi gl. ff. de furt. Dom. de S. Gem. c. gratia. vlt. col. 1. q. 1. Felin. d.c. 1. de præsump. nu. 4 col. 919. Item fallit ista regula, vbi quis habuit animum attentare rem prohibitam, & nõ solum attententauit, sed perfecit, si ex illo effectu nemini nocuit, talis non est puniendus, puta, est commissa falsitas circa illud, quod de se non prodest, vel nocet, talis non punitur de falso, etiã quòd sit commissa falsitas. Imo c. quaato de iureiur. de quo vide Io. de Ana. c. 1. 9. col. de crimini falsi. Fel. d. c. 1. de præsump. num. 5. col. 920. Item fallit ista regula, quando animus nocendi non deuenit ad actum exteriorem, sed stetit in sola voluntate, etiam quòd fuerit deliberata, tamen non est sortita effectum tunc talis non punitur ex ista sola voluntate, l. cogitationis. ff. de pœni. canoni Zata c. cogitationes. de pœ. distin. 1. Ita dom. Car. clemen. 1. 3. q. de vsur. Fel. d.c. 1. num. 6 col. ea. Adde, quia dixi, quòd sola voluntas non punitur, nisi adsit effectus, dicas quòd tamen voluntas in matrimonio habetur pro effectu, & punitur, dom. Card. cle. 1. 20. q. de consan. & af. Et in foro conscientiæ voluntas punitur, quia aliquando est peccatum veniale, aliquando peccatum mortale, c. nunquid. 6. dist. Dom. d.c. gratia. Etiã in hæresi voluntas punitur ad minus, quo ad ecclesiam. De istis casibus vide per Fel. d.c. 1. num. 7. colum. 920. Item fallit ista regula, quia animus nocendi sine effectu non punitur, vbi lex imponit pœnam ipso facto, quia ad eam incurrendam non sufficit animus nocendi, etiam cum actu exteriori, c. cum nuncius. §. pen. de elec. Io. And c. perpetuæ. de elec in 6. & in regula. in pœnis. de reg iu. Dom de S. Gem. d. c. perpetuæ. Fel. d.c. 1. vers. fallit quarto. num. 8. col. 921. Item fallit ista regula in delictis non atrocibus, quia quamuis quis habeat animum nocendi, & venerit ad actum exteriorem, tamen non debet puniri, nisi adimpleuerit. Bald, d.l. si quis, non dicam. C. de epi. & cle. 2 col. domin. Card. d cap. 1. de eo, qui mit. in pos. Felin. d. cap. 1. de præsump. vers. fallit quinto. nume. 9. col. ea. Item fallit ista regula in pœnis ecclesiasticis vt est excommunicatio, & similia, quia ex quo animus est destinatus ad nocendum, & et quamuis fecerit conatum, tamẽ ad incurrendas illas pœnas requiritur.

quiritur factum consummatum, do. Car. c. præterea. el 2. de appel. Vnde fit, quòd si quis fecerit omnem conatum, vt percuteret clericum, & tamen non potuit, licet per istum non stetit, tamen non est excommunicatus, glo. & doct. ca. in audientia. de sentent. excom. Felin. d. cap. 1. versic. fallit sexto. nu. 10. col. 921. Item fallit ista regula in factis ciuilibus, quia animus nocendi cum factis exterioribus non punitur effectu non secuto. Bald. d. l. si quis non dicam. 2. colum. Felin. d. ca. 1. versic. fallit septimò nu. 11. colum. ea. Item fallit ista regula in statuis punientibus delicta, quia animus nocendi sine effectu non punitur, quia statutum puniens delictum, intelligitur de delicto consumato. Bart. l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. 1. colum. do. Imo. d. capit. 1. de præsum. Bal. d. l. si quis, non dicam. Host. in summa, de pœnis. §. in quibus. Io. And. d.c. perpetuæ. de electio. Sexto, Bald. l. si fugitiui. C. de seruis fugi. Anton. de But. d. capitu. 1. de eo, qui mit. in possess. penult. colum. Adde Felin. d. cap. 1. de præsum. versi. fallit octauo. nu. 12. colu. ea. 2. parte. Et vide tu eundem Feli. in tracta. quando conatus punitur. vbi habes etiam omnia prædicta, part. 3. colum. 1127. cum seq.

Annua solutio an tollatur præscriptione, vt putà. debes singulis annis decem, de quo vide, quæ posui in litera P.§. præscriptio an eurrat contra annuam solutionem.

Annus, pone, quòd si in instrumento, vel alia scriptura dicatur, Ali quot annis, vel Post annos, intelligitur de duobus. Feli. c. plerunque. de rescrip. col. 639.

Annus quando debeat esse completus, vel non completus, ponit gl. c. nostram. de regula. gl. 2. & glo. in cle. generalem de ætate & quali. Pono, q ius dicit, ln. 20, anno. an sufficit inchoasse? Quid si dicatur, Tibi annorum 18. an oportet. quòd sint completi? Vide gl. d. cle. generalem, verbo, decem. Quid, si dicatur, Cum peruenit ad annum. 18? Ponit Bar. l. nec putabam. ff. de condi. & demon. do. Abb. d. cle. generalem. Adde Fel. c. cum vigesimum. de offi. dele. versi. limita ista. nu. 7. col. 1101.

Annus Pontificatus debet scribi in instrumento confecto in terris ecclesiæ. Fel. c. 1. de fide instru. nu. 5. col. 784,

Annus positus in instrumento, incipitur aliquando ab incarnatione, & aliquando à circumcisione, quis autem sit magis de iure tenendus, vide late per Fel. d.c. 1. de fide instru. versi. Et considera. nu. 5 parte 2. col. ea.

Annus secundus datur appellanti, qui propter inopiam non potuit prosequi appellationem suam. do. Abb. c. ex ratione. de appell. 2. col. versi. & inter. Idem tenuit Bald. c. si qui. de testi. in fi. Et idẽ tenet Inno. & do. Car. c. significantibus. de offi. dele. Adde Fel. d.c. ex ratione. in prin. nu. 1. col. 634.

Annus datus ad prosequendam appellationem, si est consumptus per ipsum appellantem in reuocandis attẽtatis, non computabitur in primo anno, de quo vide ad plenum, quæ posui in litera T.§. tempus datum ad prosequendam appellationem.

Annus datus ad prosequendam appellationem, si est consumptus per ipsum appellantem circa ostendendo sententiam nullam, etiamsi succubuit, non computabitur in primo anno, & hoc, dum modò habeat iustam causam credulitatis, vide de hoc, quod posui in litera T.§. tempus datum ad prosequendam appellationem.

Anni Domini an sint de necessitate ponendi in instrumento, adeo q si non fuerint positi, instrumentum sit nullum, vide Fel. ca. 1. de fide instru. versi. item requiruntur. nu. 3. col. 784. parte. 2.

Annulli delatio quid significet, & sic mulieres, quæ deferunt annulos, quid proprie denotant, an per hoc præsumantur maritatæ. Vide do. Abb. c. illud. de præsump. vltima col. versic. venio ad secundum, & etiam c. finali, de despon. impub. in glo. capit. si quis vxorem 17. q. 2. Archidid. c. æstimat. 11. q. 4. in fin. Ange. consilio suo 16. Hostien. in summa, titul. de sponsa. rub. de matri. §. qualiter. Adde Felin. d.c. illud. versic. & in materia. nume. 13. col. 957.

Anteferri, de clausula Anteferri, vide in litera C.§. clausula anteferri.

Antiquior canonicus congregat capitulum, vbi caput capituli deficit. Feli. c. 1. nu. 1. de maio. & obe. col. 1167. Et quomodo intelligatur istud Antiquior, ibi.

Antiquior de collegio an possit congregare collegium, non existente qui congregare habeat, adeo quòd non obedientes vocationi suæ constituantur in contumacia, ponit Feli. c. cum omnes. de const. n. 35. col. 109. Et vide infra in litera C. verb. collegium.

Antiquior possessio in interdicto Vti possidetis, est sufficiens causa victoriæ. dom. Abb. c. licèt. de probat. 3. colum. versicul. 3. Adde Felin. latè dict. c. licet. versi. & ad istam tertiam, num. 9. colum 419. 2. parte.

Aperiens literas alijs destinatas, dicitur falsarius. Ita dicit gloss. 3. ca. cum olim. el 2. de offi. deleg. Inno. ibi declarando gloss. dicit. quòd aliud est Aperire literas, & mutare aliquid, aliud est solum aperire & legere, & dicit, quòd iura allegata in ipsa gl. procedunt in primo casu, videlicet quando aperuit & mutauit, & quòd in secundo casu punitur pœna arbitraria, videlicet quando solum aperit & legit. Felin. d. capit cum olim. versi glo. verbo, sigilla, respondet ad dicta ibi per Innoc & verè adeo confusè, nu. 2. col. 1673. quòd non potui intelligere, quid velit dicere. Adde tu pro clariori intelligentia istius difficultatis, quòd pro opinione Inno. inuenio, quòd Bart. tetigit hanc q. l. Titio. ff. ad munip. 2. columm. versi. venio ad tertiam q. vbi dicit, quòd qui abrasit nomẽ alterius in literis priuatis, vel alibi, & ponit nomen suum, committit crimen falsi. Adde, quòd idem in simili tenuit Bald. rub. C. de fide instru. 18. colum. versic. quæritur. vbi dicit, quòd abradens & inscibens falsum in libro rationum, punitur de falso. Et etiam producens falsam scripturam priuatam, potest puniri de falso, l. fin. C. de fide instrumento. & ibi Bald. & l. si quis. C. eod. titu. Adde consilium Paul. de Cast. consil. 1.

Apocha, quæ est subscripta manu testium, sed testes mortui sunt, an te quàm ipsi testes facerent fidem de veritate apochæ, an probet. Vide, quæ posui in litera S.§. scriptura priuata.

Apocha, quæ est scriptura priuata, etiam non solennizata, quando faciat fidem, vide quæ posui in litera S.§. scriptura priuata ad hoc.

Ad Appellandum qui dantur decem dies, an possint prorogari, etiam communi consensu partium? Vide, quæ posui in litera D.§. decem dies qui dantur. 2.

Ad Appellandum qui dantur decem dies, an iudex possit prorogare ex causa, vel abbreuiare, vide quæ posui in litera D.§. decem dies qui dantur 1.

De Appellando ad parem, vel ad maiorem, consuetudo an valeat? & quare? Fel. tit. de app. in rub. in prin par. 3. col. 597. in prin. versi. Et dum Abbas.

Appellans ab executione excessiua, vt putà executor in exequendo excessit modum, si pars appellat, an teneatur exprimere causam in appellatione? Dom. Abb. ca. quod ad consultationem. de re iudi. 12. colum, versi. appellans. tenuit quòd sic. Et idem tenuit ibi Anto. de But. Et dic, quòd non obstat, quòd potest dici in contrarium, videlicet, quòd talis executio est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, & si a tali interlocutoria appellatur, non debet exprimi causa. Dom. Car. cle. appellanti de appel. in fi. Bal. l. minoribus C. de his, quibus, vt ind. Tamen fallit in ista interlocutoria, etiam quòd habeat vim diffinitiuæ, quia requirit expressionem causæ, quando appellatur ab executione excessiua. Lud. Ro. consi. suo. 61. Vide Fel. d. cap. quod ad consultationem. versi. oportet exprimere. nu. 18. colum. 466. Adde, quòd contrarium tenuit Lud. Rom. consilio suo, Omnipotentis, vbi dicit, quòd si appellatur ab excessiua executione, non est necesse exprimere causam. Tu vide Fel. d. cap. quod ad consultationem. numer. 18. colum. ead. versi. ad primum respondetur. Vbi recitat opinionem Lud. in dicto suo. Dic tamen, quòd communis opinio est, q appellans ab excessiua executione debet exprimere causam grauaminis, & in quibus excessit. Et in simili habes Inn. c. pastoralis de offi. dele. in 3. colum. versi. sed dicet. vbi dixit, quòd quando appellatio est prohibita a lege, vel ab homine, si contingit appellari, causa est exprimenda. Et istam opinionem tenuit etiam Feli. d. cap. quod ad consultationem. versic. nihilominùs primam opinionem, nume. 20. colum. 467. quam confirmauit per multa media.

Appellans ab executione excessiua, si est procurator etiam constitutus ad lites & causas, & etiamsi procuratorium dicat, quòd possit appellari ab omni sententia diffinitiua, & interlocutoria, tamen in tali appellatione requiritur speciale mandatum, & hoc, quia appellãs ab executione excessiua, si succumbit, condemnatur in quinquaginta libris, l. ab executione. C. quo. appel. non reci. & propter hoc requiritur speciale mandatum. Ita Bartol. l. si procurator. ff. de condi. inde. 1. col. versi. & per istum textum. Adde Fel. c. quod ad consultationem. de re iud. versi. not. insuper perpetuo. nu. 21. col. 469.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Appellans à correctione, debet exprimere. causam iustificantem appellationem, s. quia in corrigendo excedit modum, & hoc habet locum in omni appellatione, quæ de iure non admittitur nisi in aliquibus casibus, quia debent exprimi casus, in quibus est licitum appellare. Ita Felin. c. super literis. de rescript. versic. decima regula, num. 17. col. 584.

Appellans an debeat intimare appellato appellationẽ, & si non intimauerit, vtrum appellatio sit deserta. Fel. ponit c. cum contingat. de rescript. versic. quarta conclusio. numer. 6. colum. 644. & versic. limita primo. num. 7 colum. 645. Adde dom. Abb. cle. causam. de elec. Et vide, quæ posui in litera I. §. intimatio est fienda. Adde Archid. cap. quam magnum. 23. q. 4. vbi dicit, quòd non tenetur quis credere parti dicenti se appellasse, nisi de appellatione faciat authenticam fidem. Et idem tenet Innocen. d. clemen. causam. 13. col. licèt Card. aliter ibi dicat in 11. quæst. Adde Felin. in materia istà cap. fin. de appellat. qui reprehendit Card. Vide Felin. d. cap. cum contingat. versi. non obstat ratio Arch. num. 9. col. 647.

Appellans ab interlocutoria si comparet coram iudice, à quo appellauit, an videatur renunciasse appellationi? Vide, quæ posui in litera P. versi. pars condemnata per sententiam interlocutoriam.

Appellans extra iudicialiter an teneatur exprimere causas grauaminis. Vide, quæ posui in litera E. §. exprimere debet appellans.

Appellans in causa appellationis potest non deductum deducere, c. cùm Ioannes. de fide instru. Ita potest appellatus, text. l. per hanc. C. de tempo. appel. do. de Rota decis. 365. inci. si à diffinitiua. in nouis do. Ab. c. significauerunt. 4. col. de excep. Ant. de Butrio, do. Ab. & Imo. d. c. cum Ioannes. Adde Feli. c. finali, de mutu. peti in princ. num. 1. col. 258. vbi etiam do. Abb. versi. ex his rationibus. 1. col.

Appellans continuans iudicium coram iudice à quo, videtur renunciare appellationi. Text. multum no. c. gratum. de offi. deleg. & ibi do. Abb. 2. col. versi. item nota, quòd appellans. vbi limitat istud, primò, quòd intelligatur de appellatione interposita, non autem interponenda. Et allegat Innocen. & Ioan. And. vt ibi. Adde, quòd idem tenet Anto. de But. & Imol. d. c. gratum. Adde etiam, quòd recipiens terminum à iudice post sententiam, non renunciat appellationi interponendæ. Ita Inno. c. quod ad consultationem. de re iudic. Et idè tenet do. Abb. c. quod ad consultationem. 8. col. Idem tenet Felin. d. c. gratũ, versi. nota ibi in tex. videretur ab appellatione. num. 7. col. 991. Vbi ponit multa ad istud propositum. Secundò limita, quòd comparens post appellationem coram iudice à quo faciẽdo actum per quem magis vult ostẽdere desiderium suum in appellando, non dicitur propter hoc renunciare appellationi, domin. Abb. d. capitul. gratum. 2. colum. versi. sed quæro. gl. c. si à iudice. de appella. in 6. domini de Rota decisi. 287. incip. Licèt appellationi interponendæ. in fine, & ibi Felin. ver. secundò limita. num. 8. column. 991. Tertio limita, quòd si actus gestus per appellantem coram iudice à quo, fuerit approbatus, vel improbatus à parte, propter hoc non dicitur renunciatum appellationi, domin. Abb. d. capitul. gratum. 2. column. versic. adde aliam solennem. Idem tenet Felin. d. capitul. gratum. versic. tertiò limita. numer. 8. column. ead. Et ibi multas concordantias ponit. Quartò limita, quasi iudex à quo, admisisset appellationem, si postea appellans comparet coram eo, & facit actum, propter hoc non renunciatur appellationi, neque etiam renunciari potest. Ista est vna notabilis limitatio, quã tenuit Rota decisi. 363. quæ incipit, ex hoc insurrexit in nouis. Idem tenet Felin. d. c. gratum, versic. vltimò Ab. hic ponit. aliàs est versic. vltra Ab. hic ponit. vbi suprà. column. 992. Quintò limita, quòd si iudex à quo, dolo induxit appellantem ad faciendum aliquem actum post appellationem, quia non dicitur renunciatum appellationi. Ioan. And. cap. penult. 2. column. de relig. dom. Felin. d. cap. gratum. versic. sextò limita. num. 10. column. ead. Sextò limita, quòd si appellans reuertitur post appellationem coram iudice à quo, pro compositione cum aduersario fienda, propter hoc non dicitur renunciare appellationi. Ita solenniter Hostien. capitul. cum venissent. de eo, qui mittitur in possessio. Felin. idem tenent dicto capitul. gratum. versicul. nonò limita. numer. 11. column. 993. adde quæ posui in §. actus gestus. suprà, & etiam in §. actus factus. & ad de Felin. capitul. cum venissent. de testi. versic. in gloss. 2. num. 3. colum. 611.

Appellans impeditus circa reuocationem attentatorum lite pendente, an contra ipsum currat annus datus ad prosequendam appellationem, vide suprà, annus datus ad prosequendam appellationem.

Appellans impeditus circa'ostendendum sententiam nullam, an contra ipsum currat annus datus ad prosequendam appellationem, vide supra § annus datus.

Appellans an possit appellare vltra decem dies, quando fuit impeditus agendo super nullitate sententiæ, vide quæ posui in litera T. §. tempus datum ad prosequendam appellationem.

Appellans in decimo die debet exprimere horam, in qua appellauit, quia possibile est, quòd appellando in decima die, quòd vndecima sit inchoata. Ita Raph. l. j. §. dies. ff. quando appel. sit. Et idem tenet ibi Angel. de Aretio. Adde Felin. cap. quod ad consultationem. de re iudic. versic. quarta conclusio. num. 26. col. 472.

Appellans si vult probare per iuramentum suum, quòd appellauit intra decem dies, qui dantur ad appellandum, vel intra decem dies à die scientiæ, non statur suo iuramento. Felin. c. quod ad consultationem. de re iudic. num. 27. colum. 473. versi. sexta conclusio.

Appellans poterit appellare à grauamine successiuo, etiam post decendium. Pau. de Cast. consi. suo. 25. 3. col. Fil. c. ex ratione. de appel. in si. col. 636. Fel. c. quod ad consultationem. de re iud. nu. 29. versi. nona conclusio. col. 473.

Appellans, qui fuit impeditus in primo anno prosequi appellationem, an sit restituendus pro rata temporis amissi, an verò dabitur ei totus annus integer, do. Abba. cap. ex ratione. de appel. 4. colum. versic. veni ad secundam. intricatè loquitur. Adde tu, & dic, quòd communiter tenetur illud, quod dicit gloss. capitul. si electio. de elec. in 6. in gloss. fin. vbi dicitur, quòd si appellans fuit impeditus in primo anno, debet habere secundum annum indistinctè, etiamsi fuerit impeditus in primo anno in vno die. Et ratio est, quia iste secundus annus datur appellanti sine ministerio iudicis. In alijs autem casibus si succurritur appellanti impedito cum ministerio iudicis, puta, restituendo in integrum, tunc in tantum restituitur, quantum amisit, vel in quantum fuit impeditus. Ita Paul. de Cast. consi. suo. 39. incip. Visa appellatione. & domin. de Rosa tit. de appel. 57. in antiquis. Vide Felin. d. capitul. ex ratione. versicul. quintò, dum intricatè. num. 6. col. 935. Adde, quòd vbi appellans fuit impeditus, si petit annum tertium tunc restituitur solum ad illud tempus, in quo fuit impeditus. Arch. vbi etiam Dominic. de sanct. Gemi. in summa. 2. q. 1. Felin. d. c. ex ratione. versic. limita primò, num. 7. colum. ead. Adde etiam, quòd appellans impeditus, est restituendus, quando ostendit impedimentum fuisse causam, quòd non potuit prosequi appellationem, sed si, eo non obstante, potuisset appellans expedire intrà annum appellationem, tunc non habebit aliquam restitutionem, imo appellatio erit deserta. Ita Angel. consiio. suo 306. incip. In quæstione proposita. Felin. d. c. cap. ex ratione. ver. limita secundò. nu. 8. colum. 635.

Appellans, qui non fuit prosecutus appellationem, an possit illum iudicem, à quo appellauit, recusare in alia causa, do. Abba. c. ad hæc. de appel. 3. colum. versic. sed iuxta tenet, quòd sic. Et idem tenuit Ant. de But. ibi Adde, quod Fel. d. c. ad hæc. versi. deserta appellatione. num. 4. col. 628. plus dicit, quòd data desertione appellationis, iudex à quo, qui potest exequi sententiam suam, potest recusari, vt suspectus, quod no. quia quotidie habebis in facto. Facit gl. c. dispendia. de reso. in 6. verbo omnibus. quæ dicit, quòd delegatus, qui semel grauauit, & fuit appellatum, potest postea in omnib. alijs causis allegari suspectus. Adde Felin. d. c. ad hæc. versi vbi supra. col. ead. Et hoc modo limitabis doctrinam Angel. l. si contra maiores. C. de appella. vbi dicit, quod si est deserta appellatio, victor potest adire iudicem, qui sententiam tulit, & petere, vt mandet illam executioni, quia hoc est verum, nisi apppellans recusauerit ipsum iudicem à quo, vt per Felin. Adde ad ista quæ posui in litera I. §. iudex à quo deserta appellatione.

Appellans si non petijt apostolos, dicitur non appellasse, do. de Rotatit. de

titu. de app. 41. in nouis. de quo vide Domi. de sanc. Gem. c. ab eo. § fi. 2. col. de appel. in 6. & Fel. c. personas. de appel. versic. non sufficit. nu. 4. colum. 617.

Appellantem qui per metum continuat iudicium coram iudice à quo, non videri renunciasse appellationi. Vide Fel. c. gratum de offi. deleg. versicu. vndecimo limita. post nu. 11. col. 993.

¶ Appellare à loco non tuto notoriè non est opus. Bal. l. executorẽ. C. de except. rei iud. Ab. in apostillis cle. appellanti. de appel. & c. ex parte el 1. in si. de app. Felin. c. cum R. de offi. deleg. in prin. nume. 1. versi. item, quòd col. 1080. item nu. 2. versi. amplia tertiò. col. ea. & col. 1081.

Appellare potest pars, quando iudex potest aliquid facere ex officio suo, & non vult facere Felin. c. per tuas. de testi. versic. item in quantum dicit hic glo. nume. 5. col. 722. & vide, quæ posui in litera I. § iudex an possit interrogare partes.

¶ Appellari an liceat semper ad Papam, omisso medio de iure canonico? dic, quòd non, casus c. cum te consulente. de offi. d. leg. vbi dicitur quòd si delegatus subdelegat, sed non in totum, ad ipsum appellabitur, & non ad Papam. Vide Feli. ibidem in princi. columna. 982.

Apellari an liceat in commissis arbitrio iudicis, si partem lædit. Vide § arbitrium iudicis, & sic in commissis.

Appellari non licet à pœna legis vel statuti, tamen bene appellatur a sententia declaratoria pœnæ legis incursa. Ita Fel. c. cùm non ab homine. de iudi. ver. & no quod licet. nu. 12. col. 80.

Appellari potest die feriato. Ita Fel c. fin. de iudi. versic. sexta declaratio. numero 10. colum. 146. Et ibi, an die feriata in honorem Dei.

Appellari quando possit ad superiorem ob tarditatem iudicis. Felin. c. pastoralis versic. Considero tertiò. nu. 6. de offi. iud. ordin. colum. 1120.

Appellari potest à sententia declaratoria excommunicationis, quã quis incurrisse dicitur. Felin. cap Rodulphus. de rescrip. versi. & appellari. nume. 43. col 908.

Appellari non potest omisso medio l. imperatores. ff. de appel. cap. dilecti. de appel el 2. Fallit hoc, quando pars appellaret omisso medio, & altera pars taceret, quia valeret appellatio. gl. d. c. dilecti. & ibi dom. Abb. & Imol. & Fed. & Anto de But. c. cùm Bertholdus. de re iud. 5. col. Pet. de Anchar. cap. Romana. 2. colum. de appel in 6. Fallit etiam, vbi consuetudo esset, quòd appellaretur omisso medio, quia valet. Ita glo. c. 2. de consue. in 6 in glo. magna, in prin. Adde Feli. cap. super quæstionum. §. porrò. de offi. deleg. versicu. appellari non potest. vbi latè hoc prosequitur, multas alias limitationes posuit, nu. 14. col. 1040.

Appellari quando potest, propriè dicitur iudicatum. Felin. de re iud. c. duobus. num. 12. versi. vlt. ad dicta. 3. parte. col. 596.

¶ Appellasse si quis se dicat, & pars aduersa dicat quòd intra decem dies non appellauit, quis probabit. Vide Paul. de Eleaza. c. tertio loco. de proba quem sequitur Feli. c. 3. de proba uer. extra glo. pulchrum & vtile. nume. 11. 2 parte. col. 350.

Adde do. Car. Cle. causam. de elect. §. verum in penul. 9.

¶ Appellatur ad ecclesiasticum de tota causa, ne contientia eius diuidatur, quando clericus & laicus insimul pronunciant. Felin. in rub. de appellat. nume 4. uersi. dixit etiam Bart. colum. 602. part. 3.

¶ Appellatio alternatiua an valeat? dom. Abb. c. inter. de appella. vlt. col. uersi. quæro secundò, dicit, quòd in duobus casibus ualet primus est, quando nulla incertitudo cadere potest, secundo casu, quando iusta causa excusat. Adde, quòd in contrariũ est communis opinio, videlicet quòd imo valeat appellatio alternatiua etiam vltra istos duos casus. Angel. l. cùm proponas. 1. colum. C. de bon. autho. iud. possi. & ibi Bal. Vide Felin. d. c. inter. versi. appellatio generalis. colum. 68. num. 1. Adde, quòd de iure ciuili istud non potest procedere, quia etiamsi appellare tur alternatiuè, intelligitur de primo iudice. Fel. d. c. inter. ver. limita primò. de iureiu. nume. 4 col. 610. Item istud non habet locum etiam de iure canonico, vbi appellans alternatiuè, intra decendium declararet, ad quem iudicem vellet reducere appellationem. Felin. d. c inter. versicu. limita secundò. nume. 4. colum. ead. Item istud non habet locum, nec de iure ciuili, nec de canonico, & hoc, quando appellans alternatiuè non potuit appellare, nisi ad vnum iudicem tantùm, quia de illo intelligitur, etiam quando appellat alternatiuè. Felin. d. c. inter. versicu. ca-

terùm de quibusdam, vbi suprà. nu 5. colum. ead.

Appellatio à diffinitiua, quãdo ab ea appellatur, aliquando oportet, quòd causa exprimatur. Tu dic, quòd hoc est necesse, quando tertius comparet pro suo interesse, quia non auditur appellans, nisi exprimat causam. Ita dom. Abb. c. cum super. de re iudi. 1. col. versicul. nota ibi. Idem tenet Bartol leg. à sententia. ff. de appel. 2. colum. versic ego autem. Adde Felin. d. c. cum super. in prin. num. 1. & 2. colum. 500.

Appellatio à diffinitiua si remouetur, non est remota ab interlocutoria, nec econtra. Feli c. causam, quæ de rescri. versic. & dum dicit hic But. num. 27. colum. 558. Adde tu. pone, quòd Papa, seu princeps remouet in rescripto appellationem, vt tertius comparens possit appellare pro suo interesse. secundum quod aliàs permittitur à lege, vt l. à sententia. ff. de appel. recti. Vide Innoc. & Ioan. Andr. cap ex parte. de offi. deleg. Adde Bar. l. j §. j. versic. quæro. ff. à quib appe. non licet.

Appellatio à diffinitiua licèt non faciat mentionem de primo rescripto, valet. Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum secundum si super appellatione.

Appellatio potest interponi die feriato. Felin. capit. cum M. Ferrariensis. de constit. versic. secunda conclusio. num. 32. column. 196. & Vide gloss. capitul. appellatio. de appel. in 6. verbo, lectæ & ibi Bar. & Bald. l. 1. C. de fer. Adde, quòd etiam appellatio potest fieri de nocte, si potest haberi copia eius, cui fienda est appellatio. Bald. authen. hodie penul. colu. C. de appellat. & Felin. d. capitul. cum M. Ferrariensis. ver. quarta conclusio. num. 34. col. 197.

Appellatio ab interlocutoria valet, etiam sine expressione grauaminum, & hoc, quando ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ. sufficit dicere. Appello propter iniquitatem sententiæ, quæ est euidens ex actis. Ita. Fel. c. cum ordinem. num. 11. de rescrip. ver. prima declaratio. col. 418. & per Felin. capit super quæstionum. versic. gloss. in verbo, causæ finem. de offi. deleg. num. 6. col. 1035. & inde.

Appellatio ab interlocutoria, in ea non habet locum regula, Non probatum probabo, Non deductum deducam, & ratio est, quia illa iustificatur solum ex actis primò factis, cle. appellanti. de appel. Dic tamen, quòd fallit istud, quando iudex non admisisset probationes partis, quia tunc in causa appellationis admitterentur, per regulam leg. per hanc. C. de tempor. appel. per text. cap cum Ioannes. de fide instr. Vide Felin d. cap. cum Ioannes. versic. modò dictam regulam. num. 26. 2. parte. col. 860.

Appellatio an possit tolli per principem? & dis, quòd formalitatem appellationis bene potest tollere princeps, non autem substantiam appellationis. Vide dom. Abb. rubric. de appel. 3. colum. ver. ad tertium. & ibi Felin. versicu. circa tertiam. num. 3. col. 599.

Appellatio an tollatur, si expressè aliquas causas, & vnam solam probaui. Vide Feli c. licet. de proba. versi. secunda conclusio. nu. 43. 2. parte. col. 438.

Appellatio an suspendat pronunciationem, vel extingnat? Conclusio sit ista, quod inspecto præsenti statu sententia per appellationem dicitur extincta, seu rescissa, sed inspecto futuro statu, dicitur suspensa. Ita Bald. in rubr. C. de app. Angel. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & ibi Bald. in repeti. Anto. de Butr. c. venientes. de iureiur. Vide Ioan. de Imol. capitul. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. & rubric ff de appel. Petr. de Ancha. capit. si à iudice. de app. in 6. 2 colum. Bald. l. ita demum. C. de procura. & l. j. 3. colum. C. ne ex delict. defunct. E. istud intellige in appellatione à diffinitiua secus interlocutoriat Ita Ioan. And. cap. fin. de appel. in 6. & Ang. l. 3. 2. qff. de appe. reci. Bar. Ange l. furti. ff. de his, qui not. infa. in princ. Vide per Felin. d. capit pastoralis. § præterea. in princip. colum. 1122. vide per Felin. in rubric. de appell. colum. 599. num. 2. Et ibi habes limitationes & regulam Adde tu dom. Abb. qui tangit hãc difficultatem primò in d. §. præterea. & postea cap. venientes. de iureiur. in fin. de seque. pos & fruct. j. colum. versi. not. duo. Et in istis locis dicit, quòd appellatio suspendit pronunciatiũ, & quòd communiter iura canonica hoc dicunt, & pro sua opi facit multum text. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoff. test.

Appellatio interposita à grauamine coram auditorib. sacri palatij cũ toto negotio, etiãsi pronũciant malè appellatũ nõ reuertitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa ad priorem iudicem a quo. Et no. quòd hoc facit cõtra tex. c. cum appellantibus. de appel. in 6. Vide Felin. c. olim. de excc. uersi. alius casus. nu. 8. col. 75. vbi dicit, quòd hoc habet locum solum in auditoribus sacri palatij.

Appellatio a grauamine commissa iudicibus in partibus cum clausula, De toto negotio, intelligitur, scilicet in euentum grauaminis, aliàs nõ, & ideò, si Papa cõmittit causam grauaminis cum toto negotio ad instantiam partis appellantis, propter hoc non potuit totam causam in cognitionem illius iudicis, nisi in euentum legitimæ appellationis ab interlocutoria, ita Fel. c. causam, quæ. de rescr. versi. nec dicas. nume. 6. & c. olim. de excc. versi. alius casus. nume. 8. colum. 75. Et nota, quòd isti iudices delegati illiterati errant in hoc, & multi aduocati imperiti hoc ignorant.

Appellatio a sola omissione condemnationis expensarum an valeat puta, actor habuit sententiam pro se, tamen iudex omisit condemnare reum in expensis, uel etiam absoluit, an propter hoc poterit appellare? Vide, quæ posui in litera. V. § uictor, qui habuit sententiam diffinitiuam pro se. & in litera E. §. expensæ si non sunt petitæ.

Appellatio dubium si sit, an sit admittenda, vel non, iudex debet eam admittere. Ioan. And. c. ut debitus. de ap. Specu. tit. de ap. §. nunc dicamus. versi. 1. & ver. circa hoc. Arc. c. 1. & c. si a iudice de app. in 6. Adde Fel. c. significauerunt. de testi. num. 1. col. 653. 2. part.

Appellatio an sit deserta, uel non, & quando rationes sunt addũctæ pro & cõtra, iudex in dubio debet pronunciare non esse desertam. Ita Pau. de Cast. l. 1 ff. si quis cautio. Et idem tenet Fel. c. significauerunt. de testi. nu. 1. 2. parte, col. 653.

Appellatio a futuro grauamine in iudicio non valet, quia pars, quæ appellat, debet expectare, quòd iudex inferat grauamen, glossiclem sicut. de app. in verbo, a futuro & in gl. c. concertationi. de appel. verbo, grauatum. do. Abb. c. significauerunt. de testi. 3. colum. versi. sed quæro & c. 1. de dila. 2. & no. & c. cum cessante. de appel. 1. col. ver. item no. est uerum, quòd dom. Abb. d. c. significauerunt. 3. col. Sed primũ videtur discedere ab ista sua opin. tamen reprobatur a Mod. vt per Fel. d. c. significauerunt. ver. sed contra ista. nume. 11. colum. 657. Et ideo tene primam opi. quam etiam ipsemet dom. Abb. tenuit in tribus locis supra allega. Adde & limita conclusionem istam duobus modis. Primo, quòd si appellans in iudicio, appellat à futuro grauamine, & exprimit aliquem actum, per quem designatur futurũ grauamen, valebit appellatio. Ita dom. Ab. d. c. 1. de dila. 2. not. et & d. c. cũ cessante. de app. ver. stẽ no. & Fel. d. c. significauerunt. de testi. nume. 9. versi. extra gloss. dicit hic. colum. ea. 2. parte. Secundò limita conclusionem istam in appellatione extraiudicia li, quia valet appellatio a futuro grauamine, clem. sicut. de app. dom. Abb. locis præal. & Fel. d. c. signficauerunt. ver. prædicto, circa si. col. ea. Et ratio diuersitatis est, quia lex in iudicialibus multum præsumit pro iudice, ideo de facili non admittit appellationem, sicut in extraiudicialibus.

Appellatio iudicialis quam primum est iustificata, reuocatur, quic quid factum est post dictam appellationem, secus est in appellatione extraiudiciali, quia non reuocatur, nisi illud solum, quod factum est contra appellationem. Ita dom. Ab. c. cum I. & A. de re iud. 5. col. versicu. sed certè. & ibi Fel. ver. in appellationem. nume. 5. col. 561. Et per istã nota differentiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem.

Appellatio extraiudicialis, si post eam sit aliquid, illud non reuocatur, nisi sit factum post appellationem contra appellationem, & sic non sufficit facere post appellationem, nisi etiam factum sit contra Ita dom. Ab. c. 1. de app. 1. col. uersi. quartò quæro. & ibi Fel. nu 2. col. 604. Et nota per istã, differentiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem.

Appellatio extraiudicialis non iustificatur ex eo solo, quòd pars offerat se probare causam grauaminis, sed oportet, quòd sit vera causa, & hoc habet locum, etiamsi non fuit audita pars. Vnde oportet eam probare. Ita dom. Ab c. 1. de appel. 2. colum. versic. sed contra prædicta. Inno. c. venerabili. de censi. 1. colum. versi. sed respondeo. dom. Abb. c. cum inter. de elect. ibi Imo. Vide Felin. cap. 1. de appel. versi. dum dicit signanter, num. 2. colum. 604. Adde, quòd secus est in appellatione iudiciali, quia sola oblatio probationis causa iustificat appellationem, ita dom. Abb. & Fel. vbi supra.

Appellatio extraiudicialis si non est ex causa probabili, non sit reuocatio attentatorum post eam, & hoc, quando appellans habet ius commune contra se. Vide Fel. c. 1. de appel. versic. dum dicit Abb. num. 3. col. 605.

Appellatio extraiudicialis si est deserta, an sit factum præiudiciũ ipsi appellanti, adeò quòd non possit alio iure ius suum prosequi puta querelando, ut est tex. c. concertationi de appel. in 6. dom. Abb. c. cum sit. de appel. 5. colum. versi. secundus, quando tenuit, quod non sit præiudicium, quia imo poterit prosequi ius suũ per alium. Vide, quòd contrarium tenuit Fel. d. c. cum sit. quia ex quo iste appellans elegit viam appellationis extraiudicialis, & est deserta, & tunc videtur, quòd amplius, non possit deducere grauamen per viam querelæ, uide Fel. dicto cap. cum sit. versi. secundò considera. num. 10. colum. 622.

Appellatio potest interponi die feriato. Fel. c. cum M. Ferrarien sis. de constit. versi. secunda conclusio. num. 32. col. 196. Vide gl. c. appellatio. de appella. in 6. in verbo, lecta & ibi Barto. & Bal. l. 1. C. de fer. Adde, quòd etiam appellatio potest fieri de nocte, si potest haberi copia eius, cui fienda est appellatio. Bald. authen. hodie. pen. colum. C. de appel. Felin. d. c. fin. de appe ollauo quæritur, & Fel. d. c. cum M. Ferrarien sis, ver. quarta conclusio. nume. 34. col. 197.

Appellatio si non est facta in tempore ab ipso appellante propter metum, eo quia videt, quòd iudex consueuit male tractare cõ sanguineos eorum, qui appellant ab ipso, valet appellatio, si postea fuerit interposita metu cessante, iuxta tex. c. si. de appel. de quo vide Fel. c. ecclesia S. Maria. de constitu. numero 99. col. 263. uer. decimotertiò quæro. ibi. Adde etiam Ange. l. 1. circa medium, aliàs est colum. 36. vide quæ posui in litera M. §. metus iustus.

Appellatio vno contextu geminata, vnica appellatio censetur. Fel. cap. ex literis. de const. versicu. sed hanc fallentiam. nume. 8. colum. 282.

Appellatio generalis respectu iudicum, ut puta, Appello ad iudicẽ competentem, valet de iure ciuili non de iure cunonico, domin. Abb. c. 2. de appel. 2. colum. ver. circa hunc tex. Vide ibi Felin. num 1. col. 608.

Appellatio est deserta per lapsum termini impositi a iudice a quo, sicut per lapsum termini iuris de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex a quo, potest præfigere.

Appellatio ipso iure non currit impedito, ita Fel. c. venerabilis. de iudi. ver. tertia conclusio. nu. 6. col. 135.

Appellatio in causa feudali a sententia Domini feudi, si sit institita, quis sit iudex competens. Vide Fel. c. cæterum. de iud. uersi. quis dicatur iudex. num. 20. col. 53.

Appellatio interposita ex causa rationabili, si iudex illam admittit cum clausula, Si & in quantum, an dicatur detulisse, & eam admisisse, dicas tu, quòd sic si est rationabilis, secus, si est irrationabilis. Ange consi. suo. 217. Bal. l. edita. 31. colum. versicu. item dubitatur. C. de eden. Vide Card. clem. quamuis. in fi. uersicu. tertiò quæro. de appel. Felin. cap. cum contingat. de officio. delega. versicu. vlterius est consiltum. numero. 13. columna. 1085.

Appellatio. In causa appellationis non habet locum prorogatio, Vide, quæ posui in litera P. §. prorogatio non potest fieri.

Appellatio interposita per partem a sententia delegati episcopi recusati, vel non recusati, an talis appellatio poterit fieri ad episcopum. Ponit Fel. c. si quis contra. de fo. compet. versicu. gloss. in verb. executor numero. 4. col. 156. Adde do. Abb. d. c. si quis contra 12. col. uersicu. sed circa prædicta.

Appellatio, quæ fit à delegato Papæ recusato, qui non subdelegauit in totum, poterit ad eum fieri. Fel. c. si quis contra. de fo. compe. uersi. item in delegato. nume. 5. col. 156.

Appellatio, quæ fit a delegato episcopi, an sit fienda ad eius vicarium. Felin. c. si quis contra. de fo compe. versi. si iudex recusatus. num. 5 colum. 157.

Appellatio sola an sit sufficiens causa recusandi iudicem a quo & hoc, quando appellans fuit reconuentus coram ipso iudice a quo Ponit dom. Abb. c. ad hæc. de appel. 2. colum. uersicu. septimam lecturam. Et ibi concludit, quòd non. contrarium tenuit Imol dicto c. ad hæc. Dic tamen, quòd communis opinio est, quòd sola appellatio non sufficiat. Vide Felin. d. c. ad hæc. nu. 1. col. 627.

Appellatio in vna cã non suspendit iurisdictionem iudicis, quò ad alias,

alias causas, de quo vide, quæ posui supra §. appellatio. sola. Ad de tamen, quòd si appellatum est super vno articulo vnius causæ, quòd tunc bene esset suspensa iurisdictio iudicis in tota illa causa. Feli. c. ad hæc. de appe. ver. & in quantum probatur. nu. 3. col. 628.

Appellatio potest interponi contra pronunciationẽ iudicis, quam facit de exequendo sententiam. Ita do. Ab. c. quòd ad consultationem. de re iud. 11. col. ver. & dicit Bar. l. si cum exceptione. §. hæc autem ff. quod metus cau. circa si. vide Fel. d. c. quod ad consultationem. ver. a pronunciatione iudicis. nume. 13. colum. 464. Adde, quòd contrarium tenuit Spe. & ibi Io. An. titu. de excu. sen. §. pe. ver sed secundum. & Cy. l. ab executione. C. quorum appe. non reci. Tu vide Fel. d. c. quod ad consultationem. versi. in contrarium. nume. 14. col. 495. Vbi dicit, quòd Bar. l. ab executione. C. quo. app. tenuit, quòd a pronunciatione, quam fecit iudex de exequendo, appellatur, hoc non est verũ, imo Bar. ibi tenet totum oppositum, quem vide in princ. Adde, & dic, quòd si ista opi. secunda esset vera, videlicet quòd non possit appellari a pronunciatione, quàm fecit iudex de exequendo, quòd tunc poteris limitare eam multis modis. Et primò, quando non esset lata aliqua sententia, sed iudex simpliciter dixit, quòd sit executio fienda de instrumento publico, quia isto casu potest appellari. Sal. d. l. ab executione. Fel. d. c. quod ad cõsultationem. ver limita primò, dũmodo. nume. 15 col. supra præal. Itẽ limita, quòd quando det istam pronunciationem de exequendo, inferretur grauamen de nouo, tunc potest appellari. Ange. d. l. ab executione. §. hæc autem. Fel. d. c quòd ad consultationem. versi. limita secundò. vbi supra. nume. 16. col. ead. Limita etiam, quòd si iudex pronunciat sententiam exequendam, & hoc fecit intra decendium, quod datur ad appellandum, quòd tunc a dicta pronunciatione poterit appellari. Angel. & Imol. d. l. ab executione. Fel. d. c. quod ad consultationem. versi. limita tertiò. numero. 17. col. 466.

Appellatio si est deserta, victor potest adire iudicem, qui tulit sententiam, & petere, vt mandet illam executioni. Fel. c. ex parte. lo 2 de rescrip. versi. declara tamen dupliciter. num. 8. col. 480. Adde ad ista quæ posui in litera I. §. iudex delegatus, qui tulit sententiam.

Appellatio si remouetur per rescriptũ Papæ simpliciter a sententia alicuius iudicis, intelligitur a diffinitiua tantum, cum appellatione sententiæ non veniat interlocutoria. gl. c. cum olim. de testi. Fel. c causam quæ. de rescr. ver. & dum dicit hic. nu. 27. colum. 558. Et sic non obstante tali ratione poterit appellare a sententia interlocutoria, quod no. Vide supra §. appellatio a diffinitiua.

Appellatio si est remota per rescriptũ, tollit appellationes a iure nõ permissas. Ita Fel. post Host. c. pastoralis. §. fi. de off deleg. versi. gl. in verbo, appellatione, nume. 27. col. 1054.

Appellatio si remota est per statutum, vel rescriptum, intelligitur respectu partis litigantis, secus respectu tertij, & sic tertius potest appellare. Fel cap. super eo. de offi. dele. in prin. colu. 972.

Appellationis causa a diffinitiua, in ea potest deduci, & probari, quod non fuit deductum, neque probatum in causa principali. Ista est regula firmissimè approbata per tex. c. cum Ioannes de fi. instr. & per tex. l. per hanc. C. de temp. app. & l. scio. ff. de appel. & tex. c. fraternitatis. de testi. & Bal. ibi 4. col. per istam regulam dix. tvnum notabile dictum, quòd si in causa principali testes sunt reprobati, quia infames, in causa appellationis poterit probare pars producens, quòd fuerunt fama restituti. Et vide Fel. d. c. Ioannes. versi. in tex. ibi. nec probata. nume. 18. colum. 858. par. 2. Adde, & dic, quòd ista regula in tantum est vera, quòd habet locum in appellatio. Ita do. Ab. d. c cũ Ioannes. vlt. col. versi. vltimò quærtur. quòd ibi Anto. de But. & Imo. dom. de Rota deci. 365. inci. si a diffinitiua. Et ratio est, secundum istos Doctores, quia per appellationem sententia suspenditur c. veniens. de iureiu. & tunc etiam, qui non appellauit consequitur cõmodum ex facto partis aduersæ. Et istud tenuit Archid. dom de S. Gem. §. biduum. versic. quandoque. 2 q. 6. Imò plus dicunt do. de Rota deci. vbi supra quòd appellatus potest petere & instare, vt reformetur sententia in sibi nocentibus, vel omissis, de quo vide Fel. d. c. cum Ioannes. versic. amplia primò nume. 18. col. ead. Adde & restringe illud, quod dixit de appellato, non habere locum, quando ipse appellatus renunciasset appellationi, ante quam incipiat eam prosequi Ioan. Andr. in addi. Specu. titu. de sent. §. 1. versicu. sed pone Dom. de S. Gem. d. versicu. quandoque Felin. d cap cum Ioannes. versicu. hanc ampliationem. nu. 19. colum. 859. Item restringe istud, quod dixi in appellato, quia si appellans appellauit solum ab vno articulo sententiæ latæ contra se, ipse appellatus, quo ad alios articulos, non poterit petere reuocationem. Fel. d. cap cum Ioannes. versicu. secundò restringe. numero. 20. colum. ead. Item restringe istud, quod dixi in appellato, quia si appellãs appellauit, se astringendo ad ea, quæ faciunt solum contra eum, tunc appellatus non poterit vti beneficio appellationis, quo ad alia. Ita domi. Abb. d. cap. cum Ioannes. vlt. colum. versicu. ego limitarem & ibi Imo. & ibi etiam vide Fel. versi. tertiò restringe nume. 21. colum. ea. Adde etiam, quòd regula, Non deductum deducam, Non probatum probabo, habet locum etiam corã iudice, qui habet videre arbitramentum, tanquam bonus vir. Ita Fed. de Senis consi. suo 286. inci. Petrus rector ecclesiæ. pen. colum. Ande Bat. cap. Quintaualis. de iureiuran. 28. colum. versicu. venio ad sextum. Fel. c. cum Ioannes. versi. amplia secundò. num. 22. vbi supra. col ea. Limita istud non habere locum, quãdo aget retur de probando dolo arbitratoris, quia non poterit probari coram tali iudice assumpto, vt vir bonus, de quo vide ad plenũ per Fel. d. c. cum Ioannes. versi. hanc ampliationem restringe. nume. 23. colum. ead. Limita etiam, quòd si pars scienter & dolosè omisit nõ producere probationes coram arbitratore, tunc corã tali iudice assumpto, vt vir bonus, nõ admitteretur producere. Vide Felin. d. c. cum Ioannes. versicu. secundò restringe. nume. 24. colum. ead. Adde etiam, quòd ista regula, Non probatum probabo, Non deductum deducam, habet locum semper, quãdo probatio emergit de nouo, vel de nouo venit ad noticiam, etiamsi statutum diceret, quòd in causa nullitatis, non debent recipi nouæ probationes. Bal. l. inuitus. C. de procura. Fel. d. c. cũ Ioannes. versicu. amplia tertiò. nume. 25. colum. 860. Adde etiam, quòd ista regula, Non probatum probabo, Non deductum deducam, non habet locum, quando pars in causa appellationis non admittitur ad probandum. glo. magna c. ad audientiam. lo 2. de rescr. & ibi Anto. de But. c. inter monasterium. de re iud. & dom. Abb. c. exceptionem. de excep. Fel. d. ca. cum Ioannes. de fi. instr. versicu. secundò limita dictam regulam. nume. 27. col. supra præal. parte. Adde, quòd contrarium tenuit Imo. d. c. ad audientiam. 3. colum. de quo vide Fel. d. c. cum Ioannes. versicu. sed contrarium. nu. 28. vbi supra.

Appellationis causa & principalis videntur diuersæ causæ, quod est verum respectu instantiæ, sed capiendo causam respectu eius, quod deducitur in iudicio, causa appellationis est eadem cum principali, capitu. tua nobis. de appellatione. de hoc vide latius per Felin capitu. fraternitatis. de testi. in prin. nume. 11. colum. 575. 2. parte.

Appellationi interponendæ, vel interpositæ, quando possit renunciari. Ponit Fel. capitu. ex parte. el 2. de rescrip. versi. sed de isto articulo. nume. 6. colum. 476. Adde tu Bal. l. edita. 13. colum. C. de eden. & leg. per hanc. C. de tempo. appell. in fin. Adde etiam, quòd si iudex detulit appellationi, non potest renunciari, & Bald. l. postquam liti. 6. colum. versicu. tertiò quæritur. C. de pact.

Appellationi renunciari non potest, an hoc sit verum, vide Felin. c. si diligenti. de fo. compe. versicu. sextum corollarium. nume. 7. colum. 184.

Appellationi si est renunciatum, si appellans vult prosequi ipsam appellationem, et excipio, quòd renunciasti appellationi, an talis exceptio impediat litis ingressum? Pet. de Anc. consi suo 364. inc. Pro declaratione tenuit quòd sic, & idem tenet Fel. c. exceptionem. de exce. ver. idem dic. de exceptione, nume. 40. col. 128.

Appellatione si est renunciatum, an pars possit agere contra iudicem, qui tulit sententiam iniquam contra se? Adde, quod si nõ fuit appellatum. Adde etiam, quid si bis fuit appellatum, adeò quod amplius appellari non potest. De his omnibus vide, quæ posui in litera P. §. pars renuncians expressè. Adde quid si fuit appellatum, sed remanet appellatio deserta, Vide vbi supra.

Appellationem deseruisse quis dicatur verè. Fel. cap. personas de appel. nu. 1 versi. & dicit Thomas Fast. col. 616. part. 3.

Post appellationem extraiudicialem gesta, vt irritentur, oportet, q; sint gesta post & contra, secus si post, & non contra. Felin. de appel. cap. 1. in prin. col. 604 part. 3. vide etiam in litera G. § gesta post appel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In appellatione interposita a iudice, exprimenda est causa Felin. capitu. cum sit Romana de app. nu. 11. versicu. exprimenda est causa col. 622. par. 3.

Appellatione remota, an quis possit committere causas cum ista clausula. Vide, qua posui in litera P. §. princes, qui non recognoscit. & in litera O. §. ordinarius potest committere.

¶ *Appellatus ante terminum iuris potest præuenire appellantem dummodo nimium non præcurrat, istud præcurrere stabit arbitrio iudicis. Fel. c. ex parte. el 2. de reser. versi. clemen. si appellatione nu. 7. col. 477. Adde q. quando iudex a quo, abbreuiat terminum iuris, non debet appellatus, nec etiam appellans impetrare ante terminum, & impetratio non faciens mentionem de termino hominis, est nulla. Ibi Fel. d. c. ex parte. & versicu. prædicto.*

Appellatus iussus a iudice, vt exhibeat sententiam latam pro se, si negat illam fuisse latam, iudex debet pronunciare, quòd si nũ quã talis sententia lata p. eo apparuerit, sit nulla, & vires non habeat, & valebit talis declaratio sic facta à iudice. Ita do. Abc. G. perpetuus. de si. instr. 3. col. vers quæro de quæstione. Idem tenet Bar. l. §. edenda. ff. de eden. & l. 2. C. eod. titu. 1. col. Bald. in repe. l. 2. 12. col ff. de tureiu. Io. An. & Dom de S. Gem. cap. Roma §. si verò. de app. in 6. Vide Fel. d. capitu. G. perpetuus. versi. extra glo. nu. x. col. 873 parte. 2. Et est communis opin. Adde, & dic, quòd ista communis opi. habet locum, etiam quãdo ipse appellatus iussus a iudice, vt exhibeat sententiam, nõ negat latam, sed solum dicit illam non habere, quia poterit iudex facere præceptum, vt supra. De quo vide Fel. d. c. G. perpetuus. versi & istud vulgarum Innocen. nume 11. colum. ea Item dic, quòd communis opinio habet locum, etiam in arbitro, & arbitratore, q. si bonus vir, qui habet videre de læsione, si petit laudum exhiberi, & non exhibeatur, poterit facere præceptum, vt supra dixi in sententia. Vide Felin d. cap. G. perpetuus. versi. amplia secundò nu 12. colum supra præalleg. parte. 2. Item ista communis opinio habet locum, vbicunque iudex præciperet parti, vt exhibeat instrumentum, vel aliam scripturam, & si pars est contumax in edendo, iudex debet facere præceptum, vt supra in sententia. Ita Pet. de Ancha. clemen. 1. §. cæterum. de vsur. in fine. Felin. d. cap. G. perpetuus. versicu. amplia quartò. nume. 13. colum. ea. 2. parte. Adde tamen pro limitatione omnium dictorũ, quòd si appellatus dicit se paratum iurare, quod non desit habere illam sententiam latam pro se dolo, quòd ei non imponeretur silentium, vt supra fuit dictum Ita Bal. l. his, qui 3. colum. C. de appel. Item limita omnia supra dicta non habere locum, quando appellans potuit habere copiam sententiæ, & non curauit, quia non imponeretur silentium appellato. dom. Abb. dicto cap. G perpetuus. vlt. colum. & ibi dom. Card. Ioan. Andr. & Imo. & etiam Felin ibidem, versi. limita tertiò. nume. 14. col. ea. 2. parte.

Appellatus potest in causa appellationis non deductum deducere, & non probatum probare, sicut potest etiam appellans. de quo vide supra, § appellans, in causa appellationis.

Appellatus, qui negauit appellatum fuisse, non potest petere, reuocari attestata, pendẽte appellatione, nisi recedat ab illa impugnatione. Fel c. capitulum, de rescr. versicu. & istis adde nume. 9. colum. 779.

Appellatus si recipit appellationem, vel aliàs interest sua, ne appellatio deferatur, non potest appellans illi renunciare. Fel. cap. ex parte. lo. 2. de rescrip. ver. si appellatus. nu. 5. col. 475. Adde tu, quòd etiamsi appellatus non recepisset appellationem. & sic re integra existente appellans renunciasset appellationi, debet condemnari in expensis capitul. interposita. §. ille. de appella. & hoc in expensis ratione prosecutionis.

¶ *Approbatus ad vnum officium, potest ad aliud simile reprobari. Ita dom. Abb. c. præsentium. colũ. 2. de testi. ver. aduerte. Ad de Felin in dicto cap. præsentinm. versi. in glo. 1. in fin. nume. 7. col. 635. parte. 2.*

Approbatus semel an possit reprobari. Vide, quæ posui in litera R. verb. reprobare.

Approbatus semel ad vnum officium, non potest amplius respectu eiusdem officij reprobari. Ita do. Ab c. cum venerabilis. de excep. pen. col. ver. & ex prædictis. Et idem tenet ibi Imo. & dom. Ab. c. scriptum. in fi. de ele. Ant. de But. c præsentium. de testi. 3. col. Adde, quòd secus est, si esset dissimile officium, quia posset reprobari. Vide Felin. d. cap. cum venerabilis nu. 48. vers. vltimò tenementi. col. 69. Adde & limita, quòd ista non habent locum in superiore, quia ex causa potest semel approbatus in vno officio, reprobari in eodem officio, vel simili. Ita do. Ab. d. c. cũ venerabilis. vlt. col. versi. limita tamen. Adde Fel. d. c. cum venerabilis. ver. limita, vt per Abb. nu. 49. col. 69.

¶ *Arbiter non potest esse, nisi attigerit vigesimum annum quod amplia, etiamsi attigerit compromisso pendente, Spe. tit. de arbitro. §. 2. ver. item si minor. Adde Fel. c. cum vigesimum. de offic dele. versi. illud, quòd nu. 4. col. 1100.*

Arbiter & delegatus in quibus æquiparantur, & in quibus differunt, vide elegantissimè per Fel. c. pen. de offi. deleg. nume. 1. colum. 1101.

Arbiter qui habet pronunciare de iure, an possit iudicare secundum statuta loci. Vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui habet pronunciare de iure.

Arbiter, qui ex potestate sibi a partib. concessa, potest sine scripturis procedere, intelligitur quòd partes contentarunt stare simplici relationi ipsius. Ita do. Ab. c. quoniam contra. de prob. 3. notab. Fel. d. c. quoniam. versi. subdit etiam hic signanter num. 2. & 3 col. 448. & 449. 2. par. et ibi dicit, quòd ista opi comuniter non tenetur ibi. eum vide.

Arbiter, qui habet potestatem prorogandi compromissum, non poterit prorogare illud, nisi bis, etiamsi in instrumento posita sit ista clausula, semel & iterum. Bald. capitu. præsentata. de testa. 4. colum. Adde Felin. capitu. licet. de testi. ver sicu. Ex quo infert Spe. nu. 4. 2. parte col. 724.

Arbiter non potest punire testem delinquentem coram se, quia iurisdictione caret, nisi esset electus ex forma statuti. Ita Ang. l. si uacantia. C. de bonis. vac. lib. 10. Tamen dicit ibi, quòd nunquam vidit hoc seruari. adde Felin. c. si. de re iudic. num. 12. colum. 594.

Arbiter potest iudicium sum interpretari. Bart. l. ne in arbitris, C. de arbi. in fin. Arch. 2. quæst. 3. §. ex his. Felin. ca. qualiter & quando. de accusa. el 1. ver. tertiò no. quod arbiter. num. 28. colum. 746.

Arbiter an possit imponere pœnam mortis, quando aliàs esset iudex competens delicti. Vide quæ posui in litera P. §. pœna quæ est imponenda.

Arbiter potest cognoscere, si sua sit iurisdictio, si vertitur dubium super qualitate rerum expressarum in compromisso. Felin. capit super literis. num. 18. uersicul. an sua sit iurisdictio. de rescr. colum. 585.

Arbiter an possit ferre sententiam de nocte. Fel. c. consuluit. nu. 18. ver. gl. in verbo, tenebras. de offi. dele. col. 1019.

Arbiter, qui verisimiliter acceptando arbitrium apparet, quòd imponeret finem controuersiæ, & non acceptet, peccat mortaliter. Ioã. de Imo. c. pastoralis. de offi. dele. Vide glos. c. sicut. 11. q. 1. Adde Fel c. pastoralis. de offi. deleg. nu. 6. vers. glos. in ver. compellere col. 1046.

Arbiter potest ferre sententiam, de quo vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata secun. parte.

Arbiter, si tulit sententiam contra ius litigatoris, sententia est nulla. & hoc, quando in compromisso fuit dictum, q. ipse arbiter non possit procedere de iure & de facto, sed pronunciare de iure quia si pronunciat contra ius litigatoris, non valet sententia. Bartol. l. diem. §. stari ff. de arbi. de quo vide Fel. c. causam. de re iud. versi. obstat fortiter. num. 8. col. 453. vbi ponit opiniones contrarias, postea videtur tenere opi. Bartol. quod not. Adde, quòd istam opin. Bar. tenuit dom. Abb. d. c. causam. vlt. columm. versi. & aduerte.

Arbiter, si pronunciauit se non esse arbitrum, compromissum expirat. Vide, quæ posui in litera I. § interlocutoria, per quam finitur iurisdictio.

Arbiter non est capax prorogationis. Vide, quæ posui in litera P. §. prorogatio coram arbitro.

Arbiter male arbitrando facit litem suam. T. ex. & gloss. l. pen. C. de arbitri. & ibi Doct. dom. Abb. cap. pastoralis. §. quia verò. ver. sed quæro. de offi. deleg. Vide Felin. dicto cap. pastoralis. §. quia verò. nume. 20. versicul. item dicit Abba. column. 1051. Adde, quòd arbiter, qui negligit intra terminum arbitrari, facit litem suam, sicut male arbitrando. Ludoui. Roman. consilio 328. incipient. In casu propositæ quæstion. siue consultationis

Arbiter si pronunciauit contra formã compromissi semper potest oppo-

opponi contra sententiam, de quo vide, quæ posui in litera E. versi. exceptio, quæ prouenit ratione defectus.

Arbiter & arbitrator potest eligere alteram viam, tamen in non eligendo potest, & videtur procedere vtraque authoritate, & potest pars, si erit læsa, petere reductionem in specta potestate arbitramentali, domi. Abb. c. Quintauallis. de tureiur. penul. charta, versicu. ego autem. Felin. cap. cum ex officij. de præscrip. ver. ex ista conclusione. nu. 21. 22. 23. colum. 301. in fine, & colum. seq. Et sic not. quòd quando præclusa est vna via ad appellandũ datur alia, vt hic in exemplo posito.

Arbiter si processit, vt arbiter & arbitrator, a sententia arbitri non fit reductio, neque appellatur, l. 1. C. de arbi. sed bene a sententia arbitratoris. Vide quæ posui in litera D. §. delegatus potest esse arbiter & arbitrator. Et ibi habebis omnia clarè & ui de Felin. in materia ista, d. c. cum ex officij. versi. inducũtur ista. nu. 32. col. 306. vbi reassumit totam istam difficultatem, & ibi latissimè ponit quid tenendum.

Arbiter & arbitrator potest eligere, quam via vult, in procedendo. sic quòd vna electa non potest ad aliam redire. Specu. tit. de arbi. § fin. ver. sed pone. Bar. l. si dominum. 2. colum. ff. de fur. Bar. & Bal. l. 3. ff. de milita. testam. dom. Ab. cap. Quintauallis. penul. char. versi. secus tamen in arbitro. Fel. cap. cum ex officij. de præscrip. versi. sed hic attende. nu. 23. col. 302. Et ibi dicit, quòd hoc maximè est verum in iudice ecclesiastico.

Arbitro an censeatur statuta instantia, sicut iudici. Vide per Felin. cap. venerabilis. de iudi. versi. Coram arbitro. nu. 22. colum. 141. Adde dom. Abb. d. c. venerabilis. vlt. colum. versi. vltimò quæritur. Adde, quid in arbitratore. Vide do. Abb. loco præal. et Fel. vbi suprà.

Arbitri electi communi consensu partium, si discordant, compelluntur eligere tertium, l. item si vnus. ff. de arbit. Pone modò, quòd si electus iste tertius, an debeat pronunciare vnà cum aliis, vel eorum altero, do. Ab. cap. suspicionis. de offi. del. 1. colum. ver. item nos. dicit, quòd Legista, d. l. item si vnus. dicunt q. duo debent pronunciare secundum consilium istius tertij. quod etiam tenuit Specu titu. de arbi. § fina. versi. sed nunquid. & Barto. d. l. item si vnus. alij dicunt, quòd iste tertius debeat pronunciare vnà cum aliis. Adde Fel. cap suspicionis. versi. virum verò. nume. 1. colum. 1092. vbi dicit, quòd Bald. l. 1. 2. opposi. C. de his qua pœne no. sensit, quòd solus pronunciet iste tertius. sed postea l. iubemus. C. de appel. sentit contrarium, & ibi Felin. tenet opin. do. Abb.

Arbitri iuris possunt pronunciare tertio absente, & hoc, quia maior pars est præsens. Bar. l. item si vnus. §. si plures. ff. de arbi. Et ibi dicit, quòd non est sic in voluntarijs. Idem tenet Bal. cap. cum vigesimum ff. de offi. del. vbi dicit, quòd l. cum Iulianus. ff. de arb. non habet locum in arbitris iuris. Fel. c. si. suspicionis. versi. gl. in verbo, ad quos. nu. 2. col. 1092.

Arbitri iuris magis sapiunt naturam potestatis delegatæ, quàm compromissoriæ. Ita do. Ab. cap. si. de re iud pen col. versi. quòd si arbitri & Bar. l. si C. de iud. vbi Bal. & Sal. Fel. d. c. si. nu. 15. ver. sententiæ arbitrorum. colum. 594. Adde, quòd dubium est, an ab istis arbitris iuris possit appellari. Bar. l. 1. C. de nouo codice comp. tenuit, quòd non, & sequitur Ant. de But. c. Quintauallis de tureiu. 16. col. & Dom. de S. Gem. c. ab arbitris. circa si. de offi. deleg. in 6. Adde, quòd contrarium tenet do. Abb. cap. cum dilectus. de arbi. 10. col & Bar. l. 1. § interdum. in fin. ff. a quibus appel. non licèt. Bald. l. pen. in si. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. & l. diem. §. stari ff. de arbit. Vide per Felin. in d. cap. fin. uersi. & hinc est, quòd nume. 11. & 12. colum. ea. & colum. 595. Adde, quòd istud habet locum etiam in arbitris electis ex forma statuti inter consanguineos, & hoc procedit, etiam si esset factum pactum de non appellando. Ita Pau. de Cast. l. a diuo Pio. ff. de re iud in prin. Lanfr. tract. suo de arbitris. 24. q.

Arbitri iuris non eliguntur, nisi in casibus a iure expressis. Notat Felin. cap. pastoralis in prin. nu. 1. de reso. col. 494. Adde, quòd contrarium tenuit Panor. ibidem colum. 2. vt late videre potes per Fel. vbi supra.

Arbitri qui possunt de cõsensu partium prorogare terminum compromissi, & non est dictum semel, vel plures, intelligitur de una prorogatione, & prima. Felin. cap. fin. nu. 4. ver. dispensatio ad duo. de treuga & pace col. 1246. & c. licèt. lo. 3. nu. 4. de testib. ver. ex quo infert. col. 724. par. 1.

Arbitri statuarij possunt pronunciare tertiò absentes, quia maior pars est præsens, & sic, quod est dictum de arbitris iuris, habet locum etiam in arbitris statutarijs. Ita do. Abb. cap cum dilectus. x. colum de arbi. vbi dicit, quòd ab istis appellatur sicut ab arbitris. Item tenet Imo l. 1. pen. colum. ff. solu. matri. Dom. de Sanct. Gemi. cap. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. Adde Fel. cap. suspicionis. de offi. dele. ver. & omnia, quæ dicuntur. nume. 3. colum. 1092.

Arbitri statuarij inter consanguineos electi, an cogantur acceptare. Vide Innocen. cap. suspicionis. de offic. delega. & Imo. ibi Ad de Felin. cap. pastoralis. de offi. delega. ver. est alius casus. nu. 7. colum. 1046.

Arbitris à delegatis in hoc discrepant, quòd coram illis non habeat locum reconuentio, corã his vero sic. Fel. c. pe. de offi. del. in prin. nu. 1. col. 1101.

Arbitrorum plurium simpliciter datorum tempus morte vnius expirat. Felin. c vno delegatorum. de offi. deleg. numero. 1. colum. 1101.

Arbitrorum iuris sententiæ cuius potestatis naturam sapiant, vide § arbitri iuris magis.

Arbitris committi debere quæstionem reuocationis rescriptorum, in casu quando iudices in cognitione dissentiunt. Vide Fel. c. pastoralis. de rescr. in prin. nu. 1. col. 494.

Arbitris, qui ad cognoscendum de Iudicum competentia electi erant, illos esse iudices competentes qui non sunt, pronuncianti-bus & partibus & non appellantibus, illi ipsi iudicium officio fungentur & de causa cognoscent. Fel. c. pastoralis. de reser. nu. 10. versi. dicas etiam. col. 501. par 1.

Arbitros statutarios interdum conuenire cum arbitris iuris, Vide Felin c. suspicionis. de offi. deleg. nu. 3. versi. pro quo vide. colum. 1092

¶ *Arbitrator an possit ferre sententiam de nocte dic, quòd sic, & ista est limitatio ad tex. ca. consuluit. de off del quam ponit Bal. l. eos. § sentiunt. in fi. C. de pp. Adde Fel. d cap consuluit. ver. gl. in verbo tenebras. nu. 18 colum. 1019. Adde, quòd istud verum est in casib. quib. arbitrator procedere potest partib. absentib. Qui autem sunt isti casus, Lud. Ro. numerat d. l. si quis arbitratu. ff. de ver. oblig. Et in materia ista vide Fel. d. c. consuluit. verba prædicto.*

Arbitrator non tenetur ferre sententiam conformem libello, de quo vide quæ posui in litera S. §. sententia debet esse conformis libello.

Arbitrator, qui male arbitrando ladit partem, tenetur solum de dolo, & lata culpa, do. Abb. c. pastoralis. §. quia vero. versi. sed quæro. de off. dele. Istam conclusionem firmat Imo. l. diuus. ff. de senten. & re iud. & ibi Roma. vbi reprobant glo. l. 1. C. de contrahen. emp. Limita tamen, nisi læsisset in modico, quia tunc tenetur. Bar. & Sal. l. pen C. de pac. Limita etiam, vbi data esset ei latissima potestas, quia non tenetur, nisi de dolo vero, vel præsumpto. Ita Ange. de re. l. 1. col. 5. in prin. ff. de ap. re. tex. l. qui superstitis C. de dolo. vbi tex. dicit, quòd si læso est enormis, & præsumitur dolus, de quo diffusè per Felin. d. cap. pastoralis. §. quia verò. nu. 20. ver. item dicit Ab. col. 1051. Adde, quod arbitrator male arbitrando facit litem suam. Ita no. Bartol. l. penul. C. de pact. col. fi. versi. vltimò no. & l. si ff. si mensor fal. mo. dix. Vide Pau. de Cast. consi. 71.

Arbitratores electi communi consensu partium, si non possunt conuenire in vnum iudicium, an sint compellendi eligere tertium, sicut statuitur in arbitris voluntarijs, ut l. item si unus. in si. ff. de arbi. & cap. innotuit. eod. tit. do Ab c. suspicionis. de offi. deleuersi. sed notabile dubium dicit, quòd doctores Canonistæ non tangunt quæstionem istam, postea dicit, quòd Bald. tangit hanc difficultatem. cap. 1. de inuestitu. in mari. fac. col. 10. & dicit, q. Bald. ibi tenet, quòd non Adde, quòd Bald. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. dicit, quòd si arbitratores discordant, partes debent eligere tertium. Tamen contrarium uoluit idem Bal. l. 2. pe. colum. C. de rescin. vend. Idem tenet do. Car. consi. suo. 86. In causa quæ versa est. vbi dicit, quòd d. l. item si unus non habet locum in arbitratoribus. Bald. l. fin. x. q. C. de contrahen. emptio. Adde Fel. d. cap suspicionis. nu. 3. colum. 1092. tenere opinionem Bal.

Arbitrium iudicis, & sic in commissis arbitrio iudicis. si partem ladit, vel grauat, an possit appellari? & dic, quòd regulariter põt appellari ab arbitrio iudicis, quia licèt possit arbitrari tamen non potest ladere partem. glo. capitu. 2. de corpo vitia. Barto. le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ge, si qua pœna ff de verbo obliga. Felin. cap. super his. de accu. versi. in glo. in verbo, arbitrium. nume. 7. colum. 719. Adde et limita regulam istam, nisi iudex haberet arbitrium liberum, quia ab eius arbitrio non potest appellari. Innocen. cap. si. de fer. circa fin. do. Ab. d. cap. super his. Bald. l. vbi pactum. C. de tran sact. in fin. Felin. d. cap. super is. colum. 720. nume. 8. versic. & ideo. Ite limita istam regulam, quando actus decisus a iudice suo arbitrio non esset præiudicialis, quia non licet appellare. Innocen. cap. pastoralis. de rescr. Fe. d. cap. super his, versi. secundò limita. nume. 9. col. ea. Item limita dictam regulam, quando iudex arbitrabitur super his, quæ spectant ad eius officium, quia non potest appellari. glo. cap. 1. de censi. cap. 6. verbo, diffinitionem. Felin. d. can. super his. ver. tertiò limita. nume. 10. col. ea. Item limita prædictam regulam, quando lex aliquid committeret cõscientiæ iudicis, quia si iudex arbitrabitur p cõscientia sua, non appellatur. gl. c. statutum. de rescr. in 6. verbo, relinquatur. Tamen habes glo. in contrarium clemen. 1. de iure pat. Vide de Felin. pro concordia d. cap. super his. ver. quartò limita. nume. 11. colum. ea. Item limita prædictam regulam, quando lex permittit iudici dispensationem, si iudex non vult dispensare, non potest appellari. Bald. l. quicunque. C. de ser fug. 6. colum. Felin. d. cap super his. 6. colum. verfic. quintò limita. nume. 12. vbi proxi. colum. 721. Item limita prædictam regulam, quando lex ponit in potestate & dispensatione iudicis, quia si non vult vti potestate sua, non appellabitur. Felin. d. cap. super his. versicu. sextò limita. nume. 13. colum. ea. Tamen si pars petit, & iudex deneget, potest appellari. Felin. vbi supra versicu secundò fallit. colum. ea. & vbi latissimè ponit de materia ista, quem videas omnino. Adde ad ista, quòd quando causa est commissa alij iudici, vt illam suo arbitrio decidat, an ab eo potest appellari? Pa. Cast. l. iubemus. §. deferre. ff. de in lite. iurand. videtur dicere, quòd non, & ita dicit velle Innocen. cap. conquestus. de vsur. Addetu quòd illud videtur verum, quando committitur libero arbitrio iudicis, adeo quod possit proferre, quem vult, iuxta id, quod habetur l. cum quidam. la. 2. ff. de leg. 2. Sed si simpliciter committitur arbitrio iudicis, quia appellatione arbitrij intelligitur de arbitrio boni viri, l. si libertus. ff. de oper. lib. l. j ff. de leg. 2. poterit tũc appellari ab eo, quod facit iudex vigore arbitrij, vt est tex. cum glo. not. & ibi Bartol. si qua in glo. magna ff. de verbo signifi. & gl. d. capitu. super his. vbi do. Ab. & alij. Adde glo. fin iuncto tex. cap. 1. de confes. in 6. & clarè Dom. de Sanct. Gem. cap. 2. de iura. cal. in 6. Roma. l. admonendi. circa fin. ff. de iureiurand. Et ita intellige Bald. l. secunda. C. quomodo & quando indic. & Bald. l. quicunque. C. de seru. fugit. Specul. titul. de officio iudic. §. impedit. versicu. & Ioan. And. capitu. exceptionem. de except. in fin.

Archidiaconus non debet præcedere vicarium episcopi. Ita Felin. rubrica de maio. & obe. versi. non valet consuetudo. nu. 10. col. 1166.

Archiepiscopus an succedat in loco episcoporum suorum suffraganeorum, data ipsorum negligentia. Ponit Felin. cap. pastoralis. de offi. or. versicu. tempera istas limitationes. nu. 5. & colũ. 1119 versi. circa nouam opi. vbi late. nu. 6. col. 1120.

Archiepiscopus potest tollere paruam consuetudinem in diœcesi suffraganeorum, & excommunicare seruantes eã. Ita Felin. dicto cap. pastoralis. de offic. ord. versi. vltra scribentes. nume. 7. colum. 1121.

Archiepiscopus potest assignare terminum, episcopo, vt constituat sibi vicarium, vel officialem, quo elapso archiepiscopus prouidebit. Ita Felin d. cap. pastoralis. de offi. ord. versi. potest archiepiscopus. nu. 8. col. 1121.

Archiepiscopus punit subditos suffraganeorum suorum, quantũ est in iure expressum. de simo. c in tantum. nu. 2. col. 921.

Archiepiscopus delinquens in diœcesi suffraganei, non potest puniri per ipsum suffraganeũ. Fel. capitulo cum inferior. de maioritate & obedient. in princip. nu. 1. col. 1218. Adde, quid de episcopo, qui deliquit in diœcesi alterius episcopi, an possit per eũ puniri, dom. Abb. c. sane. de foro. comp col. 2.

Archiepiscopus potest excommunicare subditos suffraganeorum suorum denegantes ei procurationem, do. Abb. ca cum ex officij. de præs. 4. col. versi. venio nunc. Et proista opinione do. Ab. faciunt illa, quæ habetur per do. Alex ff. de iurisd. om. iud. l. j. col. j. Adde, & intellige istud sano modo, dummodò archiepiscopus visitet diœcesim suffraganeorum suorum, quia si negatur ei procuratio, poterit excommunicare, si autem non visitat, tunc nõ poterit excommunicare. do. Abb. d. c. cum ex officij. 3. col. versicu. ego concordando. Item intellige istud, quando subditi suffraganeorum nullam iustam allegarent causam in denegando procurationem, quia tunc posset excommunicare, si verò subditi suffraganeorum allegarent iustam causam, non archiepiscopus, sed suffraganeus debet hoc cognoscere. Ita dom. Abb. loco præallega. Adde Fel. d. c. cum ex officij. versi. in quãtum. nu. 2. colum. 291. Adde etiam, quòd de iure archiepiscopus potest se impedire in subditos suffraganeorum suorum, vt est tex. c. pastoralis. de offi. ordina. & ibi Fel. n. 1. col. 1115. enumerat multos casus circa potestatem archiepiscopi in subditos suffraganeorum. Adde etiam quòd licèt archiepiscopus possit excommunicare subditos suffraganeorum in casibus prædictis, tamen non potest punire non obseruantes excommunicationem. Fel vbi supra, qđ not. Archiepiscopus an dispenset cum subditis suorum suffraganeorum, Felin. cap. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. nume. 18. colum. 44.

Archipresbyter & similes non habent vocem in capitulo, de iure Fel. c. cum M. Ferrarien sis, de const. ver. in ea gl. ibi, circa finẽ, nu. 18. col. 189.

Archipresbyter, decanus, præpositus, & isti, qui habent dignitates in ecclesia cathedrali, vtrum habeant vocem in capitulo, vide quæ posui in litera D. §. dignitatem, vel personatum habens.

Aerea an veniat appellatione domus, tam in ultimis uoluntatibus quam in contractibus. Ponit Fel. c. Rodulphus. nu. 22. de rescr. uers. hortus autem. col. 889.

Argumentum a simili ualidum est in iure Facit cap. si quando, de rescri. tex. c. dudum. de prab. in 6. Insti. manda. §. item tenet. Felin. c. 1. de sponsa. versi. quartò no. ibi, nu. 9. col. 664. Adde q, hoc fallit, quãdo ius vellet trahere constitutionem ad præterita, quia non extenditur per argumentum a simili. Bal. cap. j. an mari. succe. uxori. ī feu. Fel. vbi supra Item fallit in statuto, & hoc quando in eo dicitur, quòd verba statutorum intelliguntur ad literam, prout iacent, quia tunc statutum non extenditur ad similem. Bald. l. 2. C. de patri qui filios distra. pe. colum. Ad de, quæ est ratio? Dic tu, quia argumentum a simili non potest legi, sed vemt per coniecturas, l. j. ff. si tabu. testa. exta. Ita Bald. d. l. 2. Et facit doctrina Ange. l. si ita. ff. de libe. & posth. quòd stante statuto, sub simplicibus nunquam continetur casus mixtus. Item fallit in statuto, vel lege, quæ non habet in se expressam, vel tacitam rationem, sed solum voluntas statuentis esset pro ratione. quia isto casu argumentum a simili non sumeretur. Felin. d. cap. 2. versi. quarto limitatur. nu. 11. colum. 665. Itẽ limita, nisi detur dissimilitudo parua, quia tunc non procedit argumentum a simili. Anto. de But. cap fi. de consue. Felin. vbi supra. ver. quintò limitatur. colum. ea. Item fallit in statuto imponente pœnam habito respectu ad priuilegium, quia non fit extensio per argumentum a simili. Felin. d. capitu. 2. nume. 12. versicu. sextò limi. colum. ea. Item fallit, vbi lex esset odiosa, quia argumentum a simili non habet locum. Bald. l. fin. de inter. mat. Felin. vbi supra colum. ea. Item fallit in materia priuationis, quia in ea non proceditur per argumentum a simili, quia in illa non imponitur pœna, nisi lex expresè dicat. Bald. authen. ex testamento. C. de sec. nup. Vide Arch. & Dom. de S. Gem. cap relatum. 26. distin. Felin. d. capitu. 2. de sponsa. versicu. octauò limita. nume-13. colum. 665. Adde ad ista, an argumentum a contrario sensu habeat locum in statutis ad corrigendum ius commune, glo. cap. 1. de ata. & quali. ī 6. ī glo. 2. tenuit, quòd non, & idem tenet glo. cap. significasti. de foro competen. in glo. magna. glo. cle. 1. de sen. excom. verbo, obseruare. Et pro ista conclusione facit dictum Bald. l. j. C. de inuti stipu. quòd si statutum disponit, quòd minor 25. ann. non possit se obligare, nisi cum certa solennitate, non potest sumi argumentum a contrario sensu, vt post illam ætatem possit se obligare. Adde & limita istam conclusionem, quando statutum operetur aliquid in sensu directo, aliàs sumeretur argumentum a contrario sensu, etiam ad corrigendum ius commune, ne statutum sit superfluum Lu. Ro. l. si cum dotem. in prin ff. sol. ma. Bal. l. obseruare. §. proficisci. ff. de of. procon. & le. 4. q. Vide Imo. & dom. Alex. d. l. si cum dotem. Fulg. & Paul. de Cast. & do. Alex. l. j. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.

Argu.

Argumentum a contrario sensu habet locum in verbis contrahentium. Fel. c. significasti. de for. comp. versi. istis iunge. nu. 9 col. 212.

Argumentum a contrario sensu habet locum etiam in rescriptis. Fel. c. significasti. de foro comp. ver. amplia. secundo. nu. 11. colum. 212.

Argumentum a contrario sensu, an habeat locum in statutis? Vide supra in ver. præcedenti.

Argumentum a contrario sensu habet locum etiã in sententijs. Fel. c. significasti. d for. cõp. vers. amplia quarto. n. 13. col. 212.

Arma quæ dicantur. Vide do. Car. cle. ne in agro. §. ne præsate. 5. q. de statu. mona. Adde Fel. ca. ita quorundam. de iudæis. ver. in gl. 2. in fi. nu. 2. col. nu. 961.

Articulans an videatur fateri omnia contenta in ipsis articulis ponit Fel. c. examinata. de iudi. versic. in quantum dicitur. nu. 2. col. 112.

Articulus falsus productus in iudicio, si pars producens dicit se nolle eo vti, vtrum excusatur a pœna: do. Ab. c præsentium. de testi. 4. col. Et dicit, quòd si pars a principio nõ approbauerit articulum, quòd tunc excusatur, secus si approbauerit. Vide Bar. l si falsos. C. de falsis. Adde Fel. d. c. præsentium. ver. secũda conclusio. nu. 11. col. 639. vbi dicit, quòd absque dubio in producente falsum articulum scienter, quòd committitur falsum, si super eo producit testem secus est, si ignoranter formauit falsum articulum.

Articuli quando producuntur, an pars sit citanda? Vide, quæ posui in litera C. §. citatio partis.

Articuli possunt dari post terminum assignatum per iudicem in causa spirituali, & etiam profana, dummodo detur ante cõclusionem in causa. Ita do. Rot. in tit. de teste, decisio. 21. in antiquis. Et idem tenet Fel. c. pastoralis. de excep. ver. demum. vide. nu. 30. col. 31.

Articulos & probationes in dubio iudex debet admittere, & nõ respuere, de quo vide, quæ posui in litera P. §. publicatio sola testium. circa. si.

Artifices an teneatur edere actori librum suarum rationum, quẽ faciunt ratione sui officij ad intentionẽ fundandã actoris. Vide quæ posui in litera M. §. mercatores & artifices.

ASSERIS, Cauti aduocati & procuratores semper ponũt in omnibus responsionib. suis verbum istud Asseris, ne videã tur confirmare dicta partis aduersæ. Ita An. de Bu. & Imo. c. ad hac. de rescr. Bar. extrauag. ad reprimendam. verbo, asserit. Bal. multa dicit de ista clausula c. studuisti. de off. dele. Cal. tit. de rescr. consi. 8 do. de Rot. deci. 358. incip. Papa confert in nouis. Adde Fel. c. iurauit. de prob. nu. 1. ver. in textu ibi col. 363. parte. 2.

¶ *Assessor. An iudex teneatur requirere cõsensum partis in electione assessoris? Dic quòd nõ Tex. est c. statutum. §. assessore. de rescr. in 6. Adde Fel. c super quæstionum. §. verum. de offic. dele. versi. gl. verbo, recipiatur nu. 9. col. 1037. Adde an iudex teneatur ex facto assessoris? Inn. d. c. super quæstionũ. §. verum tenuit quòd sic, Gl. c. hoc quippe. 2. q. 6. tenuit cõtrarium. Idem tenuit Imol. l. 4. §. in eod. ff. de dam. infec. Adde Fel. d. c super quæstionum. §. verum. versi. prædicto, vbi supra, col. ea. Adde, an imperitia assessoris excuset iudicem. glo. l. 2. ff quod quisque iur. tenet, quòd imperitia assessoris nõ excusat iudicem, & omnes illam approbant. Idem tenet Ange. l i. C. de his, qui lat. occul. Bal. l. mancipia. C. de ser. fug. Limita, nisi respublica elegisset illum, Bal. l i. C. de pœna iud. qui ma. su. Sal. l fi. e. tit. Limita etiam quando partes elegissent. Bal. l. obseruare. §. proficisci. 30. colum. ff. de offi. procons. & leg. Limita quando esset doctor collegij. Ita Salic. l. fin. C. de pœ. iud. qui malè iud. Adde Fel. d. c. super quæstionum. §. verum. versic. alleg. ead. col.*

Assessor episcopi, vel alterius iudicis ecclesiastici an possit eẽ laicus vide, quæ posui in litera L. §. laicus, an possit esse assessor.

Assessores debent resistere iudici ad errorem inclinato. Ita Fel. c si quando de rescri. col. 397. Adde gl. d. quoniam. C. de appe. & ibi Bar. nu 1.

¶ *Astringens se generaliter ad probandum aliqua, quæ alias insolidum sufficeret, si non probat omnia, succumbet. Ita Fel. c. ex parte. de rescr. versi. restringe secundò, nu. 38. col. 358.*

Astrictus probare debitum per instrumentum tantum ex forma statuti poterit, non obstante statuto, probare per quinque testes. Ita do. Ab. c. 2. de pb. in fi. Adde Fel. d. c. 2. vers. tertiò intellige nume 14. 2. var. col. 342.

Astrictus probare debitum per instrumentum ex forma statuti, poterit tamen probare damnum, quod dependet a contentis in instrumento per testes, de quo vide quæ posui in litera S. §. statutum. quod restringit facultatem probandi.

ATTENTATA post appellationem per iudicem pars non debet facere mentionem de rescripto secundo. Fel. c. ex tenore. de rescr. vers. de rescripto nullo. nu. 2. col. 524.

Attentata post appellationem ab interlocutoria non sunt nulla. Limita, nisi iudex ad quem inhibuerit. Tex. est ca. ronsolum. de app. in 6. Adde, quòd hoc intelligitur, sit facta canonicè, aliter non. Ita Dom. de Rot. deci. 412. in nouis. Vide per Fel. c. sup quæstionũ. §. si nu. 20. de offi. dele. ver. nota q. col. 1043.

Attentata post appellationẽ extraiudicialiter interpositam reuocãtur officio iudicis, et de modo præbendi, Fel. c. dilecti. col. pe. ver. gusta principaliter dictũ de maio. & obe. ibi, materiam attentatorum. col. 1206. nu. 4.

Attestationes an sint publicandæ de necessitate, ad hoc vt sententia valeat. Vide, quæ posui i litera P. §. publicatio testium.

Attestationes factæ in iudicio criminali facium fidem in alio iudicio, & inter alias personas. Ita do. Ab. c testimonium. de testi. 8. col. Et hoc nota.

Attestationes si sunt inspectæ solum, & pars eas non percunctauerit, non excluditur ipsa pars a productione aliorum testiũ super eisdẽ articulis, do. Abb. c. vltra tertiam. de testib. vltimo notabi. Adde Felin. ibi in princip. nume. 1. 2. parte. col. 751.

Attestationes si non sint visæ a parte, sed auditæ a testibus referentibus, qui dixerunt illud, quod deposuerunt, propter hoc non dicuntur, quòd sint didicitæ, adeo quòd non testes nõ possint produci super eiusdem articulis. Ita do. Abb. c vltra tertiam. de testi. 1. col. versi. secunda quæstio. Adde Felin ibi in prin. nu. 2. col. 751. Et ibi posui additionem.

Attestationes partis aduersæ si sint didicitæ ab alia parte, noui testes non possunt amplius produci. Fel. c. vltra tertiã. de testi. ver. item scias. nu. 3. col. 751.

Attestationes si sunt apertæ a iudice, & quamuis pars nondum eas vidit, tamen noui testes non possunt produci. Fel. ca. vltra tertiam. de test. 1. col. ver. item scias, quòd si iudex. nume. 4. colum. 751.

Attestationes nullæ possunt ratificari per partes. Felin. capitu. significasti. de foro compe. ver. adde etiam Bal. nu. 8. col. 211.

Attestationes apertas habẽs penes se, præsumitur eas didicisse. Fel. de testi. c. constitutus. nu. 4. col. 633.

Attestationes nullæ possunt haberi ratæ per consensum partium, non solum expressum, sed etiam tacitum, do. Abb. capitu. cum causam. de testi. 9. colum. ver. oppo. contra & hoc ex mente Innocen. De quo passu vide Bald. do. Car. & Anto. de Bu. ibi do de Rota deci. 162 incipien. Item no in antiquis, & do. de Rota decis. 259 incipien. Item si auditor. Barto. l. 1. ff. de feriis. Bald. l. fin. C. de testi in prin. Bald. l. non ignorat. in fi. C. qui accus. Felin in d cap cum causam. ver in glo. fi. In. ibi, sed illud. nu. 19. colum. 673. 2 par. Adde & limita conclusionem istam, quòd quando attestationes sunt nullæ ex defectu recipientis, puta quia iudex est incompetens, quia isto casu tales attestationes non conualidantur consensu vtriusque partis. Ita do de Rot. in d. conclus. 258. supra alleg. Ita eleganter Felin. d. cap cum causam. versi. fallit secundo. nume. 20. colum. supra præalleg. Item limita conclusionem istam, quòd quando in testibus adest talis defectus, qui non potest consensu partium conualidari, vt quando testes sunt recepti ante litem contestatam, vt per Innocen. capitu. significauit de testi. quem sequitur Bald. authen. si quis in aliquo. vltima colum. C. de eden. tunc etiamsi partes consentiunt vt attestationes istæ sic receptæ valeant, tamen non conualidantur, dom. Alex. l. i ff. de feriis. licèt Host. dict. cap. significauit. teneat contrarium & male. Item limita conclusionem istam, quòd si testes sunt corrupti pecunia, nam nullius dicti talium testium non potest communi consensu vtriusque partis comprobari. Ita Barto. authen. qui semel. C de proba. pen colum. in fin. & dom. Alex. dict. leg. 1. Adde, quòd contra Bar. ol. tenuit dominus Ias præceptor meus, dicta l. 1 ff. de feriis. 4. colum. versicu. ego dubito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audientia causæ commissa tantum, non potest ille diffinire eã sine expressa licentia committentis. Scribentes cle. auditor. de rescrip. Adde dum. Abb. c significasti. de offic. dele. Ioan. And. in addit. Spec. tit. de leg. § sequitur. versi. & not. Dom. de sancto Gemin. c. 1. de supplen. negli. præla. in 6. do. Abb. c. cum super. de causa possess. & Imo. c. veniens. in vltimo notabili. de renun. & Felin. d. c. in præsentia. num. 20. versic. in tex. ibi, de mandato. de probat. col. 384. parte 2.

Auditor sacri palatij quam iurisdictionem habeat, an ordinariam, vel delegatam? Fel. rub. de rescri. versi. hos quinque casus. nu. 3. col. 322. Adde, quid de alijs auditoribus curiæ, puta contradictoriarum cameræ? Vide gl. cle. auditor. de rescri. in j. gl. in rub. de offi. deleg. vers. quæro vtrum auditores.

Auditores sacri palatij quę modũ obseruant in citationibus fiẽdis de psona absentis? Vide, quæ posui in litera C. § citãdus.

Auditores Rotæ non habẽt authoritatẽ legis condendæ, & ideo sententia contra decisiones Rota lata, valet. Vide, quæ posui in litera S. § sententia lata contra decisiones Rotæ.

¶ *AVTHORITATES Diuinæ scripturæ sunt approbatæ, possunt tanquam leges allegari in causis. Ita Feli. cap. ex parte. de rescrip. num. 48. vers. authoritates diuinæ Scripturæ. col. 367. Et aliqui per eundem c. qualiter & quãdo. el 2. de accus. ver. nota primò. in princ. col. 815. Adde. q. dictũ vnius sancti muniũ authoritate veteris, vel noui Testamenti præfertur decisioni Papali. Ita dixit gl. c. de libellis: 22. dist. quam glo. exclamat do. Abb. c. qualiter & quando. el 2. de accu. Vide vnũ consi. Ioan. Cal. nu. 30. sub rub. de testa. Et ibi dicunt isti per istam glo. q. dictum vnius sancti præfertur constitutioni Papali in decisionibus causarum.*

Authoritates poetarum quam vim habeant? Felin. de accus. c. qualiter, & quando. lo 2. nu. 1. col. 815.

B.

BANNITVS An possit hæres institui. Fel. in cap. ex literis. de consti. col. 277. dicit, q. ciuis expulsus perpetuæ expulsione de ciuitate, non est amplius ciuis. Vnde quæro, an bannitus, qui perdit ciuitatem, vtrum possit institui hæres. Adde tu quòd Bar. l. j. C. de hæred. insti. tangit hanc difficultatem. Et primò, de bannito nostri temporis, an illud, quòd ibi dictum est in deportato, habeat locum in bannito nostri temporis, vel pro declaratione istius dubij allegat gl. Inst. quibus mod. ius pat. potest. sol. § relegati. quæ facit in hanc distinctionem, aut bona eius banniti confiscantur, & equiparabitur deportato, aliàs non. Tu dic, quòd illa glo. ibi per Doct. magis cõmuniter reprehenditur per plurimas rationes, quas vide per Cyn. & alios ibi, & tene illud, quod dixit ibi Bar. & in illa disputatione incip. Statuto Lucanæ ciuitatis, quia est communis opinio, & magis cõmuniter tenetur, nam Bart. in illis locis dicit, quòd si ex forma statuti tales banniti non possunt impunè offendi, non æquiparabuntur deportatis, & aliquo modo non amittẽt iura ciuitatis suæ, quãtum ad acquirendum, nec amittendũ iura ciuũ Romanorũ, sed si possunt impunè offendi ex forma statuti, tunc per dunt ciuitatem suam & priuilegia suæ ciuitatis. seu statutorum ciuitatis, per l. amissione. ff. de capi. diminu. non autem iura, nec ea, quæ sunt iuris communis ciuium Romanorum, sicut enim deportans, qui deportari debet authoritate imperatoris, iuxta l. 1. § deportatos. ff. de leg. 3. & l. 2. ff. de pœn. non perdit, nisi ea, quæ sunt imperij Romani. seu ciuium Romanorum, non autem ea, quæ sunt iurisgentium. l. quidam ff. de pœn. quamuis imperator habeat potestatem tollendi ea, quæ sunt iurisgentium condendo legem generalem, vt probat Bart. l fi. C. si contra ius, vel vti. pub. & in procemio ff. orum, 2. col. sta etiam debet esse in bannito a rectore ciuitatis virtute statuti, vt perdat iura & beneficia inducta per statuta illius ciuitatis, non autem iura communia perdat, quamuis ciuitas illa haberet potestatem tollendi iura communia per statutum, iuxta notata l. omnes populi ff. de iusti. & iur. Ad de. quòd Imol. l. ex facto. § ex facto ff. ad Trebel. tenet contra Bar. & dicit, quòd Sali. l. 1. C. de hære. instit. tenet etiã ipse contra Bar. ibi. sed Sali. ibi tenet opi. Bar. quæ est communis. sed melius allegasset Ray. ibi d. l. 1. quia in aliquibus tenet contra Bart. & Pau. de Cast. tenet ibi opi. Ray. & dicit, q. ita consuluit. Tamen Imo. post Pet. de Ancha. c. 2. de testa. melius considerans, tenuit opi Bar. ibi. d. l. 1. C. de hær. inst. quæ communis est, limitat hoc singulariter Bal. l. 3. vlt. col. C. si pend. app. mors sequatur, nisi statutum dicat, quòd banniti sunt extra protectionem communis, quia intelligitur tam quo ad iura communia, quàm quo ad municipalia. Et isto casu saluatur opi. Pau. de Cast. ibi d. l. 1. C. de hær. inst. & sequaciũ. Et quia materia est longa, vide Spec. & Io. An. tit. de instrumen. edi. § compendiosè. versi. quid de bannito. & tit. de actore. § 1. versi. Item q. bannitus. & tit. de arbitrio. § refert. ver. quid de bannito. & Ioan. And. addi. Spec. tit. de accu. 3. parte. § sequitur in addi. incip. do. O doff. per Dy. l si quæramus ff. de testa. per Iac. de Bel. in disputatione incip. Sępronius. quã ponit C. vt intra certũ tẽpus. post l. 2. Cy. & omnes d. l. 1. C. de hær. inst. Iac. But. authen. item quicunq; C. de epis. & cler. & Bar. & Bal. d. l. amissione. § 1. de c. diminu. Bar. extrau. qui sint rebelles. versi. rebellando. Bar. & aly. l. ex facto ex. § facto. ff. ad Trebe. Gul. de Cu. Bartol. Bal. l. si qua pœna ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Bart. Bal. Imol l. eius, qui. ff. de testa. Ang. in di sputa. incip. Bononiensis 3. q. do. Alex. d. l. 1. C. de hære. instit.

Bannitus ex contumacia ex forma statuti, non est infamis, ideo alibi erit testis. Felin. c. postulasti. de foro compe. num. 5. versic. pœna diminutiua. col. 199. Vide quæ posui in litera T. § testis bannitus.

Bannitus toleratus in ciuitate, quia talis tolerantia præstat ei securitatem, licèt nondum sit de banno cancellatus non potest offendi in persona secundum Sal. l. nullus. C. de iudi. sequitur Ioan. de Ana. c sicut. 5. col. de Iudæ dicens, se vidisse obseruari Bononiæ, & hoc est singulare dictum Fel. c. quæ in ecclesia rum. de consti. ver. quartus casus. nu. 7. col. 114.

Bannitus, vel deportatus. qui accepit officium publicum, cùm sit inhabilis ad hoc, qua pœna debet puniri, ponit Fel. c. scisciatus. de rescr. versi. limita sextò. circa si. nu. 8. col. 488.

Bannitus, qui petit securitatem determinatè sed indetermina tè concessa intelligitur secundum petitionem, vt puta petit saluum conductum pro decem diebus, & fuit simpliciter concessus, intelligitur pro decendio. Fel. c super literis. de rescrs. versi. adde etiam Lud. nu. 9. col. 580.

Bannitus potest impunè offendi ex forma statuti, non habet locum hoc extra territorium. Vide, quæ posui in litera S. § statutum disponens, quando bannitus possit impunè offendi.

Bannitus, qui amisit omnia bona, si restituatur ad ciuilitatem, & ẽt ad bona, an recuperet bona in aliũ alienata? Vide Fel. c. inter. de maior. & obed. ver. in quantũ aũt. nu. 4. col. 1187. Adde, q. imo bannitus restitutus non recuperat bona per fiscum alienata. Abb. c. 1. de paroch. vide Fel. in c super eo. de offic. deleg. ver. quòd non valet dispensatio. nu. 4. col. 973.

Bannitus restitutus per Papã, vel imperatorẽ, vel aliũ principẽ, ad bona cõfiscata, recuperat res emphyteoticas, ẽt per Papam, vel alium principem iam alteri concessas. Ita Felin. c. inter. de maio. & obe. versi. limita primò. nu. 5. col. 1188.

Bannitus captus an possit interfici impunè. Bar. l. 2. § transfugas. ff. ad l. Corn. de sica. tenet, quòd non: quia imo potest puniri qui eũ occidit, quia ẽt carceratos nõ licet interfici. Fel. c. cũ iuramẽto. de homi. versi. item tangit hic. nu. 3. col. 1016.

Bannitus mortuus an possit sepeliri in ciuitate, à qua est bannitus? Dic, quòd non Casus est, & ibi Bar. l. 2. C. de cadaue. puni. Et in simili habetur de interdicto, cui interdictus, est ingressus ecclesiæ, non poterit in ea sepeliri, do. Car. cle. 1. in fi. de pœn. & remis. Fel. c. a nobis. el 2. de sent. excomm. versi. Non qui percutiens. num. 4. col. 1084.

Bannitus an possit percutere, vel occidere alium bannitum, & an habebit præmium, sicut habent alij non banniti ex forma statuti. Gul. de Cug. l. 1. ff. de iust. & iur. tenet, q. sic. Et idem tenet Bal. l. 1. de precib. imper. offe. Bart. l. cum mulier. ff. sol. matr. Felin. c. duobus. de sent. excomun. num. 1. col. 1123.

Bannitus potest impunè occidi, & hoc, quando per statutum est ita sancitum, de quo vide, quæ posui in litera S. § statutum, quod bannitus. Tamen fallit in aliquibus casibus, vt hic § bannitus non semper potest occidi impune.

Bannitus non potest semper occidi impune. etiãsi statutũ dicat, q. bannitus impunè occidatur. Primus casus est, quãdo statutum non

tum non fieret ex causa. Secundus casus, quando filius occideret patrem. Tertius casus, quando quis occideret bannitum de banno, cuius pendet lis. Quartus casus, quando bannitus tolleratur in ciuitate. Quintus casus, quando occideret non rectè bannitum. Sextus casus, quando bannitus occideret seipsum. Septimus casus, quãdo quis occidens bannitum ignoraret illũ esse bannitum. Octauus casus, quãdo occideret extra territorium bannientis. Nonus casus; quando quis occideret bannitum ex rancore, de quo vide Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. per istã cõclusionem. nu. 3. col. 113. Et ibi habebis istos nouem casus enumeratos & declaratos, in quibus, statutum non habet locum. videlicet quòd bannitus possit impunè occidi. Adde ista ad illa, quæ posui in litera S. §. statutum, quòd bannitus. & § statutum disponens.

Bannitus, qui potest impunè occidi, potest etiã impunè spoliari, & bona sibi auferri. Vide Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. nota secundò, quod stante. nu. 14. col. 116.

Bannitus, qui non est audiendus ex forma statuti, neque agendo, neque excipiendo. pone, quòd Titius bannitus agit contra Sempronium etiam bãniũ, an Sempronius poterit excipere contra Titium, quòd est bãnitus, & quòd nõ põt agere ex forma statuti, do. Abb. in ca. dilecti. de except. 5. col. forma quæstionẽ istã, & quòd iudex poterit repellere vtrunque. Idẽ tenet Bar. in l. cũ mulier. ff. so. ma. & Bald. l. si creditoribus. in fi. C. de seruo pigno. da. manumis. do. Abb. c. nulli de accus. Adde Fel. d. c. dilecti. versi. ad exemplum. nu. 5. col. 79.

Bannitus à 20. libris supra qui ex forma statuti potest impunè offendi, si est condemnatus in 10. libris in vna causa, & in alia causa in alijs 10. non dicitur condemnatus in 20. ad hoc vt possit impunè offendi. Ita Bar. l. sideius. ff. de sol. Bar. l. 2. § 1. ff. de condi. insti. Bal. l. sancimus. § si quis. el. 1. C. de donat. do. Abb. c. ad Apostolicam. de reg. 2. col. ver. pone, statuto caueri. Vide Fel. c. in omni. de testi. in prin. nu. 1. col. 507. parte 2. Et ratio est, quia vbi adunatio, seu cumulatio, summarum inducit odium, non debet fieri talis cumulatio, secus. vbi induceret fauorem, de quo vide, quæ posui in litera C. §. coaceruatio plurium sumarum. Et idem tenet Fel. d. c. in omni vers. prædicto. Adde ad ista, Pena, iudex in sententia dixit, Condemnatus Titium in viginti libris, & postea dicit, decem pro percussione in facie, & decem pro percussione in brachio, an dicatur condemnatus in viginti, ad hoc vt possit offendi impunè. Barto. d. l. vbi fideiussor tenet, quòd nõ potest offendi, quia non dicitur vna condemnatio. Adde iudex dicit Condemnamus Titium in decem libris, quas si non solverit intra decem dies, condemnamus ipsum in viginti, dic quòd isto casu, si non soluerit, intelligitur condemnatus in viginti libris, et sic poterit impunè offendi, de quo vide per scribentes l. 2. § 1. ff. de excu. tu. & per Bar. in l. 2. ff. de pub. iudi. col. 1. col. ver. circa hoc.

Bannitus qui perdit nobilitatem ex forma statuti, intelligitur perdidisse, quo ad lucra & honores: non autem quo ad dãna, & onera, & incommoda. Ita Fel. c. intelleximus de iudi. nu. 2. versi. nota ex isto tex. col. 58.

Bannitus an possit impunè offendi intra tempus datum ad appellandum? Vide quæ, posui in litera R. §. reus damnatus ad mortem. Bannitus an possit citari in loco, in quo fuit ex bannitus: & an teneatur mittere procuratorem. Vide quæ posui in litera C. § citatus. quamuis sit citatus.

Bannitus an possit occidi ab hæredibus, vel consanguineis interfecti? Vide, quæ posui in litera S. § statutum an valeat quòd homicida.

Bannitus potest occidi de iure communi impunè, etiam vbi nõ est statutum. Vide quæ posui in litera S. § statutum an valeat, quòd homicida.

Bannitus si comparet in termino banni, bannum resoluitur in vim simplicis citationis. Fel. c. ex literis. vers. & per istum tex. de constit. nu. 18. col. 287.

¶ *Bannum an ecclesia habeat. Vide, quæ posui in litera E. § ecclesia an habeat bannum, seu exilium.*

Bannum quando liget & obliget ad obseruantiã. Vide do. Ab. c. 2. de consti. in fi. vbi dicit, quòd sufficit, quòd sit publicatũ in eminentioribus locis ciuitatis, etiamsi non sit publicatum per totam ciuitatem, & hoc contra Arch. & ibi per eum. Adde Fel. d. c. 2. uer. vlterius in quatũ, dominus Ant. n. 21. col. 69.

¶ *Baptismus an deleat crimina facta et perpetrata ante ipsum baptismũ. adeo quòd ipsè criminosus nõ possit accusari; gl. pe. c. quòd aũt, 35. q 1. tenuit, quòd sic. Idẽ tenet glo. 3. c. quoniã. 44. dist. & gl. 2. c. sine pœnitẽtia. de cõse dist. 4. Et idẽ tenet Cald. Ant. de Bat. & Im. c. de his. de acc. Arc. 50. dist. in sũma. Adde, quòd cõtrariũ tenuit Inn. Host. & do. Ab. c. gaudemus. de diuor. & do. Ab. d. c. de his. 2. col. versi. secunda limitatio. vbi Fel. ver. secundò fallit. nu. 7. col. 691.*

Baptismus, an pro baptismo recipiendo licitè possit dari pecunia Vide quæ posui in litera N. §. necessitas excusat à simonia.

Baptismus potest mutari per Papam ex causa, secundum formã verborum. Ita Inn. c. 1. de Baptis. Fel. ca. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. secunda conclusio. ibi, nu. 19. col. 118.

Baptismus quãdo vitietur ex peruersione ordinis Fel. in c. cum dilecta. ver. ad istam regulam adde de rescrip. n. 4. col. 613. Baptismus an sufficit dicere, Baptizo in nomine Trinitatis. Felin. ponit c. cum dilecta. de rescrip. ver. similiter dicit. nu. 11. col. 627. & d. c. quæ in ecclesiarum. nu. 20. colum. 118. de consti. Adde, tu, quid si dicatur, Ego te baptizo in nomine Christi, an sit baptizatus? & ego dico, quòd non, quia licèt dispensatum fuerit, vt Apostoli possent baptizare in nomine Christi, vt dicit gl. c. à quadã. de consecra. distin. 3. illud fuit vt nomen Christi dilataretur, vt ibi tamen glo. d. c. à quodã. tenet, quòd si baptizatur in nomine Christi, quòd valet Baptismus. Sanctus Thomas. 4. senten. tenuit contra glos. Vide Arch. d. c. à quodam.

¶ *Bastardus qui natus est ex adulterio geminato, si legitimatur nõ expressa qualitate adulterij, talis legitimatio nõ valet de quo vide quæ posui in litera L. § legitimatio bastardi.*

Bastardus, seu spurius, quo possit institui hæres. Vide cautelam, quam ponit Fel. multorum, de Iudæ. 1. no. nu. 2. col. 954.

Bastardi an veniant appellatione filiorum in lege, seu statuto Vide quæ posui in litera F. § filiorum appellatione.

Bastardi non doctorantur, do. Car. in procemio Cle. Vide Feli. c. quando de magist. 2. conclusione, nu. 2. col. 949.

Bastardi dicuntur de consanguinitate patris, quo ad matrimonium contrahendum. secus, quo ad alia. Vide, quæ posui in litera M. § matrimonium impeditur.

BELLVM generale an excuset citatum, qui dicit, non possum comparere, quia iter non est securum, vide quæ posui in litera. I. § inimicitia capitales.

Bellum iustum mouori potest authoritate ecclesiæ. Ioan. Andr. c. excommunicamus. el. 1. de hæreti. Felin. nu. 2. col. 1003. Et quando ecclesia moueat bellum iustum vide ibi Fel. versic. in gl. in verbo, reuixerit nu. 7. col. 1111.

¶ *Benedictio abbatis an imprimat characterẽ, & an possit fieri qualibet die, Vide, quæ posui in litera A. §. abbas electus, an dicatur. Abbas. Feli. c. inter monasterium. nu. 2. de reiudi. colum. 528.*

Beneficium an quis possit tenere cum bona conscientia, deseruiẽdo illi per vicarium. Vide, quæ posui in litera. C. § clericus beneficia. & § canonici absentes.

Beneficium annale ex dispositione statuti, an Papa possit illud cõferre, vt perpetuum, etiam non facta mentione statuti. Vide Felin. c. constitutus. de rescript. versic. ex istis sequitur corollarium. num. 10. col. 564.

Beneficium manuale, an Papa possit illud conferre, vt perpetuũ. Fel. c. constitutus. nu. 10. de rescr. ver. ex istis sequitur. col. 164 Quod aũt dicatur beneficiũ manuale? dic, q. illud qũ ad nutũ superioris moueri põt prælatus. Adde; an talis prælatus possit agere p iuribus beneficij nõie proprio sine mandato? Vide per Fel. c. 3. de proba, versi. primò declara. nu. 6. 2. par. col. 384.

Beneficium collatum per ordinarium, qui habebat manus legatas, vtputà erant expectantes, qui habebant gratias expectatiuas, qui per mensem poterant acceptare, & ordinarius intra mensem fecit collationem, si expectantes non acceptant per totũ mensem, vt cle. 1. de concess. præben. an valeat dicta collatio mense elapso. do. Abb. c. cum ex officij de præscri. 11. col. tenuit, quòd sic. Et idem tenent Dom. de Rot. tit. de concess. præben. decis. 17. in antiq. domin. Abb. disputatione sua, Augerio. 36. fol. vide Felin. d. cap. cum ex officij. ver. nona, & vltima conclusion. numer. 36. col. 409. Adde, quòd contrarium tenuit do. Car. consi. suo. 66. incip. A. & B. Vide Felin.

vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi suprà qui tenet contra do. Abb.

Beneficium collatum per ordinarium, antè quàm sit deuolutũ, si deuolutio sequatur post collationem, an conualidetur ipsa collatio, do. Abb. tenuit, quòd sic, c. cum ex officij. de præscript. 11 col. ver. episcopus contulit. & idem tenent Do. de Ro. tit. de concess. præben. 17. decis. in antiq. Adde Felin. d. ca. cum ex officij. ver. nona & vltima conclusio. nu. 36. col. 309. Adde, q. Domi. de Ro. tit. de iu. pa. 9. deci. in antiquis, dicunt, quòd si episcopus conferret beneficium iurispa. vt deuolutum, cum nõ sit deuolutum, quòd non tenet collatio etiamsi postea deuoluatur. Adde Felin. d. c. cum ex officij. ver. alleg.

Beneficium collatum alicui, si nondum per ipsum est acceptatũ, & aliud beneficium impetrat, an teneatur facere mentionẽ in impetratione de tali beneficio sibi collato, & nondum acceptato. Ponit Fel. c. in nostra. de rescript. vers. infertur etiã per prædicta. nu. 5. col. 816.

Beneficium confertur ad tẽpus per Papã, inferior aũt non põt. Ita Fel. c. in nostra. de rescrip. vers. de tertio nu. 9. col. 818.

Beneficium collatum si est per simoniam, an talis collatio sit nulla ipso iure. Vide quæ posui in litera C. §. collatio beneficij.

Beneficium ecclesiasticum quod dicatur. Feli. c. in nostra. ver. restant multa. de rescrip. nu. 9. col. 818.

Beneficium pingue permutatum cum tenui, facit, quòd talis permutatio præsumatur fraudulenta & simoniaca. Vide, quæ posui in litera P. §. permutans beneficium tenue.

Beneficium an quis possit habere ex variis titulis ? Vide, quæ posui in litera M. §. meum non potest esse meum ex alia cã.

Beneficium non potest conferri de iure speciali, etiam per laicũ, do. Abb c. dilectо de testi. 1. no. Tamen ille, qui confert beneficium iure speciali, non potest constituere. Hosti. c. cum ex iuncto. de hæret. & ibi Abb & alij. Et sic habes, quòd qui potest instituere de iure speciali, non potest destituere. Vide do. Abb. c. accepta. de restit spo. circa si. & c. ea, quæ. de sta. mo. 1. col. Adde Felin. ca. auditis. de præscrip. vers. similiter vide mus. nu. 12. col. 273.

Beneficium in commendam non potest dare, qui habet ius conferendi illud de iure speciali. Do. de san. Gemi. ca. nemo. de elect. in 6. in fin. Et idem tenet Felin. c. auditis. ver. suprà alleg. 12. col. 273.

Beneficium potest iudicari per iudicem, qui ignorat iurisdictionem suam de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui ignorat iurisdictionem suam.

Beneficium electiuum, an in impetratione ipsius sit fienda mẽtio expressa, quòd illud beneficium est electiuum? & an hoc habeat locum in beneficijs minoribus, an solum in dignitatibus. Vide Felin. ca. in nostra. de rescrip. ver. 32. corollarium. nu. 26. col. 833.

Beneficium non dicitur electiuum, ex eo quòd plures stant cũ tali priore. Fel. de resc. in nostra. nu. 27. ver. ite scias. col. 834.

Beneficium dicitur vacans vsque ad confirmationem electi, de quo vide, quæ posui in litera E. §. electus quale eius acquirat.

Beneficium dicitur electiuũ, quando capitulũ eligit solenniter, etiamsi post electionem non sequatur alia confirmatio superioris, sed solum sit installatio, puta a præposito. Old. cõsil. suo 146. incip. Factum tale est. Vide Feli. c. cum Bertholdus. de re iud. ver. hinc videmus. nu. 3. col. 510.

Beneficium impetras debet facere mentionẽ de qualitatibus beneficij obtenti, & sufficit generalis. Ita Fel. c. ad aures. de rescrip. vers. de qualitatibus. nu. 2. col. 449. Adde tu, an sit fiẽda mentio de qualitatibus beneficij impetrandi. & beneficij tam obtenti. & de ordine annexo beneficij, & quid de valore beneficij, & de omnibus istis vide do. Ab. ca. ad aures. de rescri. 1. & 2. col. c. postulasti. eo tit. in fi. Adde, quòd fallit hoc in motu proprio, & in beneficijs datis a Papa alicui causa remunerationis, quia gratia valet, etiamsi nulla sit facta mentio de beneficio, quod habet. Vide Ias. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Adde, an sit fienda expressio qualitatum superfluarũ, & an noceat earum falsitas. Vide Fel. d. c. ad aures. versic. nihilominus. nu. 3. col. 449.

Beneficium in totum tolli non potest, nisi quando beneficium vacat, do. Ab. c. ad hoc. de excess. pral. Adde tamen, quòd diminutio redituum beneficij potest ex causa, etiamsi beneficiũ non vacet. Tex. c. 1. de reb. eccles. no. alie. in 6. Adde Fel. c. cũ accessissent. de consti. ver. & ista facerent. nu. 23. col. 166.

Beneficium iurispa. si non est deuolutum, & conferatur per episcopum, non tenet collatio etiam si post collationem deuoluatur. do. de Rot. tit. de iure pat. 9. decis. in antiquis. Adde Felin. c. cum ex officij. de præscrip. vers. multa ex prædictis. nu. 37. colum. 311.

Beneficium non dicitur vacans per mortem beneficiati, quando præbendæ non sunt diuisæ, vel distinctæ. Fel. c. cum accessissent. de consti. 2. notabili, nu. 1. col. 156.

Beneficium non dicitur vacans per mortem beneficiati, quando illud beneficium est de mensa prælati. Quando beneficia dicantur de mensa prælati, ponit glo. no. cle. 1. de excess. præla. verbo, ad mẽsã. Et q. talia beneficia nõ dicãtur uacare, dixit gl. d. cle. j. de excess. pla. verbo nõ uacet. Adde Fel. c cũ accessissent. de consti. vers. no. secundò ibi, alius casus. nu. 2. col. 156.

Beneficium, pone, q. quis litigat super ti. beneficij, & probat de non iure aduersarij, an cõsequatur beneficium ex hoc solo? Et dic, q. non, sed oportet, q. probet de iure suo. Tex. est de hoc c. olim. de rescrip. & bona gl. c. 1. de eo qui mit. in pos. li. 6. in gl. fin. Et idem tenet Ant. de But. c. in præsentia. de renun. 4. col. vers. secundò opp. vbi dicit, q. non sequitur, excluss. est aduersarius, ergo ipse agens & petens debet obtinere. Vide etiã Lud. Ro. consi. suo 347. in princ. vbi dicit, quòd etiamsi sit declaratum super non iure rei, non probat ius competere actori, quia potest nec agentis esse beneficium, nec conuenti, & dicit etiam, quòd reus absolutur, etiam quòd nullum ius habeat in beneficio, & hoc quando actor nihil probat, & idem consuluit Ang. consi. 202. incip. Carissime frater doctor. Et vide dictum Compostel in c. mandatum de rescrip. quòd licèt constet reum ex propria confessione nullum ius habere in beneficio, & actor nihil pro se probat, debet iudex in eadem instantia pronunciare pro reo & contra actorem, sed postmodum noua instantia incohata poterit procedere cõtra reum. Idem tenet do. Abb. c. cõquerente. de restitutio. spo. Adde Feli. d cap olim. de rescrip vers. vltimò gusta. nu. 9. col. 653. & Inno c. ad aures de rescrip. vbi dicit, quòd iudex, & quilibet extraneus, & ipse victus potest inquirere de titulo beneficij ipsius rei. Vide Fel. c. lator. de re iud. col. 388. Adde, quòd si superior scit, quòd possidens beneficium non habet iustum titulum, & tacet, adeo quòd ille stetit diu in beneficio, talis superior non poterit amplius amouere ipsum à beneficio, sed bene ab alio. Ant. de Bu. c. ad audientiam. el 2. de rescr. Inn. ca. ex insinuatione. de proc. Arc. c. ordinarij. de offi. or. in 6. Fel. d. c. lator. ver. Si diceretur contrà. col. 393. nu. 12.

Beneficium quo quis est priuatus ipso iure, an possit alteri conferri non facta alia declaratione. Vide per Fel. c. cum nõ ab homine. de iudi ver vltimò. alleg. nu. 10. col. 78.

Beneficium an potest amitti per pactum, vt puta quis promisit facere aliquid, & astrinxit se, quòd si non facit illud q. vult amittere beneficium, an valeat tale pactum de amittendo beneficium, si non fecero tale quid? Dic, quòd glos. tangit istud i. c. P. & G de offi. deleg. verbo, promulgaret. & ibi tenet, q. sic. Adde tamẽ, quòd si talis obligatio fit in mamib. superioris videlicet ordinarij, qui possit recipere resignationem, valebit tale pactum, quia istud continet in se tacitam renunciationem: sed renunciatio facta in manibus non superioris, qui non possit instituere & destituere, non valet. Tex. est ca. quod in dubijs. de renun. do. de Ro. dec. 306. inc. item si actor. in nouis. tit. de renũ. Et hoc modo limitatibis tex. c. vlt. de fal. Adde ẽt, quòd clericus nõ potest se obligare ad amissionem beneficij sine licentia superioris. Ita do. Ab c. cum dilecti. de electio. vlt. col. ver. gl. in verbo, obligauit. Adde Felin. d. c. P. & G. ver. in gl. ibi, sub pœna. nu. 4. col. 1094. vbi latius de hoc.

Beneficium tenue si dicitur esse. & ex aduerso per alium dicitur pingue, quis debebit probare. Vide quæ posui in litera D. §. diues si quis dicit.

Beneficium regulariũ potest aliquando conferri per episcopũ, sed quibus ꝑsonis debeat illud conferre episcopus, vide in litera E. §. episcopus, qui potest conferre beneficia regularia.

Beneficium curatum, si super eo agitur, iudex potest retinere probationes parte inuita, & post conclusionem in causa. de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex potest inuita parte.

Beneficium seculare mutat statum spacio quadraginta annorum, idem econuerso in beneficio regulari, puta beneficium quod solet regi per seculares, potest regi per regulares: & hoc quando

quando per spacium 40. annorum ist ad seruatum est. Idem de regularib. Et hoc modo intelligas tex. ca. cum de beneficio. de præb. in 6. Fel. c. in nostra. de rescri. ver. quarto no. quòd requiruntur. nu. 43. col. 846.

Beneficium mannuale si confertur per Papam, vt perpetuum, non amittit naturam suam. Vide, quæ posui in litera P. §. prioratus manualis.

Ad beneficium quòd consuetum est regi per seculares clericos, Abbas & monachi non possunt præsentare regularem. Fel. c. in nostra. de rescrip. ver. si. decimò & vltimò nu. 46 col. 847.

Beneficium, ne quis conueniatur vltra quàm facere possit, non competit ei, qui propter maleficium deuenit ad inopiam. Fel. ca. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. & in quantum. nu. 67. colũ. 140. Adde tu in simili, quòd si debitor tempore contractus cœpit dilapidar bona, adeo quòd culpa sua vergit ad inopiam, poterit creditor eum facere capi. Ita Bal. l. si pro ea. in prin. C. man.

Beneficij appellatione venit præbenda largè sumpto vocabulo, sed in materia stricta appellatione beneficij non venit præbenda. Felin. c. postulasti. de rescr. ver. circa gl. 2. nu. 4 col. 669.

Beneficio restitutionis in integrum renunciari non potest, de quo passu vide, quæ posui in litera M. §. minor non potest renuncia re beneficio.

Beneficia abbatis electi statim vacant, secus in episcopo, quia nisi facta confecratione. Fel. ca. memimimus. de accus. ver. vltimò adde. nu. 19. col. 710.

Beneficia per Papam conferri possunt ad tempus & sub conditione Vide per Fel. c. si. de iudi. ver. in quantum dicitur non esse. nu. 6. col. 144.

Beneficiorum diœcesis appellatione non veniunt exempta. Ita Fel. c. graue. de of. or. 1. colum. versicu. Omnia ista videntur. n. 2. colum. 1147.

¶ Beneficialia litigia an possint dirimi sorte. Ponit Fel. c. capitulũ de rescr. vers. sed an sortibus. nu. 21. col. 788.

¶ BIGAMVS ex dispensatione Papæ potest promoueri ad sacros ordines, gl. no. c. rector. 34. dist. do. de Rot. decis. incip. quodam. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. secunda conclusio, ibi, & in istis adde. nu. 20. col. 118.

Bigamus professus an possit ordinari. Vide per Fel. c. cum deputati. de iudi. nu. 3. ver. adde glossam. col. 123.

¶ BLANDITIAE principum instantissimæ inducunt iustum metum. Vide per Fel. c. 1. de of. dele. nu. 2. ver. & ampliãt dicendo. col. 913.

¶ BONA an possint auferri impunè ab illo, qui potest occidi impunè vigore statuti. Ponit Fel. c. quæ ecclesiarũ. de cõsti. vers. notesecundò nu. 14. col. 116. & vide, quæ posui in litera V. §. verberari.

Bona alibi sita, quæ veniunt distribuenda inter pauperes Christi ex dispositione testatoris, talis distributio est fienda per episcopũ domicili, sed executio per episcopum bonorum. Ita Fel. c. postulasti. de for. comp. ver. item scias. nu. 13. col. 203.

Bona ecclesiæ quæ sunt deperdita ex negligentia prælati, possunt recuperari ex officio iudicis, de quo vide, quæ posui in litera P. §. possessio bonorum.

Bona capta in bello iusto, an sint capientium. Ponit Ioan. And. c. excommunicamus. de hære. Innocen. cap sicut olim. de iniurvbi etiã do. Abb. & Ant. de But. c. olim. de restit. spol. Bal. c. 1 de milit. vasal. q. contu. est 4. col. Ange. in sua dispu. inci. Renouata guerra. Bal. l. si quis. ff. de capti & postlimi. reuer. Domin. de S. Gemi. c. ius gentium. 1. dist. Sal. l. ab hostibus. la 2. C. de cap. Fel. d. cap. excommunicamus. el. 1. ver. not. ex §. catholica. nu. 2. col. 1004. Adde, quòd communiter tenetur, quòd mobilia fiunt occupantium, immobilia debent restitui. Bar. l. postliminy ius. ff. de cap. Sali. d. l. ab hostibus. Adde Fel. d. c excommunicamus. in ver. & communiter dicitur. nu. 3 col. supra præal.

Bona amissa an quis possit licitè retinere. Fel. c. canonum statuta. de const. nu. 44. col. 49.

Bona acquisita ab aliquo ex præscriptione, vel vsucapione, possunt tolli per principem sine causa. Vide in litera P. §. princeps potest auferre.

Bona patrimonialia clericorum an gaudeant eorum priuilegio cũ bonis ecclesiæ. Ponit Fel. multa bona circa hanc difficultatem, ecclesia S. Maria de consti ver. in gl. 2. in fi. nu. 7 col. 218.

Bona clericorum patrimonialia gaudẽt priuilegio fori. Ita Fel. ca. 2. de fo. cõp. nu. 2. ver. tene istam. col. 151. Vide eum de præscr. c. si diligenti. nu. 13. ver. vlt. dum. col. 322. & inde.

Bona confiscata in vno loco, an intelligantur confiscata bona alibi sita. Vide Fel. c. postulasti. de foro comp. ver. respectu confiscationis. nu. 6. col. 199. & 200.

Bona clerici delinquentis applicabuntur ecclesiæ, vbi deliquit, etiã bona ipsius patrimonialia. Fel. c. excommunicamus. el. 1. de hæred. nu. 1. ver. nota ibi, si. col. 1002. Adde & limita istud, nisi dominium directum illorum bonorum esset alterius, puta, laici, quia non confiscabitur, sed reuertetur ad dominum, do. Car. cle. 2. de hære. in 7. q.

Bona ecclesiarum possunt præscribi spacio 40. anno per aliam ecclesiam, & etiam iura spiritualia. Ita do. Abb. c. ad aures. de præscri. 1. no. ibidem Fel. nu. 1. in princ. col. 199. & inde. Adde, quòd istud habet locum etiam in dote, quia dos ipsius ecclesiæ potest præscribi per aliam ecclesiam per 40. annos. Ita Fel. d. c. ad aures. 1. notab. nu. 1. col. ead.

Bona mobilia ecclesiæ Romanæ an possint vsucapi spacio triennij. Vide quæ posui in litera P. §. præscriptio centenary.

Bona ecclesiarum an possint distribui per Papam inter suos consanguineos. Arc. c. licet. 12. q. 2. dicit, quòd Papa peccet mortaliter si vult res occlesiasticas consumere in turpes vsus, vel dare consanguineis, vt eos diuites faciat. Adde Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. & quamuis respectu beneficiorum. nume. 44 col. 130.

Bona hospitalium non possunt alienari siue decreto episcopi, tamen episcopus potest illa bona vendere liberè sine aliquo decreto, & hoc de bonis hospitalis priuati, quia possunt alienari sine solennitate. Et hoc modo intelligas. Ant. de But. do. Abb. & Imo. c. nulli. in fi. de reb. eccl. non alie. vbi dicunt, q. in alienatione rerũ hospitalis requiritur eadem solennitas, quæ de rebus eccl. Et vide do. Alex. consi. suo 151. incip. Quædam petia terræ. 1. col. & consi. suo 363. Viso processu causæ. Vide Bal. l. si prædia. ff. de reb. eo. & Bal. auth. hoc ius. C. de sacros eccl. 2. col. vers. quæro. vbi Pau. de Cast. do. Car. cle. 2. de relig. domi. circ fi. ver. illi autẽ. Adde Fel. latè de hoc cap. de quarta. de præscr. ver. Confirma. nume. 3. colum. 173.

Bona ingredientium monasterium Fratrum Minorum, Prædicarum, & Carmelitarum, & similium, qui nullum fecerunt testamentum, cui applicabuntur, ex quo isti sunt incapaces bonorum ingredientium religionem ipsorum? Vide, quæ posui in litera F. in 4. §. incipientib Fratres Minores.

Bona ingredientium religionem particularem alicuius ordinis, vt sunt isti de Monte Oliueto, acquiruntur toti ordini. Ita do. Abb. c. in præsentia. de proba. 24 col. ver. secundò dubitatur. Vide per Fel. d. c. in præsentia. ver. quintò quæro. nu. 44. col. 400.

Bona recedentis a monasterio, an sint ei restituendo. Vide, quæ posui in litera M. §. monachus si recedit de monasterio.

Bona paraparnaliæ quæ dicantur. Vide per Bald. in c. iurauit. de prob. Adde Fel. ibi. in fi. nu. 2. par. 2. col. 363.

¶ Bona opera quæ fiunt per constitutum in peccato, an valeant ad salutem animæ? & dicit glo. c. 3. de har. q. valent, præcipuè quo ad bona temporalia. Item mentem illustrant ad conuersionem & facilior est conuersio. do. Abb. d. c. 3. in fi. vbi Feli. vers. in gl. fi. nu. 2. col. 985. An illa bona operantur ad salutem post pœnitentiam, vide Host. in sum. de pœ. & remis. § an facta per bea. Tho dist. 14. q. 2. art. 3. Pet. de Anc. in repe. regulæ, peccatum. x. q de reg. iu. in 6. Fel. d. c. 3. in fi. col. 986.

Bona fides in dubio præsumitur in corporalibus & hoc, quando ingrediens possessionem sine titulo stet in ea per 30. an. Bar. l fi. C. vnde vi. in fi. Inn. c. 2. de in integ. rest. Vide do. Abb. c. si diligenti. de præscr. 3. col. vers. aduerte. Et idem sentit ibi Fel. 2. colum. ver. in quantum Abb concludit, quòd in incorporalibus. num. 4. colum. 313.

Bona fides in corporalib. præsumitur in dubio, do. Abb. c. si diligenti, de præscr. 4. col. ver. venio ad scdm. & hoc, nisi appareat antiquior possessor, sed si secũs possessor steterit in possessione per cursum 30. an. tollitur mala fides allegata per antiquũ possessorem post 30. an. Idem tenet Innoc. c. innotuit. de eo, qui fur. ord. fuscc. & Ant. de But. c. 2. de resti. in integ. vbi dicit, q. longa patientia antiqui possessoris iustificat possessionem noui. Et idem tenet Innoc. ibi vlt. col. Adde & intellige prædicta, q. bona fides præsumitur sine titulo, vbi non est antiquior possessor, nec est ius commune in contrarium. Ita Bar. l. 2. §. si a pupillo. ff. pro emp. in fi. & l. 1. §. hoc interdicto. ff. de utine. actuq, prima. pe. col. Old. consi. suo 224. inci. Ad obiectus. do. Abb c. grauis. de rest. spol. 9. col. do.

Alex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alex. consi. suo 340. incip. viso & discusso. 3. vol. Adde Felin. d. c. si diligenti. vers. allegato, nu. 4. col. 313.

Bona fides, quo ad vnum, tuat præscribentem, licèt mala fides ad sit, quo ad illum, qui non est dominus. Fel. de præscrip. cap. illud. nu. 1. col. 210.

Bona fides, aut mala, quomodo probatur? Tu dic, quòd multis modis probatur, qui non curauit videre mandatum procuratoris, est in mala fide. Bar. l. qui furium. § fin. ff. pro empto. Sed vide Ant. de But. c. peruenit. de censi. 18. col. ver. secundò dicit glos. Adde Fel. c. si diligẽti. ā præs. 3. col. ver. modos aũt. nu. 5. col. 315.

Bonus quis præsumitur circa itrinseca, puta quòd sit castus, sobrius &c. sed non præsumitur circa extrinseca, de quo vide, quæ posui in litera I. § idoneus præsumitur.

¶ *Bonus quilibet præsumitur regulariter. Innocen. cap. dudum. de ele. el 2. pe. col. & ibi do. Ab pe. col. vers. extra glo. Vide Fel. c. fin. de præsum. ver. in gl. verb. idoneus. nu. 11. col. 977. Adde, quòd ista regula fallit, & primò. vbi agitur de præiudicio tertij. Fel. d. cap. si. vers. fallit primò nu. 13. col. supra præal. Item fallit ista regula, vbi quis præsumeretur bonus cum suo damno, quia tunc non præsumitur bonus. Bar. l. qui iurasse. § si pater. ff. de iureiu. Feli. d. c. si. ver. fallit secundo. col. eadem. Item fallit, vbi agitur de vtilitate, animæ quia, quis non præsumitur bonus. Pet. de Ancha. cons. suo 179. inci. Prima facie. Fel. d. c. fin. ver. fallit tertiò, col. 978. Item fallit ista regula, quando ex actis præteritis quis apparet malus, quia non præsumitur bonus. Fel. d. c. si. ver. fallit quartò & vlt. col. ead. Vide infrà bonus quis non præsumitur.*

Bonus quis non præsumitur, vbi agitur de præiudicio alterius. Ita do. Ab. c. cum in iure. de of. deleg. in prin. & ibi Fel. col. 1060. Et istud est limitatio ad regulam, quæ dicit, quòd quilibet præsumitur bonus, vt c. 1. de scruti. & c. si. de præsump. Et istam limitationem tenuit glo. c. si quis. 50. dist. & glo. cap. statutum. verb. ab aliquo. de resti. in 6. Adde Felin. d. cap. cum in iure. in prin. nu. 1. col. ea. Et ibi ponit multa in materia ista.

Bonus qui, non præsumitur, vbi agitur de vtilitate animæ, quia in dubio præsumitur magis, quòd quis commiserit delictum, quam non. Pet. de Anch. consi. suo 175 inci. Prima facie. Adde Fel. c. cum in iure. de of. dele verb. quartò fallit. nu. 1. col. 1060. Adde etiam, quòd vbi ex actis præcedentibus oriatur coniectura doli, quia tunc illa coniecturæ arguunt dolum. Bal. l. 1. circa fin. C. si quis omis. causa test. Vide Fel. d. cap cum in iure, ver. prædicto. Item fallit, vbi quis fuit semel malus, quia semper præsumitur malus in eodem genere mali, vel simili. Bar. l. si cui. § ijsdem ff. de accus. Adde tu nunquid, quod olim fuit, præsumitur hodie esse? Dic, quòd aut quæritur de his, quæ solo tractu temporis mutantur, vt est ætas. & tunc, quod olim fuit minori ætate, hodie nõ præsumitur. Tex. est. l. si minorem. C. de in integ. resti. & tex. l. quod te. C. de proba. & l. Spadonem. § qui solutus ff. de excus. tut. Secus est in maiori ætate, quia qui olim maior fuit, hodie fortior est, aut quæritur de his, quæ tractu temporis non mutantur, & tunc aut in his, quæ sunt in anima, aut in his, quæ sunt extra animam. Primo casu de his, quæ ornat animam, vt sunt virtutes, & tunc, quod olim fuit, hodie præsumitur esse, donec contrarium probatur. Tex. l. cum quidam. & l. pater. § rogo. ff. de leg. 2. aut quæritur de his, quæ vtuperant animam, vt sunt vitia, & tũc in eadem specie quod homo olim fuit, hodie præsumitur esse, & tunc locum habet regula, quæ dicit, semel malus. vt ff. de accus. l. si cui. § ijsdem. & ibi Bar. ver. venio ad secũdā partem. & tex. l. non omnes. § . a barbaris. ff. de re mil. limita regulam istam, nisi posset probari, quòd esset correctus virtutibus, oppositis spacio trienny, vt in authen de mona. § sancimus. De qua limitatione vide Sal. in d. l. si minorem. 2. col. ver. stat ergo conclusio. Adde Bar. in materia ista, l. Cassius. de senato, & l. si priuis. ff. de no. op. nun. Canonistæ c. insinuatum. de simo. Adde ad ista, quòd promouendus præsumatur bonus. Car. cle. j. 2. no. de concess. præb. dicit, quòd secus in iam promoto vt ibi per eum. Arch. c. actor. 6. q. 1. Adde Fel. c cum in iure. de offic. deleg. vers. quintò. limita vbi supra. col. 1061.

¶ *Bononiẽsis, ista verba, Titius bononiẽsis, importãt, quòd Titius est ciuis originarius Bononiæ. Felin. cap. significante. de reser. ver. quærit Compost. nu 8. col. 870. Adde tu, quòd si dicitur, Bononiensis, siue de Bononia, quòd intelligitur, quòd ibi conuersatur & moriatur. Aliqui dicunt, q. si dicitur Bononiensis, quòd intelligitur, vel quòd ibi habeat domicilium, vel quòd sit oriundus ibi. Ita Bar. l. prouincialis. ff. de ver. sig. & rub. ff. sol. ma. 1. col. Adde gl. in c. archi. Florentinus. 85. dist. quæ dicit, quòd Florentinus est ille, qui inde natus est. Adde, quid si dicitur, non Bononiensis, sed talis de Bononia, quod significat, quòd habeat ibi domicilium, vel habeat originem. Vide Bar. d. l. prouinciales in fi. Et adde Bal. auth. & omnino C. ne vxor pro mari. ver sic. sed hic dubitatur. & l. sine possidetis. C. de prob.*

¶ *Brachium seculare non inuocatur, nisi in subsidium. Feli. de iudi. c. cum non ab homine. nu. 1. col. 74.*

¶ *BREVIORES causæ an egeant libello, aliquave scriptura? Vide quæ posui in litera L. § libellus potest mitti.*

C.

CADAT ab omni iure suo, ista verba important per sententiam. Fel. c. Rodulphus. de reseri. nu. 24. col. 893. vers. Cadat ab omni iure. Adde ibi Fel. qui diffusè loquitur de isto verbo, Cadat, maximè in emphyteuta, qui non soluit canonem, vel vendit emphyteusim irrequisito domino, an cadat ipso iure.

¶ *Cæcus an possit esse testis, vide quæ posui litera T. § testis cæcus.*

Cæco creditur de iusis ante cæcitatem. Spe. tit. de teste. § j. vers. sed nunquid cæcus. Bar. l. ad testium. § j ff. de testib gl. § sin autem. verb & vidisse. Anth. de hared. & Fal. & ibi Ang. Vide Felin. in c. cum nobis. nu. 9. de præscri. vers. itẽ inquãtum. col. 263.

¶ *Calor iracundiæ non excusat a peccato, do. Abb. c sicut. de iure. iur. 3. no. tamen ibi dicit do. Ab. quòd culpa minuitur, licèt totaliter non tollatur. Adde Fel. d. c sicut. in prin. nu. 2. col. 1058.*

¶ *Calumniator quandò quis dicatur, adeo quòd possit puniri de calumnia. Vide quæ posui in litera A. § accusator an dicatur.*

Calumniator præsumitur, qui non probat. Fel. de calum. c. 1. nu. 4. col. 858.

¶ *Cancellatio instrumenti, etiam in loco suspecto in legato libertatis, non vitiat ipsum legatum, l. proxime ff. de his, quæ in test. deleg. Et cum dubitatur, an testator voluerit deberi legatum, in dubio autem præsumitur non reuocatum legatum, Ita do. Abb. c. ex literis. de fide instru. 2. no. Et dic, quòd istud habet locum etiam in legato ad pias causas. Ita do. Ab. ibi, & Bario. l. si vnus. C. de testa. Adde Fel. d. c. ex literis. vers. secunda conclusi. n. 2. 2. par. col. 807.*

¶ *Canon latæ sententiæ quomodo cognoscatur. Vide Fel. cap. si diligenti. de foro compe. vers. glo. in verbo, causam perdant. nu. 34. col. 192.*

Canones an semper sint seruandi in foro animæ, seu conscientiæ. Vide, quæ posui in litera. L. § lex canonica, vel ciuilis.

Canones pontificis sunt seruandi ab omnibus, & non seruantes canones sunt puniendi, sed quæ pœna sint puniendi, vide, quæ posui in litera E. § episcopus non seruans canones, vel seruari non faciens.

Canones sunt præponendi legibus ciuilibus in terris subiectis Romanæ ecclesiæ, vide quæ posui in litera L. § lex canonica.

Canones omnes ligant, & hoc habetur pro regula. Fel. c. 1. de consti. nu. 11. ver. capio modo col. 37.

Canones seruantur in terris imperij in materia, in qua non est expressa decisio iuris ciuilis, etiam quòd sint opiniones inter Legistas, quæ contrariantur canoni. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. secunda declaratio est. nu. 49 col. 234.

Canones si contrariantur iuri ciuili in materia non concernente peccatum, lex ciuilis, si est benignior, est seruanda, & in foro ecclesiastico propter euitationem pœnæ. Fel. ca. ecclesia S. Mariæ. de consti. vers. quinta declaratio. nu. 53. col. 235.

Canones, vel leges, quæ dirigunt verba importantia liberam voluntatem ad iudicem, ipse iudex poterit non seruare ipsas leges Ita Fel. c. j. de consti. ver. fallit octauò regula nu. 50. col. 53.

Canones Papæ ligant omnes. Ista est firmissima regula, & adeo, q. qui non obseruant canones ex contemptu, peccant mortaliter, etiam laicus prælatus non solum peccat, sed subditi possunt ab eo leuare obedientiam. Ita glo. singu. capitu. sacerdos. 2. quæst. 7. Fallit tamen ista regula in decem casibus. Vide per Felin. cap. 1. de consti. vers. capio modo glo. nume. 11. colum. 37. imò plus dicit glo. sing. cap. generali. de ele. in 6. verb. nihilominus. quòd credens canones Papæ non ligare, potest, vt hæreticus condemnari. Felin. d. c. j. de const. Et illa glo. dicit etiam, q. transgressor canonis ex cõceptu, si est prælatus, est deponendus. Felin. d. cap. j. de const. ver. quinimo plus nolunt. nu. 12. colũ. 38.

Canones

Canones Papæ quando non imperant, sed consulunt, qui eos non seruant, non sunt puniendi pœna, de qua c. 1. de consti. Ita dom. Ab. d. c. 1. col. j. ver. an gl. 2. Vide Fel. d. c. 1. vers. fallit tertiò. nume. 20 col. 40. Et hoc modo limitabis supra. § canones Papæ ligant omnes. Ista conclusio fallit in tribus casibus. Primus, vbi quis astringit se consilijs, vt faciunt isti professentes in aliqua religione approbata, quia ligantur, & vide Felin. d. c. 1. vers. hæc regulari ter. col. ead. Secundus casus est, quando quis venit contra canonem concilij ex contemptu, quia tunc peccat. Felin. d. c. ver. alius casus. nume. 22. col. ead. Tertius casus est, quando canon continet in se consilium reuerentiæ, quia talis canon obligat. Fel. c. 1. ver. tertius casus. nume. 23. col. ead.

¶ *Canonicus antiquior an possit congregare capitulum, quando non est alius, qui posset congregare. Vide, quæ posui in litera A. § antiquior de collegio. Et quomodo intelligatur illud Antiquior, an ratione ætatis, an verò respectu anterioris receptionis, vide Felin. cap. cum omnes de consti. vers. sed dubium est. nume. 35 colum. 109.*

Canonicus an possit stare in iudicio pro canonico, & pro eo agere sine mandato. Fel. c. cum M. Ferrariensis. de constitu. vers. not. semper hoc dictum. nu. 11. colum. 185. Et ibi videtur intellige re. l. sed & hæ. ff. de procur. in coniunctis coniunctione sanguinis. Fallit in Episcopo, qui potest agere pro capitulo suo ratione coniunctionis spiritualis. Fel. c. edoceri. de rescr. prædicta cautione rati. col. 599.

Canonicus an possit agere proprio nomine pro iurib. præbendæ suæ, glo. 1. c. 3. de proba. tenuit, quòd sic. sed tex. § fi. 12. q. 1. videtur sentire, quòd non, qui tex. dicit, quòd licèt bona ecclesiarum fuerint diuisa per præbendas, non tamen canonici ea possident, vt propria, sed vt procurationem quandam, quia ex ipsis bonis debent habere necessaria, quæ supersunt debent expendi in communes vsus ecclesiæ. Et per istum tex. tollitur gl. c. præsenti. de of. or. in 6. quæ dicit, quòd isti canonici, quamuis non habeant administrationem, faciunt fructus suos, de quo vide do. Abb. in repe. c. cum esses. de testa. Et quòd canonicus non possit agere proprio nomine pro iuribus præbendæ suæ, tenet Io. An. d. c. 3. de proba. & ibi Baldus. de Butrio. & Imo. vbi dicunt, quòd si canonicus agit contra canonicum, non est necessarium mandatũ prælati, vel capituli, sed nomine proprio poterit agere, quia ecclesia non poterit pati damnum, quia bona non exibunt de collegio canonicorum: sed si agit contra extraneum, tunc dicunt necessarium mandatum. Adde, & dic. quòd si præbenda est annexa canonicatui irreuocabiliter iure perpetuo, & loco beneficij, tunc canonicus poterit agere proprio nomine pro iurib. præbẽdæ suæ, & non est necessarium mandatum prælati, vel capituli, quia isto casu habet legitimam administrationem. Ita Inno. d. cap. 3. & c. transmissam. in gl. mag. de ele. Do. de S. Geor. c. præsenti. de of. or. pe. col. in 6. do. Car. & Ant. de But. c. fin. ne prælati vi. suas. & ibi Ana. 7. col. do. Ab. d. c. 3. de proba. 4 col. versicu. aut ex bonis ecclesiæ. & ibi Imo. & Bal. l. 2. 14. col. C. de ser. & aqua. Spe. titu. de actore. § . 1. vers. canonicus. Adde Fel. d. c. 3. de prob. ver. in gl. j. nu. 6. col. 348. Adde tamen, quòd quandoca nonicus agit nomine proprio, vt in casu hic notato, debent formare libellum in personam ecclesiæ, quia etiam alius prælatus, qualiscunque sit, non agit nomine proprio, sed concipit libellum in personam ecclesiæ suæ, per tex. c. olim. & ibi Iano. de resti. 5po. Bal. auth. sed hodie. C. de epi. & cle. Ant. de But. do. Ab. c. litteræ. de dila. Do. de Rot. in nouis decis. 4. Io. An. regula, priuilegium. de reg. iur. in 6. Adde Fel. d. c. 1. de proba. vers. secundò declara. nu. 7. 2. parte. col. ead.

Canonicus habet liberam administrationem, quo ad facultatem agendi in iudicio; tamen quo ad facultatem locandi, vel contrahendi non censetur habere liberam administrationem, quia obligatio facta in vita canonici, non transit ad successorem, sicut in aliis prælatis. Et not. quòd in hoc differt canonicus ab aliis prælatis, quia locatio aliorum prælatorum transit ad successorem, tex. c. sin. ne prælati vi. suas. Ita tenet dom. Abb. c. 3. de proba. 4. col. vers. vel saluando dictum Inno. Et idem tenuit Ant. de But. & do. Ab. d. c. fi. & ibi Ana. & ratio est, quia canonicus non dicitur propriè habere successorem in præbenda seu canonica, ut est gl. sing. c. quod sicut. de elect. vers. consentire. Vide do. Abb. in c. nouum genus. de deci. Pet. de Ancha. regula. priuilegium. 2. q. de regu. iur. in 6. Dom. de S. Geor. c. fi d. c. 3. de procu. in 6. Adde Fel. d. c. 3. de proba. ver. tertiò pro declaratione. numero. 8. col. 349.

Canonicus an possit petere absolutionem ab excommunicatione pro canonico sine mandato. Vide, quæ posui in litera A. § absolutionem ad cautelam an petere possit canonicus. vbi habebis, quòd secus est in absolutione ad cautelam, quia canonicus eam petere non potest.

Canonicus in vna ecclesia an possit habere duas voces in capitulo & distributionem quotidianam duplicatam, do. Abb. c. cum olim de re iudi. 2. col. ver. & per hoc ponit difficultatem istam. Et concludit, quòd quando quis habet duas dignitates in vna ecclesia, puta canonicatum & thesauriam, & qualibet dignitas de per se habet vocem, ex quo vnus solus habet istas duas dignitates, debet ei iam habere duplicem vocem & duplices distributiones. Idẽ tenet ibi Inno. & Io. An. & do. Car. consi. suo 54. inci. Casus talis est, decanus ecclesiæ. & Bal. d. c. cum olim. Adde, quòd hoc fallit, quando canonicus, qui habet duas dignitates & qualitates, nam si deseruit uni qualitati, non potest deseruire alteri, ut quia seruitia sunt discreta & incompatibilia, puta quando canonicus habet capellaniam curatam, quia dum celebrat, nõ debet habere distributiones quotidianas, do. Ab. d. c. cum olim. 3. col. ver. ego sic distinguo. Vide Fel. d. c. cum olim. vers. limita hæc. nu. 2. col. 423.

Canonica quotuplex est. Fel. de simo c. tua nos. nu. 2. vers. adde do. Car. col. 918.

Canonicus, qui habet duas voces in cap. an possit illas diuidere, & sic seruire duobus, do. Abb. c. cum olim de re iud. 4. col. vers. quid aũt tenuit, quòd non, & vide Fel. c. quamuis. de of. delega. in prin. num. 1. col. 938. & d. cap. cum olim. versicu. dum dicit Ab. nume. 3. col. 424.

Canonicus ecclesiæ cathedralis an possit esset minor annis 14. sine dispensatione, do. Ab. c. super. de præb. tenet, quòd non, & ibi Host. Ant. de But. Vide Fel. c. ex insinuatione. de simo. in prin. nume. 1. & 2. col. 893. & inde. Adde, quòd contrarium tenet gl. c. statuũ. de reser. § . 1. verb. canonicis. in 6. Idem tenet Imo. d. c. super. do. Car. cle. fi. de ætа. & qual. quia illa est communis opi. vide Fel. d. c. ex insinuatione. in prin. col. ead.

Canonicus, qui nouiter est receptus in canonicum, si ratione statuti illius ecclesiæ tenetur ad solutionem alicuius rei, & spontè soluit, non coactus, committit simoniam. Ita do. Ab. d. c. dilectus. el. 2. de simo. 1. col. vers. & ex hoc. Et idem tenet Io. An. c. præterea de sur. pat. Vide Fel. c. dilectus el 2. nu. 2. col. 898.

Canonicus regularis non potest agere pro ecclesia sua sine mandato. Dom. de S. Gemi. c. ad decimas. 4. col. de rest spol. in 6. Et idẽ de monachis dicit Io. An. c. generali. de elect. in 6. Vide per Felin. c. 3. de proba. uer. quarto intellige. nu. 9. part. 2 col. 349.

Canonicus non potest esse testis in causa suæ præbendæ, cum illa sit deputata pro mensa sua, & sic limitabis dicta Doctorum. c. insuper. de testi. vbi dicunt, quòd prælatus in causa suæ ecclesiæ potest esse testis, quia hoc uerum est in bonis non deputatis promensa prælati. Ita do. Ab. d. c. insuper. 5. col. ver. ex quo infero. Adde, quòd idem tenet ibi Fel. ver. fallit octauo. col. 521. Adde ad ista, quæ posui in litera. T. § testes.

Canonicus receptus vltra numerum taxatum, an habeat iura canonicalia, & regulariter post multa adducta per do. Ab. c. cum M. Ferrariensis. de consti. 9 col. dicit, quod sic, & idem tenet Fel. d. c. cum M. Ferrariensis. ver. in gl. in verb. vltra numerũ. nu. 23. col. 191. Adde Bar. l. si duas. § . Grammatici in fi. ff. de excu. tut. qui tenet, quòd non habeat priuilegium canonicorum, & tenuit hic in lec. Nico. de Neapo.

Canonicus an debeat omnino installari, ad hoc, vt verè dicatur canonicus. Vide, quæ posui in litera I. § installatio.

Canonicus supernumerarius an possit esse delegatus Papæ. Fel. c. cũ M. Ferrariensis. de consti. ver. supra allegat. nu. 23. col. 192.

Canonicus non existens in sacris, non habet vocem in cap. tamen si admitteretur ad actus capitulares, vel ad electionem, talis electio, vel actus non inficitur, nec uitiatur. Feli. c. cum M. Ferrariensis. de consti. vers. & dum dicit ista gl. nu. 18. col. 189.

Canonicus, qui habet duas voces in capitulo, aut ex natura, aut quia sit sibi commissa, an poterit dare vnam vocem vni, & alteram alteri. Vide Fel. c. quamuis. de of. deleg. in princi. colum. 938. Adde dom. Abb. cap. cum olim. de re iud. 5. col qui dicit quod scholaris, qui habet duas voces, vnam suam, alteram sibi commissam, non potest dare vnam vocem vni, & alteram alteri

Canonicus, qui vadit principaliter ad horas canonicas propter di-

stributo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stributiones quotidianas, non autem propter officium diuinum, committit simoniam mentalem. Tex. est c. ody. 22. q. 1. & ibi Arch. Et ibi gl. exclamat contra scholares, qui principaliter vadunt ad ecclesiam propter audiendas amasias. Vide Feli. c. ex parte. lo. 1. de off. deleg. ver. in quantum Ab. nu. 2. col. 956.

Canonicus, cui facta est delegatio, si moritur, an successor possit cognoscere? dic, quòd non, quia commissio facta canonico censetur personalis, & non transit in successorem Io. de Imo. cap. statuim. de rescr. in 6. & Domi. ibi. 5. col. Bal. magis expresse l. si plures. pe. col. C. de condi. inser. Imo. cle. 2. 4. col. de resc. Et ratio istorum doctorum est, quia canonicus non habet successorem. gl. not. c. quod sicut. de ele. Bar. l. honorum. ff. rem ra. hab. Adde ad ista Fel. c. quoniam Abbas. de offi. deleg. versicu. Capio illud. numero. 5. colum. 968.

Canonicus potest esse testis pro concanonico. glo. c. cum R. de offi. de leg. verbo. cum sint. Adde Felin. d. c. cùm R. ver. glo. in verbo, cùm sint. nume. 4. col. 1081.

Canonicus non habet successorem: & ad hoc habes Bal. l. 2. 16. colum. C. de ser. & aqua. vbi dicit, quòd pro spoliatione facta canonico prædecessori, non competit interdictum successori secus in alio prælato, vt ibi per eum. Adde do. Ab. c. nouum genus. de decimis. vbi dicit, q. si decimæ non fuerunt solutæ canonico mortuo, perueniunt istæ ad capitulum, non autem ad successorem. Adde, quòd idem tenet do. Abb. c. ex literis. de prob. vbi dicit, quòd canonicus est legitimus administrator præbendæ suæ, & non potest obligare pro ea successorem suum. secus in alio prælato, vt ibi per eu, & Pet. de Anch. reg. priuilegium. de reg. iur. in 6. vbi dicit, quòd priuilegium concessum canonico, non transit ad successorem. Adde ad ista Feli. c. quoniam Abbas de offi. delega. ver. quòd canonicus. nume. 6. col. 969.

Canonicus impetrans beneficium facta mentione canonicatus, & non præbendæ, nulliter impetrat. Ita Feli. c. cùm adeò de rescrip. in princ. col. 535.

Canonicus si impetrat canonicatum, etiam quòd deferat clericam, & habitum, impetratio est nulla, si non habet ordines. Feli. c. cum adeò. de reser. ver. Contrariam partem. numer. 4. col. 536. Adde, quòd idem tenet Abb. cap. 2. de insti. in fi. Adde, quæ posui in litera. L. §. laicus est incapax.

Canonici absentes an sint vocandi in receptione alterius canonici, distingue, virùtalis receptio sit collativa tituli, aut non. Vide Fel. cap eam te. de rescrip. ver. actus consistens. nu 13. col. 436.

Canonici absentes an sint vocandi in alienatione rerum ecclesiæ. Vide, quæ posui in litera A. § alienatio rei ecclesiæ.

Canonici quando possunt statuere sine consensu episcopi. etiam super statu ecclesiæ. ponit Fel. c. cum omnes. de const. versi. & ex dicto nu. 7. col. 88. & inde Adde tu. no. per Inno. c. accedentibus. 1. colum. de priuileg. vbi ipse dicit, quòd canonici non possunt tollere statuta honorabilia ecclesiæ, & facere alia. Adde Frid. de Senis consil. suo 16. vbi ipse quærit, an sede vacante canonici possint facere statuta, & vtrum episcopo creato durent? & an per episcopum possint reuocari. Adde ad ista, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

Canonici absentes an sint vocandi. Vide, quæ posui in litera A. §. absentes an sint vocandi.

Canonici an possint erigere dignitatem extinctam sine consensu episcopi sui. Fel. c. cum accessissent de consti. versicu. tertia conclus. nume. 14. col. 162.

Canonici an possint recipere aliquid à canonico recepto, puta birretum, pastum, vel similia sine suspicione simoniæ. Vide, quæ posui in litera S. § statutum ecclesiæ. & adde § seq. in ead. litera. S. statutum, per quod quis.

Canonici, et generaliter aly, an possunt à nouo canonico exigere aliquid. Vide per Scribentes. c. quoniam de simo. Io. de Ana. in ru. eo tit. do. Abb. c. non satis. de simo. & c. Iacobus. S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 3. in fi. Bar. l. 3 ff. de uerb. obli.

Canonici non possunt statuere super statu ecclesiæ, & sic super residentia, sine consensu episcopi. Ita do. Abb. c. cum omnes. de consti. 2. col. versi secundus intellectus. Idem tenet Pet. de Anch. repe. c. 1. de consti. in 6. 26. col. versi. in 6. q. Arch. & Do. de S. Gemi. c. Cathol 11. dist. Old. consi. suo 181. incip. de authoritate. Ant. de But. c. constitutus. de rescrip. 10. colum. ver. opponomi. Et dic, quòd in tantum hoc est verum, quòd consensus episcopi, si ex post facto superueniret, non sufficeret. Ita Fel. d. c. cū omnes. verb Caterum ad illud. nu. 9. col. 88. vbi plures concordantias allegat. Adde tamen, quòd fallit hoc, vbi canonici facerent statutum in pertinentibus ad ipsum capit. quia non requiritur consensus episcopi. Feli. d. c. cum omnes. ver. vbi autem. nume. 9. col. 89. Item fallit, quando vacat sedes episcopalis, quia capitulum habet iurisdictionem episcopalem, tunc posset facere statutum super statu ecclesiæ, sicut episcopus, & durat tale statutum in perpetuum. Feli. d. c. cum omnes. ver. alias autem. nume ro. 10. col. ead. Adde & restringe istas fallentias, quòd in aliquibus casibus non habent locum, ut puta quia licèt capitulum succedat in iurisdictione episcopali, tamen non poterit facere capitulum sede vacante statutum in materia feudi. Ita Fel. d. c. cū omnes. versicu. licèt prædicti. num. 10. col. ead. Item vbi non immineret necessitas. capitulum non posset facere statutum super statu ecclesiæ sede vacante, etiamsi succederet in iurisdictione episcopali. Feli. d. c. cum omnes. versi. secundò est aduertendum. nume. 10. col. 90. Item si capitulum uellet statuere in præiudicium futuri episcopi, non posset etiam sede vacante, etiam si haberet iurisdictionem episcopalem. Feli. d. c. cum omnes. versi. tertiò est aduertendum nu. 10. col. ead.

Canonici sede uacante non possunt statuere in materia feudi, etiāsi succederent in iurisdictione episcopali, & ratio est, quia in ijs, quæ competunt episcopo in speciali iurisdictione, non succedunt canonici. Felin. c. cùm omnes. versicu. licèt prædicti. numero. 10. col. 89.

Canonici absentes possunt percipere fructus beneficij, si consuetudo hoc introduxit, & hoc habet locum, etiamsi non deseruiant per vicarium de quo vide Fel. c. cum omnes. de consti. versi. sed magis. nume. 22. col. 99. & vide, quæ posui. §. clericus beneficia, utrum pos.

Canonici, qui habent statutum inter se, quòd canonicus receptus soluat, puta 10. etiamsi tale statutum non sit pœnale, tamen recipiendo committunt simoniam. quia in materia simoniæ consideratur solum petitio. Fel. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. ver. sed advnum. nume. 20. col. 189. Adde do. Abb. c. dilectus. de simo. canonici si admittunt inhabiles in capitulo, an actus inficiatur, vide, quæ posui in litera A. §. actus factus.

Canonici supernumerarij an ex consuetudine, vel statuto possunt puniri, ut non habeant stallum in choro, neque uocem in capitulo. Fel. ponit. c. constitutus. de rescript. uersi. item an de iure. nume. 24. col. 572.

¶ Canonicatus collatus si est ultra numerum canonicatuum, an censeatur collata præbenda, & si præbenda postea vacat, an possit propria authoritate præbendam apprehendere. Felin. capitu. cum M. de constitu. numero. 17. uersicu. & ex his colum. 188.

Canonicatus non est dignitas. cap. statutum. in princ. de rescrip. in 6. & ibi do. de san. Gem. do. de Ro. deci. 443. in nouis, tit. de præbend. incip. item si legatus. Adde Felin. cap. pastoralis. de offi. delega. versicu. vtrum verò Abbatia. columna. 1047. numero. 10.

Canonicatu collato an intelligatur collata præbenda. Felin. c. cum M. Ferrariensis. de constit. ver. an autem collato. numero. 16. col. 188. Et vide, quæ posui in litera P. §. præbenda assignata. quæ faciunt ad ista.

¶ CANONISTA in promotione ad dignitatem ecclesiasticam præfertur Theologo. Ita Fel. cap. clerici. de iudi. versi. item nota, quòd Canonista. nume. 5. col. 67.

¶ Capella an spectet ad plebem, an autem requirat rectorem de per se, Vide Feli. c. ex parte. S. de rescri. nume. 1. col. 74. cui adde do. Ab. c. eo. 1. no. Adde, quid si capella est constructa in ipsa plebe, vel eius fundo, an prælatus maioris ecclesiæ erit rector utriusque? Vide Fel. d. c. ex parte. el ij. de rescri. d. versicu. & colum. ea. Adde, & pone, quòd capella ædificatur, ut sit perpetuum beneficium per se stans, an de necessitate habebit perpetuum rectorem. Vide Feli. d. cap. ex parte. de rescrip. d. versicu. & quis habebit institutionem, vel præsentationem in ista capella, videlicet ipse rector, uel alius. Vide, quæ posui in litera R. §. rector parochialis, & litera E. §. ecclesia sita in diœcesi.

¶ Capella dotata, vel ædificata à testatore, ad hoc vt efficiatur beneficiū, & vt testator, vel instituens efficiatur patronus, requiritur approbatio episcopi, sine qua nihil valent constitutiones statuentium siue testatum, vel ædificantium, & dotantium. Ita Feli. c. ex parte. el 2. de rescrip. in princ. nu. 2. col. 474. Adde ad ista,

ista, quæ posui in litera T. §. testator, qui relinquit omnia sua bona.

Capella non curata potest teneri cum titulo beneficij. Vide, quæ posui in litera R. vbi ad plenum. §. rector parochialis ecclesiæ potest habere.

Capella fundata in ecclesia, an rector illius ecclesiæ habeat ius instituendi in capella. Anto. de But. c. querelam. de ele. 3. col. tenet, quòd sic, do. Abb. c. 3. de eccles. edi. dicit, quòd rector ecclesiæ, in qua fundata est capella, efficitur compatronus cum ipso fundatore. Vide Fel. c. cum venerabilis, de excep. versi. considera primò. nu. 38. & ver. seq. nume. 39. col. 63. & vide, quæ posui supra. §. capella an spectet ad plebem. & §. capella dotata. & §. capella non curata. vide quæ posui in litera R. §. reos parochialis ecclesiæ.

Capella sita in parochia alterius ecclesiæ, quis habet præsentare ministrum in dicta ecclesia, seu capella. Vide, quæ posui in litera E. §. ecclesia sita in diœcesi. circa si.

Capella an teneatur ad charitatiuum subsidium, dom. Abb. ponit c. accedentes. de præscrip. in si. Adde Felin. ibi, versi. vltimò, dum tangit. nume. 8. col. 238.

¶ Capellanus & quilibet particularis de ecclesia, admittitur ad agendum pro iuribus suæ ecclesiæ sine mandato. Ita Feli. c. cum deputati. de iudi. ver. limita tamen hoc dictum. nu. 5. col. 125.

¶ Capitales pœnæ sunt tres, prima est mors corporis, l. capitalium. ff. de pœnis. Secunda pœna capitalis est damnatio in metallum, l. quidam. ff. de pœn. Tertia pœna capitalis est deportatio. & isti non perdunt libertatem, sed ciuitatem. Vide Fel. c. qualiter & quando. el 2. de accus. §. ad corrigendos. versi. circa secundum. nume. 23. col. 830.

¶ Capitulum an possit authorizare in suppressione dignitatis, quādo bona sunt applicanda mensæ capituli, vt vniuersis, vel etiam vt singulis. Vide Fel. c. cum accessissent. de consti. versi. secundo limita. nume. 22. col. 166. Posui in litera E. §. episcopus an possit applicare. Adde, an hoc possit facere capitulum cum episcopo, vt. Fel. vbi supra. nu. 23. versi. & ista col. ead.

Capitulum canonicorum an veniat appellatione ciuium. Fel. in c. eam te. de rescr. ver. caterum, quando de materia. n. 16. co. 440.

Capitulum canonicorum an succedat mortuo episcopo in iurisdictione delegata episcopi. Fel. c. eam te. de rescrip. ver. in mandato facto. nu. 17. col. 444.

Capitulum canonicorum an possit transigere, etiamsi omnes canonici non consentiant. Vide per Fel. c. cum omnes. de consti. uersi. & ideò. nu. 9. col. 89.

Capitulum sede vacante an possit absoluere iurantem à iuramento & videtur dicendum, quòd non, quia hæc est quædam dispensatio. Vide Felin. c. 1. de iureiur. nu. 19. 2. parte versi. secundò quærò. col. 996. Adde, quòd in contrarium est veritas, quia se de vacante succedit capitulum in spiritualibus, & temporalibus, c. pen. & fi. de suppl. neg. præla. in 6. & vide consil. dom. Card. 38. incip. Quædam habens vnum filium. Adde Felin. d. cap. 1. de iureiur. in ver. in contrarium facit. nu. 20. co. 997.

Capitulum canonicorum an teneatur admittere personam non capitularem constitutam procuratricem a aliquo canonico, ut pro eo det vocem in electione prælati, aut concanonici, vel alicuius actus expediendi capitulariter, & dic, quòd si capitulum non vult admittere talem personam, quòd non potest arctari. Ita Io. An. regula, quod alicui. de reg. iur. in 6. Felin. c. cum omnes. de consti. ver. octauò fallit. nu. 18. col. 97. & c. Apostolicæ, de excep. versic. sed tunc statim dices. nu. 7. colum. 110.

Capitulum ecclesiæ matricis debet reuereri, & honorari a prælatis clericis diœcesis, sicut episcopus, & hoc sede repleta. Ita dom. Abb. c. cum non liceat. de præscript. 3. no. Adde Feli. ibi num. 2. col. 239. & vide Inno. c. dilecti. de maio. & obe. Adde & limita istud, quia non habet locum in singulis canonicis, domin. Abb. loco prælegato. Et hoc tenet etiam Imo. capitu. cum dilectus de consue. Ant. de But. cap. illa. de ele. Et sic not. quòd capitulum maioris ecclesiæ debet præcedere prælatum ecclesiæ inferioris, & hoc, quando procedit capitulariter. Vide Bald. l. finaC. de bonis lib. Dom. de Rort. deci. 7. titu. de regula. in antiquis. Vide Fel. d. c. cum non liceat, vbi supra colum. ead.

Capitulum ecclesiæ maioris debet præcedere prælatum ecclesiæ inferioris, etiamsi esset ecclesia collegiata. Vide supra §. capitulum ecclesiæ matricis.

Capitulum vnum, & sic ab aliis separatum, quando dicitur dic, quòd quando vno constructo & vna essentia plura consistunt, de quo vide Fel. c. cum inter. de re iud. versi. dicitur autem. nume. 7. colum. 442.

Capitula super quibus est fundata inquisitio, tradenda sunt inquisito nomina testium. Vide Feli. c. qualiter & quando. el 2. de accusa. §. debet. 1. no. nu. 15. col. 810.

Capitulum canonicorum ecclesiæ cathedralis an veniat appellatione ciuium. ponit Fel. ca. Rodulphus. de rescr. versicu. de hoc verbo, Districtus. nume. 18. colum. 886. & dixi supra in litera. C. eo. vers.

Capitulum ecclesiæ inferioris an succedat in iurisdictione mortuo prælato suo, sicut dicimus de capitulo ecclesiæ cathedralis. Vide latè per Fel. c. his, quæ. de maio. & obe. nume. 2. col. 1340.

Capitulum ecclesiæ inferioris succedit mortuo prælato, in iurisdictione spectante prælato suo de iure speciali. Felin. cap. his, quæ. de maio & obe. ver. secundus casus. nu. 2. col. 1202.

Capitulum sede vacante potest absoluere ab excommunicatione, cuius absolutio spectabat ad prælatum. Felin. cap. his, quæ. de maio. & obe. ver. allegato, vbi supra col. 1202. Adde tudo. Abb. ibi. d. c. his, quæ. in fine, qui expresè illud dicit.

Capitulum succedit collatione spectante ad episcopum iure deuoluto vacante sede. Ita Fel. c. cùm olim. de maio. & obe. nume. 3. versi. circa quindecim q. col. 1211.

Capitulum potest recipere resignationes sede vacante. Fel. c. cum olim. de maio. & obe. ver. ad sextam. nu. 4. col. 1213.

Capitulum potest dispensare vacante sede. Felin. c. cum olim. de maio. & obe. ver. ad octauam. eod. nu. col. ead.

Capitulum potest dare beneficia in commendam sede vacante. Felin. c. cum olim. de maior. & obe. ver. ad vndecimam. numero. 6. col. 1214.

Capitulum sede vacante non habet facultatem doctorandi. Fel. c. verum. de fo. compe. ver. tertium corollarium. nu. 2. col. 161.

Capitulum quando dicatur negligens in defendendo iura ecclesiæ. Vide Felin. c. cum olim. de testi. versi. quando autem dicatur. nu. 4. 2 parte. col. 648.

Capitulum an possit agere pro omnib. beneficiatis in ecclesia, do. Ab. c. cum olim. de testi. 5. col. ver. nunquid autem decanus. Ad de Feli, ibi ver. an autem decanus. nu. 5. 2. par. col. 649.

Capitulum sede vacante non potest facere statutum in materia feudi, quia non succedit in iurisdictione speciali episcopi. Fel. c. cū omnes. de consti. ver. licèt prædicti. nu. 10. col. 89.

Capitulum in quocunque actu, etiam cessante impedimento, præter quam in actu electionis, potest constituere procuratorem. Ita do. Abb. latè. c. quia præter. de elec. & Fel. c. cum omnes. de constiti uersi. secunda declaratio. nu. 27. col. 103.

Capitulum in actibus, in quibus requiritur præsentia ipsius capituli, seu consensus, potest deputare aliquos, & illi repræsentabunt totum capitulum, dom. Abb. c. 2. 5. col. de re iud. Fel. c. cum omnes. de consti. uer. Quinta declaratio. nu. 30. col. 104.

Capitulum quando vult committere vices suas alteri, puta uni de collegio in certo actu, talis subdelegatio, vel substitutio debet fieri de licentia omnium. Arch. c. episcopus. 16. q. 7. Fel. c. cum omnes. de consti. ver. 14. fallit. nu. 18. col. 99.

Capitulum in contumacia, seu uniuersitas, non potest constitui, an tequam congregari potuerit, ut l. 1. C. de lib. vni. Adde Feli. ca. cum omnes. de consti. ver. in ea gl. ibi. nu. 24. colum. 102.

Capitulum vel collegium, si habet consentire circa actum, an requiratur, ut capitulariter consentiant, uel non. Facias primò distinctionem, ut actus sit expediendus in iure, aut in facto, ut puta Papa mandat capitulo ne eligant, vel præbendam conferat, debet hoc fieri collegialiter, sed si Papa mandat capitulo vt aliquem recipiant in canonicum, cui ipse Papa contulit præbendam, cum hic sit nuda receptio facti, non exposcit actum collegialem. Felin. c. cum omnes. de consti. versicu. prima declaratio. numero. 26. colum. 103. Et adde multa alia similia ibi per Felin. quando actus sit expediendus collegialiter per canonicos, vel non.

Capitulum sede uacante succedit solum in competentibus episcopoiure communi, non iure accidentali. Fel. c. eam te. de rescrip nume. 17. versi. & adde. Lud. col. 445.

Capitulum non potest administrare bona communia inter suum episcopum & ipsum capitulum episcopo contradicente. Felin. c. edoceri. de rescr. uersic. & ex dictis Abb. hic. nume. 3. col. 600. Adde, quid econtra? Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus habens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habens administrationem.

Capitulum solum potest agere sine consensu superioris pro rebus cõmunibus malè alienatis. Fel.c.edoceri.de rescrip.uersicu.secunda declaratio.nume.4.col.601.

Capitulum pro bonis communibus inter episcopum & ipsum capitulum, non potest agere sine consensu episcopi. Fallit tamen, quãdo præstat cautionem rati, quia debet admitti. Ita Fel.c.edoceri.de rescr.ver. tertia declaratio.nu.5.col.601.

Capitulum ecclesiæ cathedralis non habet de iure communi potestatem excommunicandi, nec interdicti, nam iurisdictio est penes episcopum. Fel.c.ex parte decani.de rescrip.nu.1.col.848.

Capitulum sede vacante an succedat in potestate commendandi ecclesias. Felin. de maio. & obe.c.cum olim. numero. 6. colum. 1214. Et an succedat in dandis indulgentijs, ibidem numero. 7.colum. 1356.

Capitulum sede vacante an teneatur constituere vicarium. Ibidẽ. nume.9.colum. 1215.

Capitulum si sede vacante facit statutum contrarium alteri statuto episcopi, an valeat? & utrum possint tollere statutum episcopi, & facere aliud. Ponit Fel. c.cum omnes. de constitu.versicu alias autem.nume.10.colum.89.Vide, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

Capitulũ sede vacante non potest statuere in his, in quib. capitulũ non succedit de iure, & est gl. notabilis.c.cum olim.de maio.& obe. Ponit Fel.c.cum omnes.de consti. ver. licèt prædicti.numero.10.col.ea.vbi addit multa similia, quæ non fuere tacta per doctores ibi, vide, quæ posui.§. canonici non possunt statuere.

Capitulum sede vacante, vbi non immineret necessitas statuendi, non potest facere statuta in materia, in qua alias non posset viuente episcopo. Fel.c. cum omnes.de consti.numo.10.uersi.secundò est aduertendum.colum.90. Vide, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

Capitulum si vellet statuere sede vacante in præiudicium prælati futuri, vel ecclesiæ, non valet statutum, etiamsi ipsi canonici iurarent ipsum statutum obseruare. Lap.alle.20. Hoc intellige, quando ipsi canonici vellent auferre ab ipso episcopo, quæ de iure communi vel laudabili consuetudine ipsi episcopo competunt, secus, si aliter. Vide Felin.c. cum omnes.de consti. versicu. tertiò est aduertendum.nume.10.colum.90.& vide, quæ posui.§. canonici non possunt statuere.

Capitulum non potest facere statutum aliquo casu. Ita Inno.c.cum omnes.de consti. Vide Fel.d.c.cùm omnes.ver.alle.supra ea.col.

Capitulum debet absolui ab impetitione, pone, quòd quis petita capitulo pro suo interesse centum eo quia capitulum impediuit ipsum petentem, quo minus veteretur, vel frueretur certa possessione sibi locata, & in libello non dixit, quòd capitulariter illi de capitulo eum impediuerunt, dico capitulum absoluendum esse a tali petitione, quia debebat dicere in libello quòd capitulariter fuerit impeditus, & hoc quia quod factum est a capitulo, non intelligitur capitulariter factum, nisi constet, quod congregati fuciant. Ita consuluit Ang. consi. suo. 242.incip. Visis & discussis. Fel. posuit.c.cum omnes. de consti. versi. & ideo Ange.nume.24.col. 102.

Captiui, qui ex maleficio sunt capti, an sint redimendi ex bonis ecclesiæ, vel de bonis fideicommissi. Vide Felin. c. quæ in ecclesiarum.de constit.versicu. in glo.2.in fin. nume.66.col. 140.& vide quod ibi alleg. glo.c.sacrorum.12.q. 2.quæ tenet, quod sic, & Bal.ut ibi per eum.

¶ Captura an dicatur de processu. Vide Pet. de Anc.cle.1.de excess. præla. & ibi do. Car. circa fi.ver. sextò quæro. Fel.remissiue.c. quoniam contra.de proba. ver.ex quibus.nu.8.col.452.2.part.

¶ Captus, qui ducitur ad carceres, si offert fideiussores idoneos, debet relaxari, aliter sit ei iniuria. Fel.ca legebatur.de ma.& obe. in prin.nume.1.col.1174. Adde tu, & ampliasstud, quòd non solum habet locum in causis ciuilib.sed etiam in criminalibus, vbi pœna pecuniaria venit imponẽda, l.1.2.et 3.ff.de custo. reo.

Captus pro crimine merente pœnã corporalem, non relaxatur offerendo fideiussorem. Ita Fel. c.legebatur.de maio.& obe.in prin. nume.2.col.1175.

¶ Caput an sit membrum. Vide Fel. c. cum illorum. de sen.exco. ver.item appellatione.nu 10.col.1093.

Caput est membrum honorabilius cæteris. Ita dom.Abb.c. cum nõ liceat. de præscrip. 2.no. V de Bal.cap 1.§. ad hoc.de pact. iur. fir.& Ang.l.si quis.C. de pœn.vbi dicit, quòd non valet statutum quòd pro delicto quis bulletur in facie, seu in fronte. Adde Fel.d.c.cùm non liceat.in prin.n.1.uer.& dũ dicit.col.239.

¶ Carceratus pro debito, an sit alendus expensis creditoris. Bart. l.sancitum.ff.de rerum diuisi.dicit, quòd debitor incarceratus debet ali suis expensis. Adde tu, & limita, quòd hoc est verũ, si ipse debitor habet, vnde se alat, si autem non habet, debet ali expensis creditoris, aliàs iudex debet eum relaxare, Ita dicit eleganter Ang.de Are. Insti. de actio.§ si. in fi. Et idem tenet Felin. capitu. 1. de libel. obla. ver. modo iunge generaliter.nume.8.col. 236.

Carceratus pro eodem delicto bis, non relaxatur amplius. Bart.& Bal.l.3.C. de episco. audi. Feli.c.si cautio.de fide instru.ver.& hinc est, quòd bis.nume.43.2.parte.col.889.

¶ Cardinalatus dignitas est maior post Papam quacunque alia dignitate. Ita Fel.rub.de maio. & obe.nume.7.col. 1163.& nume.8.col.1164.versi & limita. Adde tu, quòd Domi.c. episcopus.17.dist. aliter sentit, ibi eum vide.

¶ Cardinalis, qui asserit se delegatum, creditur ei etiamsi non ostẽdat rescriptum delegationis. Host.in summa.in titu. de offi. dele. Spe.tit.de prob.§.in terdum.versi.quid de auditoribus.dom. Ab.c.quod super his. de fide inst.3.col.ver.ego credo. Adde Feli.c.cum in iure.de offi.dele. ver.secundo limita.nu.6.col.1062.

Cardinalis an comprehendatur a iure exorbitante loquente generaliter. Vide Host.c.2.de cler.non resi. Io.Mo.c.unico, de schisma. in 6.Lud. Ro. consi suo.497. Pet. de Anch.consi.suo.290. inci. Pro clariori euidentia. Et quia est materia longa & fastidiosa, ideo vide latissimè per Fel. c.cùm in iure.de offi. delega. nume.7. uer. vltimò, vbi requiritur.col 1063.

Cardinalis præsumitur, quòd sit legatus, & sic, quòd ei sit facta commissio legationis ad minus in forma generali, etiamsi nõ appareat mandatum. Specu tit. de leg. §. superest.versi.quid si legati.gl. c. nobilissimis. 97.dist. Lapus alleg. 14 inci. Idem est dicere.& alleg. 33.incip. an frater minor.do. de Ro. decis. 176. incip. item no. quòd legatus in antiquis, titu. de offi. leg. Cardi. consi. suo. 2. in tit. de offi. leg. Bal.l.iurisiurandi.2.col.C. de testa. Adde Fel. c cùm in iure. de offi. deleg. versicu. præsumitur commissio.nu.12.col.1065, vbi dicit, quòd hoc habet locum etiã in omni alia persona grauissima, & illustri, & ibi multa allegat, quem videas. Limita tamen hoc, quando legatus esset præiudicialis alteri, quia non crederetur. Ita Fel. lo. alleg.

Cardinalis, qui dicit se legatum Papæ, creditur ei in his, quæ veniunt generaliter in delegatione, etiamsi non ostendat literas. Ita no. Fel. c. quod super his. de fide instru. versi. secunda concluso nu.10.col.836.par.2.Et in tantũ hoc uerum est, quòd do. Abb.ibi dicit, quòd etiamsi esset illustris persona, non creditur ei sine literis, nisi sit cardinalis. Adde Fel.d. c. quod super his. ver. prima conclusio.nu.8.col.835.& vide quæ posui supra. §. Cardinalis præsumitur, quòd sit legatus. Adde quòd ista intelliguntur esse vera in generali commissione, secus in speciali, vbi agitur de præiudicio tertij. Ita Fel.d.c. quod super his.nu.9.ver.& habet locum.col. supra allegat.

Cardinalis, qui asserit se delegatum, non creditur ei, nisi ostendat literas c. cum in iure.de offi. deleg. qui tex. habet locum etiam in cardinali. Anto.de But. c. quod super his. de fide instru. vbi etiam Imol. Inno.c.cum olim. el 1.de priuil. Fel.in d.c. quod super his.uer.secunda conclusi.nu.10.2 parte.colum.836. Adde, quòd do. Abb d.c.quod super his.3.col.ver. ego credo, tenet contrarium,& dicit, quòd sicut creditur Cardinali in maioribus, videlicet quòd sit legatus, multò plus debet credi in minoribus, videlicet quòd sit delegatus, etiã non ostensis literis. Adde quòd ista opi.do. Abb. est reprobata. Vide Fel.d c.quod super his.uersicu.sed domin. Abb. & versi.seq. nume.11.& 12. col. 836. & per totam illam colum. & vide, quæ posui. §. Cardinalis qui asserit se delegatum.

Cardinalis in iudicio est maior episcopo, dom. Abb.c. quod super his.de fide instru. in fi. Host. c.ecclesia.el 2. de elec.tex. cum gl. c quacunque.2.q.7.dom. Abb d.c.ecclesia. Bar.l.1.§. si quis. 1. colum.ff.de appel. Adde Fel.d. c. quod super his. uersic. vltimò dicit hic.nu.14.2.parte.col.839.

Cardinalis an possint recedere, aut discedere ab obedientia Papæ. Vide Fel.c.si quando.de rescrip. ver. Reliqua de obedientia.nu.7.ibi,& quòd Cardinales.col.402.& 403.

Cardinales si exprimunt falsum valorem beneficij, an impetratio sit nulla. Vide Fel.c.ad aures.de rescr.ver.octaua conclusio n.11.

col.

col.456. Et an ligentur constitutionib. an regulis cãcellariæ, an comprehendantur in dispotionib.odiosis, vide Fel.d.c.ad aures. d.nu.11.ver.tertiò considera.col.ea.

Cardinales quando possunt vocare concilium. Vide Fel.c.super literis.de rescr.ver.nonò facit.nu.21.col.586.

Cardinales habent in titulis suis & in ecclesijs sibi subiectis iurisdictionem episcopalem. Ita Fel.c.his, quæ.de mai.& obe.in princ. nu.1.col.1200.

Cardinales discedentes a voluntate Papæ ante depositionem suam sunt schismatici. Do.de S.Ge.§. hinc etiã.17.disti. Adde Fel.c. accepimus.de fide instru.ver.& addit hic do. Ab 6.nume. 3.2. parte,col.815.

Cardinales non possunt præscribere contra supremã potestatem Papæ, adeo quòd ipse Papa non possit facere ardua sine consensu suo de quo vide, quæ posui in litera P.§.præscriptio non currit contra supremã potestatem Papæ.

Careat, istud verbũ, Careat, positum in iure, an importet necessitatem, vide Fel.c.ex tenore.de rescr.ver.considera tertio. nu. 17. col.531.

Careat virib. Ista verba important ipso iure. Fel.c. Rodulphus.de rescr.ver.careat viribus.nu.27.col.895.

¶ Castro, vel territorio concesso, an intelligatur cõcessa iurisdictio. Ponit Fel.ca.Rodulphus.de rescr.ver.proprietas verò num.16. colum.885.

Castro concesso per principem aliquibus, an sit concessa iurisdictio. Ponit Fel in capit.quod sedem.de off.ord. ver. an autem, nu,4. colum.1115.

¶ Casus exceptus a statuto, an extendatur ad similẽ. Vide do. Ab. cap.ad audientiam.de cler.non resi.in princ. & vide etiam laper Felin.capit.translato.de const.ver.item non arguitur. num. 1.colum.76.

Casus, in quib. potest fieri alienatio rerum ecclesiarum. Vide per Host. in summa, in titu.de rebus ecclesi. non alie.§. ex quibus glo.in summa, 12.q.2. Fel.c.quæ in ecclesiarum. de constit.2.nota.nu 1. col.12. Adde tu alium casum vltra illos, in quo valet alienatio rei ecclesiasticæ, videlicet in casu remunerationis, & hoc de rebus mobilibus sine dubio, ca. relatum. de testa. & ibi Scribentes, sed an in isto casu permissa sit alienatio rerum immobilium, vide Bart.l.iubemus.C.de sacrosan. eccles, versicul.quaro.

Casus Papæ & sibi soli reseruatus, est, confirmare statuta laicorum tangentia bona ecclesiarum, vel personas ecclesiasticas. Fel.ca.ecclesia sanctæ Mariæ.2.no.de const.nu.3. colum. 216. & inde.

Casus fortuiti, an casib.fortuitis renũciari possit? lex dicit, quòd nõ, l.sed & si quis.§.quæsitũ.ff.si quis cau.& idẽ tenet Fel.c.fi.de homi.nu.1.col.1053. Adde tu, quòd si in generali renũciatione esset dictũ, nõ obstante §.quæsitũ, nunquid valeret talis renũciatio? Et sic pũctus est videre, nũquid valeret talis renũciatio, & pũctus est videre nũq̃ partes possint renũciare d.§.quæsitũ.Gul. de Cug.et An.de Pisis tenẽt, q̃ nõ, q.a dispositio illius §.sitũ fauore publico introducta est. ĩo pacto priuatorũ renũciari nõ pot, c.si diligenti.de foro competenti. Sed imò videtur, quòd principaliter sit inducta priuato fauore, ne priuatus renuncians decipiatur sub generalitate verborum, vt patet ex doctrina Bar.l. l.ff.sol.ma. Secundò facit pro ista parte, nam d. §. quæsitum. requirit, quòd specialiter renuncietur, sed illud dicitur fieri specialiter, quod a generalitate remotum est. l. seruus urbanus. §. si ff.de legat.3. Dy.reg.quod semel.de re.iu.in 6. Tertiò facit, quia vbicunque l.negat aliquid valere, nisi illud fiat expressè, non possunt partes ei renunciare, qua si censeatur pro forma requisitum. Ista est doctrina Bart.& aliorũ l.penult.C. de pac.leius publicũ.ff.eo. Quartò facit, quia legi prohibitiuæ partes renũciare non possunt, gl.c. 1.in gl.magna.in fi.C.ne fideiuss. dotium den. Bart.l.si constante.§.quoties.ff.sol.matr. Ideo statuto prohibitiuo renunciari non potest, secundum Bal.l.fi.13.oppo.C.de edic.diui Adria.tol.c.transmissa.de elec. Quintò facit, quia qua fragilitate inducitur quis ad faciendam generalem renunciationem, eadem inducitur ad renunciandum dic. §. quæsitum. Ergo non valet.l.doli.de dona. Contrariam opi.tenet solus Albe.d.§.quæsitum.dicens, quòd quamuis sola generalis renunciatio non valeat, tamen si specialiter diceretur, non obstante §. quæsitum. tunc bene valeret, & dicit, quòd vidit communiter seruari. Et in simili habes Specul.titu.de donat.ver.quid ergo. quòd si donans generaliter promittit non reuocare donationem ex aliquo casu, non valeret, secus, si diceret in specie, Non obstante l.fin.C.de reuo.do. Tamen ibi videtur fortius, quia illa renunciatio inuitat ad delinquendum. Bald. videtur eam tenere, vt titu.de pace Constan.24.col.Prosista parte primò facit not.ratio d.§. quæsitum. secundum Bartol. & omnes, ne quis sub inuolucro & generalitate verborum decipiatur, sed volenti non fis dolus, neque deceptio, l. si donationis. C. de transac. Secundò facit, quòd ille §. quæsitum. est lex positiua inducta principaliter fauore priuatorum. ergo potest renunciare, per l.si quis. C. de pac. Tertiò pondera doctrinam Bartol.l,de his. ff.de transact. vbi duo dicit ad propositum, primò, quando lex disponit aliquid circa formam, tunc ei renunciari non potest. Dicit tamen Bartol.quòd l.disponit circa formam, quando lex dicit, quòd aliter fieri non possit, sed hoc non dicit §. quæsitum. Ergo, &c. Secundò dicit Bar. quòd legi prohibitiuæ renunciari non potest Et lex prohibitiua dicitur, quando in ea dicitur, quòd possit, quia verbum Possit, negatiuè prolatum, necessitatem importat, gloss.capit.1.de re iudi.in 6. Sed d.§.quæsitum.dicitur non valere. Vltimò moueor per not.regulam pro parte ista, nam quando lex aliquid simpliciter prohibet, tunc ei renunciari non potest, secus, quando vtraque procedit excipiendo consensum partium, tunc ei renunciari potest. Ista regula probatur authen. generaliter. & ibi Bal.2.not.C.de episco.& cle.ca. nulli. & ibi Bald. de rescript. Sed d.§.quæsitum. procedit excipiendo, dum dicit, nisi specialiter. Ergo ei renunciari potest.

¶ Catechuminis in successionibus bonorum ab intestato non vtuntur legibus ciuilibus, sed legibus veteris Testamenti, de quo vide, quæ posui in litera I.§.Iudæi non tenentur.

¶ Caupones, stabularij, an teneantur edere scripturas suas domesticas actori ad intentionem fundandam. Vide, quæ posui in litera P.§ publicani an teneantur edere.

¶ Causa impulsiua, vel finalis, quæ sit, & quomodo cognoscatur? Ponit Bartol. l. 2.de donatio.§. Titio. 1. colum. Salice. l.generaliter.la 2.C. de episc.& cle.2.column.versicul.quæro tunc. Adde Felin.capitu.cum nuncius. de testi.nume 1.2.parte.colum.556.

Causa ecclesiæ cathedralis non agitatur sede vacante. Felin.c.edoceri.post nu.6.ver.vacante sede.de rescri.col.603.

Causa ciuilis potest declarari laico à iudice ecclesiastico. Fel.c.decernimus.de iudi.nu.1.col.17.

Causa in sententia regulariter non est exprimenda, Ita do. Abb.c. sicut.de re iudic.2.colum versi.no.vltimo. Idem tenet ibi Host. & alij,& ratio est, quia iudex posset exprimere falsam causam vel contra ius commune, vnde sententia esset nulla. Petr.de Ancha.consil.suo. 204 incipien.iudex, Vide Felin.d. capitu sicut. versi.regulariter.nume.10.colum.484. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus notatis per dom. Abb. loco præallegato, & primò in causa appellationis, quia in ea, causa est exprimenda. Secundo, quando iudex absoluit partem propter inptam petitionem, quia causa debet exprimi. Tertio, quando iudex absoluit partem propter peremptam instantiam. Quartò, quando iudex sententiando recedit a iure communi, quia debet exprimere causam in sententia. Quinto, quando reus absoluitur eo quia non posset. Sexto, quando iudex tulit sententiam excommunicationis, quia in ea debet exprimere causam. Et hos casus posuit etiam Spe.ti.de senten.prola.§.qualiter.versi. verum.de quo vide Fel.d.c.sicut.ver.tertia declaratio.nu.13. vbi supra colum.533.ubi ipse addit alios quinque casus. Et primo, quando iudex in sententiando præiudicaret parti vltra suum intentum quia in sententia debet ponere causam. Do.de san Gem.cap.confirmationem.de cle.in 6.in fin.do. Abb consi.suo.7.vol.incipie. Quæsitum fuit ante Fel.d.ca sicut.versi.alleg.colum. ead. Secundo casu, quando iudex fert sententiam contra contumacem, quia debet inserere causam in ipsa sententia. Bal.l.penulti. C.de constitu.pe.& authentic.qui semel. C. quom. & quando iudex. penulti.colum. Felin.d.capi sicut.versic.octauus casus.num.14. vbi supra colum.485. Tertio casu, quando iudex fert sententiã in causa criminali, quia debet ponere causam in sententia. Bal. d.c.sicul. Felin.ibi ver.nonus casus.col.ea.num.15. Quarto, quãdo iudex pronunciat exceptionem recusationis non esse admittendam, quia debet exprimere causam in sententia. Ab.c.cũ speciali.de app.10.colu.in princi. Fel.d.c.sicut.ver.decimus casus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nu. 16. col. ead. Quinto, quando iudex vult uti arbitrio sibi concesso a iure, quia debet exprimere causam, quæ habet iustificare ipsum arbitrium. Vide Feli. d. c sicut. versic. undecimus casus. o nu. col. ead. Adde tu, si in casibus supra scriptis iudex fert sententiam, & non ponit causam, sed omisit, propter hoc sententia non redditur nulla. ita do. Ab. c. sicut. 3. col. versi sed tu aduerte Bal. & Ang. l. ait prætor. §. ignominiæ. ff. de infa. Vide Feli. d. c. sicut. ver. quarta declaratio. nu. 17. col. 486.

Causa summaria an efficiatur plenaria propter reconuentionem. Feli. c. 1. de mu. pets. nu. 4 col. 257.

Causa falsa expressa in sententia, an vitiet ipsam sententiam. Vide, quæ posui in litera F. § falsa causa expressa.

Causa modica quæ dicatur, ponit Feli. c. nonnulli. de rescrip. in principio. col. 686.

Causa in dubio intelligitur esse finalis, occasio verò impulsiua. Fel. c. solitæ. de maio. & obe. in prin. nu. 2 col. 1178.

Causa spiritualis incidens corã iudice seculari, debet tractari coram ecclesiastico. Ita Fel. c. cæterum. de iudi nu. 2. col. 46. Adde tu quid e contra, pone, causa temporalis incidit corã iudice ecclesiastico, an poterit ipse iudex ecclesiasticus cognoscere de ea? Dic, quòd sic. Ita Scribentes. c. tuam. de or. cog. & c. lator. qui filij sint leg. & c. de prudentia. de do. inter vir. & vxor. Sed quæ est ratio differentiæ, nam in vtroque casu incidentia ampliat iurisdictionem. l. quoties. C. de iud. l. cùm proponas. C. de re. cred. Ideo idem esse debet in vno casu, quod in alio. SOL. Ratio differentiæ est, quia iudex secularis incapax est cognoscere de causa spirituali. Vnde incidentia causæ ampliat iurisdictionem iudicis ecclesiastici, qui saltem in habitu habet illam iurisdictionem, ideo iudex ecclesiasticus cognoscit incidenter de causa temporali, quia non est incapax illius iurisdictionis, imo eam habet in habitu, & istam opi. tenuerunt Scribentes in iuribus prælegatis.

Causæ quot sunt, quæ faciunt obtinere in interdicto retinendæ possessionis. Fel. de proba. c. licet. nu 8. col. 417. & 418.

Causæ communes diuidi non debent, sallit, vbi reus & actor sunt diuersi fori. Ita Fel. c. si. de iudi. ver. in gl. 2. num. 8. col. 145. & inde. Adde tu, quòd etiam super pluribus actionibus diuersis coram variis ordinarijs quis non est trahendus. Ita tenet gloss. not. cap. fin. de rescrip. ver. literas. & ibi dom. Abb. ponderat illam glo. ad hoc.

Causæ ecclesiasticæ regulantur tam in decisorijs, quàm in ordinarijs, secundum ius ciuile, de quo vide, quæ posui in litera I. § ius ciuile seruatur.

Causæ miserabilium, vel pauperum, debent decidi secundum ius canonicum, etiam in foro ciuili, & hoc, quando canones contrariantur legibus. Ita Ant. de But. & Imo. c. clerici. de iudi. Adde Fel. c. in causis. de testi. nu. 12. par. vers. no. secundò. col. 563.

Causæ exhæredationis, propter quas pater potest exhæredare filium, sunt quatuordecim, tamen idem est in alijs causis, quæ sunt similes, vel maiores illis. Ita Fel. c. pastoralis. de rescr. nu. 1. col. 465.

Causæ propter quas donatio potest reuocari, numerantur. l fin. C. de reuo. dona. Tamen gloss. ibi dicit, quòd propter similes causas poterit reuocari donatio. Vide Felin. d. ca. pastoralis. nu. 3 col. 465.

Causæ meri & mixti imperij non possunt delegari de iure ciuili. Fel. c. quod sedem. de of. ord. nu. 1. Et qualiter procedat illa regula, ibidem vide col. 1112.

Causæ fidei dicuntur esse arduæ, ideo non possunt delegari. Felin. d. c. quod sedem. nu. 3. col. 1114.

¶ *Cautio intelligitur simplex promissio.* glo. 3. c. de Benedicto. 32. q. 2. Bar. & Bal. l. sancimus C. de verb. sig. Fel. ca. ad nostram. de iureiu. nu. 5. col. 1025. par. 2. ver. in glo. 2. Adde, quòd istud fallit in multis casibus, & primò in cautione prætoria, quæ intelligitur de sufficienti. Fel. d. c. ad nostram. colum. ead. Item fallit, vbi lex mandat cauere causa cognita. Feli. vbi supra. col. ea. nu. 6. Item, vbi persona strictæ ad cauendum est suspecta. Fel. vbi supra versic. idem quando dicitur. Plenè caueat, non sufficit simplex cautio. Fel. vbi supra. colum. ead. Item quando dicitur, sufficienter caueat, non sufficit simplex cautio. gl. d c. ad nostram gl. c. qua fronte. de appel. do. Ab. c. ex publico. de conuer. coniu. Felin. d. cap. ad nostram. colum. ea. Item si lex requirit competentem cautionem, non sufficit simplex cautio. Old. cons. suo 68. inci. nomen cautionis. Fel. d c. ad nostram col. ead. nu. 8. Item vbi requiritur cautio idonea. gl. c. fœlicis. de pœnis. in 6. ver. idonea. Fel. vbi supra colum. 1026.

Cautio nuda si sufficit in aliquo casu, an requirat ad minus hypotheca bonorum? Bar. tenet, quòd sic, l. j. ff. qui satisd. cog. versi. solu. gl. Vide Fel. c. ad nostram. de iureiu. ver. quid autem, si in aliquo. nu. 9. 2. par. col. 1026.

¶ *CEDENS iura sua an possit testificari pro cessionario in quæstione rei cessæ.* dom. Abb. ponit c. in super. de testi. 8. colum. versi. ex hac ratione. vbi tenet, quod si cedens non tenetur de euictione, quòd possit testificari. Adde Felin. capit. in super. versicul. quarto quæritur, quid de cedente, nume. 13. colum. 523. part. 2. qui idem tenet, maxime, quando cessio non est facta in fraudem tertij.

Celeriter, istud verbum positum in rescripto, an faciat causam sũmariam, vide, quæ posui in litera V. §. verbum. celeriter.

¶ *Census an potest præscribi,* dom. Abb. ca. ad audientiam. de præscri. in vlt. colu. versi. vlt. oppo. dicit, quòd census potest præscribi, dum modò non soluatur in signum subiectionis, quia si subiectio non potest præscribi, nec census præscribitur. Et idem tenet capi. cum contingat. de foro comp 5. col. & melius cap significauit. de censib. Salic. l. competit. C de præscr. 30. anno. Adde, quòd contra istam opin. videtur esse tex. capitu. constitutis, de reli. do. & ibi Ioan. And. vbi eum vide, quia se remittit ad Specul. Adde tu, & dic, quòd ille tex. dicti cap. constitutis. non facit contra opinionem domin. Abb. quia loquitur in censu simpliciter debito ratione subiectionis, & ideo si subiectio non præscribitur, nec census poterit præscribi. Adde & vide Felin. d. ca. ad audientiam. de præscri. versi. in quantum Abb. num. 20. col. 256.

Census propriè quid sit. Host. in sum. ti. de causa pos. & propri. § fi. in fi quòd census aliquando denotat subiectionem, aliquando exemptionem, aliquando protectionem. vide Fel. d. c. ad audientiam. de præsc. versi. & dum remittit Ab. col. 257. nu. 20. in fi. Et ibi quid denotet, ibidem col. ea.

Certa scientia, hoc verbum, Ex certa scientia, an sit exprimendũ, ad hoc vt dicatur Papa facere aliquid ex certa scientia, adeò quòd aliquid non præsumatur. glo. fin. clem. 2. de rescrip. tenet, quòd sic. & glo. verbo, Apostolicis. cle. per literas. de præb. & gl. capit. Statutum. de rescrip. in 6. verbo, literarum. & Bald. ca. 1. per quos fiat inuest. Imol. in fin. ff. a quib. appel. non licet. Vide Felin. cap. cum inter. de excep. nu. 1. & 2. colu. 33. Adde, quòd contrarium tenuit do. Ab. c. cum inter. 1. colum. versi. no. quòd in dubio. vbi dicit, quòd si ex narratis per Papã apparet de certa scientia, quòd sufficit etiam, quòd hoc verbum, Ex certa scientia, non sit expressum. Et idem tenuit cap. ad hoc. de rescr. versi. & vltimò notabis. & d. cle. 2. de rescri. in si. & est glo. clementin. 1. de iudic. verbo, ex certa scientia. Paul. de Cast. consil. suo 223. incip. videndum est. in fin. Adde Felin. dicto capitulo cum inter. de exception. vbi latè examinat istam difficultatem.

Certa scientia, Ista clausula, Ex certa scientia, posita in dispensatione Papæ æquipollet clausulæ, De plenitudine potestatis. Ita do. Abb. capit. cum inter. de excep. 1. col. versicul. no. quod in dubio. Idem tenet. cap. ad hoc. de rescrip. & versi. ex his. & cap. cum olim. de re iudi. 9. colum. ver. an autem. Bald. l. eos. C. de app. Adde Felin. d. cap. cum inter. versi. simile dixit Bald. 34. num. 3. & ibi posui additionem, quòd idem est in clausula, Non obstãte, quia æquipollet clausulæ, De plenitudine potestatis. Adde ad ista, quòd si Papa, qui dicit in dispensatione, Ex certa scientia, & ignorabat actum esse inualidum, quòd tunc non vaaret dispensatio. Vide Felin. dicto cap. cum inter. nu. 5. versi. intelige bene. col. 36.

Certa scientia, ista clausula sic expressa, facit, quòd præsumatur Papa velle vti plenitudine potestatis, de quo vide, quæ posui in litera P. § Papa in dubio.

¶ *Cessionarius an teneatur ostendere instrumentum cessionis ante contest. litis.* Vide per Fel. c. 1. de proba. ver. quinò restringe. nu. 28. par. 2. col 334.

Cessioni bonorum vtrum quis possit renunciare, vt puta debitor promisit creditori non cedere bonis, an ista promissio valeat, & videtur dicendum, quòd non, quia per cessionem bonorum euitantur carceres, leg. 1. C. qui bon. ced pos. & renunciando obligat se ad carcerem, & per consequens, ad speciem seruitutis, l. 2. ff. de li. homi. exhi. & ideo non valet. Ita Bartol. l. alia. § eleganter. ff. solu. matr. 2. colum. versicul. vltimò Dyn. Idem tenet Angel. repet. l. nemo carcerem. C. de exacto.

exacto. tribu. li. 10. Vide Fel. c. ex rescripto. de iureiu. ver. & ista inducuntur. nu. 11. col. 1037. parte 2. Adde, quòd in contrarium facit regula l. si quis in conscribendo. C. de pac. Et ita consuluit Fri. de Senis consilio suo 60. inci. quod pactũ seu renunciatio. Imo idem tenet 6 cum contingat. de iureiu. 24. col. versicitem aduerte. Vide Felin. d. c. ex rescripto. ver. in contrarium. num. 12. colum ea. Et vide eundem Felin. c. si diligenti. ver. tertium corollarium nu. 4 col. 183. de fo. comp. Tamen limita, quòd si esset valde miserabilis persona non valeret renunciatio. Fede. d. ver. col. ea.

CHARITATIVVM subsidium an possit præscribi, ponit Fel. per remissiones, c. dilectus. de offi. ord. ver. circa nouum. nu. 5. col. 1146.

Charitatiuum subsidium, an capella subditæ teneantur ad solutionem eius, vide supra. § capella an teneatur.

Circunstantiæ non sunt exprimendæ, vbi constat de corpore. Ita do. Ab. c. 2. de libel. obla. 2. col. ver. mihi videtur. Adde Bart. l. demonstratio. 7. q. ff. de cond. & demon. vbi dicit, quòd in re notoria non est opus demonstratione. Bal. l. j. deli. & posth. Bar. l. li bellorũ 5. col. versi. circa personam. ff. de accu. Vide per Fel. d. c. 2. in prin. nu. 2. col. 238. Limita hanc q nisi modus demonstrandi esset de forma, Bal. d. l. j. ff. de lib. & posth. Ant. de Bu. c. 2. de const. 42. char. ver. quæro etiã. Adde scribentes. c. 1. de baptis. vbi dicitur, quòd non sufficit dicere, Baptizo te in nomine Trinitatis, quia forma requirit, vt dicatur, In nomine patris, & filij & spiritus sancti. Vide per Fel. in materia ista d. c. 2.

Citandus est ille, quem negotium tangit principaliter, non autem ille, quem tangit incidenter, vel secundario. Ita Fel. c. si. de maio. & obe. ver. & tenementi. nu. 4. col. 1222.

Citandus est ille, quem negotium tangit secundario, per generale proclama. Ita Felin. d. c. si. de ma. & obe. versic. intellige prædicta. ibi nu. 5. col 1222.

Citandus ex commissione auditoris sacri palatij, in prima citatione est citandus personaliter per nuncium, quo facto, & habita relatione nuncij, ipsi auditores non citant illum amplius per nuncium sed per edictum positum in audientia contradictorium, & procedunt ad diffinitiuam. Ita Fel. cap. quoniam frequenter. § porro. vt lit. non contest. ver. demum, an citatio. num. 20. col. 307. Adde tamen, quòd delegatus in partib. non potest generare istum modum, sed debet ad omnes actus citare partem. Ita Pau. de Cast. l. ad peremptoriam. ff. de iud. 2. col. & istud firmat Fel. loco prælegato.

Citandus non est, qui est præsens in iudicio. Io. de Ana. c. cum oporteat. de accus. dicit quòd litigator, qui est præsens in iudicio, & vult litigare, quòd tunc nõ est necessaria citatio, alias secus Bal. l. si accusatoribus. C. de acc. 2. col. tenet, quòd citatio sit necessaria, etiam quòd pars aduersa sit præsens, dic tu, quòd communiter tenetur quòd iudicium actitatum contra præsentem, valet, eo non citato, per l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Et hoc siue præsens vult litigare siue non, quod tenet Spe. ti. de libel. concep. § sequitur. versi Item dicunt quidam. Ioan. An. capi. fin. de ele. in 6. Bal. auth. offeratur. C. de litis contest. Bal. & Sal. rub. C. de in ius vo. Feli. d. c. cum oporteat. num. 2. versic. an autem. colum. 770. Adde, quòd Bar. l. j. ff. de in ius vo. distinguit inter volentem litigare & inuitum. Et idem tenet Barto. l. prolatam. vlti. colum. C. de sen. Paul. de Cast. & Fulg. d. l. j. Et pro ista distinctione Bar. vide tex. c. vacatio. versi. nisi spõte. 5. q. 2. Adde tu & tene in distincte, quòd data præsentia partis in iudicio, nõ requiritur alia citatio. Tex. est clarus l. etia. § fin. versic. præsente, vel vocato. ff. de mino. Arch. cap. proposuisti. 82. dist. Bal. d. l. & l. nam ita ff. de adopt. Et fortificio istam opin. multis modis, primò citatio facta est ad finẽ comparitionis. si pars est præsens, non est vlterius citanda. Ita facit, quòd vult Bald. dict. l. 1. quòd præsentia æquiparatur citationi. Item facit, quòd vult Bartol. eleganter l. 2. C. de decurio. lib. 10. quòd illud, quod facit concilium ciuitatis, etiam quòd non sit vocatum, nec citatum valet, dum modo sit præsens. Item facit, quòd licet dictum testis non citati nihil valeat, tamen quòd testis non citatus deponeret præsentibus partibus, & non contradicentibus, valet eius dictum. Bald. l. alia. circa fin. C. de his, qui. vt indi. Item facit, quod vult Bald. cap plerunque. 2. colum de Rescr. quòd præsentatio rescripti facta iudici in præsentia partis, habetur pro citatione, & non est aliter citanda pars. Item facit, quia sententia diffinitiua lata sine citatione, valet vtraque parte præsente. Bald. l. nequicquam. §. vbi 7. colũ. C. de accu. do. Ab. c. tenor. vlt. col. de re iudi. Adde quòd Bal. d. l. si accusatoribus limita illud de præsente, quòd non sit citandus, quia illud verum, quando est in iudicio causa litigandi, si verò ob aliam causam est in iudicio, quòd tunc debet citari. Adde, quòd contra Fal. tenet dom. Alex. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Vide Petr. de Anch. cosilio suo 410. Ego teneo opi. dom. Alexan. quia communis.

Citatio an sit necessaria ad perpetuationem iurisdictionis. Ponit Felin. cap. pastoralis. §. quoniam. de rescrip. ver. secundò aduerte. num. 2 colum. 506. alias est c. quoniam. Adde do. Ab. d. c. pastoralis. §. quoniam. in fin. qui dicit, quòd si expressio personarũ fit sine citatione, non est iurisdictio perpetuata, maximè tenendo, quòd iudex nullum actum iurisdictionalem exercuerit in expressione personarum, & sic tenet ipse, quòd iurisdictio non perpetuatur, nisi per citationem. Idem tenet Inno Ioan. Anto. contrarium opin. tenuit Arch. capi. cum in multis. de præscrip. in 6.

Citatio ad domum quando valeat. Vide per Io. And regula, præsumitur. de re. iur. in 6. do. Abb. c. causam. de dolo & contu. 1. col. ver. gl. 3. fatetur. Bart. l. 3 § prætor ait. ff. de dam. infe. 2. colũ. ver. item quæro. Fel. c. in nomine Domini. de testi. versicul. vno casu saluat. nu. 20. parte 2. col. 499.

Citatio quæ fit ad videndum iurare testes, vtrum debeat esse peremptoria, id est triplex? vel vna pro oĩbus? an verò vna sufficiat? Bal. l. si quando. C. de testi. dicit, quòd requiritur trina citatio. Contrarium, quòd vnica sufficiat, tenet Io. And. c. consuluit. de offic. deleg. & ibi do. Abb 3. col. versic. primo, quòd non valet. Bart. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. versi. aduertamen. Vide per Fel. c. in nomine Domini. de testi. versi. extra gl. nu. 21. col. 499.

Citatio an debeat præcedere libellum. Vide per Felin. ad plenum. c. 1. de libel. obla. in prin. col. 231.

Citatio a dhoc, vt arctet citatum, an debeat habere copiam rescripti insertam. Vide, quæ posui in litera D. § delegatus quando citat partes.

Citatio an præsumatur ad instantiam partis facta. Ponit Feli c. 1. de iud. nu. 1. ver nota ibi, petijsset. col. 7. Adde tu pro hac conclusione, quòd vbi ex factis constat de citatione, quòd eo tunc citatio præsumitur facta ad instantiam partis. Ita Guido de Suza. l. ad peremptoriam. ff. de iudi. Imo c. 1. de iudi. & do. Ab d. c. 1. 2. col. ver. tertio no. Adde do. Lanfran. de Oriano, c. quoniam. de proba. ver. citatio.

Citatio quæ non est facta ad instantiam partis, valet in tribus casibus, quos enumerat Fel. c. 1. de iudi. prælegato notabili, ibi, valet autem tribus. nu. 2. col. 8.

Citatio realis requirit commissionem iudicis, Fel. c. 1. de iudi. versi. prima itaque sit conclusio. nu. 10. col. 12.

Citatio, quæ non requirit cognitionem causæ, potest fieri per nunciũ generalem ad hoc constitutum sine alia commissione. Fel. ponit cap. 1. de iudic. ver tertia conclusio. nu. 2. col. 12.

Citatio an præsumatur facta de commissione iudicis. Ponit Fel. ca. 1. de iudi. ver quarta conclus. nu. 13. col. 13.

Citatio, quæ est facta ad vnum actum, vel ad vnum locum, vel ad vnum tempus, si postea fit alius actus, vel alio loco, vel alio tempore, citatio non valet, & per consequens, citatus non est contumax. Felin. ca. 1. de iudi. ver. no. etiam, quòd si citatio. nu. 22. col. 16.

Citatio an requiratur in sententia Papæ, principis, & aliarum ciuitatum, quæ habent iura principis, vide quæ posui in litera S. § sententia principis sine citatione.

Citatio facta sine expressione loci, valet. Ita Felin. c. cum M. Ferrariensis. de consti. ver. & hic videmus. ibi, & si episcopus citauit. num. 6. colu. 181. Adde tu pro declaratione huius dubij, quòd citatio sine loco facta valet ita demum, si est facta ab ordinario, se verò a delegato, vel arbitro, sine loco facta, est nulla talis citatio. Ita Bartol. l. si, vt proponis. la 2. C. quomodo & quando iudex. 1. colum. versi quæro. Adde Ang. ibi, & l. 1. § hac stipulatio. 7. colum. ff. si cui plus quàm per l. Fal. Adde Car. c. si de rescrip.

Citatio sine hora valet. Fel. c. cum M. Ferrariensis. nu. 7. col. 182. Adde Bal. l. si, vt proponis. la 2. ver. quòd ergo. C. quomodo & quando iudex.

Citatio ad diem feriatam, valet. Tex. est c. memini. nus. de accu. &

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc contra tex.l.oēs.C.de fer.Pro solutione istius difficultatis vide Fe.d.c.meminimus.ver.no.ibi.ad fostum resurrectionis.nu. 8.col.706.vbi dicit, quòd intelligitur de die sequen. & vide ibi dom.Abb.

Citatio an sit fienda,quando pars,qua litigat,puta vnū beneficium vult impetrare nouā collationem,vel gratiam super dicto beneficio litigioso.Vide,quæ posui in litera I.§. litigans beneficium.

Citatio non est fienda,quando constat expresè absenti nullam defensionem competere.Vide,quæ posui in litera A.§. absens non est citandus necessario.

Citatio potest omitti à iudice in multis casibus,de quo vide,quæ posui in litera P.§. processus Papæ factus.

Citatio non est necessaria,vbi lata est sententia super notorio ad finem Declarandi.Ita Fel.c.cum non ab homine.de iudic.nu.11. ver.in alia verò.col.80.Adde.quæ posui in litera E.§. excommunicatus an semper.

Citatio non est necessaria,vbi est periculū de fuga.Ita Fel. ca.cùm non ab homine.de iud.nu.11.ver.limita tertio.col.80.

Citatio facta ad terminum impossibilē de iure & de facto, an resoluatur in duo præcepta,pone,quis fuit citatus, vt cōpareat in die Dominico,& in loco adeò remoto,quòd non poterat citatus comparere in termino assignato,vtrum ista citatio intelligatur,quòd si die dicta comparere non potest, quòd ipse citatus sit astrictus comparere quàm cito poterit.Ang.tenuit,quòd sic,l. 1.ff.si quis cau.Adde,quòd Imo l.1.C.si plus.vna sen.tenuit cōtrarium,vbi dixit,quòd citatus pro die feriata,non arctatur pro illa die, nec alio,nec vllo modo comparere.Vide Fel.c. quod ad consultationem.de re iudi ver obstat tex.nu.3.col.457.vbi videtur tenere opi.Ioā.de Imo.Adde ad ista, quæ posui supra.§. citatus die feriata.ver.in casu.

Citatio sigillata alieno sigillo,est nulla.Spe.ti.de cita.§.iam.versi. literis igitur.Felin.c.tertio loco.de proba.in prin.par.2.colum. 358.nu.1.

Citatio prima non est sufficiens ad pœnam contumaciæ, potest tamen procedi ad condemnationem expensarum,quas facit pars, quæ fuit præsens,do.Ab.c.quoniam contra.de prob.7.col.ver.secundò no.Et idem tenet ibi Imo.& est gl.c. oneratus.versi.tot. 74.distin.gl.c.querelam.de procur.Bart.l.sancimus.C. de iudi. versi.quæro primo.vide Felin.d.c.quoniam contra.versi. Item no.ex ista gl.nu.15.col.457.part.2.Adde,quòd istud habet locum tam in reo,quàm in actore.Ita do.Ab.c.proui. de dolo.& contu.2.col.versi.reus tamen.Et hoc intellige,etiam diffinitiua non expectata,& etiam lite non conte.do.Ab.c.finem litibus.de dolo & contu.vlti.col.versi.& dic clarius. Adde tu,an ista mora possit purgari,vt si venerit post breue tempus,expensæ nō possint peti.Vide dom.Abb.c.cum dilecti.de dolo & contum.6.col. ver.glo.in verbo,diutius. Adde ad ista,pone,reus non comparet in termino,& si comparuisset,iudices nō processissent quia impediti,an isto casu sit reus condemnandus in expensis, tanquam contumax.Ponit do.Ab.c fi.de dolo,& contu.1.col.versi.&, vt latius.Et in quantum dixit quòd iudex potest procedere ad condemnationem expensarum propter contumaciam,intellige istud sano modo,quando ipsi iudici constabit de contumacia,& aliter quia non debet iudex contumacem condēnare,nisi prius liqueat sibi de contumacia.Ita Bar.l.si finita.§. Iulianus.3.col. versic. quæro,vtrum.& do.Abb.d.cap.quoniam contra.7.col.ver.& aduerte ad vnum.Anto.de Butr.d.c.cum dilecti.de dolo & contu.9.col.domi.Car.& Pet.de Anch.cle.2.vt lit.pen.in fi. Adde Fel.d.cap.quoniam contra versic.prædicto,col ead. Limita tamen istam opin.Bart.& aliorum,quòd fallit, quando periculū est in mora, puta, quia statutum arctat iudicem ad pronunciandum.Ita Bal.l.falsus.10.col.versicul.item dubitatur. C.de fur.Et sequitur Felin.d.c.quoniam contra versicu. limita hanc doctrinam.num.17.colum.458.Fallit etiam ista doctrina Bar tol.quando iudex pronunciasset sententiam condemnationis expensarum,antequam nuncius retulisset de contumacia, quia valebit talis sententia, & hoc si vtraque pars sit præsens, de quo vide per Felin.d.c.quoniam contra.ver.secundò limita.nu. 17. colum.458.

Citatio prima debet esse peremptoria,id est triplex.gl.c.de illicita. 14.q.3.Idem dic,quando est ferenda sententia diffinitiua,quia tunc ad audiendam sententiam pars est citanda triplici citatione,l.fin.ff.de feriis.Felin.c.in nomine Domini.de testi.ver.pro hanc quæsti.nu.12.col.499.

Citatio in teste an requiratur de necessitate,ad hoc vt dictum suū valeat.Vide,quæ posui in litera T.§.testis,q est,p ductus à parte.

Citatio non est fienda contra absentem,quando nullum ius competit.Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.nu.20.ver.tertiò limita,col.226.Vide Bart.l.2.§.de frumentaria.ff. de admi. re.ad ciui.per.do.Abb.c.cum olim.6.col.de re iudi.

Citatio iudicis regulariter debet esse semper trina, vel vna peremptoria.Fel.c.ex literis.de cōst.versi.in gl.1.insti.nu.8.col.281.

Citatio extraiudicialis, regulariter sufficit vna citatio, monitio, seu interpellatio.Fel.c.ex literis.de consti.in prælleg.versic.col. ead.& inde.

Citatio iudicialis,quæ non sit litigatoribus,puta,qnando quis citatur,vt veniat ad certum actum fiendum in iudicio,puta, quando citantur, quorum interest ad confectionem inuentary.Felipont c.ex literis.de consti.ver.alle.latè col.281.& inde.

Citatio trina extraiudicialis requiritur, quando inferior requirit superiorem.Ita Fel.c.ex literis.de consti.ver.prælegato, nu.8. col.282.

Citatio facta extra territorium citantis,an valeat.Ponit Fel. ca. fi.de foro compe.in prin.nu.1.col.216.

Citatio extenditur ad forenses,quando in ipsa dicitur, quicunque putat sua interesse,cōpareat.Ita Fel.c.fi.de foro compe.ver.s.primo fallit nu.3.col.218.

Citatio,quæ facta fuit in territorio,& apprehendit citatum,si postea exijt territorium, tunc sequentes citationes poterunt fieri extra territorium.Felin.cap fi.de fo.compe.vor.nonò fallit.nu. 4.col.328.

Citatio debet fieri ad instantiam partis.Ita Felin.c.1. de iud.versi. nota ibi.nu.1.col.7.

Citatio inualida aut nulla,an perpetuet iurisdictionem,do.Abb.c. gratum.de offic.dele.tenet,quòd non.Bald.idem tenet l.accusaturus.ff.de adul. Adde,quòd simile habes,quòd litis contestatio inualida non interrumpit præscriptionem. Ita glo.2.l.si pater.C.de statu defunct. Et idem tenet gloss.2.cap.vt debitus. de appel.& vide Bald.cap.quoniam,de proba.6.colum.vbi dicit,quòd sententia lata præcedente citatione,nulla est,& non transit in rem iudicatam. Limita prædicta,& dic,quòd citatio inualida,vel nulla,perpetuat iurisdictionem, quando post ipsam citationem nullam pars citata sponte comparuit. in iudicio. Ita Bald.l.1.§.1.ff. de feriis. Adde ad ista omnia Felin. cap.gratum.de offic.deleg.versi.vtrum actus nullus num.4.col. 989.& c.ex tenore.versi.declaro etiam prædicta.num.11.colū. 528.de rescr.& Abb.c.venerabilis.de offic.deleg.& ibi multa bona habebis.

Citatio anomala, quam facit creditor debitori fugitiuo, an perpetuet iurisdictionem delegatam,an inducat præuentionem,iuxta notata ca.proposuisti. de foro compe.& l.si quis postea.ff.de iudic.Inno.d.ca.proposuisti. tenet, quòd perpetuet & inducat præuentionem.An.de But.ibi tenet contrarium,& do.Abb.idē tenet d.c.1.de iudi.14.colum.versi.an autem in causa fugæ.Vide per Fel.ad plenum c.gratum.de offi.deleg.versi.vtrum citatio anomala.nu.5.col.990.

Citatio,quæ sit ad perpetuādam iurisdictionem,an vnica sufficiat, dic,quod gl.cle.j.de iudi.tenet,quòd sic, de qua vide verbo,citationis.& idem tenet Arch.c.non ita.q.1.vi.do.Abb.c.proposuit. de foro compe.4.col.ver.sed quæro.Idem tenet Fel.c.gratum.de offi.dele.ver.vtrum citatio.nu.6.col.990.

Citatio iniusta non arctat citatum,dom.Abb.cap.prudentiam.de offi.deleg.6.col.Inno.c.2.de dila.Bald.c.1.& 2.de inuest.in mari fac. Adde Felin.cap.prudentiam.de offic.deleg.versicu. no, gloss.ibi,& sic patet.num 12.colum.997. Adde ad ista, quæ posui supra.§.citatus,qui notorie est priuilegiatus. & §. citatus die feriata.

Citatio facta per iudicem in vno loco, vel in vna hora,si facit actū in alio loco vel ī alio in alia hora,dicitur actus factus parte non citata.Tex.est l.aut qui aliter.§.fin.ff. quod vi,aut clam. Ant.de But.c.1.9.col de iudi.& idem tenet Bartol.l.consentaneum.in fin.C.quomodo & quando iudi.Limita hoc, quando iudex non facit gratiam.quia si ex gratia expectet contumacem in alio die, tunc potest procedere in alio loco & in alia hora. Istud sentit dom.Abb.capit.consuluit.de offic.delega.versicul. item not;1.colum.Adde Felin.d.cap.consuluit.in princip.colū. 1013.

Citatio per edictū,de qua in cle.j.de iud.an a solo Papa possit fieri do.

do.Ab.c.quoniā frequēter,vt lit.nōcōtest.c.2.§.porro.& versi. quæro,an ille dicit,quòd quando non constat,quòd quis maliciosè se occultat,tunc solus papa potest citare per edictū,sed si cōstat, quòd maliciosè se occultat,tūc ista generalis citatio per edictum non est necessaria etiam in inferioribus iudicibus, quia habetur in continenti pro citato talis se maliciosè occultans.Ita ibi dom. Ab.Fel.ponit istā materiam d.c. quoniam frequenter.§.porro ver.circa gl.nu.13.alias est c.porro.col.304.et ibi multa dicit, videtur,quòd velit impugnare opin.Ab.Bart.extrauag.ad reprimendum ver.per edictū sentit expresè,quòd inferior à principe possit citare per edictū in duobus casibus,de quibus d.cle.1. Contrarium tenet Imo.ibi d.cle.1.5.col.versicu.ex prædictis.& sic videtur,quòd de iure ciuili procedat opin. Bart.de iure canonico non possit fieri citatio per edictum,ibi d.c.quoniam. Vide per Felin.quia est materia satis longa, vbi post multa tenet opin. do.Abb.Vide Felin.d.c.quoniam.§ porro.versicum considerabam.nu.15.col.306.

Citatio per edictum potest fieri etiam in alijs casibus,quàm in illis, de quibus loquitur d.cle.1.& primò quando contradictor est incertus,quia per edictum citantur,quorum interest, vt est casus l.si ex tempore.C.de remi.pig.& l.si pupillus.§.describere.ff. de instito,& c.videtur.qui matri.accus.post.cap.fin.de elec.& Doc.in istis locis. Et dic,quòd in istis inferiores à principe possunt citare per edictum.Adde Felin.late in materia ista d.ca. quoniam frequenter.§.porro.vt lit.non contest.versic.considera in primis.num.14.col.305.Adde ad ista, qui sint illi iudices, qui possunt citare per edicta,Spec.& ibi Io.An.titu.de cita.§. sequitur.versic.& no.secundum.Vber.Bart.l.2.C.de iurisdom. iu.gloss.d.cle.1.de iudi.verbo,albo.Adde Felin.d.c.quoniam.loco prælegato.

Citatio per edictum concessa de speciali commissione,videlicet quòd quis citetur per edictum,iuxta clem.1.de iudi.sufficit in isto casu,quòd testes dicant coram iudice, cui data est commissio, non esse tutum, vel esse impossibile, quòd citetur aduersarius ad domū.Ita do.de Rota ti.de rescrip.16.in antiquis.Adde Fel.cap. quoniam frequenter.§.porro.vt lit.non contest.ver. pro prædicta autem.nu.16.col.307.

Citatio per edictū concessa in speciali commissione,in qua committitur causa cum potestate citandi per edictum affigendum in portis in locis vicinis,non sufficit,quòd fiat citatio in vno loco vicino, quamuis publico,sed debet fieri saltem in duobus locis,dom.de Rota tit.de rescrip 27.in antiquis & eo tit.in nouis,5.in ordine, & titu.de dolo & contu 8. in nouis. Adde Felin.cap. quoniam frequenter.§. porro.vt lite non contest.versi.secundo not.num. 17.col.307.

Citatio per edictum si est concessa de speciali cōmissione, iudex, cui dirigitur commissio,non debet stare iuramento partis dicentis se esse in casu cle.1.de iudi.sed debet mandari ipsi parti, quòd probet istud per testes,an sit verum,quod dixit supplicando,videlicet aduersarium non posse citari,do.de Ro.tit.de do.& contu.22.q.in antiquis. Adde Felin.c.quoniam frequenter.§.porro. vt li.non contest. versi.tertiò amplia,etiamsi habet signaturam, fiat, vt petitur in forma.nu.18.col.307.& Rot.de dolo & contu.23.q.in antiquis.

Citatio per edictū iuxta formā cle.1.de iud.si fiat, citatus non comparuit, potest appellare à sententia intra 10. dies computandos à die notitiæ,do.de Rot.titu.de dolo & contu.17.in nouis. Adde Fel.c.quoniam frequenter.§.porro.vt li. non contest. ver.sextò no.nu.19 col.307.

Citatio generalis non sufficit,quando clericus venit priuandus priuilegio clericali.sed oportet,quòd citatio apprehendat ipsum clericum.Ita Fel.c.exhibita.de iudi.ver.secundò limita.nu.1.colu. 128.Et adde Abb.c.fi.de vita & honest.cleric.Adde tu,an per viam statuti possit facere prælatus,quòd clericus, qui nō incedit in habitu & tonsura,statim perdat priuilegium clericale absq; alia citatione quæ apprehendat citatū.Teneto,quòd sic, quia statutum habet vim legis,& prælatus potest staeuendo augere pœnam iuris,& infligere pœnam sine admonitione vbi alias requirebatur monitio.Tex.c.2.de const.in 6.& bonam gl. habes cap. Romana.de sent.excom.in 6.verbo sententia.quæ ponit multas differentias inter sententiam & statutum. Adde in q.ista do. Ab.c.fi.de vita & hone.cle.2.col.ver.& circa hoc potest dari.

Citatio per edictum generale quando sufficit.Vide per Fel.c.exhibita.de iudi.ver.prælegato,nu.3.col.129.

Citatio per edictum speciale quando requiratur,Vide per Fel.c.exhibita.de iud.in ver.alleg.vbi supra,col.præalle.

Citatio per edicta non valet,vbi aduersarius est certus. Bal.auth si omnes.C.si se ab hære.abst.Bar.extrauag.ad reprimēdum uerbo,per edicta.Hinc est,quòd consuluit do.Car.consi.suo 76.inci. Abbas S.Benedicti,quòd edictum,per quod iubentur vasalli ad nueslituram accipiendam intra tempus sub pœna priuationis, non arctat eos,qui sunt certi.Adde Fel.c.2.de consti.num.8.col. 66.ver.& possent ista.

Citatio an sit necessaria, quando instrumentum exemplatur ex protollo notarij mortui.Vide,quæ posui in litera I.§. instrumentum quando exemplatur.

Citatio est fienda, quando index vult absoluere iurantem à iuramento,fallit tamen in aliquibus casib.de quo vide, quæ posui in litera A.§.absolutio iuramenti non est fienda.& §. absolutio iuramenti est fienda.

Citatio per edicta hodie fieri non potest sed per nuncium,vel per literas,cle.1.de iud.Tamen fallit, quando quis occultaret se, vt d.cle.1.sed dubium est.Pone,quòd quis fuit citatus per edictū, & scit,tamen non comparet,an talis citatio valeat,do.Car.cōs. suo 154 dicit,quòd citatio per edicta non valet,etiamsi essent præsentes,quos materia tagit. Idem tenet Io.An.c.fi.de ele.in 6.Ad de Ang.consi.suo 279.inci.Viso facto.vbi dicit, quòd nunquam proclama generale nocet.vbi scitur,quos res tangit, vel sciri potuisset,& hæc citatio debet apprehendere citatum, ad hoc ut valeat,& noceat citatio.& plus dicit Pe.de Anc.c.fi. de ele.in 6. vbi ēt Dom.quòd non solum citatio generalis est nulla, vbi aduersarius scitur.sed etiam,vbi de facili sciri potuisset,et hoc nota contra istos episcopos imperitos,qui faciunt fieri proclama generale contra clericos ferentes arma,vel macellarios, vel non portantes habitum clericalem, quia tale proclama non nocet clericis,quando ipsi clerici veniunt priuandi priuilegio clericali, quia oportet,quòd citatio apprehendat ipsum clericum.Fel.c.exhibita.de iud.nu.1.ver.secundo limita.col.128.Adde Fel.in materia ista citationis & proclamatis,c.gratum.de offi.dele.ver.utrū sola comissio.nu.2.col.988.Et vide etiam quæ posui supra,§. citatio generalis.quia facit ad ista.

Citatio per edictum facto in casu,quo fieri potest, an effectus ipsius sit talis,quòd elapso termino,vel tempore,faciat,quòd non audiātur illi,quorum interest.Inn.ti.qui matri.accus.pos.tenet, quòd non.Sed si compareant,audiuntur.Et idem tenet Ang.l.j C.vt nemo inui.Bal.l.diffamari.C.de inge.& manu.Adde, quòd fallit in aliquibus,primo,quando res non est integra,secundū Bal. d.l.diffamari.Secundò,quando lex dat terminum,secundū Inn. d.c.fi.Tertiò,quādo in assignatione termini apponitur clausula, Et elapso isto termino amplius non audiretur comparens.Adde Fel.c.gratū.de of.del.ver.effectus verò citationis.n.3.col.989. & ibi ad plenum habebis omnia ista.

Citatio semper est fienda in executione sententiæ,quæ fit contra hæredē.Ita Fel.c.quia G.de iud.ver.dicit hic Inn.quòd.nu.5 col 84.

Citatio non potest tolli per statutum,quia est defensio de iure naturali Vide quæ posui in ista materia, in litera S.§.statutum non potest dicere.

Citatio an sit necessaria ad perpetuandam iurisdictionem delegati?do.Ab.c.relatum.de offi.dele.2.col.uer.aut quærit.tenet,quòd sic.Idem tenet Bar l.& quia ff.de iurisdom.iu.3.col.ver.glo hic dispu.& An.ibi.Bal.c.gratum.& c.licet.de off dele.Fel.d.c.relatum.ver.gl in verbo,contestatio.nu.10 col.985. Adde, quòd pulchrum est videre,an quilibet actus sufficiat ante citationem ad perpetuandam iurisdictionem.An.de Bu.d.ca.relatum.tenuit,quòd sic.Imo etiam tenet istud l.2.§.sed & si quis ff. de donā.qui allegat pro opi.suā gl.c.ne aliqui.verbo,cæpta.de hare.in 6.do.de Rot.deci.322.Pro op suā facit,quòd commissio de citando est interlocutoria,gl.l.cum clericus.C. de episc.& cle. Sed nemo citatur sine iussu iudicis l.fi.ff.de exhi.re. Ad interloquendum requiritur causæ cognitio,l.ex stipulatione.C. de sen.& interomnium in. Ergo,si commissio de citando, est vsus iurisdictionis,sufficit quilibet actus. Et videtur,quod idem teneat Io. An.ca.fin.de offi.leg. Adde contrariam opi. videlicet quòd requiratur citatio,adeo quòd nullus actus citra citationem habeat perpetuare iurisdictionem delegati,tenuit Dom.de S. Ge.c.si à subdel.de off.dele.1.col.& c.quamuis eo ti.in 6.Arc.& Ge.c nō ita.2.q.3.Imo.c.licet.de off.del.Fel.d.c.relatum.versi.allegato. Adde tu,quòd pro opi. Fel.& aliorum, quæ est vera,& com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munis videlicet quòd per solam citationem perpetuatur iurisdictio delegati, est tex.c.gratũ.de off. dele.per quẽ tex. secũdũ eoem doctrinã corrigitur d.c.relatũ. Et ad idẽ est tex. optimus c.fin. ad fi.de off.dele. Et dicit Imo.d.c.relatum quòd de consuetudine hoc seruatur. Adde tamen, quòd Bal.l.quia ff.de iurisom.iu.ver si certè, tenuit, quòd per solã cõmissionem de citando factã nuncio, dicitur perpetuata iurisdictio delegati. Et hoc ponderat tex. illius l.& quia in verbo, geri cœperit videlicet quòd per solã cõmissionẽ de citando, dicatur delegatus cœpisse uti iurisdictione. Breuiter cõis opi.est contra Bar.quòd ad perpetuãdã iurisdictio nẽ delegati requiritur citatio, vt est tex.iuiolabilis d.c.fin.& c. gratũ. Per quæ iura declaratur illa l.& quia, & c.licet. de off.de le.videlicet quando dicatur res cœpta geri, quæ iura vtuntur isto verbo, geri cœperit. Et quòd nõ dicatur iurisdictio cœpta geri per solã cõmissionem de citando, vel actũ citeriorem citatione, tenent Canonistæ, maximè Inn.Io.Cal do.Car.& Imo.ca. licet. Adde dom. Ab.d.c.relatũ. 2 col.ver.aut quæritur. Adde, et limita istã cõem opinionem duobus modis. Primò limita, nisi actus citra citationem esset factus p iudicem cũ participatione de cõi consensu partiũ, vt puta quia ambæ partes consenserunt in ipsũ iudicem, quia tũc talis actus perpetuat iurisdictionem. Pau.de Leaz. ca. quãuis.de off.del.in 6.& Fel.d.c.relatũ.ver præal. Secũdò limita, vt non habeat locũ in mãdato delegatorio ad vniuersitatem causarũ, quia si vna cã est incœpta, est perpetua iurisdictio, quo ad alias, Bart.Bal.& Sal.d.l.& quia.ff.de iurisd.om.iu. An.de But.et Bal.d.c.licet, Imo.l.2.ff.de dona. Adde tu, quòd istã limitationẽ non tenet do. Ab.d.c.relatũ. 2 col.ver.sed circa, nec etiam Imo.d.c.licet.& Bal.l.mãdatũ 3.col. C.de mã. Fulg.et Bal.Ro. d.l.& quia. Adde, quòd etiã Fel.d.c.relatũ videtur, quòd idem teneat. Vide ibi n.13.col.887. Virũ sufficiat sola commissio de citando ad perpetuandam iuridictionem. Vide Feli.d.c.relatum. col.985. Tamen non discedas a prima opinione.

Citatio in criminalibus an requiratur trina, Cy l.1.C.de requi re. tenuit, quòd sic. Bal.& aly tenent, quòd non. Idem tenet Fe.c.cõsuluit de off.dele.ver.quartò fallit.nu.11.col.1018.

Citatio trina requiritur, vbi statutum ita disponit, quòd contumax habeatur pro confesso, tunc ad constituendum in contumacia requiritur trina citatio, Bal.l.receptitia. C. de consti. pec. Idem tenet Fel.c.consuluit.de off.dele.ner.tertio fallit.nu.9.col.1017.

Citatio trina requiritur, vbi statutum ita disponit. Feli.c. cum dilecta.de rescri. ver.amplia nonò.nu.9.col.625.

Citatio illegitima ita ligat vnã cum noticia subsecuta, sicut citatio legitima. Fel.c.cum contingat.de rescri. ver. & pro ista prima limitatione.nu.8.col.645.

Citatio facta ad domũ contra clericum absentem a beneficio, ꝛ quo tenetur redire, an valeat? Posuit Fel.c. dilectus. el 2. de rescrip. ver.septima conclusio.nu.7.col.758.

Citatio non debet fieri, quando dubitatur, ne citatus instruatur ad fugam. Fel.c. Rodulphus. de rescri. ver. intellige tertiò, nisi sit dubium nu.42.col.907. Adde Bal.l.2.C. de ser. fugi. in prin. Inno. c. vt fama. de senten. excom.

Citatio non præsumitur post decenniũ, nisi probetur. Ita Feli.c. ad re primendam. de off. or. ibi, vltimò dum dicit. nu.2.col.1112. Caue, quia Fel. super illo c. non scripsit, qui tamen dubitat, et eum uidebis. Adde tu, quòd in sententia antiqua præsumitur citatio. Ita dixit Bal.c.1.5.col. ver. quaro, si apparet. de mili. vas. qui cõtu est. Alias regulariter secus est, quia non præsumitur, nisi probetur. Et idem tenet Bal. authen. si quis in aliquo. C. de eden. pe. col. ver. sed hic quæritur. & ti. de pa. iur. fir. §. ad hoc.

Citatio an sit fienda de necessitate, quando instrumenta producuntur, adeo quòd si pars non est citata, productio sit nulla. Fel. tenet quòd sic, quem videas c. in nomine Domini. de testi. ver. quartò quæritur. nu.31. parte 2. col. 502.

Citatio partis an requiratur, quando pars producit articulos. Ant. de But.& Imo.c. in nomine Domi. tenent, quòd sic, quia si iudex admitteret articulos parte non citata, talis interlocutoria esset nimis præiudicialis, do. Ab.d.c. in nomine Domini. 7. col. ver. uidere. tenet contrarium, dicens, quòd in productione non requiritur citatio partis. Sed bene pars debet citari quando articuli discutiuntur, an sint admittendi, vel non. Vide Fel.d.c. in nomine Domini. uer. quintò quæritur. nu.32. col. §. præall. par. 2. qui tenet contra do. Abba.

Citatio partis an requiratur, vbi iudex vult ferre sententiam interlocutoriam. Vide quæ posui in litera I. §. interlocutoria non leuis præiudicij.

Citatio domini facta, vbi procurator contestatus est litem, an sufficiat ad hoc, quòd actus inde sequens sit validus. Vide quæ posui in litera D. §. dominus si citatus est.

Citatio circunducta valet, quando pars, quæ fecit citare alterã partem, nõ cõparet, an talis citatio inducat pendentiã litis, vide Fel. c. illud. de præscri. ver. veruntamen super his. nu. 5. col. 213.

Citatio inualida validatur per comparationem spontaneam partis aduersæ. Tex. est l.1.ff. de fer. in prin. & ibi gl. ver. no. tria. Et ibi vide Bal. 1. col. & do. Ale. Adde Feli. c. illud. de præscri. ner. quarta declaratio. nu. 8. cot. 214. & inde. Adde etiam quòd ista citatio inualida, q̃ est valida per cõparationem spõtaneã, est potẽs ad interrũpendam præscriptionem, de quo vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio interrumpitur per actum inualidum.

Citatio nulla non interrumpit præscriptionem, quia etiam nullus actus inualidus interrumpit præscriptionem, de quo vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio an non interrumpatur per actum inualidum.

Citatio valida & circunducta, puta quia pars, quæ fecit citare, non comparuit in termino, talis citatio licèt valida sed circunducta non interrũpit præscriptionem, de quo vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio non interrumpitur per pactum inualidum.

Citatio semel facta, vt puta pars fuit citata ad talem terminũ ad videndum testes produci, vtrum in die termini iterũ sit citãda, Videtur, quòd non, ex quo pars scit in illo termino testes produci. Bar. l. q ante Calendas. in fi. ff. de ver. ob. tenet cõtrariũ. Et ratio est, quia pars in qualibet die termini põt facere productionem, ideo cũ non teneatur diuinare, est citanda. Fel. c. in nomine Domini. de testi. vers. fallit primo. n.29. col. 502. parte 2. tenet opin. Bar. Adde etiam istam cõclusionem. Intellige, nisi certus terminus esset p̃fixus ad producendos testes, q. a in eo tũc pars non esset iterũ citanda. Fel. c. in nomine Domini. 10. col. ver. fallit primò nisi esset expressus. col. 502. Item limita conclusionem istam, nisi pars esset citata, vt sit præsens singulis diebus & horis, quia non est citanda iterũ. Bald. l. si quando. C. de testi. vers. ideo aduocati. Fel. d.c. in nomine Domini. ver. fallit tertiò n.30. col. ead. Add de ad ista, pone, datus est terminus alicui ad producendum instrumenta, vel ad faciendum iurare testes, pone, quòd in vltima die & hora termini producit instrumenta, vel testes ad iurandum, dico, quòd non debet facere amplius citare partem, & si pars non erit in iudicio, erit contumax. Ita Bart. expresse l. item illa. ff. de consti. pecu. 1. col. vers. sed quæritur.

Citatio facta ad producendum. si pars fuerit contumax, debet de nouo citari ad sententiam diffinitiuam. Fel. c. cum olim. de testi ī prin col. 646. parte 2. Adde, & pone, quòd pars fuerit citata ad omnes & singulos actus processus, & ad sententiã diffinitiuam in clusiue, tũc est dubium, vtrum pars debeat iterum citari, & si sẽtentia ferretur, an valeat, ponunt scribentes c. consuluit. de offic. dele. Bar. l. statu libero §. Stichus annua. ff. de statu lib. Arch. c. 2. de dolo & contu. in 6. Et quòd non sit citandus ad sententiam diffinitiuam, qui fuit citatus ad totam causam, & ad omnes actus, tenet Bart. extrauag. ad reprimendam verbo, super dicto crimine. Adde tamen, quòd Feli. d.c. cum olim. vers. prædicto limitat istud dictũ Bar. Vide latè per eum, & consiliũ Frid. cons. suo 89. inci. Casus talis est, quidam fuit citatus. Fel. d.c. cũ olim. in fi. parte 2. col. 650.

Citatio postquam est exequnta, causat litis pendentiam. Ita tex. iũcta gl. cle. 2. vt lit. pen. gl. 3. Adde Fel. qui idem tenet, c. cœterũ. de rescri. nu. 2. ver. obstat secundò. col. 371.

Citatio quando non est necessaria, si tamen quis citatur, non est opus eum expectare. Ita Fel. d.c. cum ordinem. de rescr. vers. & ad hæc. nu. 3. col. 411.

Citatio quando apprehendat ciuitatem, vel vniuersitatem, vi. l. nõ pot. de iureiu. ff. & l. meiũ. §. animaduertendũ ff. quod me. causa. Ale. l. sicut. ff. quod cuiusuni. no. Adde, an per cõtumaciam ciuitas, vel vniuersitas possit deponi, & priuari priuilegijs suis, no. de sent. excom. c. grauem. & Bal. c. 1. de mili. vasal. qui cont. est.

Citatio sine termino communiter tenetur, quòd valeat vt per scribentes. c. cum parati. de ap. Legistæ l. liber homo. §. decem. ff. de ver. obl. Adde, quòd terminus intelligitur de ea hora, qua actꝰ possit incipi & expediri. Ita do. Ab. c. consuluit de of. del. vers. item not. & tene menti. Et idem tenet Bal. ca. 1.5. colu. de mili. vas. qui contu. est. Vide per Fe. d.c. consuluit. ver. no. ibi in tex. ea hora, & c. nu. 5. col. 1015.

Citatio

Citatio facta per verba ista, Nisi veneris, procedetur ad sententiã, habet vim peremptorij. Spe. tit. de citatione. §. viso. vers. quid si lata a. Bar. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & ibi vide etiam Imol. Vide per Fel. c. consulit. de offi. deleg. nume. 16. ver. tertiò nota, quòd ista verba. col. 1018.

Citatio facta per verba, Nisi veneris, procedetur, quantum de iure poterimus, non habet vim peremptorij An. de But. & Imo. c. causam, quæ. de rescrip. Ant. de But. c. ex literis. de resti. in inte. Bar. l. mancipiorum. ff. de opt. leg. Bal. rub. C. commina. episco. prog. Vide latissimè per Fel. c. consulit. de of. deleg. vers. secus si diceretur. nume. 16. col. 1019.

Citatio verbalis non potest fieri per partem absque commissione iudicis. glo. c. cum sit. de appel vers. i. non solent. Abb. ibi. 6. col. vers. sed quæro, vbi ēt Fel. ver. citatio verbal. nume. 12. col. 623.

Citatio vnica an sufficiat in casibus positis c. quoniam. §. porro. ut lit. non contest. do. Abb. d. §. porro. 3. colum. vers. sed circa hoc dic, quòd vnica citatio valet. Adde Fel. d.c. quoniam. §. porro. vers. postea subdebat Abb. nu. 21. col. 308.

Citatio vnica valet, etiam vbi requiritur trina, & hoc, quando in citatione dictum est peremptorie. Imo. c. consuluit. de of. deleg. in glo. in verb. terminum & ibi vide per Fel. nu. 7. col. 1016. Adde, quòd fallit, vbi lex requirit trinam citationem, per præconem, vel edicta. Io. An. in Spe. titu. de cler. non resi. in rubri. Imo. & Ant. de But. c. ex tuo. de cle. non resid. Vide per Fel. d. c. consuluit. vers. in eadem glo. ibi, nu. 13. col. 1018. Item fallit, vbi lex punit, & requirit citationem, quia non sufficit vnica citatio etiam peremptoria, glo. sing. cle. 1. verb. tertiò. de vita & hone. cle. dom. Abb. c. fi. de dilatio. 5. colum. Bal. authen. qui semel. 4. col. C. quomodo & quando iud. Adde Fel. c. consuluit. 6. col. vers. i. secundò fallit, vbi lex. nume. 4. col. 1018. Item fallit, vbi statutum requirit trinam citationem, quia nõ sufficit vnica. Fel. d. c. consuluit. ver. tertiò fallit, vbi. nu. 15. col. ea.

Citatio vnica ad audiendam sententiã non sufficit, sed requiritur trina, vel peremptorium, ponit do. Abb. c. consuluit. de offi. delega. 3. col. ver. in glo. in verbo, terminum. Idem tenet Fel. d. c. consuluit. ver. secundò fallit. nu. 14. col. 1018. Adde, q̃ hoc fallit primò in causis summarijs, quia vnica sufficit. gl. cle. sæpe de verbo. sig. verbo, peremptorium. Bal. authen. ei, qui. 9. col. ver. quæro, an possit. C. de bonis autho. iu. possi. Idem tenet Fel. d. c. consuluit. vers. i. prædicto. Secundò fallit, vbi citatus personaliter non comparuit, quia non videtur amplius citandus. Ita Inno. c. ad petitionem. de accusa. Sed Adde, quòd communiter reprehenditur ab omnibus. Vide Ant. de But. c. consuluit. & c. fin. 4. col. de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan. Bar. l. fi. ff. de resti. in inte. in fi. Idem tenet Feli. d. c. consuluit. ver. secundò fallit. col. ea. Tertiò fallit, quando citatus personaliter dixit nuncio, Nolo venire, neque comparere, quia amplius non est citandus, gl. c. de illicita. 24. q. 3. Inno. & Host. d. cap. ad petitionem. de accus. Bar. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Bar. Ang. & Sal. l. tres de nunciationes C. quomodo & quãdo iudex. Adde tu, quòd communis opi. est in contrarium. Io. An. in Spe. tit. de contu. §. 1. Ange. l. ad peremptorium. C. de iud. Ant. de But. & Imo. d. c. ad petitionem. de accu. Et idem tenet Fel. d. c. consuluit. vers. i. allegato. Adde tamen, quòd ab ista communi opin. excipitur vnus casus, videlicet quando citatus personaliter, in iudicio dixit, Nolo amplius comparere, quia isto casu non est amplius citandus. gl. c. venerabilibus. de sent. excom. in 6. quam Bart. tenet. l. ex consensu. ff. de app. §. eum, qui. vers. i. tem aduerte. Bal. l. consentaneum. vers. i. quæro, vtrum. C. quomodo & quando iud. Idem tenet Fel. d. c. consuluit de offi. dele. ver. prædicto. Adde etiam, quòd citatus personaliter si absentat se a ciuitate, nõ est amplius citandus. Fel. d. c. consuluit. ver. quartò fallit. nu. 11. col. ex. Itẽ citatus personaliter per iudicem, in isto vnica citatio sufficit. Felin. d. c. consuluit. vers. i. septimò fallit. nu. 12. col. ead. Adde, quod hoc demum ita verum est, dum modò iudice sedente pro tribunali hoc faciat, & apud acta. Sal. l. 2. C. quomodo & quando iudex. Hic vide Fel. vers. i. in ea glo. col. ea. Vbi dicit, quòd hoc habet locum etiam in legato. Item citatus personaliter si occultat se, vel non patitur ad se citationem peruenire, tunc non est amplius citandus, & sic vnica citatio valet. Inno. & Host. d. c. ad petitionem. Fel. d. c. consuluit. vers. i. prædicto. Item vnica citatio sufficit in tiranno, vel persona terribili. Io. An. c. non minus. de immu. eccl. Fel. d. c. consuluit. vers. i. prædicto. Item vnica citatio sufficit in curia Ro. quia omnes termini dati in palatio sunt peremptorij. Ita Rota decis. 245. inci. licèt in causis. Fel. d. c. consuluit. vers. i. decimò fallit. col. ea. Adde, quòd istud intelligitur in causis profanis, ut in d. decisione, licèt. Adde tu ad ista, an citatio p̃ edicta, iuxta cle. 1. de iud. valeat in casu permisso, vt ibi, & vtrum dicatur verus contumax, tex. ibi cum gl. verbo, persona liter videtur tenere, quòd sic. Adde tu, quòd Dom. de Rot. tenent contrarium in decisione sua 66. vbi volunt, quòd taliter citatus dicatur fictus contumax, & per consequens, quòd admittatur ad appellandum, & vide etiam Do. de Rota decisione 61. Citatione si perpetuatur iurisdictio, intelligitur de citatione ualida. Ita Fel. c. ex tenore. de rescr. vers. i. regula, non præstat. ibi, & dicit Car. nume. 4. col. 525. Adde tu, quòd citatio nulla non perpetuat iurisdictionem, glo. c. cum plures. de offi. dele. in Sextò, dom. Abb. in c. venerabili. eo. tit. Adde Pau. de Cast. l. 1. §. 1. ff. de feriis, & consilio suo 69.

¶ Citatus ad domum, vel ad locum beneficij, dicitur fictus contumax, si non comparet. Ideo potest appellare intra decem dies cõputandos a tempore noticiæ. Ita Do. de Rot. ti. de dolo. & contu. 17. in nouis, & decis 500. in antiquis. Adde Fel. c. quoniam fre quenter. §. porro, ut lit. non contest. vers. i. sextò no. nu. 19. co. 307. Fallit hoc, quando constaret de scientia partis, vel quia pars contempsit in comparendo, quia solus contemptus facit, ut nõ audiatur appellans, gloss in cle. vnica, de dolo & contu. Adde Felin. in loco præallegato.

Citatus ad audiendam sententiam, ad hoc, vt citatio valeat, est necesse, ut in citatione exprimatur citatus ad audiendam sententiam, aliter, si citaretur, ut puta, quia dicetur, Ad audiendam voluntatem iudicis, seu intentionem, tunc sententia esset nulla, tã quam lata contra non citatum. Anto. de But. c. cum cessante. de appel. Do. de S. Gem. c. 2. de dolo & contu. in 6. Adde Fel. c. consuluit. de offi. deleg. vers. i. secundò. not. secundum Inno. numero. 16. colum. 1018.

Citatus ad locum, vbi familiares alicuius potentis inimicãtur citato, non tenetur cõparere, etiamsi aliter de odio potestatis non constat. Ol. consi. suo 43. 2. col. Adde Fel. latè c. accedens. el 2. vt lit. non contest. vers. i. quinta conclusio. nu. 10. col. 290.

Citatus ad locum, vbi est intemperies aeris, an excusetur, si non comparet. Vide, quæ posui in litera I. §. intemperies aeris.

Citatus ad locum non tutum melius & tutius facit, si mittat excusatorem ad allegandum de loco non tuto, & si non admittatur eius exceptio, seu tunc poterit apellare. Dom. de Rot. tit. de appe. 5. in antiquis. Adde, quòd dubium est, an talis citatus ad locum non tutum possit statim appellare, an verò sit necesse, quòd prius excipiat coram iudice, si non potest per se, per procuratorẽ. Istam difficultatem tangit Inno. & Ioan. An. cap. ex parte. de appel. el 1. Et ibi sunt contrarij. Imo. & do. Alex. l. de ætate reducunt eos ad concordiam. Adde Fel. c. accedens el 2. vt lit. non contesta. vers. i. septima conclusio. nu. 12. col. 290.

Citatus ad locum non tutum propter bellum, si habet saluum conductum a principe belli, non excusatur, si non comparet in termino. Dom. de Ro. deci. 315. incip. licèt guerra. tit. de dolo & contu. in nouis. Adde Fel. c. cum R. 1. vers. i. nu. 2. col. 1079. de offic. deleg. Limita hoc, quando timeres gentes inimicas, & populum. Ang. dispu. sua inci. Bononiensis sua ciuitatis bannitus. 15. col. 5. q. Adde tamen, quòd si posset comparere per procuratorem, dico, quòd debet comparere, ex quo habet saluum conductum. Angel. d. disputatione 14. col. vers. i. super quartò. Quod dic verum esse. si reperire poterit procuratorem. Bald. l. idem. ff. prosocio. Et ibi bonus tex. Item nisi timeret vim inferre causæ, quia non tenetur mittere procuratorem. Angel. disputatione, 14. colum. Item vbi causa est ardua, nõ tenetur ei mittere procuratorem, c. querelam. de procu. l. pe. § ad crimen ff. de pub. iudi. Vide per Fe. d. c. cum R. vers. i. primò limita. nu. 2. col. 1080.

Citatus quamuis sit citatus ad locum non tutum, adeo quòd non sit securus, tamen tenetur mittere procuratorem, si idoneum reperire poterit. Phil. capit. ex parte el 1. de appel. Bartol. l. idem que. ff. pro socio. Adde Felin. c. accedens. el 2. vt lit. non contest. uersicu. tertia conclusio nume. 5. col. 288. vbi dicit, quòd quamuis citato locus non sit securus, tamen si potest mittere procuratorem idoneum, tenetur mittere. Adde tu, quòd Felin. ex hoc vult, quòd impeditus teneatur mittere procuratorem, quod rene & ampla, quia non solum hoc habet locum in impedito, sed etiam in bannito, quia si bannitus citatur in loco, in quo est exbannitus, quamuis ipse impediatur venire, tamen

Universidad de Deusto
Biblio

tenetur mittere procuratorem. Ita Bart. l. 2. ff si quis cau. §. si quis. uers. & tunc aut illa causa. & l. si. ff. dein integ. resti. 2. colum. uers. uenio ad tertiam. Ang. d. l. 2. §. quod diximus. Bal. titu. de pace Constan. uers. sententia. gl. & Arc. c. si agrotas. 5. q. 3. Et quòd bannitus potest conueniri in loco, in quo est exbannitus, gl. est ordinaria l. eius. la 2. §. si alias incipit, Celsus ff. ad muni. Bar. l. adulter. in princip. ff. de adul. Canonista c. ex parte. el 1. de appella. Limita tamen, nisi esset exbannitus propter odia, quia tunc non teneretur mittere procuratorem. Ita Ange. d. §. quod diximus. Imo. & do. Alex. l. recusare. §. si. ff. ad Treb. Et hoc, quia non bene esset consultum causæ.

Citatus ad locum non tutum procuratori suo, excusatur ipse citatus non mittens procuratorem. Ita Bal. titu. de pace Constan. uers. sententiæ. Adde Fel. c. accedens. el 2. vt lit. non contest. uers. secundò not. quòd ubi locus. nu. 6. col. 288.

Citatus vt respondeat super crimine, de quo est accusatus, non potest se excusare, dicendo, timeo puniri, ideo locus non tutus. Ita Bald. l. omnes. §. si verò apparitor. C. de episco. & cler. Adde Felin. c. accedens. el 2. vt lit. non contest. ver. secundò no. num. 6. col. 289.

Citatus ad locum tutum sibi & procuratori, tamen si timet vim in ferri causa, non tenetur nec ipse comparere, nec etiam mittere procuratorem. Io. An. addi. Spe. tit. de accu. § fi. uersi. quid si bannitus. Ang. dispu. Bono. 4. dubio. Adde Fel. c. accedens. el 2. vt li. non contest. uersi. tertiò nota, quòd. nu. 7. col. 289.

Citatus ex causa notoriè iniusta non tenetur comparere. Ita Felin. c. quod super his. de maio. & obe. ibi, in quantum Abba. optime. nume. 1. col. 1190.

Citatus si cognoscit, quòd si comparet, non auderet impugnare, tũc non artaretur venire. Ita Felin. c. quod super his. de maio. & obe. ver. præallegato, col. ead.

Citatus, olim ultra duas dietas, hodie vltra vnam, an teneatur comparere coram iudice ad allegandum se distare vltra vnam dietam. do. Abb. c. olim. de excep. 2. col. ver. ex hoc infero. tenet, quòd non tenetur venire. Spec. tit. de cita. §. 1. circa fi. tenuit cõtrarium, & dicit, quòd poterit esse, quòd talis impetratio vltra vnam dietam, fuerit facta de consensu partium, & propter hoc debet comparare ad allegandum. Et plus dicit Imo. c. super literis. de rescrip. 12. col. cap. cum ordinem. de rescrip. ul. col. quòd citatus, qui notoriè habet exceptionem declinatoriam iudicy, tenetur comparere ad ipsam allegandam. Adde tu, & dic, quòd citatus notoriè vltra vnam dietam, non tenetur comparere ad allegandum. Ita. do. Abb. d. c. olim. de excep. loco præallega. Ad Spe. respondeo, vbi cessaret dubium quòd impetratio vltra unã dietam non potuit fieri per procuratorem, tunc opi. do. Abb. est verior, vt dicit Fel. d. c. olim. in prin. col. 7. o. & ibi tenet, quòd citatus notorie ultra vnam dietam, non tenetur comparere ad allegandum hoc. Quam opi. etiam tenuit expressius d. c. cum ordinem. de rescr. 7. col. ver. ex his apparet ibi & dicit Gof. Hosti. & omnes. Et vide supra. §. citatus notoriè vltra unã dietã.

Citatus ad locum notoriè non tutum, tenetur venire ad excusandum se. Bar. l. de ætate. ff. ad Tre. Imo. c. cum super. de offi. dele. in fi. Et hoc mõ intelligas Do. de Rot. dec. sua. 5. in antiquis, vbi dicunt, citatũ ad locum non tutum, debere mittere excusatorẽ, quia hoc non habet locum, vbi quis esset citatus notoriè ad locũ non tutum. Adde Fel. c. olim. de exce. in prin. nu. 2. col. 71.

Citatus à iudice notoriè suspecto tenetur comparere ad allegandũ hoc. lo. An. & alij c. 2. vt lite non contest. dom. Card. cle. qua cõtingit de religio. do. in prin. & ibi Imo. 4. col. Fel. c. olim. de exce. in prin. nu. 2. col. 71.

Citatus coram duobus iudicibus habentibus ordinariam iurisdictionẽ in citatũ, & non habentes se ut superior, si cognoscunt pariter de vna eademq; causa, tenet processus corã utroque factus, quia imputandum est parti non excipienti. sed si excipit pars de præuentione alterius iudicis. si non remittitur, potest appellari. Fel. c. cum M. Ferrariensis. de consti. ver. 38. extra glo. posuit hic. n. 25. col. 192. Adde tu pro limitatione istius dubij, quòd si citatus coram vno iudice nõ comparuit, poterit citari corã alio tunc reus citatus in casu isto, poterit allegare, uel excipere de præuentione alterius iudicis. Ita Bar. l. vbi cœptum. ff. de iudi. ver. quaro, dicitur hic. Adde, quòd idem tenet Bar. l. qui sepulchri. 1. col. ff. de sepul. viola. Adde, quæ posui in litera L. §. litis pendentia. Adde Io. An. in Spe. de compe. iud. adi. §. 1. uersi. sed pone. Bar. l. quanuis. ff. de dam. infec. Vide Fel. c. ex tenore. de rescrip. uersi. lex vbi cœptum. col. 530. An cõtumax possit purgare moram, vide supra. §. contumax in vno iudicio.

Citatus si constat quòd non sit de iurisdictione citantis, non tenetur comparere. Inno. c. venerabilis. de censi. 3. colum. An. But. cap. prudentiam. de off. delega. 3. col. Fel. c. veniens. de accusa. ver. in ea. gl. ibi. nu. 4. col. 714.

Citatus, qui notorie est priuilegiatus, an teneatur cõparere saltem ad allegandum priuilegium suum. Vide Feli. c cum ordinem. de rescr. ver. ex his apparet non procedere. nu. 8. col. 416. Adde tu, quòd iuxta istum casum tactum ibi per Feli. videlicet quando certum est citatum non esse de iurisdictione citantis, quòd nõ tenetur comparere, cadit subtile dubium, an notoriè exemptus, vel priuilegiatus, puta scholaris si citetur, tenetur comparere, saltem ad allegandum priuilegium suum. Io. An. regula, sciẽti. in Mercurialib. tenet, quòd non. Idem tenet Host. An. de But. & do. Abb. c. cum ordinem. de rescr. Adde Bar. l. 3 post gl. ff. de iud. Inno. c. ex parte. el. 1. in gl. magna, in fi. de ver. sig. Bal. l. generaliter. C. de epis. & cler. vbi dicit quòd l. ex quacunque. ff. si quis in ius uoc. nõ ie. procedit in his, qui non sunt exempti ipso iure, sed ope exceptionis, quia isti tenetur cõparare, cum alias exemptio sua eis nihil prodesset, nisi eam allegarent. l. scire oportet. §. sufficiat. ff. de excusa. tu. Secus in his, qui sunt exempti ipso iure, vt ibi per eum. Sed ego in contrarium fortiter arguo, nam legati habent priuilegium insertum in corpore iuris, ut non possint conueniri in illo loco, vbi sunt legati. l. 2. ff. de iudi. §. omnes. Et sic eorum priuilegium est notorium, cum sit insertum in corpore iuris, & tamen si citentur, debent comparere ad allegandũ illud priuilegium. Dicit expresse text. l. si quis ex aliena. ff. de iud. in fi. Secundò fortiter obstat, quia licèt notorium releuat ab onere probandi, non tamen releuat ab onere allegandi. glo. est sing. clem. appellãti. de app. Bar. l. 1. vlt. col. ff. de app. Et per illam gl. est tex. clarus. d. l. si quis ex aliena. Videas tamen gl. l. ea quidem. C. de accus. dom. Abb. d. cle. appellanti. Limita regulã illius gl. procedere, quando pars est præsens in iudicio, tunc non releuatur, quid debeat notorium allegare, alias si non opponatur, uidetur enim tacitè renunciasse, sed absens tacitus, qui notorie est exemptus, non tenetur etiã notoriè proponere. Allegat. Inno. c. præterea. de dilatio. & tex. l. 3. ff. de iud. Relinquitur tamen cogitandũ super hoc. Sed istam limitationem firmat ipse dom. Abb. ex parte. el 1. de app. in fi & c. si clericus. 7. col. de so. compe. Ista limitatio est contra tex. d. l. si quis ex aliena. ubi absens citatus tenetur comparere ad allegandũ priuilegium suum. Puto ego sic dicendum, si citatur aliquis simpliciter, non ut legatus, ille tenetur comparere & allegare se esse legatum, & priuilegiatum. Ita procedit tex. d. l. si quis ex aliena. Sed si aliquis citatur à iudice, vt legatus, vel ut forensis, vel vt clericus, ita vt ex citatione appareat iudicem fuisse certum de eius conditione & priuilegio, tunc non tenetur comparere aliquid allegaturus. Ita declarat Bar. l. 3 ff. de iudi. Facit bene, quod vult Rom. d. l. ex quacunque ff. si quis in ius uo. non ie. vbi dicit, quòd regula gl. & doct. quòd quando certũ est citatũ non esse de iurisdictione citantis quòd non tenetur comparere, procedit, cum talis certitudo est apud ipsum iudicem, nam non sufficit esse apud partes. Allegat tex. c. si duob. & ibi glo. verbo, nisi. de ap. Adde tex. c. ab excommunicato. de rescrip. Vide, quæ posui infra. §. citatus die feriata. & §. citatio iniusta.

Citatus notoriè vltra vnam dietam non tenetur comparare, ad hoc allegãdũ. Fel. c. cum ordinem. de rescr. ver. præallegato ibi, & dicit Go. & Host. col. 417. in prin. Adde do. Ab. c. olim. de excep. 2 col. Adde Fel. d. c. olim. de excep. in prin. nu. 1. col. 70.

Citatus corã iudice, si superuenit priuilegium, per quod ille citatus possit declinare forum, an tale priuilegium eximat illum ab illo iudice. Vide, quæ posui in litera P. §. priuilegiũ fori superueniẽs.

Citatus ut compareat tali die peremptorie, si non comparet citatus, iudex potest ipsum citatum expectare in alium diem actore inuito. Fel. c. consuluit. de off. del. in prin. nu. 1. col. 1013. & ibi omnes scribentes. Limita, & dic, quòd istud verum est, quãdo est assignatus terminus ad comparendum certa die, secus, si certa hora diei, quia tunc inuito actore iudex non poterit expectare contumacem in diem sequentem, sed bene in horas sequentes. Ita Bal. limitat d. c. consuluit. l. cum non eo. C. quando prouo. non est necess. Et idem tenet l. terminato. C. de fru. & li. expen. Limita secundo, quòd iudex non potest expectare contumacem in diẽ sequentem, & sic, quando in die termini esset deserta appellatio,

Ita

Ita do. Abb. c. sæpe. de app. 3 col. uer. no bene istam glo. Adde Fel. d. c. consuluit. ver. istum. nu. 1. col. ead. Limita tertiò, dummodò iudex proroget illũ terminum citationis in diẽ sequentẽ ex presse, de quo vide per Fel. d. c. consuluit. ver. tertiò limita. nu. 4. co. 1014. Et ibi multa posui p parte affirmatiua et negatiua.

Citatus, qui non comparet in prima citatione, sed in secunda, vel tertia, debet condemnari in expensis, eo quia fuit contumax in prima citatione. gl. c. querelam. de procu. & gl. c. honoratus. 72. dist. Spe. tit. de expens. §. 1. ver. sed quando. Bar. l. contumacia. ff. de re iud. Fel. c. si quis episcopus. uersi. quid in ciuilib. de accus. nu. 3. col. 683. Adde & limita, nisi in vna citatione essent tres citationes facta cum interuallo dierum, quia tunc si comparet in tertia, non poterit condemnari ex contumacia primæ citationis. Io. An. in addi. Spe. tit. de citatio. §. viso. uersi. quid si tres. Imo. d. c. querelam. Fel. vbi supra. Item si citatus cõparet in prima citatione, & confitetur debitũ, nõ condemnabitur in expẽsis. Bal. auth. cõtra. qui propriam. in fi. C. de non nu. pe. Est veru. q. An. de But. c. 1. de libel. obl. 14. col. limitat istud, nisi fuisset monitus. do. Fe. vbi supra. col. ea. Itè limita, nisi obligatio eẽt i diẽ, quia si cõparet i prima citatione, et cõfitetur, lapso die cõdemnabitur in expẽsis. d. Ab. c. licet. de sim. 5. col. Fe. ubi supra co. ea.

Citatus, qui cõparet in prima citatione & cõfitetur debitum, an sit condẽnandus in expẽsis. Vide supra. §. citatus, qui non comparet.

Citatus die feriata, vel in casu, quo regulariter non potest citari an teneatur comparare, & dico, quòd ad hoc, vt valeat citatio die feriata, requiritur, quòd expresiè dicatur in tali causa. Ita Fel. c. super literis. de resc. ver. decima regula, impetrãs. nu. 17. colu. 584. Et ibi dicit, q. ita tenuit Bar. l. 2 ff. si quis in ius vo. non ie. Ad de tu, q. opi. Bar. est gl. c. Rom. de ap. in 6. verbo, citent. Adde, an citatus in die feriata, vel in casu, in quo regulariter non potest citari, teneatur comparere. Bar. tenet, quòd non, ut hic vides, nisi in citatione sit apposita causa, propter quam videtur, quòd debeat comparere. Adde & limita hoc dictum Bart. nisi talis citatio esset facta à persona prouida & honesta, nã tenetur comparere citatus, quia nõ præsumitur, quòd talis iudex, qui est circunspectus, fecisset talem citationem in casu a iure prohibito. Ita singulariter limitat do. Ab. c. nisi esset 1. not. de præb. Adde ista ad §. citatus, qui notoriè est priuilegiatus supra. Vide, quæ posui infra. §. citatio iniusta non artat citatum.

Citatus non comparens excusatur, quando citatio habet verba nõ consueta. Ita Fel. c. ex parte de rescr. ver. stylus curiæ ibi similiter dixit Ang. nu. 17. col. 349. Adde tu, quòd Inno. c. præterea. de dila. ver. item si exprimatur dicit, quòd citatio est nulla, vbi continet aliquid inconsuetum, uel iniquum.

Citatus per iudicem si non comparet, est verus contumax, & ideo non potest appellare. Vide per Fel. c. consuluit. de off. deleg. uersi. subdunt Moder. nu. 7. col. 1016.

Citatus a domino feudi, & ab ordinario, coram eo debet comparere. Vide, quæ posui in litera V. §. vocatus a domino feudi. Et ibi vide quid, si citatur a Papa & domino feudi. coram quo debeat comparere.

Citatus in causa criminali an ei sit fienda copia accusationis. Vide dom. Abb. c. licet. de accu. ver. item no. nu. 1. Et dic, q. requiritur copia. gl. c. indicas. 3. q. 9. & gl. c. si episcopus. 3. q. 2. Host. & Ant. de But. c. pastoralis. §. quoniam. de rescr. do. Card. cle. 2. vt lit. pen. 5. q. Fel. d. c. licet. ver. & dicas, q. aliquãdo. n. 2. col. 712.

Citatus, etiamsi causa est ardua, tenetur mittere procuratorẽ. Tex. est c. cum olim. de testi. in contrarium habes tex. c. quèrelã. de procu. qui dicit, quòd in causis arduis non tenetur quis mittere procuratorem. Host. ibi dicit, quòd hoc fallit, quando quis citatur ad locum non tutum, quia teneretur mittere procuratorem, si locus est tutus procuratori. Adde Fel. c. accedens. el 2. vt lit. non contest. ver. quartò nota, quòd etiam. nume. 8. col. 289. Et ibi dicit, quòd contra istam considerationem Host. est text. apertus c. ex parte. el 1. de ap. vbi aperte dicitur, quòd si locus non est tutus procuratori, sed domino, non tenetur comparere dominus, & econtra, si est tutus procuratori, sed non domino, non tenetur cõparere, procurator et sic videtur, q. locus debeat esse tutus vtriq; simul. Et hanc opi. tenet ibi Phil. 2. not. Addetu pro clariori intelligentia quòd quamuis. Fel. d. c. accedens? dicat multa in materia ista, tamẽ cõis opi. est, quòd in omnib. casibus, in quibus concluditur per Bar. & Docto. quòd absens, siue reus siue actor sit, teneatur mittere procuratorem, & qui sint isti casus, vide per Bar. & alios. l. 2. §. si quis. ff. si quis cautio. & l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscri. fallit tamen in casibus arduis. c. querela. vbi gl. & Doc. de procu. Ant. de But. c. dilecti. de dolo & contu. & c. bona. el 1. de ele. & c. si pro debilitate. ff. de of. dele. dom. Abb. cle. 1. de fo. compe. Bal. l. ab eo. 2. col. C. quomodo & quando iud. & l. i. 1. col. ff. de procu. Pau. de Cast. Ro. d. l. 2. ff. si quis cau. & alij omnes. ibi Imo. l. quæsitum. ff. de re iud. & l. recusare. §. fi. & ibi dom. Alex. 2. & 3. col. ff. ad Treb. dom. Fran. de Arecõs suo 106. q. incipit, p supponitur. 13. col. Et dicitur cã ardua, quãdo quæritur de statu personæ, vel de statu libertatis, vel subiectionis, vel de magnis reb. arbitrio iudicis, secũdũ Bal. c. edoceri de rescri. et c. exrõne. 2. col. de ap. Quòd ẽt inter causas arduas est omnis causa famosa, ita Bal. ibi, de quo etiã per Io. And. d. c. querelam. per Arc. c. si agrotus. 5. q. 3. Ant. de But. c. ad hæc de off. archi. per Imo. d. l. quæsitum. Adde, quòd licèt omnes indifferenter ita teneant, quòd in causa ardua impeditus non teneatur mittere procuratorem, fateor. quòd tex. d. c. cum olim. de testi. sit fortis in contrarium, qui tex. loquitur in causa status, & sic in causa ardua, & tamen tenetur ibi mittere procuratorem. Vide propter illum tex. semper dubitaui, cui nunquam vidi bonum responsum. Tene tamen communem opi.

Citatus, puta pro die Iouis, peremptoriè ad audiendam sententiã, & citatus non comparuit, an iudex debet ferre sententiam eadem die, vel sequenti. gl. Insti. de ver. ob. §. omnis. dicit, quòd iudex potest ferre eadem die hora vespertina. Bar. consi. suo, inci. pluries tangit. q. istam. Adde tu Fel. c. Ad petitionem. uersi. itẽ in materia. nu. 8. col. 806. de accu. ubi ponit multa exempla de citatis horis, vel diebus, qualiter procedendum contra eos.

Citatus personaliter per nuncium, tunc non requiritur alia citatio peremptoria. Dom. de Rota decisio. 439. in nouis, sed Feli. reprobat dictum Dom. de Rota. d. c. Ad petitionem. uersi. item dicit hic Inno. nu. 8. col. 807. præter quàm in vno casu, quando citatus respondisset nuncio, nolo uenire, quia tunc bene sufficeret vnica citatio.

Citatus vt faciat præsentiam sui, an possit comparere per se, vel per procuratorem? dic tu, quòd citatus, ut personaliter compareat, non potest mittere procuratorem. Ita glo. c. 1. de iud. in 6. uersicu. delegatum. nõ. c. cum dilecti. de dolo & contu. Sed Bald. tenuit contrarium l. fi. de procu. Fel. dicit aliqua ad hoc propositum, c. cum omnes. de consti. uersi. sed aduerte, quia istud dictum nume. 30. col. 105. in prin.

Citatus personaliter si est contumax, & lata sit contra eum sententia, currit decendium, quod datur ad appellandum, etiam quòd aliter ei non sit intimata sententia, de quo vide, quæ posui in litera D. §. decendium, quod datur ad appellandum.

Citatus si dicit, se non fuisse citatum, pars aduersa affirmat, quòd fuerit citatus, quis probabit, uide Bal. c. 1. §. ad hoc. 8. col. de pa. iur. fir. & tex. & gl. c. quod sicut. de elect. Adde Fel. c. 3. de proba. uersi. extra glo. nu. 11. col. 350. par. 2.

¶ *Ciuilitas acquisita ex beneficio, nalet ratione beneficii, fruitur eo dimisso. Fel. c. dilectus. el 2. de rescr. uersi. secunda conclusio. nume. 2. col. 756.*

Ciuilitas concessa forensibus propter concordiam inter concedentem & acceptantem factam, cessat rupta guerra inter eos. Felin c. quæ in ecclesiarum. de consti. uersicu. secunda declaratio. nume. 29. col. 123.

Ciuilis possessio quando dicatur perdita, adeo quod contra dominum currat præscriptio. Vide, quæ posui in litera P. §. possessio ciuilis quando dicatur perdita & §. possessio ciuilis perditur. & §. possessio ciuilis perditur per cursum.

Ciuis quis proprie dicatur. Vide, quæ posui in litera F. §. forensis qui non habitat.

Ciuis alicuius ciuitatis quomodo potest ostendi, quòd sit ciuis, idest per quæ verba, pone quòd dicatur Bononiensis, vtrum intelligatur, quòd sit ciuis, vel quod ibi conuersetur, vel quòd ibi habeat domicilium Adde, quid si dicitur non Bononiensis, sed talis de Bon , quid significat? quòd habeat ibi domicilium, vel habeat originem? De omnibus istis vide, quæ posui in litera B. §. Bononiensis.

Ciuis expulsus à ciuitate perpetua expulsione, non est amplius ciuis. Ita Felin. c. ex literis. de constit. versic. & per istum text. dicit etiam. num. 5. col. 280. Adde tu, quòd ciuis bannitus perpetuò nõ dicitur ciuis, neque gaudet beneficijs statutorum de ciuib. loquentium. Bald. l. voluntas. 4. col. C. de fideicommiss. Paul. de Castr. consil. suo 30. Adde tamen, quòd non perdit ea, quæ sunt

iuris

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuris communis, nisi esset bannitus imperij. Bartol. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dim. ver. & ex prædictis. Bald. l. j. 11. col. ver. sed quid si per statutum. C. de hære. instit. vbi dicit, quòd bannitus potest hæres institui, etiam si prohibetur a statuto ius sibi reddi. Et vtrum bannitus nostri temporis possit institui hæres, & an equiparetur deportato, vide, quæ posui in litera B. §. bannitus an possit hæres.

Ciues Paduanus, ista verba posita in rescripto, uel priuilegio, an important, quòd iste dicatur ciues Paduanus originarius. Vide, quæ posui in litera B. §. Bononienses.

Ciues an possint expellere principem aut dominum suum iniustum, aut qui eos opprimit intollerabiliter. Bal. l. hoc iure. ff. de iusti. & iure. 2. col. tenuit, quòd non, sed dicit, quòd non tenentur ei obedire. Bal. in rub. fforum, versi. quicquid sit. Alb. dicit in l. bene à Zenone. C de quadr. præscr. quòd Papa, vel Imper. potest talẽ principem priuare. Adde, quòd sanctus Tho. secundo sententiarum, plus dixit, quòd ciues possint interficere principem iniustũ Et qui eos opprimit intollerabiliter, quod meritorium est. Sed contrarium tenet Aug. de Ancho. in tractatu De potestate ecclesiastica, q. 54. art. 3. versi omnia autem ista. Et dic, quòd contra S. Thomam fuit decisum in concilio Costantiensi. Ita Brixiensis in reperto. in verb. tyrannus. Vide Fel. c. cum nobis. de præscr. versi scias etiam, nu. 7. col. 263.

Ciuium appellatione veniunt non solum illi de comitatu, sed etiam illi de territorio. Ita Fel. c. Rodulphus. de rescri. ver. quarta conclusio nu. 9 col 881. Adde tu, quòd ciuium appellatione uenũt illi qui sunt de ciuitate, diœcesi, vel comitatu, Doct. rub. solu. matri. lucas glo. c. Rodulphus. de rescr. contrarium sentiat, secundũ Bar. l. i ff. ad muni. Adde, quòd Bart. l. 3. C. de natu. libe. dicit ibi per illum tex. quòd ille, qui ex vico est, sortitur originem ex ipsa ciuitate, cui subest vicus. Adde, an representatiæ concessæ cõtra ciues, comprehendant commitatenses. Bald leg. fin. vbi alij ff. de offic. procons.

¶ Ciuitas habens iura principis, si facit transactionem cum inimicis suis de damnis datis, incipit in bello, ad hoc ne subditi sui possint amplius petere bona sibi oblata, vtrum talis transactio noceat subditis. Ponit Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versicu. secundò no in hac materia nu. 53. col. 134. Ad de tu, quòd credo, quòd si princeps, vel ciuitas paciscatur cũ inimicis suis de damnis datis, quicquid dicit ibi Fel. quòd talis transactio valet in damnum suorum subditorum, & ratio est, quia habeo, quòd princeps potest auferre bona subditi sui ex causa. Ponunt Doc. l si C. si contra ius, vel vti. publi. & Canonistæ. c. quæ in ecclesiarum. de consti. Sed modò, quæ maior causa possit inueniri, quam ista, ut princeps auferendo bona subditorum uiuat in pace. Vnde iudistincte teneo, quòd talis transactio valeat sine dubio quãdo aliter princeps, vel ciuitas pacem cum inimicis habere non possit. Hoc idem sentit do. Abb. c. in nostra. de iureiur. versi. sed præsupposita ualiditate.

Ciuitas etiam subiecta Papæ, vel ecclesiæ, quo ad temporalem iurisdictionem, potest facere statuta contra canones, quæ statuta habeant ligare ipsos laicos, dummodò sint talia statuta quæ non disponant circa reseruata Papæ, vel contra bonos mores, vel ubi canon expresse resistit. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. vers. adde etiam dom. Ab. nu. 6. col. 218.

Ciuitas quid sit, ponit Fel. c. Rodulphus. de rescrip. versi. cæterum ad euitandam. nu. 20. col. 888.

Ciuitas si efficitur rebellis, princeps potest eximere castra ab obedientia ciuitatis. Ita Fel. c. inter quatuor. de maio. et obe. in prin. colum 1186.

Ciuitas non potest ulcisci offensas factas suis subditis extra territorium, etiamsi ibi offendens habet bona, nec iudicando, nec statuendo. Ita Fel. cap. postulasti. de so. compe. versi. prima conclusio. nume. 7. parte. 2. col. 200.

Ciuitas, & diœcesis sunt diuersa, & quæ differentia sit inter ciuitatem & diœcesim. Fel. c. Rodulphus. de rescr. ver. & ad hanc differentiam. nume. 3. col. 874.

Ciuitas comprehendit suburbia, & diœcesim, ne dispositio reddatur eluforia, puta in dispositione aliqua est vettium, ne quid fieret sub pœna in ciuitate, pone, quòd præcipiatur vni doctori sub pœna, ne legeret in ciuitate, non poterit legere in suburbijs, si quidẽ fraus fieret præcepto. Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uersi. limita dupliciter. num. 4. col. 874.

Ciuitas si interficit episcopum electum nondum consecratum, an ne-

niat punienda ea pœna, qua punitur ciuitas, quando interficit episcopum consecratum. Vide, quæ posui in litera E. §. episcopum consecratum. Vide, quæ posui in litera E. §. episcoporum appellatione.

Ciuitas potest comburi propter atrocitatem delicti. Tex. c. si audieris. 23. q. 5. Fel. c. dilectus. el 2. de simo. ver. secundò in quantũ. nume. 4. col. 900.

Ciuitas quando potest excommunicari. Pe. de Anc. cons. suo. 154. in c. ex narratis. Io. de Ana. c. dilectus. 10. col. de simo. Inno. c. capitulum de rescr. Dom. de Rota. deci. 156. incip. contra quoddam. Et communiter tenetur, quòd ciues excommunicati sunt exprimendi, si tamen excommunicantur omnes, tenet excommunicatio. Fel. c. respondeo. de sentent. excom. versi. nota, quòd omnes ciues. nu. 3. col. 1110.

Ciuitas potest facere statutum, quòd bona posita in suo territorio applicentur subdito suo offenso extra territorium. Felin. c. postulasti. de so. compe. ver. tertia declaratio. nu. 9. col. 201. parte. 2.

Citatus non recognoscens superiorem, an possit esse iudex in causa propria. Ponit Fel. c. cum uenissent. de iudi. versicu. in quantum. dicunt Doct. nume. 5. col. 88.

Ciuitas, castrum, & villa, quid sint, & in quo differant? vide Bar. extrauag. qui sint rebelles. in verbo, Lombardiæ. Ioan. And. c. si ciuitas, de senten excom. in 6. Adde Fel. remissiuè c. licèt. de proba. nume. 1. col. 411.

Ciuitas de suo proprio significato an comprehendat portum. Fel. c. Rodulphus. de rescrip. nume. 7. col. 877. & inde.

Ciuitas an possit subijci interdicto pro pecuniario debito. Vide, quæ posui in litera. I. §. interdictum.

Ciuitas magna & potens, an sit supponenda interdicto, vel homines illius ciuitatis potentes, an sint excommunicandi. Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatus iustè.

Ciuitas potest præscribere contra imperatorem, ad hoc, ne recognoscat ipsum in superiorem. Ita Bar. l. acta. §. ampliando. ff. de re iudi. & l 2. ff. de iure fisci. & l. proxime ff. de his, quæ in test. delen. & l. quominus. ff. de flumi. 2. col. & l. alius. §. bellissimè. ff. quod ui aut clam. & l. relegati. ff. de pœn. Et idem tenet do. Abb. c. cum venissent. de iud. 3. col. & c. 2. de immu. eccl. & c. fi. de consti. 1. no. & c. cum contingat. de so. compe. 6. col. & consi suo vltimo, incip. Placet 1. vol. & hanc partem tenet etiam dom. Car. c. cum P. tabellio. de fid. instru. 3. col. & c. per venerabilem, qui filij sint legi. 5. opposi. versi. videbatur. Idem tenet Bald. l. hostes. ff. de captiuis. Adde, quòd propter hoc dom. Ab. dixit c. nouit. de iud. 10. col. quòd non recognoscentes imperatorem in superiorem, possunt conuenire coram Papa, a quo nulla præscriptio eximit. Vide Fel. qui latissimè tangit istam materiam, c. cum non liceat. de præscrip. ver. Cæterum, dum subdit Abb nume. 10 colum. 242. Adde, quòd contrarium tenuit do. Ab. d. c. cum non liceat. 7. col. uersi. & per hunc tex. ubi affirmat, quòd præscribi non potest contra imperatorem, ut quis non subsit ei: & c. per venerabilem. 7. col. ver. aut uult legitimare. Idem tenet Imo. in l. infamem. ff. de pub. iud. pe. col. Ant. de Bucapitu. 1. de consti. 4. col. Vide Fel. d. c. cum non liceat. versicu. contrariam partem. vbi magis videtur tenere opi. dom. Abb. nume. 11. col. 245.

Ciuitas, vel vniuersitas non dicitur committere delictum, nisi præcedat tractatus celebratus ab illis de ciuitate, uel uniuersitate, communicato consilio super delicto. Et ideo consulit Paul. de Castr. consil. suo 81. incip. In Christi. quòd ciuitas non tenetur de delicto facto, etiãsi omnes de ciuitate fecissent, nisi prius fuerint congregati & ibi super delicto consenserint. Et de hoc vide Fel. c. cum omnes. de consti. versicu. in ea glo. ibi, & ideo Angel. nume. 24. col. 102. Adde tu, quòd Bal titu. de pace Constan versicu. vniuersitate. dicit, quod vniuersitas damnum dare dicitur, & quòd maior pars facit, tota vniuersitas, vel ciuitas fecisse videtur. Allegat l. quod maior. ff. ad muni. Item si aliqui consiliarij & antiani faciunt aliquid, videtur id facere ipsa ciuitas, uel uniuersitas. Allegat l. sine me. ff. de vi arma. Dic, quòd hoc est verum, maximè si delictum habet causam successiuam, quia etiamsi ciuitas non commisit delictum consulẽ, tamen ex quo tacet, videtur consentire. Fel. d. c. cum omnes. versi. sexta declaratio nu. 41. col. 105.

Ciuitas si destruit domum communem propter delictum vnius consortis, an teneatur soluere precium alteri consorti insonti. Vide in litera R. §. respublica.

Ciuitas

Ciuitas, quæ soluit censum uni principi protegenti ciuitatem suam si ciuitas illam demoliatur, non cogitur amplius soluere. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. similiter dicit col. 118.

Ciuitas simpliciter damnata ad murorum destructionem, debet perpetuò stare sine muris. Fel. c. ex literis de consti. ver. secunda conclusio. nu. 11. col. 285. Adde tu, an ciuitas damnata ad destructionem murorum, an postea poterit reficere, facit, quod no. l. opus. ff. de ope. publ. Adde Bar. & Alex. l. permisceri. ff. de acqui. pos. Vide Bar. & Bald. l. seruus. C. de pœn. Et vide de ista q. per Ang. l. in numerationibus. ff. de sol. per Imo. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. 1. & ponit Pet. de Anch. ca. 1. de vsu. in sexto.

Ciuitas potest imponere collectam pro debito cõtracto in sui fauorẽ, quando ipsa non est soluendo. Fel. c. cum dilecta. de rescri. versicu. singuli de vniuersitate. nu. 20. col. 636.

Ciuitatis appellatione venit ciuitas cũ suo territorio, in materia larga. Fel. c. Rodulphus de rescr. ver. limita secundo. num. 6. col. 877. Quam opi. impugnat And. Sic. vt Fel. recitat d. c. Rodulphus. ver. est etiam verum, pro declaratione istius dubij colum. 880. Vide quæ posui in litera. D. §. diœcesis appellatione.

Ciuitatis appellatione in materia stricta venit solum id, quòd murorum ambitu terminatur. Fel. c. Rodulphus. de rescr. in princi. colum. 873.

Ciuitates, quæ faciunt statuta, quòd clerici non possint apprehẽdere possessiones beneficiorum sine licentia ipsorum dominorum ciuitatum, an sint excommunicatæ. Vide, quæ posui in litera S. § ista tutum laicorum istorum dominorum.

Ciuitates ecclesiæ Rom. an Papa possit illas infeudare? vide, quæ posui in Litera P. §. Papa solus potest alienare.

Ciuitates subiectæ ecclesiæ Romanæ an possint præscribere merum imperium in singulos ciues, dom. Car. c. si diligenti. de præscri. in fi. tenuit, quòd sic. Tamen vide Host. c. 2. de purg. vulg. quia videtur sentire contra. Adde Fel. c. ad audientiam. de præscr. ver. no. secundò, quòd ciuitas subiecta. nu. 29. col. 259.

Ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem, an possint restituere famam? Vide, quæ posui in litera I. §. inferior a principe an possit restituere.

Ciuitates vicinæ quæ proprie dicantur. Vide, quæ posui in litera V §. vicinus est ille.

¶ CLAM FIERI, multis modis dicitur. Bar. l. 2. C. de his, qui ex publi. rati. li. x. Bal. l. cum fratrem. C. de his, qui. vt indig. Vide per Fel. c. consuluit. de offi. deleg. versi. dicatur autem clam. nu. 22. col. 1021.

Clam dicitur fieri, quando deficit præsentia iudicis. Bar. l. 2. C. de his, qui ex pu. ratio. li. x. item, quod fit de nocte, dicitur fieri clã. Bal. l cum fratrem. in prin. C. de his, qui. vt indig. Adde Fel. c. cum quidam. de iureiur. versi. dicitur autem actus. nu. 10. col. 1056. 2. parte. Et ibi posui addit. quia multis modis dicitur actus fieri clam.

¶ Clausula, Anteferri, in literis Papæ de stylo curiæ præferuntur, qui habent illam, Prioribus, quib. est ius quæsitum ad rem non in re. Verum est, quòd aliqui uoluerunt, quòd clausula, Anteferri, non præiudicet illis, quibus est ius quæsitum, tamen prima uerior. Ita Fel. c. causam, quæ. de rescr. versi. clausula anteferri. numero. 26. col. 55.

Clausula, Anteferri, in literis Papæ ad beneficia, quid importat ista clausula, ponit Fel. c. capitulum. de rescr. versi. fallit tertiò & vltimò. nu. 5. col. 775.

Clausula, Anteferri, an tollat literas vnionis concessas, videlicet ut cedente, vel decedente certo rectore. Fe. c. capitulum. de rescrip. ver. quarta conclusio. nu. 8. col. 776.

Clausula, Anteferri, non tollit ius quæsitum alteri. Fel. c. capitulũ. de rescrip ver. quinta & vltima. nu. 8. col. 777.

Clausula generalis sequẽs ea quæ specialiter sunt præmissa, restringitur regulariter ad ea, quæ sunt similia expressis. Fel. c. sedes. de rescrip. ver. clausula generalis. nu. 3. col. 510. Adde Bart. l. seruus communis. ff. de destipu. seruo. & l. legatorum. §. si. ff. de leg. 2. & l. consul. ff. de adoptio.

Clausula generalis sequens ea, quæ sunt expressa in genere si e aliqua specie, comprehendit omnia, quæ possunt venire sub illo genere. Fel. capitu. sedes. de rescrip. numero. 5. col. 518. versicu. sexta declaratio.

Clausula, Si & in quantum, quid operetur, vide dom. Abb. c. cum contingat. de offi. deleg. 4. col. ver. secundum dictum not. Adde Fel. d. c. cùm contingat. in ver. in ea glo. ibi, nisi iudex. nume. 11. col. 1084. & ibi ponit multos effectus illius clausulæ.

Clausula, dummodò non sit alteri ius quæsitum in literis Papæ præseruat habentes ius in re, non ad rem, quia derogat habentibus ius ad rem. Ita Fel c. causam, quæ. de rescr. col. 557.

Clausula, Anteferri, an præiudicet habentibus ius ad rem ex electione, vel præsentatione, & quid de habentibus expectatiuas, quas acceptarunt. Vide Fel. d. c. causam, quæ. nume. 26. colum. 556. & seq.

Clausula, Si nõ est alteri ius quæsitum, tollit omnem subreptionem, quæ posset allegari a tertio prætendente rescriptum esse sibi præiudiciale, & non est opus mentione. seu collatione possessionis. Ita Feli. c. super literis. de rescrip. nume. 11. col. 580. versic. quinta regula.

Clausula posita in rescrip. seu cõpromisso, etiamsi vigore illius clausulæ iudex potest procedere via regia, omisso iuris ordine, tamen hoc non debet facere, nisi prius notificet parti, aliàs videtur processum dolose. Ita Fel. c. j. de consti. nu. 55 col. 59 versi tertiò no.

Clausula posita in rescripto, uel compromisso, Cõmittimus, vt procedas arbitrio tuo, dic, quòd ista verba important arbitrium boni uiri. Fallit hoc, quando commissio, seu verba dirigantur ei, qui aliàs erat iudex, quia tunc talia verba non reducuntur ad arbitrium boni viri. Vide Fel. c. i. de consti. versi. & si dicatur, committimus arbitrio tuo. nume. 51. col. 56. circa princi.

Clausula posita in rescrip vel compromisso. Committimus vt videas, quid iuris, dic, quòd ille poterit decidere omne dubiũ, quod elici potest ex causa non solum in principali causa, sed etiam ex appendentijs. Vide Fel. c. i de consti. col. 56. ver. & si dicatur, videas quid iuris.

Clausula posita in rescrip. vel compromisso, Committimus, vt procedas de facto, dic, quòd poterit procedi de facto sine causæ cognitione, & probatione, imo poterit procedi, etiamsi rigor iuris repugnet, & valebit sententia licèt ordo iuris non fuerit seruatus. Vide Fel. c. j. de consti. versi. & si dicatur, Procedas de facto col. 56 circa finem.

Clausula posita in rescrip. vel compromisso, Committimus, vt procedas de iure & facto, dic, quòd talis poterit procedere ad similitudinem arbitratoris, tamen prælatus non poterit facere compromissum de rebus ecclesiæ cum clausula ista, de quo passu vide Fel. cap. 1. de constitu. versi. quis dicatur, procedas de iure, & de facto col. 56. in fine.

Clausula posita in rescripto, uel compromisso, Committimus, vt procedas secundum sensum tuum, dic, quòd poterit procedere secundum uoluntatem suam propriam. Contrarium tenuit do. Abb. c. 1. de consti. col. 15. versi. in glo. si. Vide tu Fel. d. c. 1. ver. & si dicatur, pronuncies secundũ sensum tuum. col. 57. circa princip.

Clausula posita in rescrip. vel compromisso, procedas secundum libitum tuum, dic, quòd importat liberam voluntatem. Fel. c. 1. de consti. versi & si dicatur secundum libitum tuum. colu. 57. circa med.

Clausula in rescr. posita, vel compromisso, procedas secundum prudentiam tuam, dic, quòd importat arbitrium boni viri. Fel. ca. 1. de consti. ibi, uersi. & si dicatur secundum prudentiam tuã. col. 57. in medio.

Clausula in rescrip. posita, uel compromisso, procedas præuia ratione, dic, quòd intelligitur in monitione, non conditione. Felin. c. 1. de consti. uersi. & si dicatur, secundum quod tibi videtur. colum. 57. in fine.

Clausula in rescripto posita procedas velo leuato, dic, quòd idẽ importat, quòd summariè. Idem si dicatur, manu regia. Fel. ca. 1. de consti. uersi. & si dicatur velo leuato. col. 57. in fine.

Clausula in rescrip posita, uel compromisso, Procedas secundũ spiritum tuum, dic, quòd importat voluntatem liberam. secundum regulam rationis. Fel. c. 1. de consti. versi. & si dicatur, secundum spiritum tuum col. 58. in prin.

Clausula, qua ponitur in rescripto, Sub quacunque forma verborum, nunquam prætextu talis clausulæ poteris iudex auferre exceptionem acquisitam parti, etiamsi sit de rigore iuris inducta, et hoc modo limitabis omnia, quæ dicta sunt circa clausulas positas in rescripto, seu compromisso, de quo vide Fel. c. 1. de constitu. uersi. secundò. no. nu. 52. col. 58.

Clausula, Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, tollit transactionem iuratam. Ita Fel. c. constitutus. de rescr. versi. limita tertiò, nume. 6. col. 562.

Clausula

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clausula posita in bullis sub pœna indignationis Petri & Pauli, quid importet, vide, quæ posui in litera P.§. prælatus, qui amisit gratiam Papæ.

Clausula in literis Papæ, Amoto quolibet illicito detẽtore, an faciat executorem mistum, an verò merum? Et sic per clausulam istã an possit ille sumere partes iudicis, vide, quæ posui in litera E.§. executor datus cum clausula.

Clausula ista, Non obstante collatione alteri facta, intelligitur de inualida, non autem de valida, Imo. c. causam. de rescri. Adde tu Fel. c. super eo. de offi dele. versi. secundò fallit nu. 4. col. 973.

Clausula ista Ecclesiastica censura contradictores compescas, intelliguntur contradictores, qui iniustè contradicunt, secus, si iustè, gl. c. pro illorum. de præben. verbo, contradictores. Et sic no. quòd per istam clausulam delegatus habet iurisdictionem, ẽt in non comprehensos in rescri. contra tex. c. P. & G. de offi. dele. Non obstat tex. c. 1. de offi. dele. quia intelligitur de turbantibus iurisdictionem ipsius iudicis delegati, & non partis. Ita do. Ab. d. c. pro illorum. §. gl. ver. cõtradictores. Adde Fel. c. super eo. de off. dele. vers. præallegato. vbi §.

Clausula posita in rescriptis, Quòd si non omnes poteritis interesse, an sub ista clausula includatur etiam voluntas, videlicet quòd si tertius nõ voluerit interesse, quòd intelligatur purificata coditio, & per consequens, adimpleta, do. Abb. c. prudentiam. de off. deleg. §. adijcimus. tenet, quòd sic, Adde Feli. d. c. prudentiam. §. adijcimus. qui idem tenet, nu. 13. col. 998.

Clausula in rescri. emanata contra ius, quæ dicat, Non obstante l. in contrarium faciente, etiamsi ipsa oporteret facere specialem mentionem, ista verba sufficiunt in rescr. ad derogandum l. contrariæ habenti clausulam derogatoriam ad rescriptũ. Fel. ponit c. nonnulli. de rescri. ver. amplia secundò, nu. 4. col. 692.

Clausula in literis Papæ, quæ dicit, Non obstantibus statutis talis ecclesiæ, non tollit statutum illius ecclesiæ conditum a Papa. Felin. ca. nonnulli. de rescript. versicul. sed nota. quatuor. nume. 10. col. 699.

Clausula in priuilegio concesso contra ius, non obstante. l. non est necessaria. Felin. ca. nonnulli. de rescri. versi. fallit secundò. num. 11. colum. 702.

Clausula, Non obstante, siue sit in rescrip. siue in priuilegio, non tollit priuilegia inducta miserationis causa, nisi de ipsis facta sit mentio expressa. Fel. c. nonnulli. de rescrip. versic. restant enumeranda. nu. 16. col. 716.

Clausula, Non obstante, in rescri. vel alibi, non tollit determinationem legis antiquæ. Fel. d. c. nonnulli. de rescri. Sed vide ibi duas limitationes, quas ponit Feli. ad ista d. ver. ibi, quarta conclu. n. 21. col. 717.

Clausula, Non obstantibus statutis, posita in rescri. non intelligitur derogare iuri communi. Ita Felin. c. nonnulli. de rescr. ver. nona conclusio. nu. 14. col. 719.

Clausula consueta apponi in gratijs hodie concessis per Papam, videlicet, Non obstantibus in contrarium facientibus, derogat statutis generalibus respicientibus ad omnia beneficia ecclesiastica. Felin. c. nonnulli. de rescrip. versi. octaua conclusio. num. 23. col. 719.

Clausula in rescrip. posita, vel in literis gratiosis Papæ, videlicet, Non obstantibus in contrarium facientibus, tollit transactionem etiam pœnalem, puta, populus, aut clerus siue canonici ecclesiæ cathedralis fecerunt statutum pœnale cum authoritate superioris astringendo se ad aliquid non faciendum cũ pœna, ista clausula, Non obstantibus, tollit istud statutum, siue transactionem pœnalem factam inter partes. Fel. c. nonnulli. de rescr. versi. decima conclusio. nu. 25. col. 720.

Clausula in literis ad beneficia, quæ dicit, non obstante, quòd alia beneficia teneat, qualiacunq; sint per ista verba poterit tenere, qualiacunque sint, etiamsi essent electiua, de quo vide Fel. c. nonnulli. de rescrip ver. addatis etiam gl. nu. 9. col. 696.

Clausula, Non obstantibus priuilegijs, non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris. Fel. c. nonnulli. de rescri. vers. duodecima conclusio. nu. 26. col. 720. Adde tu Bart. qui idem tenet. l. ea. §. legatus. ff. de iudi. vbi dicit, q. talis clausula intelligitur de priuilegio speciali non in corpore iuris clauso. Idem tenet Pau. de Casl. j. de leg Bart. extrauag. ad reprimendam. versi. non obstantib⁹. Vide etiam per Scribentes authent. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. Adde ad ista ea, quæ posui in litera P.§. priuilegia, quæ habent.

Clausula, non obstante, nullus inferior à principe potest eam ponere Felin. c. nonnulli. de rescr. nu. 27. col. 271. versic. quartadecima conclusio.

Clausula in literis Papæ, quæ dicit, Non obstante collatione alteri facta, talis clausula intelligitur de collatione inualida, non de ualida, ne alteri preiudicetur. Adde, quid operabitur ergo ista clausula? Dic, quòd literæ non erunt surreptitiæ. Vide Fel. c. causam, quæ. de rescr. ver. non obstante collatione nu. 19. col. 553.

Clausula in literis papæ Compescas contradictores, intelligitur de contradicentibus de facto, non de iure. Feli. c. causam, quæ. de rescrip. versicul. alleg. colum. 554. & c. super eo. nu. 5. de off. dele. colum. 1973. Adde, quòd in isto casu exteriores debent citare istos contradictores. Bart. l. fi. pe. colum. C. de edi. di. Adr. tol. Bal. 1. col. C. qui admit.

Clausula in rescri. posita, In hunc modum, procedat purè & simpliciter, an ista verba tollãt ordinem iudiciarium. Vide per Fel. ca, dilecti. de iudi. versi. oppo. ad istum tex. nu. 1. col. 54.

Clausula in rescr. posita non obstante iuris solennitate, dic, quòd p ista verba censetur sublata solennitas iuris ciuilis, non autem iuris diuini, vel gentium. Ita Felin. c. dilecti. de iudi. ver. quid si dicatur. nu. 3. col. 55.

Clausula in rescrip. posita, Procedas solennitate iuris remissa, an talis poterit procedere in feriis inductis in honorem Dei. vide per Felin. cap dilecti. de iudi. versicul. sed quæro. num. 4. col. 56.

Clausula in rescri. posita, Procedas iuris solennitate non seruata, an poterit admittere testes non iurator. Vide Felin. cap. dilecti. de iudi. versic. sed iterum quæro. num. 5. col. 56. Adde in simili, pone, quòd statutum dicat, quòd credatur tali personæ, an intelligatur cum iuramento, vel sine iuramento, & sic cum iuramento casus. l. Theopompus. ff. de dote præle. Angel. l. si vacantia. C. de bonis vacan. libr. 10. sed incidenter opponituri

Clausula posita in rescrip. vel instrumento, lege, vel statuto, quando referatur ad omnia præcedentia. Vide Felin. capitu. causam quæ. de rescrip. versi. clausula refertur. num. 4. col. 543. Adde ibi multas limitationes.

Clausula solita poni in rescripto, vel alijs concessionibus, de stylo curiæ debet subintelligi, quando causa non fuisset expressa. Et idem in contractibus, vt videatur contractibus, geri secundum consuetudinem loci, licèt hoc non exprimatur in contractu. Felin. cap. cum M. Ferrariensis. de consti. versicul. not. quartò. num. 6. colum. 180. Adde quòd inuenio Bartol. l. fin. versicul. ad istam vltimam partem. C. de pet. bono. subla. libr. 10. qui dicit, quòd si clausula Non obstante, quæ est solita poni de stylo curiæ in rescripto principis, est omissa, facit præsumi illud rescriptum emanatum ex importunitate & contra mentem concedentis illud Idem tenet Bal. l. quod fauore. 2. col. versic. secundò oppono, quòd statutum. C. de legi & l. fi. 2. colum. ver. quartò quæro. C. si contra ius, vel vtil. pub.

Clausula posita in rescripto, Prudentiæ tuæ committimus, vel Si ti bi videbitur, vel. Vt tibi placeat, vel vocatis vocandis, de istis & similib. vide quæ posui in litera. P.§. prudentiæ, hoc verbum, & in litera V.§. vocatis vocandis.

Clausula in rescrip posita, Et quosdam alios de qua c. 2. de rescrip. in 6. non comprehendit vniuersitates. Ita Fel. c. eam te. de rescri. ver. secunda declaratio. nu. 14. col. 438. in prin.

Clausula posita in rescr. Per hæc verba liberam facultatem damus, an talia verba importent arbitrium boni viri, vide Bartol. alio. 2. colum. ff. de ali. & cibaria. le. vbi tenet, quòd non importat arbitrium boni viri. Bald. ca. 1. §. 1. de pac. iura fir. dicit, quòd licèt talia verba videantur significare præcisam libertatem, tamen seruandus est ordo iuris. Vide Felin. cap. 1. de consti. vers. & de his verbis liberam facultatem. nume. 51. colum. 53. Adde, quòd verba importantia liberam voluntatem, non operantur effectum suum, quo ad tertium, sed solum inter eos, de quibus commissio agitur. Felin. d. cap. 1. de consti. ver. primum nu. 51. col. 58. circa prin.

Clausula posita in rescr. Committimus iudicio tuo, dic, quòd importat arbitrium boni viri. Vide Fel. c. 1. de consti. ver. et si dicatur. col. 54. in prin.

Clausula posita in rescr. discretioni tuæ committimus. dic, quòd importat arbitrium boni viri. Fel. c. 1. de const. ver. & si dicatur, discretioni tuæ. nu. 51. col. ead. circa medium.

Clausula

Clausula generalis, vbi non est indefinitè prolata post speciem sed eum signo vniuersali, veniunt minora. Fel. c. sedes. nu. 5. versicu. quarta declaratio. col. 516. de rescriptis.

Clausula posita in resc. Committimus, vt decidas, prout visum fuerit tibi. Bal ti. de pace Constan. ver. in animam nostram dicit q. ista verba sint voluntatis, & non important arbitrium boni viri. Et idem Io. An. c. 2. de iura. cal. in 6. vbi dicit, quòd a sententia lata virtute talium verborum non appellatur. Et idem Inn. c. fi. de feriis. Adde, quòd Ant. de But. & Imo. c. 1. de consti. tenent contrarium, quod ista verba, Prout visum fuerit, importãt arbitrium boni viri, de qua quæstione vide tu Feli. d. ca. 1. de cõsti. col. 56. Et si dicatur, Prout tibi visum fuerit, col. 57. versi. & si dicatur, secundum quod tibi uidetur.

Clausula posita in rescr. Committimus voluntati tuæ, an subiaceãt ista verba arbitrio boni viri? Vide Felin. c. 1. de const. versic. & si dicatur, Committimus voluntati tuæ. col. 54. Et ibi posui vnam additionem, quæ multum est necessaria ad intelligentiam istius difficultatis.

Clausula posita in resc. Conscientia tuæ committimus, quòd non poterit appellari a sententia lata vigore istorum verborum, quia iudex poterit sequi, quòd voluerit. Et de hoc habes duas gl. contrarias, vnam c. statutum. §. assessorem. verbo, relinquatur, de resc. in 6. aliam clem. 1. de iure pa. verbo oneramus. Sed pro concordia istarum gloss. vide Felin. cap. 1. de const. versi. & si dicatur, conscientia tuæ. col. 54.

Clausula in rescr. posita, Facias iustitiam, dic, quòd includit potestatem decidendi. Vide Fel. c. 1. de const. versi. & si dicatur, Facias iustitiam. col. 55.

Clausula, Saluo iure addendi, minuendi, &c. nihil operatur. Feli. de libel. obla. c. significantibus. nu. 26. col. 252.

Clausula posita in rescr. committimus, vt procedas sola facti veritate inspecta, dic, quòd talis clausula plus operatur, quam si diceretur, cognoscas summariè & sine figura iudicij. Lud. Rom. consil. suo 20. incip. Viso puncto circa. n. vide per Felin. cap. 1. de consti. versi. & si dicatur sola facti veritate. colum. 55. & per eundem Fel. c. olim. ver. quid autem, si dicatur. de accu. num. 7. colum. 847.

Clausula in rescripto posita, si tibi constiterit, intelligit citata parte, & sic videtur, quòd causa sit commissa. do. Abb. ca. conquerente. de rest. spo. 3. col. c. sacro. de sen. exc. 2. col. Imò talis clausula facit mixtum executorem. Pet. de Anch. consi. suo. 192. incipie. Efficientibus. Adde Fel. ca. si constiterit. de accu. versi. Ioan. de Ana. nu. 4. col. 703.

Clausula in rescripto posita quod possit procedere de facto, quid importat. Vide in litera P.§. procedere de facto.

Clausula, Vocatis vocandis, facit executorem mixtum semper etiã si alias esset merus, quia ista clausula est tanti roboris, quòd semper facit, vt pars audiatur ordine iudiciali seruato, de quo vide, quæ posui in litera E.§. executor mixtus est ille.

Clausula, Moneas et inducas, ista verba non important præcisam coactionem, & sic non datur potestas compellendi, quòd not. pro commissionibus Papæ, & de hoc viade do. Abb. ca. 1. de test. cogẽ. & c. 2. de spon. Adde Feli. d. ca. 1. de test. cog. in prin. nu. 1. col. 759. 2. parte.

Clausula Motu proprio, tollit statuta iurata, etiamsi nulla sit facta mentio de iuramento. Fel. c. constitutus. de rescr. ver. limita quarto. nu. 7. col. 562.

Clausula supplens defectum, refertur solum ad solennitates iuris positiui, non ad solennitates iuris naturalis. Fel. c. postulastis. de rescr. versi. tertius casus. nu. 12. col. 680.

Clausula supplens, posita in literis Papæ, vel ressupplet defectum solennitatis, sed non defectus, quib. actus redditur nullus. super quibus requiritur dispensatio, puta, quia impetrans erat excommunicatus, vel illegitime natus. Fel. d. c. ex parte de rescr. versi. & istis adde nume. 42. colum. 364. De hoc vide Imo. cap innotuit. de elec. versi. distulastis. Adde bonam gl. clem. si Romanus. ver. validam. de prab.

Clausula in libello posita, petens super prædictis iustitiam sibi ministrari, facit, quòd libellus ineptus sustinetur. Ita Fel. c. examinata. de iud. ver. soluat tamen. nu. 19. col. 120. Adde tu, quòd clausula ista posita in libello, petens ius & iustitiam sibi ministrari, quid importet? respondeo, posse sententiam ferri ex libello inepto, dummodò constet de intentione libellantis, & actio competat, licet libellus sit ineptus, per ista verba sustentatur. Ita omnes ca. examinata. de iudi. & c. 2. de ord cog. Adde Bar. extrauag. ad reprimendum. 3. col. Pau de Cast consi. 163.

Clausula addendi, vel minuendi, in libello posita, nihil operatur, quia hoc non dependet à potestate protestantis. Bar. l. edita. C. de eden. 8. col. uer. quæro, dixit do. Ab c. inter dilectos. de fi. instr. 6. colum. ver. glo. 5. Et ista est communis opi. quamuis contrarium teneat Ang. l. ius ciuile. vlt. col. ff. de iusti. & iure. & malè. Ad de tamen, quòd operatur ista clausula, Addendi, vel minuendi circa probationes, quamuis nihil operatur circa libellum, quia ille, qui sic protestatur, non videtur consentire agere sed diuisim. Ita Bal. l. Nesennius. vlt. col. ff. de neg gest. & Bal. d. l. edita. duobus locis. 3. col. & 23. Adde Fel. c. inter dilectos. ver. in glo. in verbo, addendi. nu. 9. col. 827. 2. parte.

Clausula, Saluo iure addendi, vel minuendi, posita in libello, nihil prodest. glo. c. inter dilectos. de fid. instru. Bar. l. edita. C. de edẽ. 8. col. ver. quid in libello. Do. de san. Gem. c. ab eo. de ele. in 6. Ad de Fel. c. 2. de libel. ob. ver. clausula. Saluo iure addendi. nu. 26. col. 252. Amplia, etiamsi reus consentiret. Bal. in repe. d. l. edita. Dom. d. c ab eo. Fel. d. c. 2 col. ead.

Clausula Saluo iure, importat, quòd in posterum non potest praiudicari ipsi facienti actum, cum clausula ista, tamen ista clausula non præiudicat alteri, nec per hoc probatur ius. Vide Fel. c. inter monasterium. de re iud. versi. clausula, Saluo iure. nu. 3. col. 529.

Clausula, quòd instrumentum extendatur ad consilium sapientis, quid operatur, Vide Io. An in data 6 li. Bar. l. illa institutio. ff. de hared. instit. Bal. l. humanitatis. 3. oppo. C. de impu. & aliis sisti. Dic tu, quòd operatur in testamentis, quòd voluntas testatoris in eo, quod sentit, scribatur clarius & ordinatius, & hoc etiã habet locum in contractibus, quia magis latè contractus possunt conferri in arbitrio alterno, quàm vltimæ voluntates, vt tenet gl. 1. in fin. l. 3. ff. de test. Et ideo sapiens poterit addere illis, & etiam imponere pœnam in non obseruante, de quo vide Felin. ca. ex literis. de fide inst. ver. quid autem operetur. nu. 11. part. 2. col. 811.

Clausula, De rato, posita in mandato procuratoris, habet effectum, quòd attentata vltra fines mandati, obligant dominum, etiamsi exigant speciale mandatum. Text. est de hoc. cap fi. de in reiu. in 6. Vide per Fel. c. cum olim. el 1. de offi. dele. uer. no. ibi, nisi. nu. 7. col. 1070.

Clausula, Omni meliori modo & forma, quid importet, maximè in vltimis voluntatibus, Dic, quòd si testator dixit, Relinquo Titium haredem quoquo titulo, istud testamentum non valet, nisi dicatur, iure institutionis, scribentes. c. Raynutius. de testa. Adde. si apposita est ista clausula, Omni meliori modo, & c. valet testamentum. Bald. l. quoties. in fin. C. de hære. instit. Vide per Felin. cap. cùm super. de offi. deleg. nu. 11. versic. quid autem. colum. 1011. Adde, quòd ista clausula æquipollet clausulæ codicillari. Bald. & Imol. l. cùm pater. §. filius matrem ff. de le. 2. Adde, quòd vbi lex exigit certam formam verborum, qua omissa actus vitiatur, tamen si apponitur clausula, Omni meliori, & c. non valet actus. Vide per Fel. d. ca. cum super. versi. quid autem. nu. 12 col. ead.

¶ Clericus dicitur ille, qui destinatus est ad clerum, dum modò deferat clericam, & gerat se pro clerico, licèt nullum ordinem habeat, & si impetrat beneficium, dicendo se clericum, an valet impetratio. Fel c. cum adeo. de rescri. versi. destinato ad clerum. colum. 535. nume. 2. Adde, quòd si quis talem clericum percusserit, incidit in canonem si quis suadente 17. q. 4. Ita Felin. loco præalleg. nu. 2 col. ead.

Clericus beneficiatus quando potest cogi per suum episcopum, vel alium prælatum superiorem, ostendere titulum sui beneficij. Vide, quæ posui in litera E.§. episcopus, aut alius prælatus quando possit compellere.

Clericus beneficiatus si molestatur à tertio, an teneatur ille ostendere titulum sui beneficij. Vide Fel. c. licet. de simo. versicu. secundò limita. nu. 5. col. 904.

Clericus beneficiatus, qui non potest ostendere titulum sui beneficij, videlicet quo titulo possideat, si tam diu steterit in possessione beneficij, ex cursu magni temporis præsumitur habere titulum. Vide quæ posui in litera T.§. titulus præsumitur.

Clericus secularis an excusatur ab ignorantia iuris? Dic, quòd non excusatur ab ignorantia iuris. gl. l. repetita. C. de episc. & cler. Car. l. j. circa fin. C. de iur. & fac. igno. Fel. c. quoniam. de simo. versi. in clerico autem seculari. nu. 6. col. 928.

Clericus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clericus secularis si impetrat beneficium non consuetum dari clericis secularibus, non valet impetratio, etiam facta a motu proprio quia non præsumitur Papa etiam motu proprio velle aliter, quam sit consuetum, rescribere. Felin. cap. cum M. Ferrariensis. de consti. vers. & per illum tex. dicit etiam. nu. 6. colum. 180. circa medium.

Clericus secularis habens beneficium non requirens residentiam, non censetur ibi habere domicilium. Ita Fel. c. dilectus filius. 2. vers. de domicilio clerici. de rescri. nu. 1. col. 756.

Clericus secularis habens beneficium requirens residentiam, sortitur ibi domicilium. Ita Feli. d. c. dilectus filius, idest, Saracenus. versicul. secunda conclusio. num. 2. colum. 756. Adde tu, q̃ imo clerici beneficiati in aliqua ciuitate veniunt appellatione ciuium. Bartol. l. j ff. ad munici. Facit multum text. c. 3. de tempo. ordi. in 6.

Clericus secularis, habens plura beneficia requirentia residẽtiam, dicitur habere plura domicilia. Ita Feli. c. dilectus. el 2. de rescr. ver. tertia conclusio. nu. 3. col. 757.

Clericus secularis, habens vnũ beneficium, in quo tenetur residere, licèt ibi non resideat, nec sit dispensatus super non residentia, nihilo minus dicitur ibi habere domicilium. Feli. d. c. dilectus. el 2. de rescr. ver. quarta conclusio. nu. 4 col. 757.

Clericus secularis, quamuis non resideat in loco beneficij requirentis residentiam, non tamen per hoc desinit habere domicilium in alijs locis, in quibus alias de iure habet domicilium. Ita Felin. d. cap. dilectus. el 2. de rescrip. versicul. quinta conclusio. nu. 5. col. 758.

Clericus secularis, quamuis alibi, quàm in loco beneficij possit habere domicilium, tamen principale domicilium dicitur in loco beneficij. Fallit, quando ageretur de patrimonio, vel de delicto alibi commisso, quia in similibus casibus inspiciuntur domicilia, & loca concernentia subiectã materiã. Fel. c. dilectus. el 2. de rescr. ver. sexta conclusio. nu. 6 col. 758.

Clericus secularis, qui alibi habet domicilium, si habet beneficium, quod etiam non requirat residentiam, si agitur de materia concernente ipsum beneficium, solus diœcesanus loci, in quo situm est beneficium, dicitur iudex competens. Fel. d. ca. dilectus el 2. de rescr. ver. nona conclusio. nu. 9 col. 760.

Clericus secularis an faciat euanescere substitutionem, sicut facit monachus per ingressum religionis. Vide, quæ posui in litera S. verbo, substitutio facta.

Clericus primæ tonsuræ succedit in feudo paterno, si natura feudi habet, quòd seruitium vasalli non sit prohibitum clerico. Cal. li. de feud. consi. 2. Idem tenet Feli. c. in præsentia. de proba. ver. fallit secundò, nisi. nu. 46 col. 401.

Clericus dicitur habere domicilium, vbi habet beneficium, imo dicitur principale domicilium. Fel. c. postulasti. de fo. compet. in prin. colum. 198. Intellige hoc, quando beneficium requirit residentiam. Ita do. Abb. c. 1. de foro compet. in fin. & Fel. loco prædicto.

Clericus qui contrahit in bonis suis, non poterit post biennium opore exceptionem non num. pecu. de quo vide, quæ posui in litera E. §. exceptio non num. pecu. non potest opponi post biennium.

Clericus, qui est subditus prælato inferiori episcopo, potest cõsentire in episcopum suum sine licentia illius prælati inferioris, & hoc modo limitabis tex. c. significasti. de foro compe. qui dicit, quòd clericus non potest consentire in alium episcopum, nisi habita licentia à suo episcopo. Feli. c. cum accessissent. de const. vers. ad idem, quod. nu. 6. col. 158.

Clericus an possit agere actione iniuriarum. Host. c. grauis. de restitu. spo. dicit, quòd curia Romana de raro dat literas super istis iniurijs. & ibi do. Ab Adde tu, quòd gl. tenet contrarium. ca. si quis. 60. dist. quæ dicit, quòd non est inconueniens, nec indecens, quòd clericus æstimet suam iniuriam, & eam sibi resarciri petat. Et idem tenet do. Ab. d. c. grauis. 1. col. Dom. de Rota deci. 147. in nouis, incip. item æstimationem. Adde Fel. cap. ea noscitur. de sent. excom in prin. col. 1072.

Clericus æ possit accusare laicum. Imo. fuit varius, eum vide ca. cum P. de accusa. Tamen dicit, quòd si accusatio tendit ad vindictam publicam, clericus non potest accusare, si verò tendit ad proprium interesse, clericus licitè accusat, etiamsi imponatur pœna sanguinis, dum modo protestetur c. 2. de homi. Adde Fel. c. cum P. vers. quartus casus. nu. 1. de accus. col. 699.

Clericus potest accusare, & ferre testimonirm in causa criminali contra laicum, & hoc, quando laicus est accusatus criminaliter de crimine ecclesiastico coram iudice ecclesiastico. do. Ab. ca. de cætero. 1. no. Fel. ibi, ver. fallit dupliciter. nu. 1. col. 561. & veritem in quantum dicunt. nu. 2. col. ea. de test. parte 2.

Clericus virum potest testificari pro laico in causa criminali, vide tur dicendum, quòd sic, per tex. c. peruenit el 2. de test. cog. & gl. c. clerici. 81. dist. de quo vide per Fel. c. de cætero. de testi. versic. vtrum autem clericus. nu. 3. col. 261. & ver. limita quartò, nisi nu. 8. col. 562. parte 2. Adde, quòd Imo. c. 1. 3. col. de postulan. dicit, quòd vbi leges loquentes de pœna talionis seruarentur, quòd tunc clericus non posset esse testis pro laico in causa criminali, & ratio est, ne accusator puniatur pœna talionis, tamen Host. & Io. And. ibi videntur aliud dicere.

Clericus põt esse arbiter, seu arbitrator, in causa suæ ecclesiæ de quo vide, quæ posui ĩ litera P. §. ꝑlatus põt eẽ arbiter, seu arbitrator.

Clericus post sententiã perdit beneficiũ, sed ante sententiã licite retinet, licèt sit homicida. Fel. de rescr. c. scisciatus. nu. 2. col. 484.

Clericus secularis an præcedat militem. Felin. rubric. de maiorita. & obedien. numer. 5. versicul. simplex sacerdos. col. 1162. in medio.

Clericus potest appellare pro viro condemnato, etiam in causa criminali, vbi venit imponenda pœna sanguinis. Vide latius ad hoc, quæ posui in litera T. §. tertius potest appellare pro reo.

Clericus non potest esse procurator laici. Ita Fel. c. 2. de iud. ver. Itẽ no. pro hoc dictum. nu. 2. col. 17. Adde tu, quòd clericus potest in iudicio seculari aduocare pro negocijs ecclesiasticis. Ita dom. Ab. c. 1. de postu. 1. col. ver. prosequamur. Adde, an clericus possit procurare pro negocijs secularium in iudicio seculari vide ꝑ do. Abb. c. nostra. de procu. 2. no. Adde, quando exceptio contra clericum aduocantem, vel procurantem in iudicio seculari, possit opponi, quod do. Ab. tangit d. c. in nostra. 3. colum.

Clericus constitutus in sacris, non potest esse tabellio, tamen si instrumenta conficit, valebunt. Fel. c. fi. de const. nu. 1. col. 299.

Clericus factus rector alicuius ciuitatis, ab eo appellatur ad superiorem illius ciuitatis. Ita Fel. c. caterum. de iud. ver. quis dicatur iudex. nu. 20. col. 53.

Clericus, qui habet iurisdictionem temporalem iure feudi, si ab eo appellatur, debet appellari ad superiorem secularem. ita Felin. cap. solita. de maio. & obed. ver. In quantum dicit hic. nu. 4 col. 1179.

Clericus, qui habet iurisdictionem a seculari domino, dicitur secularis. Vnde si contingit appellari, appellatur ad secularem. Ita Felin. cap. cum sit. de fo. compe. ver. vltimò in quantum. nu. 27. col. 175.

Clericus delegatus ordinarij laici an possit cognoscere de quæstione spirituali incidenter mota, Vide Fel. c. cum sit. de for. comp. colũ. præallegat. nu eo. vers. & hinc est.

Clericus non reparans ecclesiam ruentem, peccat mortaliter. Fel. de simo. c. per tuas. lo 2. nu. 2. col. 919.

Clericus non poterit facere compromissum cum clausula. quòd procedatur de iure & de facto de quo vide, quæ posui in litora P. §. prælatus non poterit facere.

Clericus an possit se obligare ad amissionem beneficij sui sine licentia sui superioris. Vide, quæ posui in litera B. §. beneficum an potest amitti.

Clericus potest remittere illud, quòd est debitum sibi ratione ecclesiæ suæ, de quo vide, quæ posui in litera P. §. prælatus potest illud, quod debitum est sibi.

Clericus potest arma mouere, & interficeee, & hoc, quando habuit licentiam a papa, & isto casu non efficitur irregularis. Cal. cap. petitio. de homi. & ibi Felin. ver. vlti. tangunt hic nume. 2. col. 1052. & inde. Adde & limita, quòd hoc verum est, si bellum est iustum. item quando tale bellum non potest expediri commode per laicum. Item oportet, quòd ista licentia procedat a papa, consultis Cardinalibus. Ita do. Card. & Io. An d. c. petitio. Istis non concurrentibus, clericus non potest arma mouere etiã in bello iusto. Felin. d. capit. petitio. vers. limita istam conclusionem. nu. 2. colum. ead.

Clericus potest assistere in bello iusto & hortari miles, sed non potest mouere arma, sed hortando non efficitur irregularis, dũmodo ipse non occidat, vel mutilet. sed si ex sui præsentia, aut exhortatione sequatur homicidium, non erit irregularis. Fel. c. petitio. de homi.

homi. ver. secunda conclusio. nu. 3. col. 1050.

Clericus non potest se obligare sub pœna perdendi in beneficiũ suũ sine licentia ordinarij. Fel. de simo. c. per tuas. nu. 6. col. 912.

Clericus an possit dari in obsidem per episcopum. do. Ab. cap. ex rescripto. de iureiu. 4. col. vers. si autem dicit, quòd si consenserit à principio, potest postea inuitus detineri. Vide Feli. ca. ex rescripto. vers. fallit etiã in clericis. num. 10. col. 1037. Adde, quòd solus Papa potest dare clericos obsides verè, adeo quòd propriè dicantur obsides.

Clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis. Vide quæ posui in litera P. §. prorogatio facta de incompetenti iudice. Adde do. Abb. ca. P. & G. de offi. dele. pen. col. versicul. ad secundam q.

Clericus potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici. & sufficit consensus episcopi tacitus. Fel. c. significasti. de foro comp. ver. In gl. magna. nu. 5. col. 210.

Clericus litigans coram laico iudice, potest se subijcere statutis laicorum, etiam quo ad decisionem causæ. Fel. c. significasti. de for. compe. ver. per istam gl. nu. 6. col. 210.

Clericus priuilegio fori non renunciat, quia non posset non ladi decus cleri, & cultus diuinus. Ita Felt. c. si diligenti. de foro comp. ver. Primum corollarium. nu. 17. col. 187.

Clericus an possit conueniri coram laico iudice de gestis ante clericatum. Vide, quæ posui in litera L. §. laicus effectus.

Clericus si conuenit coram iudice seculari laicum, potest ibi reconueniri. Ita Fel. cap. verum. de foro compe. versi. præterea si clericus. nume. 4. colum. 162. Adde tu, quòd dom. Abb. ca. at si clerici. de iudi. tenuit contrarium, 9 colum. versicul. considero enim clericos. Et ista opin. Est magis communis, videlicet quòd clericus non sit reconueniendus coram iudice laico. Quam opi. etiam affirmat idem do. Abb. c. nullus. de foro compet. 1. notabi. caput, 1. de iura. cal. 1. colum. in quæstione no quòd consti. Adde, quòd contra istam opin. do. Abb. tenuit Io. And. in addi. Spec. titu. de compe. iudi. adi. §. 1.

Clericus, qui deponit falsum testimonium coram iudice laico, non potest per ipsum iudicem puniri. Felin. ca. verum. de fo. cõp. ver. contra clericum deponentem. num. 5. col. 163. in prin. Adde tu pulcherrimam dubitationem ad q̃ istam tactam ibi per Felin. Et quæro de tali dubio, nunquid delegatus, cui mandata est causa ciuilis, possit punire testem de falso, qui coram eo falsum deposuit. Iste est pulcher passus, & subtilis pro parte affirmatiua. Facit regula l. nullum. C. de testi. versic. datam omnibus iudicibus potestatem. Et ibi no. Bar. 4. no. Fortius tenet gl. 1. ibi, & Bal. sequitur, quòd etiam clericus falsum testimonium deponens corã iudice laico, põt per secularem iudicem puniri. Sequitur Ange. de Are. in trac. male. verbo, falsario. Et ad hoc bene facit tex. l. ergo. ver. sacratissimas sedes. & ibi pulchrè Bald. 2. col. C. de vsu. Quamuis in hoc de clerico d. Ab. cõtrarium teneat, c. ecclesia S. Mariæ. de consti. 2. col. vers. tertio habetur hoc ar. optimũ. Et idem tenuit cap. verum. de fo. comp. 6. col ver. & ratio prædictorũ. Ideo posui hanc additionem. Sed omissis clericis, ad idem est gl. no. l. quæsitum. verbo, perpendere. ff. de testi. Facit tex. § si verò ignoti. auth de testi. Ad idem facit regula, quia iudex, nõ potest de causa principaliter cognoscere, tamen potest incidenter, l. fi. C. vbi & apud quem l. quoties. C. de iud. ẽt si ca sit spiritualis, c. tuam, de or. cog. c, lator. qui fi. sint legi. Ad idem facit doctrina Bar. l. hoc iure. §. aqua. ff. de aqua quoti. & esti. vbi per illum tex. cũ gl. decidit Bar. vt ibi per eum. Idem tenet Bar. pen. col. C. si aduer. libr. Facit l. si liberti. C. de admi. tu. Pro eadem parte facit l. interdum. § qui furem. quem Bar. ibi reputat singularem. ff. de fur. vbi iudex maleficiorũ põt incidenter cognoscere & pronunciare in causa ciuili super restitutione rei. Istam partem in terminis nostris tenuit Spe. ti. de teste. §. 1. vers. item quòd est corruptus. & §. de testi. ver. sed quid. Bald. c. præterea. de offi. del. Eandem opi. ampliat & amplectitur Ful. l. 1. §. qui mandatam. ff. de of. eius. circa si. nullam de prædictis faciens mẽtionem, nam dicit se putare, quòd delegatus nõ possit punire illum testem falsarij pœna ordinaria legis Corneliæ, quia illa est meri imperij simpliciter, l. 1. §. fi. ff. de fal. Ergo non pertinet ad ipsum legatum, vt ff. de of. eius. Sed bene põt illũ extraordinariè punire d. l. nullũ. cũ gl. Idem ante eum tenuit Ang. l. querela. vl. col. C. de fal. Et istæ sunt rones, & authoritates, quæ possunt adduci ad ita iudicandum. Pro parte verò negatiua facit, q̃ vult Bar. l. 2. & l. magistratibus. C. de iuris. om. iud. quòd in delegatis nõ transit aliqua coercitio personalis, quantumcũque minima. Ad idem facit, & fortius, quia delegatus non potest mulctare contumacem, l. 2. §. fi. ff. de iud. Bar. & Doct. l. 1. in prin. ff. si quis dic. non obtem. Quato minus ergo poterit punire corporaliter? Istam secundam opi. tenet Gul. de Cug. Alb. d. l. 1. §. qui mãdatum. quòd delegatus non possit punire testem deponentem falsum coram eo, imo nec torquere, sed debet remittere eum ad superiorem, per d. §. si verò ignoti. Idẽ tenet Alb. de Rosa. l. imperium. 6. col. ver. item quæro. an torquere sit mixti imperij. ff. de iurisdi. om. iud. Et similer do. Ale. l. 2. eo. ti. Istã secundam opi. puto tutiorem, pro qua allego tex. opti. l. diuus Pius. & ibi Bar. no. ff. de fal. & tex. l. fi. & quod ibi no. Bal. C. de spon. Et vult Bal. c. ex parte. el 2. de rescr. quòd si aliquis produxit falsum rescriptum corã iudice delegato, debet eum cum fida custodia remittere ad ordinariũ, vt eu puniat. Istam partem sequitur Imo. c. dilectus filius. de pœ. & c. 2. de fal. An. de But. c. verum. de fo. comp. 7. col. vt eccle. benefi. Io. And. ti. de teste. §. oppo. vers. sed quid de delegato. Petr. de Anch consi. 174. inci. Circa primum dubiũ. Ang. l. si quis obrepserit ff. de fal. l. quoties. C. de iud. & l. si uacantia. C. de bo. vac. lib. 10. Licet posset dicere, quòd prædicta iura loquuntur, quantum ad puniendum ordinariè. In materia ista vide Felin. c. præterea. de offi. dele. ver. in tex. ibi, plenariam potestatem. col. 936. nu. 2 Tamen tene, quod hic dico.

Clericus, si quis dicit se clericum, cum nõ sit, debet puniri pœna falsi, & hoc verum est, quando non solum se clericum dicit, sed ingerit se in actibus clerico congruentibus. Bal. l. sub prætextu. C. de fac. san. eccl. Fel c. tertio loco. de proba. ver. in tex. ibi amico. nu. 1. parte. 2. col. 317.

Clericus fugiens pro delicto an capi potest per laicos, Vide Felin. c cum non ab homine. de iudi. ver. in gl. 1. nu. 1. col. 74.

Clericum in criminali nunquam licitum est capere, etiam de mãdato episcopi, & qui eum capit, est excommunicatus, nisi sit incorrigibilis. Ita Fel. c. cum non ab homine. de iudi. ver. sed tu videas Gemi. nu. 2. col. 75. Adde tu, quòd clerici delinquentes possunt capi, vt præsententur episcopo etiam a laico, & hoc in ipso actu delinquendi, vel immediatè post, sed ex interuallo nemo potest eos capere, nisi ex concessione episcopi. de quo vide Io. An. ca. vt famæ. de sent. excom. Adde Bar. l. si miles. C. de exhib. reis. do. Alex. de Imo. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his, quæ fraudare. Et ideo dicit Bal. Ang. & Imo. l. quid ergo. § si hæres. ff. de leg. 1. quòd pater inueniens clericum adulterantem cũ filia, si ipsum occidat, non incurrit pœnã canonis. Adde etiam, quòd pro bono publico quilibet potest capere fugientem, vt est tex. l. generali. C. de dec. li. 10 no. Bar. l. neminem. C. de exhi. re.

Clericus an potest reconueniri à laico coram iudice seculari, apud quem ipse conuenerat laicum. Vide per Fel. c. at si clerici. de iud. vers. fi. gl. in verbo, a non suo iudice. nu. 8. col. 30. Adde do. Abb. late d. c. at si clerici. 7. col. ver. an clericus.

Clericus criminosus fugiens, potest capi à laico, etiam si eius non interfit. Ita Fel. c. cum non ab homine. de iudi. ver. clericus criminosus. nu. 3. col. 76. & inde. Adde, quòd cõtra doctrinam dom. Abb. ibi, & Fel. facit tex. c. si verò in fi. de sen. exc. vbi expressè dicitur, quòd non licet clericum inuentum in adulterio, vel stupro capere, & etiam violentas manus imponere, nisi sint persona quædam coniunctæ, quæ ibi nota. Et quamuis posset ad illum text. responderi, quòd procedat, quando clericus non est in fuga, vel non est verisimile, quòd fugiat, hoc tamen multum stringit illam rõnem, cũ in dubio manifestũ est, seu verisimile, quòd deprehensus in maleficio, timore, ne captus ponatur ad torturã, q̃ ipse fugiet, vt est casus notabilis c. vt famæ. de sen. exc. Et ad hoc facit tex. l. 1. ff. de bo. corũ, qui sibi mor. cõsci. & ibi Bar. vbi probatur quòd accusatio est iustus metus, propter quem ille, qui fugit, præsumitur fugisse. Eadem ratione faciet, quòd verisimile sit accusatum debere fugere, etsi custodiatur, quia iustus timor præsumitur mouere quemlibet ad faciendum, vt enadat à periculo, vt patet eo. ti quod metus causa. Vnde quia deprehensus in crimine præsumitur fugituus, & legis dispositio faciens regulam, debet adaptari ad ea, quæ cõter contingunt, l. nam ad ea. ff. de legi. Vnde si text. illed. cap. si verò. de sen. exc. voluisset in illo casu, quo clericus non posset fugere, vel non esset verisimile, quòd fugeret, non licere eum capi, non erat simpliciter ponenda regula negatiua, cum iste casus de facto contingit, et si quodammodo contra naturam deprehensionis in delicto personali. Vnde non placet intellectus ille ad illam decre-

tales

Universidad de Deusto
Biblioteca

tale Adde ergo, quòd vbi clericus est repertus in delicto, & cõtinuat delictum, & non desisteret a delicto, nisi caperetur a laico, tunc licet vnicuique laico capere eum, & ligare. Ita do. Abb. & c. si verò de sent. excomm.

Clericus debitor fugiens, potest licitè, etiam a laico, capi. Ita Felic. cum non ab homine de iudi. versi. item etiam ex praedictis poc. cum non ab homine de iudi. versi. item etiam ex praedictis post. num. 4. colum. 76. Adde tu, quòd clerici, vel monachi in test. num. 4. colum. 76. Adde tu, quòd clerici, vel monachi instituti, non possunt etiam per iudicem ecclesiasticũ sacris constituti, non possunt etiam per iudicem ecclesiasticũ capi pro delicto ex contractu, vel quasi. Ita Ioa. An. ca. clericos. capi pro delicto ex contractu, vel quasi. Ita Ioa. An. ca. clericos. de sentent. excommun. in 6. Secus, si est debitor ex delicto, vel de sentent. excommun. in 6. Secus, si est debitor ex delicto, vel ex contractu, ratione delicti. Ita scribentes. capitu. 1. de depost. sicut etiam videmus in doctoribus. l. medicos. C. de profes. & medi. libr. x. Adde tamen, quòd si clericus fugeret cum re, quam subripuit, nec ex solo clamore dimitteret rem, tunc laico licet capere clericum, & hoc modo intelligas, quòd si clericus debitor aufugit, adeò quòd aliter ipsi creditori consulere non potest, tunc licet ipsi creditori laico capere clericum debitorem fugientem, vt ibi d. capitul. cum non ab homine per scribentes.

Clericus deprehensus in fragranti crimine, an possit puniri absque alia probatione. Ponit Fel. c. cum non ab homine. de iud. versic. vtrum autem. nu. 5. col. 77.

Clericus incorrigibilis an ex prima incorrigibilitate possit puniri per iudicem secularem. Vide per Felin ca. cum non ab homine. de iudic. versicul. vtrum autem data vna incorrigibilitate nu. 9 col. 78.

Clericus successor laici an possit conueniri coram laico iudice, vbi erat conuentus defunctus. Vide per Fel. c. quia in 6. de iudi. ver. an instantia inchoata. col. 82. Vide, qua posui in littera. l. §. instãtia inchoata.

Clericus an potest trahi coram iudice laico, ratione tributi soluendi ex suis possessionibus. ponit Fel. c. qualiter. de iud. ver. adde ad hac. nu. 2. col. 127. adde do. Abb. d. c. qualiter.

Clericus, qui non cognoscebatur. quòd esset clericus, & fuit citatus, vt laicus, a iudice, si non allegauit priuilegiũ clericale, cum esset clericus, imo permisit se condemnari a seculari iudice, si post condemnationem compareat coram iudice, & allegat priuilegium suum, debet tamen condemnari in expensis, ex quo fatigauit actorem. Et hoc not, pro istis clericis coniugatis. de quo vide Aegi. Belle. decisi. 227. incip. In causa mea. Adde Felin. cap. exceptionem. in prin. ver. & per istum tex. numer. 1. col. 115. de excep.

Clericus. qui succedit laico, non per hoc poterit conueniri coram iudice laico, nec perdit priuilegium fori, etsi conueniatur ex persona laici, cui successit de quo vide, quæ posui in litera P. § priuilegiatus succedens non priuilegiato, quando poterit vti.

Clericus venditor defendens emptorem in causa euictionis, a n possit declinare forum laici, & trahere partem euincentem ad forum ecclesiasticum. Vide, quæ posui in litera T. §. tertius potest etiam recusare iudicem.

Clericus non potest torqueri per laicum, & sic episcopus, vel eius vicarius, si mandat clericum torqueri per laicum, est excommunicatus, gloss. cap. presbyteri. el 2. verbo, religiosus. 5. q. 6. do. Abb. c. vniuersitati. de sent. excomm. dicit, quòd si ei mandatur, quòd potest torqueri, & quòd consuetudo eos excusat; tu dic, quòd verissima est ista conclusio, quòd si episcopus, vel vicarius, faciunt clericos per laicum torqueri, sunt excommunicati. Archi. d. capit. presbyter. Ioan. Andr. capit. cum in complatione. de regu. iur. & Anton. de Butr. cap. vi famæ. de sent. excomm. & ibi domi. Abb. Ioan. de Ana. cap. 1. de cleri. percus. 6. colum. & dom. Card. clem. 1. de haretic. Et si clerici nescirent torquere, poterunt vocare laicum, qui ligabit, & postea clerici torquebunt. Vide Felin. d. cap. vniuersitati. ver. nunquid torquens clericum. nu. 2, col. 1080.

Clericus accusatus de crimine, vel inquisitus, contra quem sunt indicia, an sit torquendus. Abb. antiquus c. grauis de deposito. dixit, quòd clericus non potest torqueri, nisi sit infamatus, etiam existentibus quibuscunque indicijs. Idem tenet dom. Abb. capit. cum in contemplatione. de reg. iur. 2. col. versi. & ex hoc. & Ioã. An. c. 1. 8. col. de cle. percuf. Adde Fel. ca. veniens. el 1. de testi. ver. vltimo no. tex. optimum nu. 4. col. 539.

Clericus criminosus & malæ famæ admittitur ad accusandũ alios clericos, etiam non infamatos de crimine simoniæ: de quo posui infra ver. criminosus laicus, & etiam vilis.

Clericus an sit ponendus in gabia. vide An. de Bu. ca. qualiter & quando. el 2. de accu. & Io. An. c. a nobis. de apostat. Fel. d. c. qualiter. el 2. §. ad corrigendos. ver. modo aduerte, nu. 14. co. 831.

Clericus non est incarcerandus in perpetuum, & ante omnia praelatus debet cauere, ne vita clerici incarcerati extenuetur respectu victualium. Ita An. de Bu. c. qualiter & quando de accus. el 2. nu. 2 Io. An. c. a nobis. de apostat. & no. quòd prælatus, qui detinet clericum incarceratum, propter quod etiam citius moritur prælatus efficitur irregularis, de quo vide do. Ab. c. cum non ab homine. de iud in fi. Pe. de Anc. do. Car. & Imo. cle. 1. de pœni. & remis. Bal. & Sali. l. de pecoribus. circa fi. C. ad leg. Aqui. Adde Fel. d. c. qualiter & quando. d. §. & ver. vbi supra.

Clericus si detinetur per vestem, an detinens si excommunicatus. Vide, quæ posui in litera D. §. detinens clericum.

Clericus testis, si episcopus defert ei iuramentum, vt testificetur, videtur ei dare licentiam testificandi. Ita eleganter Fel. c. cum nũcius. in fi. ver. an autem episcopi. nu. 4. de testi. col. 558.

Clericus testis, qui est examinatus inter laicos, & sic coram iudice laico, vtrum prius debeat testificari coram episcopo, an verò in præsentia iudicis secularis, coram quo vertitur quæstio. Tex. ca. quanquam. 18. q. 2. dicit, quòd non debet testificari coram laico. Et idem dicit tex. cap. testimonium. 11. q. 1. dom. Abb. capi. cum nuncius. de testi. 2. colum. versicul. sed oritur dubium. dicit, quòd est in optione episcopi illũ examinare, vel facere vt examinetur per alium iudicem laicum. Postea subdit do. Ab. ibi, quòd si clericus sponte deponit sine licentia sui episcopi coram iudice seculari, vel alio iudice non suo, quòd valet depositio, quia nullibi reperitur hoc prohibitum. Et ibi tenet hoc etiam habere locũ in religioso, vt in Spe. ti. de teste, §. 1. versi. item quòd est monachus. Adde Fel. d. ca. cum nuncius. ver. extra gl. nu. 3. col. 557. par. 2. vbi reprobat opi. do. Ab. de mente domini sui, quia dicit ipse, quòd omissio istius licentiæ videtur vitiare actum. Vnde tenet hic, quòd in religioso, qui vellet testificari sine licentia superioris, male in practica seruaretur opinio do. Ab. Secus est dicit ipse, in clerico. Adde do. Abbatem. c. 1. de iur. cal. 7. col. ver. oppono contra tex.

Clericus an possit compelli ad petitionem aduersarij ad ferendum testimonium contra ecclesiam suam. glo. c. cum nuncius. de testi. arguit ad partes, & finaliter tenet, quòd sic, quia peccatum est tacere veritatem. Vide de hoc do. Ab. d. c. cum nũcius. 1. col. ver. gl. prima. Adde tu, quòd opi gl. est vera, secundum Imo. Bald. Host. & alios. ibi, sed requiruntur tria, primò, quòd alij testes nõ reperiantur. Tex. est c. quanquam. 14. q. 2. Secundò, quòd non sint liberti ecclesiæ Tertio, quòd non sint procuratores ecclesiæ, quia sicut non possunt isto casu testificari pro ipsa ecclesia, vt c. in super. de testi. ita neque contra eam testificantur. Et istis modis intellige d. gl. Adde Fel. d. c. cum nuncius. ver. gl. 1. in fi. nu. 2. par. 2. col. 557.

Clericus testis, si coram iudice laico deponit sine licentia sui episcopi, depositio valet. Vide supra §. clericus testis, qui est examinat⁹.

Clericus, qui duxit vxorem, sic quod non errauit, an potest puniri. Fel. c. ad abolendam. de hæret. in prin. col. 993.

Clericus si contrahit matrimonium, debet puniri, licèt matrimonium non teneat. Fel. c. tua nos. de iurein. versi in tex. ibi, pro periurio. nu. 4. col. 1049.

Clericus orientalis ecclesiæ quare non allegatur in ecclesia occidentali. Vide quæ posui in litera S. §. scandalum est causa.

Clericus litigans coram iudice laico, tenetur seruare leges & statuta laicorum, in tantum quòd non poterit appellare ante sententiam diffinitiuam, nisi in casibus a iure permissis. Ita Fel. c. ecclesia S. Mariæ de consti. ver. quintus & vltimus casus. nu. 84. col. 256. Adde quæ posui in litera S. § statutum laicorum ligat clericos liti.

Clericus si contrahit non seruata solennitate requisita in contractibus ex forma statuti laicorum, an teneat contractus. Vide Feli. ecclesia S. Mariæ. de consti. nu. 81 col. 255. vers. quartus casus. Et sic no. quòd statutum laicorum ligat clericos, de quo vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum disponit.

Clericus, qui interfecit aliquem, qui aggreditur proximum suum, vel alium, non peccat, gl. pe. cle. 1. de homi. Sed bene irregularis est. do. Abb. c. 2. de cler. percuf. Fel. c. si vero. el 1. de sen. excom. ver. si. nu. 2. col. 1059. Et dic, quòd multo plus habebit locum in defensione partis, aut matris, & vxoris, de quo vide supra. §. clericus an possit occidere.

Clericus

Clericus præstans causam homicidio, efficitur irregularis, vt puta, si ligaret furem, & occideretur a custodibus. Bar. l. 1. 1. colum. C. vnde vi. Fel. c. suscepimus. de homi. colu. 1028 Et dic etiam, quòd si ex conseruatione bonorum tantum sequitur homicidium etiam vltra propositum ipsius clerici, tamen esset irregularis, quia non licet clerico occidere, nisi quando aliter mortem suã euitare non posset. Felin. d. capitu. suscepimus. in prin. colum. ca. Adde, quòd Fel. ibi versi. fin col. 1132. dicit, quòd si clericus prohabiliter dubitaret ex fuga se moriturum, quia aggressor eum insequatur, quòd tunc non debet fugere, sed potius occidere aggressorem, ego tenet opi. contrariam, quia communiter tenetur. quod semper clericus debet fugere, si potest. Text. est clement. 1. de homi. domi. Abb. capit significasti. de homi. 3. col. versic. in glo. vltima.

Clericus, qui est excommunicatus, si recipit ordinem, debet deponi perpetuo, & hoc habet locum in quacunque excommunicatione, siue Papali, siue non. Io. Anto c. 2. de clerico. excom. minist. & c. 1. & 2. de eo, qui furtim ordines sus. Fel. c. cum illorum. de sent. exc. ver. no. in verbo, primos. nu. 1. col. 1091.

Clericus debilitans, non mutilans, an sit irregularis. Vide quæ posui in litera D. § debilitans membrum.

Clericus percutiens semetipsum, videlicet temerariè & bestialiter, est excommunicatus, & hoc, quia non potest renunciare priuilegio clericali. Vide Fel. c. contingit. el 1. de sen. exc. ver. vltimo no. nu. 5. colum. 1101. Et de hoc vide Ioan. And. c. 1. de vita & hone. cler. in 6. & ibi Dom. de S. Gem. 1. colum. Adde tamen, quòd clericus potest se obligare ad amissionem beneficij, & etiam ad amissionem ordinis. Ioan. An. regula. semel malus. de reg. iu. in 6. Et de amissione ordinis est text. cap. quoties cordi. 1. q. 7. Tamen non potest se obligare ad pœnam corporis. Ita Io. An. d. regula, semel malus. Felin. d. c. contingit. versi. & quòd iste tex. nu. 2. col. 1100.

Clericus qui consuluit, vt homicidium & membri mutilatio fieret, si ex consilio suo ista sequuntur, irregularis est Tex. ca. sicut dignum. el 1. de homi. Et hoc habet locum, etiam quando consuluit instrumentum fieri, vel machinationem, ex quo sequitur homicidium Inn. cap. ad audientiam. de homi. Idem erit. si consuluit rem illicitam. Idem erit. si diceret vni, ex morte istius habebis magnam vtilitatem, quia in omnib. istis casib. erit irregularis morte secuta. Spe. ti. de legato. §. iuxta. ver sed quæritur. Fel. d. c. sicut dignum. el 1. ver secunda conclusio nu. 9. col. 1021. Adde, quòd fallit, quando clericus suaderet aliquã occisionem licitam. Fel. d. c. sicut dignum. ver fallit primò. nu. 10. col. ea. Item fallit, quando recipiens consilium a clerico, omnino alias erat facturus homicidium, quia non est irregularis. do. Abb. c. ex literis. circa fi. de excess. prael. vbi etiam Host. Item fallit quando non sunt paritum consilio, puta, quia clericus consuluit homicidium & tamẽ ille non commisit istud, & isto casu talis clericus non est irregularis. Io. An. in addi. Spe. ti. de legato. §. iuxta ver. sed quæritur. Et ratio, quia sola voluntas non facit clericum irregularem. Arch. c. periculosè. de pœ dist... Et plus dicit Arc. c. si. 15. q. 1. quòd si clericus inuenit mortuum illum, ad quem accedebat, vt eum occideret, & intulit ei vulnus, non est irregularis. Et dicit Spe. §. iuxta. quòd clericus, qui habet ratum homicidium commissum eo ignorante, non est irregularis. Et sequitur Arc. c. omnes. 17 q. 4. Secus, si homicidium est factum eo ignorante, sed nomine suo. Et ad de ad omnia ista Fel. d. c. sicut dignum. ver fallit tertio. nu. 11. col. præalleg.

Clericus qui reuelat principi suo tractatum factum contra ipsum de eo occidendo, si inde mors sequatur, an sit irregularis. Vide, quæ posui in litera B. §. reuelare an quis teneatur.

Clericus an possit reconueniri coram iudice seculari, coram quo clericus fecit conueniri laicum. Fe... atsi clerici. de iud. n. 8. col. 30.

Clericus, si deliquit, an bona sua fisco seculari applicabuntur, de quo vide, quæ posui in litera B. §. bona clerici.

Clericus, qui reuelauit proditorem, qui volebat interficare principẽ vel offendere remp. si mors occurrat in personem proditoris, an talis clericus sit irregularis. Vide, quæ posui in litera R. §. reuelare an quis tenetur.

Clericus, qui fuit negligens in obuiando, ne delictum committatur de iure canonico tenetur. Ita Felin. cap. 1. de offi. dele. versi. gl. in verbo, pari pœna num. 3. col. 914. & nu. 5. versic. de iure canonico col. 915.

Clericus an sit irregularis, si percussus est aliquit eius intuitu, & mortuus sit. Vide per Fel. c. 1. de off. dele. 3. col. ver. sed dubitatur an clericus. nu. 7. col. 916.

Clericus incurrit irregularitatem, quando consuluit aliquid, quòd si abeo fuisset perpetratum, induceretur irregularitas. Ita Fel. c. 1. de off. dele. ver. limita, vt habeat locum. nu. 11. col. 917.

Clericus qui consuluit in aliqua re, ex qua potuit sequi mors, puta, si diceret, tale instrumentum bellicũ deberet poni in tali loco, siue secuta morte efficitur irregularis. Ita Fel. c. 1. de off. dele. ver. sed dubitatur. nu. 7. col. 916.

Clericus, qui consuluit aliquid, ex quo verisimiliter non debet sequi mors seu homicidium, tamen consuluit rem illicitam, ex qua postea secuta fuit mors seu homicidium, ista casu iste clericus est irregularis. Ita Fel. c. 1. de off. dele. ver. secundò amplia, etiam si. nu. 12. col. 918. Adde tu, quòd inuenio, quòd irregularitas non contrahitur, si quis casualiter occidit alium. Ita Bar. l. illicitas. § sicuti ff. de off. præs. & est gl sing. c. Maximianus. 23. q. 3. quæ dicit, quòd clericus accusans de leui crimine coram laico iudice, quòd non inducit mortem, si iudex ipsum mortui tradit, hoc non nocet clerico, & tamen dabat operam rei illicitæ, considera propter authoritatem Spe. alle. ibi per Fel.

Clericus, qui consuluit homicidium, vel aliquam rem illicitam alicui, quàm alias erat facturus, talis clericus non est irregularis. Vide per Felin. ca. 1. de off. dele. ver. limita, nisi ille, cui clericus. nu. 13. col. 918.

Clericus si assistit bello iniusto, & pugnantes accedunt ad bellum propter suam præsentiam, si homicidia sequitur, irregularis est. Et idem est, quando clericus assistit in hastiludijs si ludentes efficiuntur promptiores, et homicidium sequatur, efficitur clericus irregularis. Inno. cap. petitio. de homi. do. Abb. ca. significasti. el 2. eo. ti. Et idem erit in clerico, qui dissuasit amico, ne homicidiũ committat, quia etiamsi ipsi dissuasit ne faciat homicidium, tamen si assistit, dubitans, ne amicus succumbat, si mors sequatur, irregularis est. Et hoc intelligas, quando talis assistens habet animum se immiscendi, si oporteat, secus, si casualiter quis assisteret, non animo immiscendi. De quo vide Fel. c. sicut dignum. el 1. de homi. versi. septimò, & vltimò limita nu. 4. col. 1020.

Clericus qui cũ malo animo intulit vulnus homini mortuo, non est irregularis. puta, clericus vadit, vt hominem interficiat inuenit eum mortuum, & infert ei vulnus, propter hoc non est irregularis, quia sola voluntas non facit eum irregularem, de quo vide, quæ posui. §. clericus, qui consuluit homicidim.

Clericus, qui habet ratum homicidium cõmissum eo ignorante, non est irregularis, secus, si commissum est homicidium nomine suo, & eo ignorante, quia si ratũ habet irregularis est. Vide, quæ posui §. clericus qui consuluit homicidium.

Clericus, qui dat consilium iudici laico super crimine pro quo venit imponenda pœna sanguinis, an sit irregularis. Vide Felin. ca sicut dignum. de homi. versi. fallit tertio, dummodò consi. nu. 12. colum. 1021.

Clericus, qui vulnerauit aliquem, qui vixit per multos dies, & postea mortuus est. an præsumatur irregularis. Vide Fel. c. presbyterum. de hom. in prin. colum. 1024. Et dic, quòd quantum ad irregularitatem, paria sunt mori ex vulnere, vel ex infirmitate ab ipso vulnere causata. Pe. de Anch. consi. suo 278 incip. iure statutorum. Vide Felin. d. c. presbyterum. versi. tu dicas. nu. 2. colum. 1026.

Clericus efficitur irregularis, quando præstat causam homicidio, etiamsi daret operam rei licitæ, & hoc, si causa est propinqua. c. presbyterum. de homi. Et habes gloss. cap. de cætero. eo. tit. quæ ponit, quando causa producens homicidium, vel aliud delictum, puniatur, vel non, & quando clericus ex causa efficiatur irregularis. & vide ibi Felin. col. 1038. & in fine eiusdem capituli. col. 1029.

Clericus irregularis censetur, si hominem lethaliter percussit, licèt ab alijs fuerit extinctus, & idem est, si non apparet, an lethaliter percusserit, etiamsi ab alijs postea percussus obijt, etiamsi non appareat, ex cuius vulnere decessit. Item erit irregularis, si percussit non lethaliter, si animum occidendi habuit, et ex aliorum vulnerib. percussus postea expirauit. Fel. ca. significasti. el 2. de homi. in prin. col. 1039.

Clericus, qui dat causam, quòd mulier prægnans pariat abortiũ animatum, irregularis est, quod limita, quando dat operam rai licitæ. Fel. c. sicut ex tua. nu. 2. de homi. col. 1049.

Clericus an possit accusare clericum, vel laicus laicum Fe. de acc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c.cum P.Manconella.nu.2.colum.699.

Clericus poteſt accuſare furem, qui bona ſua ſuſtulit ſine ſuſpicione irregularitatis facta proteſtatione. Tex. eſt c.2.de homi.in 6. Adde & limita illum tex.dummodo clericus agens criminaliter,pratendat ſuum intereſſe,aliàs talis proteſtatio eſſet inanis. Vnde ſi clericus accuſaret furem,qui furatus eſt bona alterius,talis proteſtatio eſſet nulla, & eſſet irregularis. Item quando agit pro ſuo intereſſe cum malo animo.Fel.c.poſtulaſti.de hom.nu.1. ver.ſed limita iſtum tex.col.1050.

Clericus homicida voluntarius,an Papa poſſit cum eo diſpenſare,vide quæ poſui in litera I.§.irregularitas tribus modis. & §.irregularitas ex homicidio voluntario.

Clericus irregularis eſt,quando homicidium fuit factum intuitu ipſius clerici non prohibentis,vt puta,quia ſciuit tractatum, quod fuit factum de occidendo,puta Titium,& tacuit,& non prohibuit.Bal.ſing.in l.multum.3.col.C.ſi quis alte.vel ſibi.Fel.c.pe. de homi.1.no.col.1052.

Clericus,qui percutit mortuum animo interficiendi,an ſit irregularis,Arch.tenet,quòd non,c.ſi.15.q.1.Vide Fel.c.a nobis.el 2.de ſen.exc.ver.in gl.in ver.relaxatur.nu.2.col.1084.

Clericus Sodomita an ſit irregularis & prohibitus ordinari,etiam poſt pœnitentiam.Vide per Fel.c.cum ſit de fo.comp.ver. an autem clericus.vbi remiſſiue.nu.19.col.174.

Clericus interrogans iudicem ſuper pœna ſanguinis imponenda pro delicto,reſpondendo an ſit irregularis,ponit Fel.c.2.de ma. & obe.verſi.in quantum glo.nu.4.col.1171.

Clericus an ſit deponendus pro ſimili fornicatione.Ponit Fel. cap. atſi clerici.de iud.ver.de ſimplici autem fornicatione.nume.15 col.34.

Clericus celebrare poteſt pœnitentia incœpta, ſed nondum finita. Ita Felin.cap.atſi clerici.de iud.§.de adulteriis.verſicu.& no. quod ſufficit ad faciendam diſpenſationem.nu.14.colum.4.circa prin.

Clericus ſuſpenſus a celebratione miſſarum pro contumacia,præſtita obedientia celebrare poteſt abſque alia relaxatione ſuſpenſionis.Ita Fel.c.ex literis.de conſt.verſi. & per iſtũ tex. dixit Inn. nu.18.col.287.

Clericus depoſitus,qui amiſit beneficium, ſi reſtituatur ad priſtinũ ſtatum,an recuperet beneficium.Vide per Fel.c.inter.de ma.& obe.verſi.in quantum autem Imo.nu.4.col.1187.

Clericus homicida an licite teneat dignitatem ſuam, ſeu beneficiũ? & an faciat fructus,vſquequo deponatur? & an poſſit renunciare?Vide ſupra §.clericus dignus priuatione beneficij.

Clericus irregularis an licitè teneat beneficium ſuum,& an faciat fructus ſuos,vſquequò deponatur.Vide ſupra.§.clericus.dignus priuatione.

Clericus,qui venit priuandus,tolleratur propter ſcandalum. Inn. c.1.de cler.coniug.Feli.c.2.de præſcr.verſi.quinto propter ſcandalum.nu.2.col.166.

Clericus ſuccedens patri immediatè in beneficio,debet priuari beneficio,etiamſi ſit legitimus, ne detur ſucceſſio in eccleſia Dei.ſecus,ſi alia perſona fuit intermedia.do.Ab.c.ex parte.de teſt.4. no.Adde Fel.qui idem tenet d.cap.ex parte.3.no.nu.3.parte.2. col.525.

Clericus concubinarius publicus debet priuari beneficio.domi.Ab. c.ex parte,de teſt.4.no.Adde Felin.d.cap.ex parte.d.nu.col.ea. Et adde,quid dicendum de clerico concubinario occulto, vel qui commiſit ſimplicem fornicationem.Vide per do.Ab.loco præalle.per Fel.vbi ſupra.

Clericus violator fidei,an ſit priuandus beneficio.Vide, quæ poſui in litera V.§.violator fidei.

Clericus ſi venit priuandus priuilegio clericali,an ſola citatio generalis facit eum contumacem.vide ſupra §.citatio generalis.

Clericus non eſt expellendus de beneficio,niſi prius citatus. Ideo Io: And.& do.Car.c.2.de ſimo.dicunt,quòd non eſt attendendum, vtrum habeat titulum canonicum,vel non canonicum. Et ita Bald.l.ſi deſerta.C.ſi propter publ.penſita.Pet.de Anchã.conſil. ſuo 269.incip.ad declarationem.Felin.d.capit.2 in princ.colũ. 886.Adde & limita,niſi appareret notorie,quòd illi, qui eſt in poſſeſſione,nullum ius, aut defenſio competat.Inno.capit.quod in dubijs.de renun.vbi domi.Cardinal.Felin.d.ca.2.verſi.limitatur,niſi appareret.nume.2.colum.867.Item limita,quando quis haberet titulum iniuſtum,& non eſſet in poſſeſſione beneficij,quia poſſet capi poſſeſſio,eo non citato, de licentia epiſcopi diœceſani. Fel.vbi ſupra.col.ead.

Clericus,qui tradit inſtrumenta eccleſiæ ſuæ aduerſario eccleſiæ,tenetur ad intereſſe reſultans eccleſiæ ex tali traditione. Ita text. ca.canonib.16.q.1.& capit.ſi quis.12.q.2.Adde quòd Io.An.c. querelã.de ſimo.plus dicit,quòd talis clericus poteſt deponi,quia dicitur eſſe proditor tradens inſtrumenta et iura eccleſiæ alteri. Et vide Bar.l.1.§.is,qui.ff.ad l.Corne.de fal.& vide Fel.d.c. querelam.in peincipio.de ſimo.col.878. Adde ad materiam iſtam conſilium Pau.de Caſt.conſ.ſuo inc.in contrariũ videtur.

Clericus criminoſus,ſi per viam exceptionis probatum eſt crimen, an poſſit puniri? dom.Abb.in diſpu.ſua inc.Titius.tenuit, quòd ſic,imo plus ibi dixit,quòd ſi talis clericus haber beneficium, poteſt priuari beneficium.Quod intellige, quando crimen eſt notorium facti permanentis,aliàs non,vt per ipſum do. Abb.d.diſputatione.Et idem tenet Pe.de Anc.conſ.ſuo 172.2.dubio.Vide Felin.capit.1.de except.verſicul.collige octo.col.10.nu.4. Vide do. Ab.Adde quòd contrarium tenuit Spe.tit.de act.& peti §.ſuper actionibus.verſicul.ſed quid Do de Rota li.vltli.pend.deciſ. 5.& ti.de exce.deciſio.7.in antiquis.Arch:c.multi.2.q.1. Quod verum eſt,ſi actor non probaret titulum beneficij, de quo vide Felin.capit.1.de except.ver.quod autem in hoc iudicio.nume.6. col.11.

Clericus interdictus ab ingreſſu eccleſiæ non poteſt intereſſe diuinis etiam tacendo & ſi ſecus facit,incurrit irregularitatem,ca.is, cui.de ſent.excom.in 6.Adde tamen, quòd poteſt celebrare extra eccleſiam,puta ſub tentorio,uel in domo cum altare portatili & etiam ibi audire miſſam,& alia diuina officia,dum modò nõ celebret in eccleſia,vel ibi audiat diuina officia.Ita glo.3.d.c.is, cui.& ibi Io.An.Adde Fel.c.2.de exce.verſi.& ſcias, quòd ſi excommunicatus.nu.4.col.16.Et etiam poteſt tranſire per eccleſiam.Ibi Fel.nu.5.col.ea.

Clericus an cum bona conſcientia viuat de beneficio,ſi habet patrimonium.Vide Fel.c.poſtulaſti.de reſcrip.verſi.quomodo clericus nu.6.col.672.

Clericus,qui percipit fructus beneficij, & non dicit officium ex ſua negligentia,tenetur ad reſtitutionem fructuum.Ita Fel.c.poſtulaſti.de reſcrip.ver.& ſcias,quòd clericus.nu.6.col.672.

Adde tu,quòd iſtud idem tenet Bal.l.1.in prin.C.de his,qui.vt indi.Bal.l.Neſennius.ff.de excu.tu. & l.ſi.vbi Ang.C.vbi pu. educ.Et ſic contra do.Ab.c.i.de cele. miſſa.Vnde reſpondendo et,in quantum adducit pro ſua opi.tex.d.c.diaconi.93.diſt.& c. 2.de præb.quia licèt illi tex.probent,quòd dentur reditus,vt viuat,non debent intelligi ita ſimpliciter, ſed vt viuat ſecundum cultum Dei.Et pro iſta opi.videtur eſſe tex.c. clericus vitium. 91.diſt.Et hoc videtur eſſe verum,maximè in clericis, qui non dicunt officium ſuum,vt voluptatib. vacent.Et ideo iſto caſu teneo,quod tenentur ad reſtitutionem fructuum.Et hoc modo limita do.Car.& Ab.d.c.i.de celebra.miſſa.qui conantur deſtruere opi.Cal.Et hæc eſt mea noua opinio.

Clericus habens patrimonium,an bona cum conſcientia poſſit retinere fructus beneficij.Vide Felin.c.per tuas.el 2.de ſimo.in prin. col.919.

Clericus beneficiatus vtrum poſſit percipere fructus beneficij in abſentia ſine peccato.Adde,et dic,quòd communiter tenetur.quòd valet conſuetudo,vt quis ſine peccato poſſit percipere fructus beneficij in abſentia,etiam non deſeruiendo per vicarium,& hoc, ceſſante magno præiudicio eccleſiæ.ſi verò eccleſia patitur damnum,tunc clericus abſens poteſt percipere fructus,ſi deſeruit per vicarium.Ita do.Abb.c.cum omnes.de conſt.5.col.verſi.in gl.ſi. Vide per Fel.d.c.cum omnes.ver.in gl.fin.nu.32.col.106.in medio.Adde & limita iſta,quia ſunt aliqui caſus, in quibus conſuetudo non poteſt inducere, vt clericus in abſentia poſſit percipere fructum beneficij ſine peccato.Et primus caſus eſt in beneficio curato.Secundus caſus,quando eccleſia cathedralis patitur damnũ propter abſentes.Tertius caſus,quando quis eſt abſens ex cauſa iniuſta.Quartus caſus,quando quis eſt beneficiatus in eccleſia regularium.Quintus caſus,in diſtributionibus quotidianis,quia non dantur,niſi intereſſentibus,de quo vide ad plenum per Fel. d.c.cum omnes.de conſt.ver.ſecundus caſus.nu.32.107.in prin. Adde,an rector eccleſia poſſit ad libitum ponere vicarium temporalem in ſua eccleſia,de quo vide,quæ poſui in litera R.§.rector eccleſiæ.

Clericus,qui non facit reſidentiam, quomodo poſſit procedi contra eũ.Vide gl.c.quoniã.§.porrò.in gl.magna,vt lit.nõ cõe.et ibi do. Abb.3.col.

Ab.3 col.ver.venio ad gl.magnã.Adde Fel.d.c. quoniam.§. porro ver.dum dicit Abb.nu.22.col.308.vbi querit,an requiratur trina monitio,antè quàm procedatur ad diffinitiuam.

Clericus vagabundus an poteſt priuari etiam beneficio non requirente reſidentiam.do.Ab.c.quomam.§.porro.vt lit. nõ conteſta. 4.co.um.ver.aut ratione abſentiæ.tenet,quòd ſic.Vide latè per Fel.c.quoniam.§.porro.ver.dum dicit,Abb.clericum vagabũdum.nu.23.col.310.

Clericus dignus priuatione beneficij,an faciat fructus ſuos, donec tolleretur in beneficio.Bal.Pau.de Caſt.& Ang.l.prædonis.ff. de pe.har.tenent,quòd clerici tenentur ad reſtitutionem fructuũ quos perceperũt medio tempore ante quàm eſſent priuati,& idẽ tenet Pau.de Caſtr.& do.Alex.l.j.C.de his,quib.vt dignis.Vide Felin ca.de quarta.de præſc.ver.faciunt poſtremò prædicta. nu.32.col.185.Adde,quòd contra opinionem iſtorum doctorũ facium multa,& primo doctrina Bald.l.non ſolum.ff.de reſti. in integ.in ſi.vbi dicit,quòd ille,qui eſt priuatus ipſo iure,non facit fructus ſuos,etiam ante declarationem priuationis.Et idem tenet gl.Bar.& Ang.Auth.de inceſtnup Pet.de Anc.c.fœlicis. de hære.in 6.9.col.Tamen ille,qui eſt priuandus per ſententiã, facit fructus ſuos,vſquequo lata fuerit ſententia. Item contra opinionem aliorum Doctorum facit dictum ſingulare Inn.c.cum noſtris.de conceſſ.præben.1.colum.vbi dicit,quòd homicida & irregularis licitè tenent dignitates ſuas quo vſque renuncient, vel deponantur. Item contra opi illorum Doctorum facit, quod notat domi.Abb.capitu.1.de celeb.miſ.ultima colum.quòd licèt clericus propter non reſidentiam priuetur beneficio, tamen fructus percepios in abſentia facit ſuos.Adde Felin.qui multa poſuit de materia 15ta.d.cap.de quarta.verſi.prædicto.

Clericum de crimine ciuiliter conuictum an poterit ſuus prælatus vigore talis ſententiæ priuare beneficio ſuo.Vide, quæ poſui in litera P.§.prælatus an poſſit priuare.

Clericum repertum in fraganti crimine,an liceat capere, & dic, quòd communiter tenetur,quòd ſic,do.Car cle.1.1.q de offic.de le.Arc.& Petr.de Anch & Imol.ibi Bald.authen.ſtatuimus. de epiſc.& cler.Arch.cap.Abbate.18.q.2.Felin.ca ſi verò.de ſen.excom.verſi.querit hic Inno.nu.2.colum.1059.Adde & limita,dummodo ſi iudex eſt incompetens,remittat illud ſtatim iudici competenti.Et per iſta patet,quòd familia poteſtatis poteſt capere clericum.Vide Fel.d.c.ſi verò.ver.tamen limita:hoc nu.2.col.ead.

Clericum inuadentem proximum meam,an poſſim eum percutere abſque periculo excõicationis.Inno.c.ſi verò.el 1.de ſen.exc.tenet,quòd percutere clericum inuadentem proximum,ille non incurrat excommunicationem.Idem tenent ſcribentes ibi. Adde Fel.d.c.ſi verò.ver.vtrũ pro defenſione proximi.n.2.col.1059. Adde,quid erit pro defenſione rerum mearum? dic,quòd non ſum excommunicatus.Adde,quid erit pro defenſione rerum proximi? dic,idem.Fel.vbi ſupra.col.ea.

Clerici an veniant appellatione diſtrictualium.Vide, quæ poſui in litera D.§.diſtrictuales.

Clerici an dicantur de populo.Et an appellatione laicorum,vel populi,veniant clerici? Dic,quòd ſic,in materia priuilegiata. Ita Fel.poſuit.c.eccleſia S.Mariæ.de conſt.ver.tertiò quæro non abre.nu.69.col.244.in ſi.Adde tu, quòd pulchrum eſt videre an appellatione clericorum veniant large ſumpto vocabulo,omnes clerici in quacunque dignitate conſtituti & videtur dicendum, quòd ſic.Hoc probatur in rubro & nigro,de vita & hone.cle. Nam in rubro ſolum dicitur de clericis, & in nigro ſit etiam mentio de epiſcopis.Idem probatur in rubro & in nigro, de cle. non reſi.& de coha.cle.& muli. Et hoc in materia fauorabili. Secus eſt in odioſis,vt c.quam periculoſum.de ſen.excom.li.6.et cap.in fidei fauorem.de hær.lib.6. Et ita tenuit do.Ab in rub. de vit.& hone.cle.2.col.& c.nõ poteſt.de re iudi.videlicet,quòd appellatione clericorum non veniunt epiſcopi, vel alij prælati in odioſis.Adde,quòd Bærb.d.c.non poteſt.tenet contra Abb.& alle.cap.1.de clerico vena.vbi dicit probari, quòd appellatione clericorum in odioſis etiam veniunt epiſcopi,vel alij prælati,nã conſtitutio ibi eſt pœnalis,& cõprehendit epiſcopos,& alios prælatos. Vnde dic,quòd ſi materia eſt proportionalis & conueniens, tam ſacerdotibus quàm epiſcopis, tunc ſiue ſit pœnalis conſtitutio,ſiue fauorabilis, comprehendit vtrumque, aliàs ſecus.

Clerici diſtrictuales an ſint ciues illius ciuitatis vbi eſt diſtrictus. Felin.cap.eam te.de reſcr.ver.caterum, quando de materia. nu.16.col.440.

Clerici dicuntur eſſe prouinciales,& ciues,& an hæc intelligantur etiam,quo ad onera,videlicet quod poſſint collectari,ſicut ſit contra alios ciues.ponit Felin.c.Rodulphus.de reſcr.ver.et dum retuli proxi.Bal.nu.18.col.886.

Clerici ſunt digniores,quàm monachi.Fel.rub.de ma.& obe.ver. præferur habens.nu.4.col.1161,circa ſinem.

Clerici & religioſi ponuntur vt diuerſa,& an appellatione clericorum veniant religioſi? & quid econtra? Et videtur dicendum, quòd non,vt eſt tex.c.in quibuſdam.de pœnis & c.licet. de offi. ord.in prin.cle.2.in ſi.de vit.& ho.cle.c.ad abolendam.de hære. in prin.Vide Fel.c.tua nos de iureiu.1.notabili,nu.1.col.1047. Adde,quòd imo appellatione religioſorum veniunt clerici ſeculares,& econtra.Gl.c.præſens.2.q.3.& tex.cum gl.c.nullus.1. q.1.& gl.c.ex multa.de voto.verbo,religioſi,& gl.c. in nomine Domini.verbo,religioſiſſimi.24.diſt.Vide Io.An.Ant.de But. & do.Ab.rub.de reg.Vide de hoc Fel.latè d.c.tua nos.ver.ſi contrarium.nu & col.ſuprad. Et ibi dicit, quòd in materia odioſa & pœnali appellatione clericorum non veniunt religioſi.

Clerici æquiparantur milib do.Ab.c.cum ex officij de præſcr.2.colum.ver.no quòd epiſcopus.vide Io.An.regula,ſine culpa. de regu iu.in 6.9.col.ver.in contrarium Et Bar.l.affectionis. de donat.vbi dicit,quòd donatio facta per militem concubinæ,non valet.Idem tenet Io.An.& Hoſt.c.de his.de ſepul.Bar.Bal.& Sali.d.2.C.de donat.inter vir.& vxo.Adde Fel.d.c.cum ex officij. verſi.in quantum Ab æquiparando.nu.2.col.261.Adde etiam, quod ſicut miles ſortitur domicilium,vbi deputatus eſt ad tutelam loci,ita clericus ſortitur domicilium, vbi habet beneficium Bar.l.1.ff.ad municip.2.col.

Clerici non ſunt iudicandi per laicos.Fel.c.eccleſia S.Mariæ, de conſti.2 col.ver.ſed contrariam opi.nu.5.col.2.16.in ſi.& etiam hic,vide quæ poſui in litera P.§.Papa non poteſt facere.

Clericus ſi data opera percutiat mulierem,ne concipiat,non eſt irregularis,peccat tamen mortaliter.Feli.de homi.c.ſicut ex tua. nu.2.col.1049.

Clerici quando volunt declinare forum iudicum laicorum, & tamen timent,ne ab eis puniantur,qua cautela debent uti ad effugiendam pœnam iſtorum iudicum laicorum.Vide Fel.c. eccleſia S.Mariæ.de conſti.nu.71.col.246.ver.prima fuit. Sed illa cautela ferè non prodeſt,quã ponit ibi Iac.de Bu.Adde, quod iſtud etiam dixit Bal.quia eo ipſo,quod allegat ſe clericum, dicitur declinare,quia excipiendo ſufficit factũ narrare,quẽ videas, auth.ſtatuimus.C.de epiſ.& cler.Et cum iſta opi.Bal.tranſit ibi Pau.de Caſ.Adde,quod Bal.ibi pro opi.ſua nihil allegat. Sed tu potes ad hoc allegare notata per Bar.hoc volentem l.1.2.co. ff.de exce.& l.3.in ſi.ff.nau.cau.ſta.Adde duas alias cautelas. quib.poteris adiuuare clericũ,quas ponit Bal.d.auth.ſtatuimus.

Clerici an chriſmare poſſunt,gl.c.permenit.93.diſt.dicit,quod Papa ad hoc,vt ſcandalum euitetur,concedit ipſis clericis, vt poſſint chriſmare.Adde Fel.c.2.de præſcri.nu.2.ver.vigeſimo, propter ſcandalum.col.167.

Clerici,qui habent capellas, an poſſint agere pro capellis ſuis ſine mandato prælati.Vide Spe.ti.de actore.& Bal.l.iubemus.la 2. C.de ſac.ſan.ecc.

Clerico occupante poſſeſſionem beneficij vitioſè, an prima beneficia vacent.Fel.de ſimo.c.qui alium.nu.3.col.867.

Clerici,puta,vna pars clericorũ ſunt exempti per priuilegium Papæ a ſolutione præſtationis procurationis legatorum ſedis Apoſtolicæ,an clerici alij non exempti poſſint appellari, quando eſſent aggrauati.Vide quæ poſui in litera P.§. procuratio debita legatis.

Clerici an poſſint appellare a correctione.Vide Pet.de Anc.conſ.ſuo 402.inci.Pondera diligenter.2.col.Adde Fel.ca.ad noſtram. de ap.ver.circa appellationem a correctione.nu.7.col.613.

Clerici non poſſunt compromiſſum facere de bonis eccleſiæ, tamen ſecus de bonis patrimonialibus quia compromittere poſſunt.gl. 2.c.ſi diligenti.de ſo.comp.vbi do.Abb.vide Fel.ca.eccleſia S. Mariæ.de conſti.verſ.Et hic eſt n.9.eo.220.

Clerici in ſacris an poſſint contrahere matrimonium ex conſtitutione Papæ.Vide quæ poſui in litera P.§.Papa an poſſit ſtatuere Et ibi habetis,quod in hoc duo pontifices fuerunt contrarij.

Clerici coniugati an ligantur ſtatutis laicorum.Ponit Fel.c.eccleſia S.Mariæ.de conſti.ver.decimoſeptimo.nu.103.col.267.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clerici an teneantur soluere gabellas, quas soluunt itinerantes. Itẽ pro rebus, quas secum deferunt. Item, an teneantur soluere gabellas pro refectione viæ, de his omnibus vide Felin. capit. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. versicul. de gabellis autem. num. 106. col. 269.

Clerici an teneantur seruare statuta laicorum, quæ imponunt certã solennitatem in testamentis. Vide quæ posui in litera S. §. statutum laicorum, quod vult, quòd in testamentis.

Clerici an teneantur se compromittere, quando litigant inter consanguineos, vbi est statutum, quòd lites inter consanguineos cõpromittantur, vtrum statutum comprehendat clericos, & quid de clericis in minoribus. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti. ver. quartò scias. nu. 110. col. 271.

Clerici possunt introducere consuetudinem, & non legem, contra canones. Ita Fel. c. quod super his. de maio. & obe. versi. sed profectò. nu. 10. col. 1196.

Clerici ciuitatis licitè possunt facere collegium, & ibi disponere de rebus suis, & hoc sine licentia episcopi. Do. Abb. c. accedentes. de præscri. ver. no. & ibi Fel. in principio, col. 229.

Clerici non possunt præscribere cõtra legatos sedis Apostolicæ, quòd non teneantur eis soluere procurationes, de quo vide, quæ posui in litera P. § procuratio an potest præscribi.

Clerici an teneantur ad confectionem inuentarij? et si nõ conficiãt, vtrum teneantur vltra vires hæreditatis. Vide quæ posui in litera E. §. ecclesia an teneatur.

Clerici instituti hæredes an teneantur facere insinuari testamentũ, vbi viget statutum, quòd testamenta insinuenter, aliter sint ipso iure nulla, videtur dicendum, quòd non, quia statuta laicorum non ligant clericos, c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Sed pro clariori intelligẽtia vidæ, quæ posui in litera S. §. statutum quod annullat testamentum.

Clerici non possunt esse testes contra laicum in causa criminali criminaliter mota, secus, est quando causa criminalis intentaretur ciuiliter, quia hoc casu possent testificari. Tamen intellige istud, quando alias veritas haberi non posset, nam tunc licitum est clericis coram iudice laico ferre testimonium contra laicum. Ita domin. Abb. capitul. de catero. de testi. 1. not. & Felin. ibi versicul. item in quantum numer. 2. colum. 561.

Clerici an possint occidere hominem pro defensione parentum impune, etiam de iure canonico. Vide Fel. c. 2. de homi. versi. secundò no. ibi, nu. 4. col. 1012. & vide quæ posui §. clericus, qui interfecit aliquem.

Clerici, vel laici, an possunt pro defensione rerum tantum, occidere furem, vel alium violentum aggressorem. Bart. l. furem. ff. ad l. Cor. de sica. in prin. tenet, quòd sic. Dom. Abb. capitu. 2. de homi. no. dicit, quòd de iure canonico clericus non potest pro defensione rerum tantum, occidere furem, etiam nocturnum, vel aggressorem, sed tunc excusatur ab homicidio, quando facit pro defensione vt liberet se & sua, & sic requiruntur ista duo copulatiuè. Secus est de iure ciuili, quia pro sola defensione rerum temporalium licitum est occidere hominem. Et dic, quòd omnes concludunt de iure canonico, non licere hominem occidere pro rebus. Et pro ista opi. communi facit gl. 13. q. 3. in summa. Vide Fel. d. c. 2. 2. no. nu. 4. col. 1012. Et idem tenet do. Ab. c. clerici. el. 1. de vita & hone. cleri. Io. de Ana. c. suscepimus. de homi. do. Car. cle. 1. eo ti. 24. q. Inno. c. si verò. el 1. de senten. excommu. Bal. l. data opera. penul. col. C. qui accusa. non poss. Adde, quòd Feli. d. c. 2. de homi. facit vnam limitationem, & dicit, quòd clericus potest incontinenti volenter resistere aggressori, qui per violentiam bona ecclesiæ inuadit. sed si ex interuallo vult conseruare bona ecclesiæ, quòd tunc non potest. Adde, quod ista limitatio Fel. mihi non placet, & ratio est, quia vix conceditur laicis in foro seculari, et sic de iure ciuili, quòd possint occidere furem, vel alium pro conseruatione rerum temporalium tantum, vt per Io. de Ana. d. ca. 2. & c. suscepimus. de homi. Ergo multo minus est dicendum in clericis, quia in nullo casu poterit occidere furem, vel alium violentum aggressorem pro tuitione rerum tantum, & sic fuit conclusionem, quòd clericis, vel alijs personis ecclesiasticis non est licitum occidere aggressorem, vel furem pro defensione rerum tantum. Et istud expressè tenet domi. Abb. d. capit. suscepimus. 4. no. Tenet gl. 14 q. 3. in summa, & sentit Innoc. capit. olim causam. de restit. spo. vbi dicit, quòd licitum est de iure canonico pro defensione bonorum percutere, sed non occidere.

Clericorum secularium appellatione quando veniant religiosi, & econtrà? Ponit Fel. c. licet. de offi. ord. versicul. dum tangitur. nu. 8. col. 1132.

Clericorum appellatione an veniant canonici. Ponit do. Ab. c. bonæ. el 1. de postul. præla. Ant. de But. c. 1. de his, quæ fiunt à præl. domi. Abb. c. cum tibi. de ver. sig. Adde Fel. c. non dubium. de sen. excom ver. vtrum appellatione. nu. 1. col. 1061.

Clericis inuitis an possit indici per superiorem arctior modus viuendi, domi. Abb. capit. ad nostram. de app. 2. colum. ver. circa clericos. nume. 2. dicit, quod si per istam mutationem vitæ mutaretur status personæ, quòd tunc hoc non potest fieri, nisi ipsi clerici consentiant, & istud intellige, quo ad suos superiores, sed circa accidentalia, vbi status personæ non mutatur, & tunc Papa potest hoc facere contra voluntatem ipsorum. Adde Felin. d. capitu. ad nostram. ver. & adde glo. colum. 511. num. 1. in fine.

¶ COACERVATIO pœnarum an sit fienda, ad hoc vt bã nitus possit impune offendi. Vide quæ posui in litera B. §. bannitus à 20. libris.

Coacernatio plurium summarum potest fieri ad dãdum iurisdictionem iudici, qui non potest cognoscere, nisi a centum libris supra. pone, quòd quis sit debitor vnius ex diuersis actionibus, an sit fienda coacernatio, ad hoc, vt iste iudex possit cognoscere. Vide, quæ posui supra. §. cumulatio actionum. Et dic. quòd imo potest summa debita minui, ad hoc, vt iudex sit competens, l. cum quædam puella. ff. de iur. om. iu. §. quoties.

¶ Cognitio causæ delegata si est, an intelligatur commissa decisio, et sic sententia. Glo. l. qui procuratorem dat. ff. de procu. dicit, quòd non. Spe. titu. de legato. §. sequitur. versi. & non reprobat illam glos. Ioan. ibi reducit ad concordiam glos. & Spe. Ibi vide. Ade, quòd glo. capitu. cum super. de cau. poss. & propri. tenet illud, quod tenuit glos. iuris ciuilis, d. l. qui procuratorem dat. & ibi vide domi. Abb. 4. colum. versicul. secunda glo. Adde ad omnia ista Bartol. l. à diuo Pio. ff. de re iud. 1. col. vbi tangit istam materiam. Vide per Felin. de q. ista, capit. super quæstionum. de offic. legat. versi. not. ibi, causæ cognitionem. num. 3. colum. 1033. vbi plenè habebis materiam disputatam per Doctor. antiquos & Moder.

¶ Coitus illicitus facit affinitatem. Vide quæ posui in litera M. §. matrimonium facit affinitatem impeditur.

¶ Collatio beneficij facta per ordinarium intra mensem, qui tamen non poterat propter expectantes, qui habebant mensem ad acceptandum, vt in clementin. 1. de concess. præben. si expectans non acceptat, an mense elapo conualidetur collatio. Vide quæ posui in litera B. §. beneficium collatum per ordinarium.

¶ Collatio beneficij facta antè quam beneficium sit deuolutum, si deuolutio sequatur post collationem, an conualidetur ipsa collatio? Vide, quæ posui in litera B. §. beneficium collatum.

Collatio beneficij quale ius tribuat. Dom. de S. Ge. capit. pe. de præben. in 6. & cap. si tibi absenti. eo titu. in prin. dicit, quòd collatio ante acceptationem tribuit ius ad beneficium, & post acceptationem tribuit ius in beneficio, quòd sequitur Fel. c. cum Bertoldus. de re iud. ver. & quale ius confer. at. nu. 6. col. 511. Adde, quòd do. Abb. ibi 3. colum. ver. aduerte. tenet indistinctè, quod per collationem acquiritur ius in re.

Collatio beneficij iurispatronatus facta per episcopum, non vocato patrono, an valeat. Vide, quæ posui in litera I. §. institutio facta per episcopum.

Collatio beneficij facta per episcopum excommunicatum per literas executoriales emanantes a Rota, valet, & hoc, si adhuc non erat declaratus excommunicatus. Ita Fel. cap. ad probandum de re iud. ver. & adde, quòd collatio. nu. 6. col. 579. Et nor. quia quotidianum.

Collatio beneficij facta accusato de crimine, vel inquisito, non valet. Adde, & pone, quòd reperiatur innocens de crimine, an valeat talis collatio? Vide duo consilia Cal. vnum ti. de præb. consi. 20. & aliud ti. de accu. consi. 4. Adde ad ista, quæ posui in litera A. §. accusatus an possit eligi.

Collatio beneficij facta criminoso, an sit statim nulla. Inn. cap. cum nostris. de concess. præben. tenet, quod non. Io. de Imo. c. cum contingat. de iureiur. 48. colum. Adde Fel. c. omnipotens. de acc. nu. 4. in fi. col. 687.

Collatio beneficij nulla propter inhabilitatem personæ, an reconualidetur

per dispensationem superuenientem. Vide, quæ posui in litera D. §. dispensatio superueniens.

Collatio beneficij facta homicidæ, valet & talis recipit titulum. Pe. de Ancha. reg. peccatum. de reg. iu. in 6. 1. opp. dom. Ab. c. item cum quis. de resti. spol. pen. colum. Felin. c. inquisitionis. de accu. versi. in contrarium tamen facit. nu. 4. colum. 786. Adde, quòd Cald. in consi. suo. ti. de præb. consi. 20. inci. Inquisitione tenet, q impetratio est ipso iure nulla. Vide Fel. d. c. inquisitionis. ver præ alleg. col. 871.

Collatio beneficij vel canonicatus, habet vim electionis, & confirmationis. Imo. ca. cum M. de const. 26. col. Et idem in canonicatu non requiritur alia installatio. gl. c. vt circa. de ele. in 6. verbo electiones. Inno. c. cum olim. de cau. pos. & propri. do. Car. consi. suo 63. 3. dubio. do. Ab. c. causam, quæ. de elec. Fel. c. accedens. de accus. 2. notabili. col. 811.

Collatio beneficij facta per simoniam, est null. ipso iure, do. Cardin. Anton. de But. & Imo. cap. nisi. de renun. concludunt, quòd talis collatio confert aliquem titulum. Et sequitur Fel. c. insinuatũ. de sim. versicu. & in quantum tetigi. nu. 5. col. 877. Adde & limita istud, quòd si ille cui facta est collatio, hoc ignorat, tunc talis collatio non est nulla. Item limita, nisi simonia esset occulta, quia diceretur habere titulum coloratum. Adde Fe. d. c. insinuatum. versi. limitant tamen. nu. 5. col. ea. Dic tamen, quòd si ille, qui habet collationem simoniacam. si hoc scit, tenetur ad renunciandũ beneficium. Fel. vbi supra.

Collatio beneficij facta peruro, vel alias criminoso, est nulla. Ita Fel. c. ex parte. el 1. de resc. ver. collatio tamen facta. nu. 4. colu. 343. Adde tu, quòd contra hoc est gl. c. cum ecclesiastica personæ. de exce. in gloss. magna. in prin. quæ tenet, quòd collatio beneficij facta inhabili per Papam scienter, valet, quia sapet dispensationem. Et illam gl. omnes scribentes exclamant ibi, d. c. cum ecclesiastica. Adde Imo. & Alex. l. quidam consulebant. de re iud.

Collatio facta per Papam indigno notorie, an valeat. Fel. capit. si quando. de rescrip. versi. propter illud dictum Inno. numer. 4. colum. 399.

Collatio executoris, qui confert beneficium non receptis literis suæ potestatis, an valeat. Vide Fel. c. eam te. de resc. ver. fallit quarto, vbi agitur. nu. 21. col. 446.

Collatio executoris facta ante receptas literas, est nulla. Feli. capit. scisitatus, de rescri. versicul. pro tanto dixit Dom. numer. 13. colum. 492.

Collatio sola est, per quam dicitur ius quæsitum in beneficio, & sic per quæcunque facta circa collationem, non est quæsitum ius. Feli. c. causam, quæ. de rescr. ver. clausula Anteferri. ibi, similiter Cal. nu. 26. col. 556.

Collatio facta per pontificem de beneficio vacante apud sedem Apostolicam, vel de reseruato cũ generali derogatione statuti, valet. Ita Fel. c. constitutus. de rescrip. versi. limita tertiò. num. 6. col. 562.

Collatio Papæ de beneficio annali, vel manuali, an faciat ipsum perpetuum. Vide Felin. cap. constitutus. de rescr. versi. istis sequitur. nu. 564.

Collatio bina facta eodem die per Papam de eodem beneficio, an valeat? Felin. ponit cap. capitulum. de rescr. ver. de duabus. nu. 15. col. 186.

Collatio facta motu proprio Papæ, valet, licèt non faciat mentionem de colorata possessione. Fel. c. in nostra. de resc. versi. vndecimò no. quòd valet collatio. nu. 35. col. 840.

Collatio beneficiorum computatur inter fructus episcopales. Ita Fel. c. cum olim. de ma. & obe. in prin. nu. 2. col. 1210.

Collatio facta si est per delegatum datum ad conferendum beneficium, quæ est nulla propter errorem facti, an iterum poterit iste delegatus conferre. Vide Fel. c. in literis. de off. dele. versi. quarto fallit. nisi delegati. nu. 2. col. 949.

Collatio beneficij facta de nocte, valet, tamen non caret suspicione, gl. c. 1. vt eccl. benefi. Imo ibi. Adde Fel. c. consuluit. de offi. delev. collatio beneficij facta. numero 20. col. 1020.

Collatio beneficij facta cum ista clausula, videlicet Confero tibi, si debetur, an valeat? Vide, quæ posui in litera E. §. executor datus ad beneficia.

Collatio facta de beneficio cum clausula ista, videlicet Confero tibi beneficium si vacet, valet collatio, si vacat beneficium. gl. c. 2. de elec in 6. & ibi Do. de S. Ge. Bald. l. pe. in fin. C. de sen. quæ sine quan. Vide per Fel. c. cum contingat. de offi. dele. ver. sexta. si dicitur. nu. 17.

Collatio facta indigno scienter per executorem Papæ, an sit ipso iure nulla. Vi. quæ posui in litera E. §. executor datus.

Collatio facta de beneficio per executorem, qui nullùm processerat, an collatio redeat ad Papam, an verò ad ordinarium. Vi. quæ posui in litera E. §. executor ad beneficia si processit.

Collatio beneficij facta peruro, an sit nulla, an verò veniat annullanda. Abb cap. querelam. de iureiu. 2. colum. versi. ego semper. dicit, quòd est nulla. Idem tenet Fride. de Senis consilio suo incipien. Quæritur an collatio. Vide Felin. d. c. querelam. versi. sed immò hic. nu. 4. col. 1043. Adde quòd contrarium tenuit do. Car. d. cap. querelam. vbi expressè dicit, quòd periurus non est omnino incapax tituli beneficij, de quo vide Fel. d. c. querelam. versi. contrariam partem. num. 5. col. ead. Adde, quòd istam opinionem do. Card. tenet Compostel. c. capitulum. de rescrip. versicul. sed nunquid collatio. vbi dicit, quòd non inuenit, quòd electio, vel collatio facta de consti. in crimine non inducente irregularitatem, sit nulla. Et istud dictum Compostel. sequitur Arch. & Dom. de san. Gemi. c. in scripturis. 8. q. 1. Et idem tenet Cal. titu. de præben. consilio suo 20. incipie. Pendente. & titu. de accusa. consil. 4. inipien. Forma. vbi dicit expressè, quod collatio facta infami, non est ipso iure nulla. Adde Felin. qui idem tenet, d. capitul. querelam. versicul. & pro ista parte. nu. 6. col. 1044.

Collationem beneficij quam quis habet, an alteri possit committere vices suas, ad hoc vt conferat sibi, dom. Abb. cap. fin. de institu. tenet in vno casu valere, quando in totum committit vices suas, quia isto casu non dicitur facere vice illius committentis. Felin. ponit c. sane. el 2. de offi. dele. versi. glo. in verbo, terminandam. nu. 3. col. 955.

¶ Collectiuum nomen stat pro dimidia pone, quòd actus committitur vni nomine collectiuo, & alteri personæ, illud collectiuum est pro dimidia. Ita Felin. capitu. pastoralis. de rescrip. versic. circa prædicta tamen. numer. 9. col. 501. Adde tu, quod no. Hostien. Ioan. Andr. & domin. Abb. cap. postulasti. de concess. præben. Fried. de Sen. consil. suo incipien. Ad episcopum. & capitulum. dominus Abb. consilio suo 37. incipien. casus in effectu talis est.

Collectiua nomina quæ dicantur, & quomodo cognoscantur? ponit Fel. c. capitulum. de rescr. in prin. col. 768.

Collegiati an possint esse testes in causa sui collegij, vide, quæ posui in litera T. §. Testis. & sic illi qui sunt de vniuersitate, vel collegio.

Collegium an possit per antiquiorem de illo congregari, non existente qui habet illud congregare, adeo quòd non obedientes suæ vocationi sint contumaces. Not. Felin. ca c. cum omnes. de consti nu. 35. versicul. sed dubium colum. 109. & supra in litera A. ver. antiquior de collegio.

Collegium, concilium, aut capitulum si congregatur, vt singuli consentiant, vel dissentiant, si aliqui tacent, habentur pro consentientibus. Ita Fel. c. cum omnes. de consti. versicul. ex his resultat vna doctrina. num. 12. col. 62. Quod tamen limita tribus modis. Primo, quando res ecclesiæ alienantur, requiritur consensus expressus. Fel. vbi supra col. ea. Secundò limita, quando datum est tempus ad deliberandum. Fel. etiam ibi colum. ead. Tertio limita quando illi de collegio tacerent propter timorem, quia non dicuntur consentire. Fel. ibi col. eadem.

Collegium totum potest excommunicari, referendo sententiam ad singulos, de quo vide quæ posui in litera V. §. vniuersitas potest excommunicari.

Collegium Cardinalium an possit restituere famæ, do. Ab. c. cum te de re iud. 5. colu. ver. collegium Cardinalium. tenet quod non. Adde, quod contrariam opin. tenent Inn. And. & alij. d. capitu. cum te. Bar. l. infamem. ff. de pub. iud. circa fi. Vide Fel. qui multa dicit circa hoc, d. c. cum te. versi. collegium cardinalium. nu. 11. col. 571.

Collegium, vel vniuersitas si vult facere statutum non generale, sed derogans iuri singularium personarum, non sufficit cõsensus maioris partis, sed requiritur omnium concordia. Ang. consili. suo 267. inci. Visis & examinatis. Fel. c. cum omnes. de const. ver. duodecimo fallit nu. 18. col. 98. circa finem.

Collegium, seu capitulum canonicorum in actib. capitularib seu collegiatis, non sufficit vt canonici, seu illi de collegio separatim

Universidad de Deusto
Biblioteca

consentiant,sed oportet, quòd sint, tanquam collegium congregati,& collegialiter consentiant. Ita gl. multum sing. c. cum omnes. de const. in glo. magna, in fin.& ibi do. Car. Bald. & Abb. & alij. Adde Fel. d. c. cum omnes. versi. in ea. gl. ibi, debent consentire. col. 102. nu. 24.& vide, quæ posui in litera A.§. actus, qui est celebrandus.

Collegium an debeat habere caput, ad hoc, ut uerè dicatur collegium. Ponit Fel. c. ex literis. de const. versi. quòd autem de essentia collegij. nu. 5. col. 579.

Collegium si destruatur, puta religiosorum, bona applicantur superiori, tanquam vacantia, prout fuit seruatum in destructione collegij Templariorum. Fel. c. cum dilecta. de rescr. versi. destructo autem monasterio ibi,& eadem ponit Ale. nu. 21. col. 637. Ad de. do. Ab c recolentes. de sta. mo.

Collegium an possit recusari, vt suspectum, gl. c. 1. de iud. dicit, quod non, sed do. Ab. ibi eam reprobat, 5. col. Adde tu. Fe. c. causam, quæ. de offi. dele. in prin. nu. 1. col. 981.

Collegia licita quæ dicantur? Et primò dic, quòd ista fraternitates vide Fel. c. accedentes. de præscr. in prin. col. 229.

¶ Comitatus proprie & naturaliter in statuto, vel alia dispositione importat territorium villarum, vel castrorum, quòd est pertinens ad ciuitatem, Fel. c. Rodulphus. de resc. ver. comitatus. nu. 19. col. 888.

¶ Comitatiuorum appellatione nō veniunt ciues. Fel. c. Rodulphus. de rescr. ver. quinta conclusio. nu. 12. col. 883.

¶ Commendare beneficium non potest, qui habet ius conferendi illud iure speciali, de quo vide, quæ posui in litera B. §. beneficium in commenda.

¶ Commendatarius non potest intentare interdictum reintegrandæ possessionis. Felin. de accusa. capit. si constiterit. numer. 4. colum. 703.

Commendatarij non debent mutare statum primum ecclesiæ, quā habent in commenda, sed debent eam tenere in priori statu, non diminuto diuino cultu solito, de quo vide, quæ posui in litera E. §. ecclesia subiecta.

¶ Commissio Papæ facta de toto negotio ad instantiam partis appellantis ab interlocutoria, nō ponit totam causam in cognitione illius, nisi in euentum legitimæ appellationis ab interlocutoria. Feli. c. causam, quæ. de rescr. ver. nec dicas in beneficialibus. nu. 6. col. 547.

Commissio facta delegato, cum hoc vt procedat cum consilio talis, & prout talis consulnerit, an ista commissio valeat? Vide per Fel. c. si pro debilitate. de offi. dele. versi. capio gl. verbo, consulere. nu. 5. colum. 927.

Commissio facta iudicib. vt procedant iuxta, vel secundum formam priorum literarum, nihil valet talis comissio, si primæ literæ non apparent. Ita Fel. c. ex parte. el 1. de reser. ver. quomodo autem priuilegium. nu. 13. col. 348.

¶ Commodatarius, si res perijt apud eum, quis debet probare de lui culpa, an ipse commodatarius, an verò cōmodas, de graui culpa. Vide Io. And. in Spe de commo. §. nunc dicendum. in addi. quæ incipit, quia plus habet do. Ab. c. 2. depos. Imo. c. 1. de commoda. Sal. l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. Adde Fel. cap. 3. de proba. nu. 14. versi. & si apud cōmodatarium. colum. 352.

¶ Communicans excommunicato an incurrat. solum veniale peccatum. Ioan. Andr. c. 2. de excep. tenet, quòd solum incurrit veniale. Et idem tenet sanctus Thomas, 4. dis. 18. q. 2. arti. 4. Cal. in repe. cap. nostro. de pœn.& remis. 1. col. Do. de S. Gemi. c. statuimus. de sent. excom in 6. Ioan. And.& An. de But. capit. sacris. quod me. causa. Adde tu,& dic contrarium, quòd imo semper peccat mortaliter communicans excommunicato. Ita dom. Car.& do. Abb.& Imo. d. c. sacris. Inn. c. veritatis. de dolo & contu. Adde Felin. d. c. 4. de excep. ver. communicans. nu. 11. col. 18.

¶ Communicatur licitè excommunicato, quando ei est vtile ad animam. Feli. cap. responso. de sentent. excommu. in princip. colum. 1110.

¶ Communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli. de quo vide, quæ posui in litera N. §. nepotis appellatione, & vide in gl. procemij Decreta, nu. 12.

Communis opinio doctorum est seruanda, fallit, quandò expressè esset falsa vel posset conuinci probabilib. rationib. de quo vide, quæ posui in litera O. §. opinio Doctorum.

¶ Comparitio generalis facta per procuratorem coram iudice in hunc modum, Compareo generaliter pro omnib. causis coram vobis pendentibus, an valeat? Vide, quæ posui in litera P. §. procurator, qui habet multas causas.

¶ Compater an possit esse testis in causa sui filiatij,& quid econtra? Vide, quæ posui in litera F. §. filiatius.

¶ Compaternitas contracta post reuocationem procuratoris constituti ad contrahendum eam, an valeat, Vide quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris constituti ad compaternitatem contrahendam.

¶ Compendiosa & obliqua substitutio per quæ verba possunt fieri. Vide, quæ posui in litera S. §. substitutio compendiosa.

¶ Compensatio fit aliquando de liquido ad non liquidum, & hoc quando ex parte actoris debitum est liquidum per solam confessionem rei. Ita do. Abb. cap. cum Ioannes. de fi. instr. 3. no. Adde ibi Fel. in prin. col. 853.& inde. parte. 2. Et hæc nota, quia sic limitatur regula, quæ dicit de liquido ad non liquidum non fit compensatio. Fallit, quando debitum est liquidū per solam confessionem rei, vt hic.

Compensatio si non est opposita ante sententiam, poterit opponi post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, & hoc ad impediē dum executionem sententiæ. Ita Bal l. 2. C. de compens. Bald. l. peremptorius. 2. colum. C. sententia rescin. non post. Vide Ange. cōsilio suo 19 incipien. iudex, & c. visis dictis dubijs, & vide etiam Imo. c. cum Ioannes. de fide instru. vbi etiam Fel. ver. in gl. si. ibi, quod in diem. nu. 52. parte 2. colum. 869.

Compensatio an cadat in excommunicatum, puta, excommunicatus est reus, vult compensare liquidum cum liquido, vtrum possit? Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatus an possit excipere & compensare.

Compensatio est multum priuilegiata, adeo quod exceptio ipsius cōpensationis potest opponi ante executionem sententiæ & post. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio compensationis.

¶ Compromissum an expirat per superuenientiam maioris, vt puta, laicus arbiter factus est clericus, aut clericus arbiter factus est episcopus, vide in q. ista dom. Ab. capit. præsentata. de testi. vlt. colum. ver. ex prædictis.& Adde Felin. dicto capitul. præsentata circa princi. ibi, in tex. ibi, per 12. dietas. numer. 1. colum. 726.

Compromissum potest fieri per aliquem super re propria, contra l. pe. ff. de arbi. Vide in litera P. §. prælatus potest esse arbiter, seu arbitrator.

Compromissum factum super sententia, quæ transiuit in rem iudicam, etiamsi sequatur laudum ipsius sententiæ, tamen virtus ipsius rei iudicatæ euanescit per nouationem ipsius sententiæ arbitramentalis. Fel. c. inter monasterium. de re iud. ver. demum colligendo. nu. 31. col. 547.

Compromissum factum de rebus spiritualibus laicum, tanquam in arbitratorem, an valeat. Vide, quæ posui in litera L. §. laicus tanquam arbitrator.

Compromissum factum cum renunciatione, ne possit reduci ad arbitrium boni viri, etiamsi sit iuratum, non valet. Ita Felin. ca. si diligenti. de for. comp. versi. secundum corollarium. nume. 22. col. 189.

Compromissum factum de causa spirituali in laicum & clericum, an valeat. Ponit Felin. cap. 2. de iud. ver. vtrum causa. nu. 8. colum. 19.

Compromissum an potest suspendere instantiam causæ principalis, Vide per Fel. c. venerabilis. de iud. ver. tertia declaratio. nu. 11. col. 137.

Compromissum potest suspendere instantiam causa appellationis, non tamen instantiam causæ principalis, de quo vide per Feli. capitu. venerabilis. de iud. ver. quinta declaratio. num. 13. colum. 137.

Compromissum factum sub nomine dignitatis, puta fuit compromissum in episcopum Paduanum, an transeat in successorem eo mortuo, Bartol. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga.& pupil. tenet. quòd non. Idem tenet Inn. c. fi. de offi. dele. Bal. tangit hanc q. capitu. 1. de inuest. in mar. fa. 5. colum. Adde, quòd idem tenet ca. si de offi. deleg. vbi ponit, quòd compromissum factum in Papam, non transit ad successorem. Vide Fel. qui copiosius tangit materiam istam cap. quoniam abbas. de offi. dele. in principio. nu. 5. col. 963.

Compromissum factum per prælatū super iurib. ecclesiæ suæ, trāsit ad successorem, licèt de successore nihil in eo dicatur, quod intelligo verum si est confirmatum à superiore. do. Ab. c. præsentata. de testi. in prin. Adde ibi Fel. in prin. nu. 1. col. 725.

Compromissum expirat per longuam absentiam, de quo vide in litera A. § absentia longua.

Compromissum potest emologari de iure canonico, secus de iure ciuili. Felin. cap. ecclesia sancta Maria. de const. versicul. secundus effectus. nu. 46. col. 234. Adde, quòd etiam compromissum factum pacto nudo sine adiectione pœnæ nihil valet de iure ciuili, quia laudum esset elusorium. l. non distinguemus. §. 1. ff. de arbitr. tamen de iure canonico derogatur illi legi, & hoc, quia ex pacto nudo oritur actio, vt capitu. 1. de de pact. & ibi scribentes.

¶ Compromittens si renunciauit reductioni ad arbitrium boni viri simpliciter renunciatio non valet, si ladatur. Ita Felin. ca. finde maior.& obed. circa princ. col. 1221. Addit. quæ posui in litera R. §. renunciatio simplex.

Compromittentes qui dederunt potestatem arbitratori arbitrandi alte, & basse, prout ipse voluerit, non possunt prætextu læsionis petere reductionem ad arbitrium boni viri. Ita Feli. c. fi. de maio.& obe. in prin col. 1221. Adde tu, quòd ex dictis ibi per Fel. colligitur quod vbi renunciatum est in compromisso de non reducendo laudum ab arbitrium boni viri, vel vbi data est potestas arbitratoribus, quòd possint alte & basse arbitrari, quod si læsio erit nimia, tunc potest fieri reductio, non obstante quòd potestas fuerit amplè concessa. Adde pone, quòd in istis terminis fuit iuratum, & iurans fuit enormiter læsus ab arbitratoribus, an poterit iurans venire contra iuramentum, licet nō appareat de dolo ex proposito. Vide per dom. Abb. ca. cum contingat. de iureiu. 17. col.

¶ Compromitti potest in iudicem, tanquam arbitrum & arbitratorem, de iure canonico gl. est c. literas. de præsum, in gl. c. cum tempore. de arb.& ibi do. Ab. Ant. de But.& Imol. secus est de iure ciuili, vt per Doctores locis prælleg. Adde Fel. d. c. literas. ver. in gl. 1. nu. 2 par. 2 col 967.

¶ Computatio dietæ fit à loco domicilij principalis. Fel. de fo. com. c. ex parte B nu. 1. col. 704.

¶ Conatus regulariter punitur in criminalibus pro effectu. Ita Felin. cap cum accessissent. de const. ver sexto limita. nu 30. colū. 172. Et vide, quæ latè ponit idem Fel suo solenni tractatu. quando conatus punitur, qui alias impressus post titulum de app.& nunc ponitur post titulum de sent. excom. cū aliis tractatibus colū. 1127. Ego credo, quòd male dicat, quòd conatus punitur regulariter in criminalibus pro effectu, quia in crimio Bar. l. §. diuus. ff. de siccar. qui dicit, quòd cuentus considerat in delictis,& postea subdit Bar. ibi domini. veritas est ista. per Italiā maleficia puniantur secundum statuta vel secundum leges, & ideo cum statuta dicant, si quis occiderit, isti non verificatur, nisi morte secuta. Vn de dicit, quòd animus occidendi nullo modo attenditur. Et idem videtur in l. Aquilia, vbi dicitur, si qs occiderit. Casus est l. 2 ff ad l. Aquiliam. Ergo conatus solu sine morte regulariter non punitur, nisi velis intelligere, videlicet pœna extraordinaria sed non pœna capitali, ideo dicas, vbi lex punit conatum, seruanda est, puta in casu speciali, vt l si is qui cum telo. & l si quis, non dicam. C. de episco. & cle. In aliis autem casibus conatus non punitur. Ita eleganter Sal. l. is, qui. C. ad l. Cornel. de sica. Adde ad ista dicta Bald. singulare d. l. is, qui. videlicet quòd vbi per l. punitur effectus, ac si fuisset consummatus, iudex potest ex potestate sibi à l. concessa mitigare pœnā si vult, tamen non necessitatur in materia ista. Adde Bar. l. 1. ff. de vari & extraor. cri Bal. l. si quis, non dicam. C. de episc. & cle. Host. in summa. 11. de pœnis. §. in quibus. Io. And. in regula, in pœnis in Mercurialibus. & c. perpetuæ de elec. in 6. Ant. de But. c. 1. de eo, qui mitti. in poss. causa rei seruan.

¶ Concessio superioris facta spoliatori, qui tacuit se spoliasse, non nocet spoliato. Fel. c. postulasti. de rescr. versi. circa quartum & vltimum nu. 14. col. 682.& inde.

Concessio facta ecclesiæ in dubio censetur realis, & sic perpetua est glo. fi. ca. tua. de bis, quæ fiunt à prælat. sine con. & glo. c. hoc ius. 10. q. 2. verbo. saluo iure, Host. in summa de pact. §. quæ sint dimissiones. Bartol. l. sordidorum. C. de excusa. mune. lib. 10.& l. vltra de seruit. leg. Et idem dic, an legatum factum ecclesiæ in dubio præsumatur perpetuum. Adde Bar. l. annua ff. de annuis legi. vide Fel. c. quoniam. Abb. de offic. dele. ver. pone, Papa, præcept. nu. 11. col. 971.

Concessio priuilegiata facta motu proprio, si est, non tenetur priuilegiatus recipere eam. contra se. do. Ab ca. fin. 3. col. de vita & honest. cler & c. 1. 6. colum. de restit. in integ. Bal. l. cuctos populos C. de sum. trin. & fide Catholic. Adde Fel. c. fi. de matu. pe. vergl fi. nu. 2. col. 258.

Concessio generalis an comprehendat ea, quæ competunt ex priuilegio Fel. de rescr. sedes. post nu. 3. ver. quod in generali concessione. col. 511. post medium.

¶ Concilium prouinciale an possit deponere episcopum accusatum de crimine, vel ad minus pronunciare deponendum esse. Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus si criminaliter.

Concilium generale, si minor pars est congregata, poterit citare maiorem partem eorum, qui debent interesse, & data eius contumacia, potest minor pars pronunciare se constituere concilium generale, & inde esse iurisdictionem. Ita Felin. cap. super literis. de rescr. ver. an sua sit iurisdictio ibi, amplia secundo. nu. 19. col. 585.

Concilium est supra Papam, quando Papa est dignus depositione, alias Papa est maior. Ita Fel. c. super literis. de rescr. versi. nonò facit. nu. 21. col. 586.

Concilium generale an possit recusari.& quid de concilio prouinciali Vide per Fel. c. 1. de iud. versi. glo. in verbo, interrogatus. nu. 6. col. 9.

Concilium prouinciale an possit deponere episcopum. Ponit Fel. c. 1. de iud. ver. vtrum concilium. nu. 23. col. 16.

Concilium potest etiam congregare Imperator, de quo vide, quæ posui in litera I ver. Imperator potest congregare.

Concilium, seu constitutiones concilij, an habeant clausulam derogatoriam tacite. Fel. c. nonnulli. de rescr. post nu. 3. ver sed non videtur. col. 690.

¶ Conclusio in causa quomodo fit, dic, quòd sit vno modo, quando partes renunciant allegationibus. dom. Abb. capi cum dilectus. de fid instru. Ioan. Ioan. Andr.& alij capit pastoralis. de causa poss.& propri. Io. An. cap 2, de resti. in inte. Bald. l super. C. de dila. Quod intellige sano modo, quando est renunciatum omnibus probationibus. Et hoc modo talis renunciatio habet vim conclusionis, quia si esset renunciatum testibus, possent producere instrumenta. dom. Bart. d. cap pastoralis. Adde Feli. d. c. cum dilectus. de fide instru. versi. in gl. in verb. conclusum. nu. 27. col. 849.

Conclusio in causa fit etiam alio modo, vt puta per l. vel statutum, de l. habes casum l. properandum. in princ. C. de iud. De statuto dic, quòd sunt multa statuta in ciuitatibus Italiæ, quæ disponunt, quòd terminus assignatur partibus ad concludendum quo elapso intelligatur conclusum in causa. Ita Bald. l accusatoribus. in fin. C. de accu. Bald. capi. pastoralis. de causa poss & propr. Adde Felin. cap. cum dilectus. de fide instru. d. colum. & versicul.

Conclusio in causa fit ex officio iudicis, & hoc, quando sufficientes dilationes partes habuerunt, & tamen non renunciant probationibus, quia tunc iudex potest pronunciare conclusum in causa, etiam inuitis partibus. glos. est clementin. sæpe. de verbo significe. verb. conclusio. Adde Felin. capit. cum dilectus. de fide instrumen. versicul. alio modo fit conclusio. numer. 28. col. 849.

Conclusio in causa fit etiam per tacitum consensum partium, & hoc, quando committitur causa consilio sapientis, quo casu non possunt fieri allegationes coram consultore, nisi super actis productis, & nihil de nouo produci potest. Do. Cardin. capitu. pastoralis de causa poss.& propr. Bald l. ne causas. in princ. C. de appel. Et no. quòd consultor non potest nouas probationes admittere sed solum super actis præsentibus ei consulere. Ita Bart. l. 1. §. ff. de appel. & l fin ff. de feriis in fi l in offerendis. C. de appel. Bald. l. 1. C. de dilatio. Adde Fel. c. cum dilectus. de fide instrumen. ver. alio modo concluditur. & ibi posui additionem. nu. 30. col 850.

Conclusio in causa fit sine consensu iudicis, & sic non requiritur de necessitate ipsius consensus, de quo vide per Fel. c. cum dilectus. de fide instr. ver. secundo scias nu. 31. col. 857.

Conclusio in causa potest fieri de consensu partium super vno articulo, & non super alio Bal l. si accusatoribus. vlt. col. C. de accusatiomb. Fel. c. cum dilectus. de fid. instr. ver. tertiò scias. nu. 32. ibi, col. 850.& vide supra. §. conclusio in causa quomodo fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõclusio in causa est de substantia iudicij in foro ecclesiastico, adeò quòd eius omissio reddit sententiam nullam, & hoc in causis plenarijs. dom. Card. & do. Ab. cle. sape. de verb sig. super. gl. ver. conclusione. Do. de Ra. decisi. 5. Adde, quòd in foro ciuili non est de substantia, neque eius omissio vitiat sententiam, domi. Abb. d. clem. sape, & in cap pastoralis. de causa pos. & propr. 3. colu. Bal. l. ne causas. C. de appella. Adde Fel c. cum dilectus. de fide instrum. versi. quarto scias. nu. 33. colum. 850.

Conclusio in causa an possit facere, quòd iudex amplius non possit interrogare partes circa dubia vertentia in meritis causæ? de quo vide in litera I. § iudex potest vsque ad sententiam.

Conclusio in causa tanum operatur, quantum sentetia. Fel. c. fi. de const. nu. 3 col. 304. ver. considerabam.

Conclusio an sit necessaria in libello actoris, ad hoc vt lis dicatur contestata per responsionem rei, do. Ab. c. vnico, de litis contesta. 8. colum. quòd sic, ver. secundò quæro Felin. idem tenet ibi versi. ad secundam quæstionem. nume. 7. colum. 261. Adde quòd hoc fallit, vbi exuberat officium iudicis, Ita Felin. versicul. allegato. Item fallit istud coram Papa, quia præsentia illius supplet conclusionem libelli. Inno. d. cap. vnico, Ludo l. si quis arbitratu. 3 col. ff. de verbo. oblig. domin. Abb. capit. in nostra. 4. colu. de sepul. Adde Felin. d. capitu. vnico. ver. fallit secundò. nume. 9. col. ea. vbi ponit multa in ista materia. Item in possessorijs nõ est necessaria conclusio. glo. capit. præsulatus. 9 4. & Fel. idem tenet d. cap. vnico, versic. fallit tertio. num. 10 colum. 262. Item conclusio in libello non est necessaria, vbi petitur executio sententiæ. Felin. d. cap. vnico. versi. fallit quintò nume. 11. colu. ead. Item fallit in criminalibus, quia non requiritur conclusio. Felin. d. c. vnico versi. fallit sexto. num. 12. colum. ea. Item fallit, vbi libellus concludit præsumptiuè. Felin. d. ca. vnico, versi. fallit septimò. nu. 13. colum. ea. Item conclusio non est necessaria. vbi exceptiones non egent conclusione. Felin. d. cap. vnico, ver. fallit octauò. nume. 14. Item de iure diuino non est necessaria conclusio in libello. Felin. d. capit. vnico. ver. fallit nono. nu. 15 colum. supra allega. Item libellus sine conclusione valeat, vbi potest procedi sine figura iudicij. Bartol. extrauag. ad reprimendum. 3. col. versi. & figura. Fel. dict. c. vnico, versi. fallit decimò. nu. 16. colum præallegata.

Conclusio in libello semper attenditur, etiamsi narratio sit strictior quam conclusio, vel econtra sit latior. Vide quæ posui in litera L. § libellus semper attendendus est.

Conclusio in causa potest reuocari per iudicem? Vide quæ posui in litera I. § instrumentorum productiones, & melius in litera I. §. interlocutoria. quæ est executioni mandata.

Conclusio in causa multoties eosdem effectus producit, quos producit sententia. Do. de S. Ge. c. 2. de rest. in inte. in 6. Fel. c. cum dilectus. de fi. instr. in prin. part. 2 col. 844. & inde.

Conclusio in causa quando operatur, vt instrumenta & probationes amplius non possunt produci. Vide in litera I. §. instrumenta non possunt produci post conclusionem. Et habebis decem §§. loquentes de ista materia ad plenum.

Conclusio in causa impedit, quòd amplius non possunt fieri probationes, & etiam non possunt produci instrumenta, capit. cum dilectus. de fide. instrum. & vide, quæ posui in litera I. §. instrumenta non possunt produci, & ibi habes decem §§. loquentes de materia ista. Adde, an conclusio in causa impediat produci probationes, tam iuris, quam facti, puta, allegationes iuris & consilia Doctorum. do. Card. consil. suo. 74. tenuit, quòd non, quia conclusio non potest facere, quòd probationes iuris, vt sunt allegationes, non producantur. Et hoc modo limita tex. d. capitu. cum dilectus. non habere locum in allegationibus. Et idẽ consuluit Roman. consil. suo 175. Vide Bald. cap fin. vlt. colum. de proba qui idem tenet. Felin. d. cap. cum dilectus. versicul secunda declaratio. nume. 37. colum. 851. parte. 2. Adde, quòd contra domi. Card. & alios tenuit Specul. titu. de renuncia. & concluſi. versicul. Et not. Innocen. capitul. pastoralis. de excep. qui expressè dicit, quòd post conclusionem in causa, nec in iure, nec in facto aliquid proponi potest. Et idem tenet Bal. dicto cap pastoralis. Adde Felin. capit. cum dilectus. versi. tertia declaratio. nu. 38. col. 851. Adde Iaſ. rep. l. admonendi ff. de iureiu. 1. col.

¶ *Concordia in quo differt a pace, vide Fel. c. causam, quæ. el 1. de test. in prin. part. 2. col. 547.*

¶ *Concubina clerici non est de foro seculari. Ita Fel. ca. cum sit. de fo. comp. ver. de concubina clerici. nu. 14. col. 173.*

Concubina clericorum gaudent priuil. gio fori. Felin. cap. 2. de fo. comp. in prin. col. 251.

Concubinæ clericorum an possint puniri per statutum laicorum. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum editum contra concubinas.

Concubinæ clericorum sunt seruæ, & ideo episcopus potest illas vendere. Vide Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versic. decimo sexto quæro. nu. 102 col. 266.

Concubinas clericorum, an iudex secularis possit eas punire, vide consilium Petr. de Anch. consi suo 92. incl. Magne & illustris princeps. de quo vide Feli ca. si concubinæ. de sen exc. in princ. col. 1123.

¶ *Concubinatus an hodie sit reprobatus de iure ciuili, ponit Felin. cap cum sit. de fo. comp. ver. respectu concubinatus. num. 13. colum 173.*

Concubinatus est crimen merè ecclesiasticũ, vnde debet puniri per iudicem ecclesiasticum, non secularem, Ita Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de const versi. decimo, ceptimò. nu. 103. col. 267. Adde tu, quòd iudex secularis non est competens iudex in causa concubinatus, quia istud crimen secundum leges non est crimen, ff. de concub. l. in concubinatu. & sentiunt hoc omnes scribentes, quòd tantum de hoc cognoscit ecclesia. Frid. de Senis consi. suo 162. Io. An. in regu sine culpa. de reg iur. & dom. Abb. in rub. de adul. & c. per venerabilem. 12. col. qui fil. sint legi. & c. cum venissent de institu. in si.

¶ *Condemnare qui potest, potest etiam absoluere. Fel. de maio. & obed. c cum inferior nu. 4. ver. regula est. col. 229.*

¶ *Condemnatio expensarum ratione contumaciæ an requirat nouam citationem. Vide, quæ posui in litera E. §. expensa ratione contumaciæ.*

Condemnatio expensarum potest fieri post sententiam interlocutoriam ex interuallo etiam post x. dies. Inn. c. sæpe. de appe. Fel. rubr. de re iudi. versic. & si dicatur, Reuocamus attentata. nu. 12. col 34.

Condemnatio expensarum an sit fienda in causa criminali, & dic, quòd ratione contumaciæ potest fieri condemnatio. sed dubium stat ratione victoriæ an possit fieri condemnatio expensarum in criminali. Vide Bart. l. 1 ff. ad Turp. 3. colum. versicul. quæro vtrum. Bal. in proœ. Inst. Cy. l. qui crimen. C. qui accu. non pos. vlt. colum. Bar. Bal. Ang. & Sal. l. non ignorat. C. de fru. et lit exp. Dic concludendo, quòd in causa criminali criminaliter mota, non potest fieri condemnatio expensarũ per officium iudicis mercenarium. Vide Fel c. accedens. de accu. ver. octauo nota. nu. 3 col. 84.

Condemnatio, quæ potest referri & ad delictum, & ad contumaciam, si non apparet de intentione proferentis, in dubio refertur ad contumaciam Fel. c. ex literis de const. ver. amplia secundò. nu. 19. col. 287. Adde, quæ posui in litera P. § pœna imposita per iudi quæ potest referri.

¶ *Condemnatus actione depositi, non habet quadrimestre. quod datur condemnatis, vt c. quod ad consultationem. de re iudi. Bal. posuit l. si quis. C. depositi. Et hoc modo limita tex. d. c. quod ad cõsultationem. Adde Fel. in ista materia c. querẽti. de of. dele. ver. gl. in verb quadrimestre. nu. 2. col. 1027. Item non datur quadrimestre, quando appellatio est deserta. Fel. col. ea. Item cõdemnatus ab arbitratore non habet quadrimestre. Fel. col. ea. Item condemnatus a iudice, a cuius sententia non appellatur, non hẽt quadrimestre. Fel. loco pallegato. ver. quartò fallit. col. ea. & seq.*

Condemnatus in x. pro vno delicto, & pro alio delicto condemnatus in aliys x. an intelligatur comdemnatus in viginti, ad hoc, vt possit impune offendi. Vide supra in litera C. verb conceruatio, & vide quæ posui in litera B. § bannitus a xx libris.

Condemnatus ad mortem si non appellat intra x. dies, sententia transit in rem iudi. de quo vide, quæ posui in litera S. § sententia lata contra reum condemnatum.

Condemnatus si recipit terminum ad soluendum, an videatur renunciare appellationi interpositæ, & interponendæ, domin. Abb. capit. quod ad consultationem de re iudic. 7. colum. versicu. solutio. post multa dicit, quòd recipiens terminum, videtur solum renunciare appellationi interpositæ, non interponendæ, & hoc quando ille condemnatus non petierit terminum, sed simpliciter receperit. puta non contradicens iudici. Item tenuit Inn. d. capit. quod ad consultationem. & Imol. l. 4. § si quis ff. de.

ff. de re iud. do. Ab. c. gratum. de off. dele. 2. colum. ver. item not. vbi An. de But. & Imo. Flo. l. aa solutionem. C. de re iud. Felin. d. cap. quod ad consultationem. ver. propter difficultatem huius tex. num. 5. colum. 459. Adde quòd istud fallit, vbi condemnatus, vt dixi, petit terminum sponte, quia videtur renunciare appellationi interpositæ, & interponendæ. dom. Abb. capitu. solicitudinem, de appel. circa si. Felin. d. capitu. quod ad consultationem. versi. limita primo. nu. 6. col. 460. Item fallit, vbi condemnatus recipit termitum ad soluendum, a iudice, quia ex quo habet expedire actum executiuum condemnationis, quod est ad soluendum, tunc videtur renunciare appellationi interponendæ. de quo vide Felin. d. capit. quod consultationem. versicul. limita secundò. nume. 7 colum. præalleg. vbi multa bona posuit in materia ista.

Condemnatus, qui habet quadrimestre tempus ad soluendum misericordia gratia, debet satisdare de soluendo in termino, si vult vti isto termino, aliter poterit capi. domi. Aba. capit. quod ad consultationem, de re iud. 8. colum. ver. & hoc not. Idem tenet Bartol. l. si debitori. ff. de iud. Est verum, quod do. Abb. ibi limitat istud de captura, quod verum est, quòd poterit condemnatus qui non satisdat, & hoc, quando laborat inopia, aliter non. Vide Fel. d. ca. quod ad consultationem. ver. quadrimestre, de quo hic. num. 8. col. 462. Adde & amplia istud, quia habet locum in omnibus dilationibus a lege concessis misericordia causa. secus, si ratione contractus, quia in illis non tenetur condemnatus satisdare, de quo per Imo. & Ang. l. si constante. §. quoties. ff. solu. mat. Imo. l. 2 ff. eo. Vide Fel. vbi supra.

Condemnatus in absentia pro delicto, an sit infamis. Paul. de Cast. consilio suo 195. dicit, quòd talis non est infamis. Vide Felica. cum Bertoldus. de re iudi. versic, datur etiam doctrina. nu. 20. col. 517.

Condemnatus ciuiliter de crimine infamante, efficitur infamis. glo. 1. capitu. cum te. de re iudi. gloss. cap. multi. 2. q. 1. do. Abb. d. cap. cum te. 1. colum. versicul. quæro nunc. & ibi Fel. in prin. nu. 1. col. 597.

¶ *Conditio quæ subintelligitur in contractu, si exprimitur, an faciat actum conditionalem. Ponit Fel. c. ex parte. de rescrip. versi. scias etiam. quòd licet. col. 346. nu. 9.*

Conditio subintellecta non facit contractum conditionalem. Ita do. Ab. c. 2. de sponsal. in prin. & ibi Fel. in prin. col. 661. Adde, quòd si ipsa conditio subintellecta est expressa, quia tunc facit contractum conditionalem, Do. de sanct. Gemi. c. 1. de sponsa. in 6. in si. sequitur Felinus. col. ead.

Conditio ex canone, reintegrãda si intentatur, & dicatur, iniustè esse amissam rem, reus autem dicat, iustè amissam, quis debet probare. Fel. de prob. c. ex literis. nu. 13. col. 351.

¶ *Conductor quando possit excipere de dominio contra locatorem, Vide, quæ posui in litera L. § locatio non probat dominium.*

Conductor non potest excipere de dominio contra locatorem, de quo passu vide do. Abb. c. inter delictos, de fide instrum. pen. colum. ver. an autem & quando. Et hoc non solum habet locum in conductore, sed etiam in alijs tenẽtibus aliquid alieno nomine. Pau. de Castr. l. qui rem. ff. depo. Felin. d. cap. inter dilectos. ver. in gl. verb. locatio. num. 20. col. 831. Et dic, quòd istud habet locum etiam in hærede conductoris. Pet. de Anc. consi. suo 210. inci. In q. vertente. Fel. d. c. inter dilectos. d. col. & ver. Ista regula fallit, vbi conductor velit excipere contra locatorem de dominio proprio ipsius conducentis, quia bene potest. Fel. d. c. inter dilectos. in præallegatis colu. & ver. Tamen si locator ageret conditione l. si quis. C. locati. tunc conductor non posset excipere, neque de dominio proprio, neque de alieno. Fel. d. ca. inter dilectos alleg. versi. Et adde ad ista illa, quæ posui in litera L. §. locatio non probat dominium.

Conductor potest locare rem conductam alteri æque idoneo, & ad eundem vsum. Fel. c. inter dilectos. de fide instr. ver. in ea. glo. in fi. nu. 24. col. 832.

¶ *Conferre beneficium qui potest de iure speciali, tamen non poterit destituere, & sic priuare habentem illud beneficium, de quo vide, quæ posui in litera B. § beneficium potest conferri de iure speciali.*

¶ *Confessio an sit fienda laico de necessitate? & vtrum talis confessio sit de consilio, aut de præcepto, ponit Fel. c. pastoralis. §. præterea. alias est nu. 14. col. 1125. de off. ord. ver secunda declaratio. cum ver. præcedenti.*

Confessio facta in pœnitentia non facit fidem in foro iudiciali. Felin. cap. testimonium. de testi. vers. in gloss. in verb. emendatus, ibi, & intellige, quòd sacerdos. nu. 35. col. 740 part. 2 & ibi posui additionem. Adde tu, quòd licèt talis confessio facta sacerdoti, non probat in foro iudiciali, vt per Bal. l. archigerontes. C. de epis. audi tamen facta in causa matrimoniali, probaret, glo. cautua. de spon. quam ad hoc reputat singularem Lud. Ro. l. si non speciali. C. de testa.

Confessio facta coram sacerdote, si aliqui audierunt illam, qui postea deponunt in iudicio, an testimonium eorum noceat confitenti. Vi. quæ posui in litera T. § testes qui audierunt confessionem.

Confessio an sit probatio, Io And posuit rubr. de prob. & ibi dicit, quod non est probatio, sed probationis releuatio. Et idem tenet do. Ab. d. rub. in si. An. de But & Imo. Io. And. c. bonæ. el 1. de elec. An. de But. c. si sacerdos. de offi ord. 1. col. Pau de Cast. l. 1. ff. de confes. Bal. c. 1. § vasallus. 2. col. si de feud. fue contro. inter do. & agnat. Ro. l. admonendi. ff. de iureiu. 6 char. Pet. de Anc. c. 1. de conf. in 6. Adde quòd contra tenuerunt Mo. d. rub. & malè. Adde Feli. d. rub. ver. vlterius secundo loco. nu. 6. col. 316. Adde & no. prostatutis facientibus mentionem de probatione, quia in materia odiosa non includunt cõfessionẽ. Ita do. Ab. d. ru. in si.

Confessio an possit acceptari pro parte, & pro parte repudiari. Vide Io An. c. 1. de conf. in 6. Bar. l. Aurelius. § idem quæsiuit. ff. de lib. leg. do. Ab. c. præterea. el 2. de transl. 1. no. Fel. d. c. cum dilecti de accu. nu. 8. versi in gl si col. 765.

Confessio facta in articulo mortis non semper probat. Vide, quæ posui in litera M. § morienti non semper creditur.

Confessio mutui recepti an noceat confitenti, quando agens ex causa mutui non probauit numerationem, sed solum confessionem de mutuo recepto, do. Abb c. si cautio. de fid inst. 3. col. versi. secundò gloss. quærit. tenet, quòd non noceat talis confessio, quia agens non obtinebit probando solam confessionem sine numeratione. Et istud tenet Spec. ti. de teste. §. 1. versicul. sed pone. egi. & Imo. d. cap. si cautio. Bald. l. fin. penul. colum. C. communia vtriusque iudi. Ang. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obli. Paul. de Cast. l. 2. §. fi. ff. si cer. pet. Vide Felin. d. capitu. si cautio. versicul extra gl. quærunt hic. nu. 85. col. 803. Adde, quòd contrarium tenuit Bart. l. certi condictio. §. si nummos ff. si cer. pe. 2. colum. ver. hic moneo. vbi dicit, quòd agens ex causa mutui, debet obtinere, si probat mutuum per confessionem. etiam quòd non probat numerationem. Et Bal. l. 2. § fin. ff. si cert. pet. Imo. l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obl. Sal. l. si ex cautione. C. de non nu. pec. vlt colum. Vide Fel. late d. c. si cautio. & versi. sibi sed quòd talis debeat. col. ead.

Confessio an & quando faciat remitti partem pœnæ. Fel. c. de hoc. de simo. nu. 6. col. 873.

Confessio facta ab aduersario in iudicio summario, probat in alio iudicio plenario inter easdem personas. Inn. capitu. 2. de ordin. cog. Imol. clem. constitutionem. 7. colum. de elec. do. Ab. cap. dilectus 2 colum. de cap mona. ver. no finem gl. Lu. Ro. l. naturalites. §. nihil commune. ff. de acq. poss. 8. col. Vide Felin. capit. causam, quæ. el 1. de testi. versi secundò restringe. num. 7. col. 549. Adde, quòd istud non habet locum in confessione procuratoris. Anton. de Butr. ca. per inquisitionem. vlt. col. de elect. Specu. tit. de conf. § videndum. ver, nunquid. & sequitur Feli. loco præal legato. Etiam adde, quòd istud non procedit in confessione ficta. Bar. l. eius, qui delatorem. in princ ff. de iure fisci. Pet. de Anch. cap. 2. de conf. in 6. Fallit, nisi esset confessio ficta resultans ex morte, puta, quia incarceratus se interficeret, vel accusatus etiã interficeret se, quia talis confessio æquiparatur confessioni veræ. Cy. l. 2. C. qui testa. fac. pos. Bar. d. l. eius qui delatorem. in princ. Vide Felin. d. c. causam, quæ. versi. præall. Cui adde, quòd etiam talis confessio ficta non transit in hæredes, nisi resultaret ex morte, vt dixi supra. Et de hoc vi. Bal. l. 1. § 2. C. qui testa. fac. pos. Lu. Ro. no. 305. & Bal. l. 1. § 2. de cal. Bal. c. vasallus. si de feu. fue. contro. Imol. l. qui alatronib. ff. de testa. §. 1. Limita predicta in trib. casib. primo in casu criminis læsæ maiestatis, l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. Secundo casu in latronibus. gl 1 ff. de bo. eorũ. Tertio casu in crimine hæresis, vt secundum leges. de hæret. in 6. In quib. casib. ficta confessio facit transire pœnam ad hæredes. Adde Bar. l. 1. ff. de bonis eorum. in fin. Adde ad dicta, quòd confessio tacita non probat in alio iudicio, etiã inter easdem personas, Bartol. l. si confessus ff. de cust. reo. Felin. d. c. causam, quæ. ver. Item non procedit. col. ea. n. 8. Et ẽt si cõfessio

incidenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

incidenter sit facta in iudicio nullo ex defectu processus, non probat in alio iudicio inter easdem personas. Bartol. d l. si confessus. Fel. idem tenet in loco prædallegato.

Confessio tacite orta ex instrumento producto in iudicio, si reprobatur instrumentum, confessio corruit. Ita do. Abb. capi. cum venerabilis de excep. x. col. versicul. expediam hanc materiam & versi. secundus casus. & ibi etiam Inno. do. Card. capit. inter dilectos. de fi. inst. in fi. Bal. l. 2. C. de erro. aduo. 2. colum. ver. vltetius. dum. Spec. titu. de instrum. edi. §. nunc dicamus. versi. quid si quis. Paul. de Castr. consili. suo 36. incip. aduertendum. 4. colu. Adde Fel. d. cap. cum venerabilis. ver secunda conclusio, reprobato instrumento, nume. 24. colum. 56. Adde, & limita conclusionē istā, nisi qs sibi cōfessus fuisset contenta in instrumento eo non nominato, quia etiam si reprobatum esset instrumentum, nihilominus confessio remanet firma. do. Abb. d. cap. cum venerabilis. 11. colum. versicul tertius casus. vbi etiam Innocen. & Felin. versicul. tribus modis. numer. 25. colum. ead. Item limita cōclusionem istam si instrumentum reprobaretur, non, quia falsum, sed quia non solenne, quia confessio remanet firma. Do. Abb. d. cap. cum venerabilis. 11. colum. versicul. quartus casus. & ibi Fel. versicul. limitatur secundo. nu. 26 colum. 58. vbi dicit, quod hoc est verum, quando solennitas respicit instrumentum, sed non respicit principale negotium. Item limita tertio, quando productum est falsum instrumentum scienter, quia confessio non corruit, etiam reprobato instrumento. dom. Abb. capi. cum venerabilis. 12 colum. versicul. quintus casus. Quod tamen intellige sano modo, nisi producens esset procurator ecclesie, vel alius, cuius delictum non noceret principali. Item intellige etiam sano modo, quod per hoc non perditur causa, sed confessio tantum valet, quantum est sufficiens ad dictam causam. Ita Fel. d. c. cum venerabilis. de excep. ver. limita tertio. nu. 27. col. 58.

Confessio facta in iudicio nullo, ex defectu processus, an probet in iudicio plenario. Ponit Imo. c. qualiter & quando. de accu. el 2. do. Abb. c. fin. de confes. 9 col. & c. dilectus. de ca mona. Bal. l. mercalem. in fi. C. de cond ob turp caus. Bar. l. si confessus ff. de custo. reo. Et dic. quod ist omnes concludunt, quod velet confessio ad plenum præiudicium in iudicio minus legitime promoto. Et vide Fel. d. c. qualiter & quando. §. licet autem. versi. quando autem dicatur. nu. 2 col. 822. Et ex istis nota conclusionem veram & approbatam, quod confessio non requirit telam iudicij, neq; curat ineptitudinem processus. Adde tu, quod ista conclusio limitatur multis modis, quia non semper verum est, quod confessio facta in iudicio nullo, valeat. Et primo limita, quando confessio est facta de crimine simpliciter. Fel. d. c. qualiter. d. §. sed aduerte. nu. 31. col. 834. Item limita, quando confessio est facta de crimine connexo negotio principali, quia punitur, nec pœna ordinaria, nec extraordinaria. Et hoc, quando confessio nō est simplex, Do. de S. Gem. c. fi. de confes. in 6. Io. And. cap. mandatum. de rescr. An. de But. & Imo. c. vt nostrum. vt eccl. benefi. Fel. d. cap. qualiter. d. §. & ver. allegato. Item limita, nisi reus sponte confiteatur. dom. Abb. ca. de hoc. de simo. Fel. d. cap. qualiter. §. & ver. allegato. Item limita, quando quis esset tutus ex forma Statuti, quia Statutum ciuitatis diceret, quod de crimine non possit inquiri, nisi ad tantum tempus, quia etiam, quod quis confiteatur crimen, non poterit procedi ad condemnationem. Fe. d. capi. qualiter. §. licet. ver. quarto limita. nu. 6. colum. 809. Item limita, dummodo confessio sit facta expresse. secus, si tacite. Ioa. An. c. 2. de confes. in 6. Felin. d. capit. qualiter. verfic. & §. allegato. Item limita, nisi confessio fieret in iudicio nullo, non principaliter, sed incidenter. Bar. l si confessus. do. Ab. capit. cum dilectus. de ordin. cogn. 14. & 15. col Fel. d. capit. qualiter. d. §. versicul. sexto limita. nu. 8. col. ea. Item limita, nisi confessio fieret in iudicio nullo ratione incompetentiæ iudicis, quia tunc talis confessio non præiudicat. Tex. c. at si clerici. de iud in princip. Anton. de Butr. in repe. capit. nostra. de coha. cleric. & mul. 43. col. Vide, qua posui supra §. confessio extraiudicialis. Vide Felin. d. capit. qualiter. ver. septimò limita col. prælleg. nu. 9. Item limita, nisi iudicium esset nullum ratione præposterationis ordinis, quia confessio non valet, Felin. d. capitu. qualiter. d. §. ver. octauò limita. col. ea. Item limita, nisi confessio sit facta in iudicio nullo, quia partes sunt inhabiles, quia tunc confessio non præiudicat. Felin. ibi versi. Nonò limita. nume. 11. colum. ea. Item limita, nisi iudicium esset nullum, quia libellus est ineptus, quia reus consti-

tens in iudicio, non potest comdemnari, etiam quòd confessio est vera. Bal. l. 2. §. quòd si actor. de iur. cal. ver. no. hoc. vide Felin. ibi versicul. decimo limita. nu. 12. col. ea. Item limita, nisi confessio esset facta per torturam, non præcedentib. indicijs, quia non valet. vide Fel. d. c. qualiter. ver. undecimo limita, vbi supra num. 23. col. ead. Adde ista, quæ posui supra. §. confessio extraiudicialis.

Confessio procuratoris habentis speciale mandatum, præiudicat. do. Fel. de fi. instr. c si cautio. nu. 88. col. 905.

Confessio non requirit telam iudicij, nec curat ineptitudinem processus. Vide supra. confessio facta in iudicio.

Confessio facta coram competenti iudice in causa criminali ciuiliter mota an faciat fidem in causa criminali criminaliter mota. Bal. l. 4. C. loca. Bal. l. clarum. C. de autho. præstan. In istis locis vult, quòd si ex tali confessione est orta suspicio, vel infamia quòd tunc faciat fidem alias secus. Et idem Ioan. de Ana. cap. qualiter. & quando el 2. de accu. Adde etiam, quòd requiritur aliud, quòd sumus in eodem iudicio & inter easdem personas, secus, si in alio iudicio, glo. authe. item possessor. gl. fi. C. qui po. in pig. hab. Videtamen super intellectu illius gl. Bar. l. Papinian⁹. §. sed nec. ff. de inoff. testa. Vide Fel. d. c. qualiter. §. ad corrigendos. versi. est verum, quòd circa. num. 49. col. 837. Adde etiam, quòd requiritur aliud, quòd ista confessio sit vera, non ficta, puta, dicit tex. c. 2. de conf. in 6. qui non respondet positionib. in ciuilib. habeatur pro confesso, istud non habebit locum in causa criminali. Ita Bald. l. 2. C. de eden. 2. colum. Fel. d. c. qualiter. d. §. ad corrigendos ver. adde etiam aliud nu. 48. col. ea. Adde, quòd requiritur aliud, quòd ista confessio sit facta per principalem. secus, si per procuratorem, quia non nocebit domino in alia causa. Io. ca. per inquisitionem. de electi. vbi do. Ab pe. col. & An. de But. in fi. Fel d. c. qualiter d §. ad corrigendos. ver. & co. allegatis. Adde, ad ista, quod Bal. l. 2. de eden. dicit expresse, quòd confessio principalis in causa ciuili facta, præiudicat criminali, tamen teneo, quòd istud sit verum istis additis, vt hic habes.

Confessio coniugum quando noceat, vel aliud operetur in causa matrimoniali. Vide do. Ab. c. consanguinei. de re iud. 2. col. ver. vlt. gl. Adde Fel. ibi in prin. col. 450.

Confessio vera facta in causa criminali non infamat, & hoc, quando confessus ante condemnationam soluit, sed solum sententia, Bar. l. infamem. ff. de pub. iud. 2. col. ver. si vero do. Ab. c. at si clerici. de iud. 14. col. Et tamen confessio oriens ex transactione in criminali, inducit infamiam iuris, quæ est ratio diuersitatis, vide ad plenum per Fel. c. cum te. de re iud. vers. & si diceres. nu. 5. col. 669. in prin. Adde, quòd non est absolute verum, quòd confessus in criminali non incurrat infamiam. Ita do. Car. d. c. at si clerici. 1. colum. Adde & limita opi. dom. Abba. & Bart. quòd non habet locum, vbi esset statutum, quòd diceret, quòd sententia non sit fienda, nisi sit facta depositio de certa quantitate pecuniarum ratione condemnationis, quia isto casu opin. Bart. & dom. Ab. non haberet locum. Felin. d. cap. cum te. ver. limita prædicta. nume. 6. colum. ea. Item limita, quod ad hoc, vt quis cuitet in famiam per solutionem ante condemnationem, requiritur, vt solnat, ante quam sit conclusum in causa, de quo vide Fel. d. capi. cum te. versic. limita secundo. nu. 7. col. ea. Item limita, quòd ad hoc, vt valeat ista solutio ad euitationem infamiæ requiritur, vt oblatio sit facta post litem contestatam, & hoc si iudicium pendet coram iudice delegato, quia antea non posset absoluere ipsum accusatum ab obseruatione iudicij. Bal. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. 6. col. ver. vnde scias. Secus in ordinario. Vide Fel. d. c. cum te. ver. limita tertio. nu. 8 col. 570.

Confessio facta ex abrupto in iudicio absque deliberatione, an & qualiter possit reuocari in præmio gl. Decr. nu. 2. col. 2.

Confessio ad deliberandum, etiam annullatiua, valet non ad obligandum. Fel. de test. cap significauit. post nu. 2. ver. no. tertio. colum. 697.

Confessio ficta non probat, de hoc posui supra. §. confessio facta ab aduersario.

Confessio ficta quæ resultat ex morte, puta quia accusatus, vel incarceratus interfecit se, in isto casu bene probat. Viae, quæ posui supra §. confessio facta ab aduersario.

Confessio ficta an transeat contra hæredes, hic vide isto. §. confessus in causa ciuili, in fi.

sic no.quòd Fel.ibi vult,quòd nimis credulus excusetur, in qua materia ipse procedit intricatè, & non aperit veritatem istius difficultatis,quare tu pro vera intelligentia istius dubij dic sic, imputandum est ei,qui nimis credulus est.Facit tex.l. miles. §. pen.ff.de adul.& authen.hodie.C.eo. & c. relatum. qui filij sint legi.& l.nimia credulitate.C.de actio.& obl.gl.cap.quam magnum.& ibi Arch.23.q.4.& gl.c.innocens.23.q.4.& c.si quis 50.dist.& cap.inquisitioni.de sent.excom. Limita istam regulam non procedere in præiudicim nunciantis. Vide Bart. l. 1. ff. de eo,per quem fac.erit. 1.column. versicul. oppo. tertiò. Et hoc modo intelligas Felin.d.capi.cùm contingat.de rescri.ver.adde etiam Ange.ibidem,qui ibi loquitur confuse.column.ead. Limita secundò,nisi quis crediderit homini fide digno.gl. est singularis.l.Titio fundus.de condi.& demon.& ibi Bartol.& l.de pupillo.§.si quis ff.de no.ope.nun.l.non.§.morte.eo.tit.& per illam gl.dixit Bald.l.indicio.C.de rei vend.quòd dictum nobilis viri inducit credulitatem etiam in materia præscriptionis. Idem dixit Bar.l.Celsus.2.col ff.de vsucap.do.An.de But.c.si diligẽti.de præscri.domi.Abb. consil. 103. quod incipit,In quæstione. Fortius dixit Gemi.ca.de capitulis.10,dis.& gl.& dicta Doctorum in materia ista habent locum etiam in nuncio solito mitti ad tales causas,quia excusatur, qui ei credidit. l. argentum. ff. commoda Quod tantum limita singulariter procedere in speciebus,secus in quantitatibus,ideo si sum debitor tuus in x.ducatis, & tuo nomine veniet famulus solitus ad hæc mitti,repetens ista x.ego bona fide ei numero,si famulus fugit,nõ sum liberatus. Ita no.Bar.l.si procurator falsò 5.col.3.q.de condi.ob.cau. Pau. de Cast.dic.l.argentum.ff.commo.Ange.l.si finita. §.si iam.ff.de dam.infec. Limita,quando esset conuentum inter partes,quòd asserenti tale signum talis res daretur, tertius venit cum signo,qui audiuit, nunquid liberatur, si ei crederetur? Vide per Ang.& Rom.d.l.1.ff.de eo,per quem fac.Limita tertiò,quãdo quis crederet publicæ famæ. Text.cum glos.l. cum quid.ff. de acqui.hære.

¶ *Crimen commissum ante electionem, etiam quòd ille electus sit confirmatus & consecratus,potest opponi post electionem & confirmationem,do.Abb.c.sicut.de ele.7.col.Feli.c. veniens. de accus.in prin.col.713.*

Crimen oppositum per viam exceptionis dicitur causa ciuilis, & non criminalis. Felin.c.super his.de accu.ver.vltimò no.nu. 2. col.717.

*Crimen deductum in iudicio per viam exceptionis, vel incidenter, an possit puniri per iudicem? Dom.Abb.cap.2.de ord.cog.10. colum.versicul.ad primum.dicit,quòd si tela iudicij fuit instituta contra eum,contra quem fuit deductum crimen per viam exceptionis,sicut contra alios, poterit puniri, aut tela iudicij fuit restricta ad aliam personam,seu ad alium finem,& tunc secus, nisi de nouo velit iudex contra eum procedere. Eum vide ibi. Idem tenet Felin.capit.1.de excep.versicu.collige octo breues.num.4.colum.10.Adde,quòd fuit deductum in iudicio non erit connexum causæ principali, & ille non sit confessus crimen, q talis non poterit puniri ordinarie, nec extraordinarie.Felin.d.cap.1.de excep.ver.dic contra.nu.8.col.12. Adde etiam quòd si crimen,de quo excipitur,contingit causam, & de eo constat per confessionem illius,contra quem fuit facta exceptio, quia poterit puniri per iudicem ordinariè. Ita domin. Abb. d.capi.1.4.col.ver.ex his videtur.& ibi Fel. versi.quinta conclusio.nume.9.col.vt supra. Limita tamen istud vltimum nisi fieret confessio in foro mixto inter pœnitentem & contentiosum. Felin.d.cap.1.ver.limita vltra omnes.colum.13.num.11.quia non noceret talis confessio. Item limita,quando esset confessio conditionalis,quia non esset puniendus confitens.Fel.d.c.1.ver.limita secundò.num.12.colum.præalleg. Item limita, quando confessio fuisset in iudicio reprobata,quia non noceret. Bald.authen. nouo iure.in fine,C.de pœna iud. Fel cap.1.versicul. limita tertiò.num.13.colum.ead.Item limita,quando confessio esset in causa ciuili; quia per talem confessionem quis non potest condemnari.Fel.d.cap.1.versi.limita quarto.nu.14.col.ead.Adde, q si crimen,quod fuit deductum en iudicio, contingit causam principalem,& de ipso crimine constat iudici per probationes, quòd tunc poterit puniri pœna ordinaria.Ita Felin.d.ca.1. de except. ver.septima conclu.nu.15. ibi,Limita & intellige dum modo causa principalis sit criminalis,secus si ciuilis;do.Abb.c.super. de concess.prab.2.colum.Fel.d.c.1.de excep.ver.limita tamen.n. 16.col.14.Item limita & intellige,dummodò criminosus sit conuictus per probationes de crimine incidenter, & sit præsens, secus,si fuisset absens,quia non posset puniri.Bar.l. denunciasse. §. quæritur.ff.de adul.vbi dicit, si sententia est lata contra testes falsos in absentia sua,non nocet eis.Adde Fel.c.1.de exce.versi. limita secundò.nu.17.col.ead.

Crimen an possit opponi per reum accusatum contra suum accusatorem ad compensationem faciendam alterius criminis. Ponit dom.Abb.cap.dilecti.de excep.pe.colum,ver.finaliter. & ibi tenet,quòd non,si agitur criminaliter de crimine. Idem tenet Fe. ibi,ver.ad illud,quòd in criminali.nu.9.col.82.Fallit hoc, quando fieret replicatio alterius criminis ratione connexitatis, vt accusator non repellatur.sed vt puniatur, do.Abb. loco præalleg. & etiam Fel.loco præalle.

Crimen non probatur instrumento.Ita Fel.cap. cum in ecclesijs de maio & obe.versi.dixit tamen Bald.nu.2.col.1198. Adde,q Hosti.cap.cum ad sedem.de resti.spo.dicit,quòd violentia potest probari per instrumentum,de quo vide loã. An. regula, semel malus.de reg.iu.in 6.Adde Bal.rub.C. de fide instr. qui dicit, quòd si officialis notarius est,creditur ei de delicto.

Crimen aliquando probatur per instrumentum, puta quando crimen fuit commissum per scripturam, vt in statuto facto contra libertatem ecclesiasticam.Ita Fel.c.cum in ecclesijs. de maio.et obe.ver.fallit tertiò.nu.4.col.1199.

Crimen probatur per instrumentum,quando agitur de crimine ciuliter.Ita Fel.d.ca.cum in ecclesijs.de ma.& obe. ver.fallit septimò.nu.8.col.2100.

Crimen si est probatum expresiè per testes,reus non potest se purgare, neque etiam adducere testes de credulitate, tamen si reus vult probare negatiuam indirectè per testes deponentes de veritate,debet admitti.gl.multum sing.c.clerici.81.dist.dom.Abb. c.ad nostram.de proba.2.col.ver.tu sic conclude.Adde Fel.d.c. ad nostram.ver.gl.1.in fin.nu.5.parte 2.col.482.

Crimen opponens,& non probans,tenetur actione iniuriarum.Feli.de exce.c.denique.nu.18.col.14.

Crimen deductum per viam exceptionis,quando sit punibile, Fel. de exce.c.2.nu.4.col.10.

Crimen vtrum omne repellat testem a testificando, etiamsi non est condemnatus? Aliqui dixerunt,quòd ad hoc,vt repellat, oportet,quòd sit tale crimen, quod repellat a promotione, & quòd non sit dispensatum cum criminoso. Ita tenuit Ioan.Andr. & Imo.c.testimonium.de testi.Vide Feli.c.testimonium.versic. tertiò no.nu.6.colum.738.part.2.Adde, quòd contrarium tenuit dom.Card.d.ca.testimonium.Et idem tenet ibi do.Ab.3.colũ. ver.sed ego,quòd imo omne peccatum mortale excludat testem a testificando, etiamsi non repellat a promotione, quia satis excluditur a promotione quis,ex quo perseuerat in peccato mortali. Et cum ista opin.do.Card.& dom.Abb.transit Fel.d.cap.testimonium.versic.allegato.colum.ead.& inde. Et ista procedunt de iure canonico. Vide,quæ posui in litera T. §. teõis de iure ciuili.

Crimina quæ mereantur depositionem? ponit Felin.c. at si clerici.de iudi.versi.quæ autem sint crimina.nu.15.col.35. Adde do. Abb.d.c.at si clerici.12 col.ver.ad secundum,quæ crimina.Vide etiam per do.Ab.d.c.at si clerici.12.col. versic.ad primum. vbi ponit,quæ sunt crimina suspensione digna.

Crimina grauia quæ dicantur? Ponit Fel.cap.at si clerici. de iudi. ver.quæ autem dicantur grauia.nu.13.col.34.

Crimina de iure canonico an tollantur præscriptione legali, adeo quòd non possit fieri accusatio,dom.Abb.cap.licet.de prob.11. colum.ver.& dixit hic. Vincentius dicit,quòd si lata est sententia absolutoria,ex cuius obseruantia imminet peccatum,saltem non remissibile per partem,quòd non auditur quis post tempore legitimo,sed si sunt talia crimina,quæ impediunt executionem,vel retentionem beneficij post peractam pœnitentiam, tunc ista crimina non tolluntur præscriptione temporis. Adde Bald.l.2.25.colum.C.qui accu.non poss. Vide late per Feliu.d.cap.licet.versi.& aduerte,quia quod dictum est.nu.8,colum.434.par.2.

Crimina non pertinentia ad zelum,non impediunt testes in criminalibus exceptis.Fel.de simo.c.per tuas.nu.4.col.911.

¶ *Criminalis causa ciuiliter intentata,non est proprie criminalis, vnde delegatus datus ad cãm criminalẽ,nõ cognoscit de tali,do. de Rot concluſi.238.incipien. Item not.quòd vbi agitur in antiquis.*

tiquis.Felin.c.meminimus,de accusa.versic. secunda conclusio. nu.11.col.708.

¶ *Criminosus potest esse index,dom. Abb. ca. testimonium.de testi. versi.aduerte tamen. Ad de Felin.ibi,versic. & hac conclusione. nu.4.col.737.*

Criminosus si vult esse testis,oportet quod probet emendationem criminis,& quomodo eam probabit,vide,quæ posui in litera T. §. testis non repellitur à testificando.

Criminosus semel conuictus de crimine,licèt sit emendatus,non potest esse testis in criminali,de quo vide,quæ posui in litera T. §. testis semel conuictus de crimine.

Criminosus quando repellitur à testimonio? Vide,quæ posui in litera T. §. testis criminosus. & §. testis, qui opponit. & §. crimen vtrum.

Criminosus an possit excipere contra electum.Fel.de accus. c. super his.nu.6.col.719.

Criminosus repellitur de iure ciuili,ita demum, quando est condemnatus,secus de iure canonico,quia satis est,quòd possit tunc conuinci,domin. Abb. capitu super eo, il 1.de testi. versicul. opp. contra tex. Adde Felin.d.capitu.super eo,versicul.gloss. 1.nu. 3.part.2.colum.559. Vide, quæ posui in litera T. §. testis criminosus.

Criminosus laicus. & etiam vilis persona potest accusare clericũ de crimine simoniæ,& hoc,quando ipse clericus est infamatus de tali crimine,aliter non. Ita dicit glo. cap. veniens. de testi. gloss. 2.& gloss.cap.cum P.de accus.& gloss capit.si quis.79. distin.& vide late per domin. Abb.d. ca.cum P.pen. & vltim.colum.Adde Felin.d.c.veniens,ver.in glo.ibi,malè famæ, nu. 5. col.539.part.2. Adde,quòd domin. Abb.d.cap cum P.2.colu versicul.tertium membrum.dicit,quòd clericus vilis persona et malæ famæ,potest accusare clericum simoniacum etiam non in famatum, & in hoc distat clericus infamatus à laico, de quo vide etiam Felin.d cap.veniens.versicu.alleg.colum.ea.& d.c. cum P.col.697.

Criminosus quando potest accusare clericum de simonia.Fel.de testi c.veniens.nu.5.col.539.

Criminosus condemnatus de crimine quando possit appellare, & non.Vide glo.& Docto.c.Romana.§.si autem mandet. de app. in 6.

Criminosus petens restitutionem beneficij,non auditur,& hoc, si de eius crimine notorie constat non solum notorietate facti,sed etiã iuris,do,Abb.c.ad petitionem. de accus. Et idem tenet ibi Ant. de But.& Ioan.de Ana.cap.constiterit.de accus.Vide Fel. d. c. Ad petitionem,versicu.ex quo infert.ibi,& subdit hic. nume. 3. col.801.Adde,quòd secus esset,si constaret de crimine per præsumptionem,& si esset notorietas præsumptionis tantum,quia bene audiretur,& illa non impediret restitutionem Anton.de Buc.in literis.de rest.spo.Fel.vbi suprà. Et dic, quòd idem esset, si quis esset famosus,dato quòd opponens incontinenti vellet probare.quia ista non impedirent restitutionem glo.c.super causis 2.q. 5.Fel.d.ca inquisitionis.§.ad petitionem,ver.alleg.circa fi. Do. de Rota decis.210.incip.Item nota.

Criminosi quando possunt testificari,vel accusare clericum de crimine simoniæ.Vide do.Abb.c.per tuas.il 1.de sim.2.col. versic. secunda lectura.& adde tex.optimum.c.1.de testib.in 6.qui decidit bene istum casum.

¶ *Chronicæ in factis antiquis probant.Ita Feli.c.ex parte.de rescr. ver.& dum suprà tactum est.nu.49.col.368.in fine.*

Chronicæ.An liber chronicorum probet.Ponit Glo.capitu. inter dilectos.de fide instrum.verbo,magis.& ibi dom.Abb.7.col.uer.no. gl.Bartol.l.1.ff.si cert.pet.6.colum.versic.pro cuius.Adde Feli. d.ca.inter dilectos.versi.in glos.in verbo magis.num.12.colum. 829.par.2.

¶ *CVLPA vnius an & quando noceat alteri.Felin.de simo. ca ex insinuatione.nu.4.col.893.*

¶ *Cumulatio actionum an sit permissa.Vide per Felin cap.ex parte decani.de rescrip.versi.item dum notant.num.3.col.850.& ibi dicit,quòd in eodem iudicio & eodem libello potest agi contra eundem super pluribus articulis. Adde tu, stat statutum in ciuitate,quòd iudex non possit cognoscere, nisi sit causa tante sumæ,an debet fieri coaceruatio plurium summarum ex diuersis actionibus debitarum ad iurisdictionem includendam. Vide Bartol.d.l.si idem in princip.ff. de iurisd.omn. iudi. Et sic not.quia venit ad ampliationem illius, quòd dicitur ibi per Felin.quia videtur sentire,quòd in eodem iudicio & eodem libello potest agi contra eundem. Adde ad istã, pone, statutum est,quòd libris mercatorum cum eorum iuramento credatur vsque ad summam tantam pone,aliquis apparet debitor in libris & summa sunt multæ,sed nulla de per se excedit summam taxatam per statutum,an debeat fieri cumulatio,ad hoc, ne possit iurare. Mar. Lau.d.l.si idem tenet,quòd fit cumulatio, ad hoc, ne stetur iuramento. Ibi vide per domin.Iaso. May. præceptorem meum.*

Cumulatio summæ diuersarum postarum positarum in libris mercatorum, an sit fienda, ad hoc,ne stetur iuramento mercatoris. Vide, quæ posui in litera S. §.statutum,quod vult, quòd debitum.

Cumulatio summæ debitæ pecuniæ an sit fienda, ad hoc, quòd iudex possit cognoscere; qui iudex habet taxatam iurisdictionem? Vide,quæ posui in litera S.§.statutum,quod vult, quòd debitum.

¶ *Curam animarum an possit excipere prælatus inferior in quadam parte diœcesis,excluso episcopo, do.Abb.c.cum non liceat de præscr.vlt.col.ver.quidam abbas.& c.auditis.eo.titu.2.col. ver.ex quo infero.tenuit,quòd sic,& d.cap.cum non liceat.dicit, quòd quæstio pendebat de facto.Semis.Adde,quòd idem tenet ca. cum ex officij,de præscr.5.no.vbi dicit,quòd institutio authorizabilis, per quam fit traditio curæ animarum potest per inferiorè præscribi,& sic expresiè vult,quòd prælatus inferior possit exercere curam animarum in quadam ecclesia sibi subiecta episcopo excluso,& hoc,vel per priuilegium,aut præscriptionem. Adde quòd contrarium tenuit Host.lo.& An de But.c.cum sacris. de offic.archiep.Host.d.cap.audistis.de præscr. Adde tu,et dic,quòd communis opinio est in contrarium,quòd imo prælatus inferior potest exercere curam animarum in aliqua ecclesia sibi subiecta episcopo excluso.Quam tenet Imo.c.cum olim.de præscrip.2.no tab & ibi do.Ab.8.notabi & c.cum contingat.de fo.compe.25. colum.Et idem tenet do.Car.clem.1.de excef.præla.6.opposi.& Imo.cle.ne in agro §.ad hæc de statu monachor. Adde do.Car. consi.suo.48.incipien.R.pater vbi dicit, quòd abbas potest præscribere in ecclesijs sibi subiectis,vt committat curam animarũ. Adde Fel.d.c.auditis.de præscr.versi in quantum Abb firmat hic num.8.col.271.vbi etiam multa alia posuit,quæ faciunt ad materiam istam.*

Curator non datur capitulo litiganti cum episcopo suo.Fel.c.edoceri de rescrip.ver.curator non datur.nu.9.col.606.

Curia,seu curtis,an curtius,an veniat appellatione domus in vltimis voluntatibus vel contractibus.Ponit Felin.c.Rodulphus. de rescri.vers.hortus.nu.22.col.889.

D

DAMNARI quis potest post mortem multis in casibus enumeratis per glo.33.q.2.in summa,& l.ex iudiciorum.ff.de accus.Adde Feli.capi.cum nobis.de præscript.ver.& ad omnes casus,in quibus.nu.12.col.265.

¶ *Damnatus ad perpetuos carceret an possit esse legatarius.Imo.l. 2.ff.de pub.iud.tenet,quòd non,nisi ratione alimentorum, et hoc dicit bene istum casum.*

Damnatus ad mortem an possit testari pro anima. Et dic,quòd non.Ita Barto.& Bald.l.1.C.de sacrosan.eccle. Et idem tenet Io.An.ca.2.de testa.in 6.do.Abb.cap.accedens.de procu.2.col. Fel.c.cũ voluntate.de sen excõ.ver.extra gl.tãgit hic.col.1122.

Damnatus vltimo supplicio statim efficitur seruus pœnæ.Fel.ut lite non contest.c.accedens.2.nu.16.col.292.

¶ *Damnum passus potest agere contra consulentẽ in foro canonico & conscientiæ,etc. Fel.de homi.c.sicut dignum.nu.13,col 1022.*

Damnum et interesse quod dependet à contentis in instrumento, potest probari per testes,etiãsi statutũ ciuitatis diceret,quòd debitũ nõ possit ꝓbari,nisi per instrumentum, de quo vide, quæ posui in litera S.§.statutum,quod restringit facultatem probandi.

Damnum datum ex culpa leui,vel leuissima, non est resarciendũ. Fel.de simo.c.audiuimus.nu.2.col.931.

¶ *Dato vno inconuenienti,multa inde sequuntur.Fel.de simo.c.in tantum,nu.1.col.921.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *DEBILITANS membrum si est clericus, an sit irregularis. gl. fi. c. accusastis de accus. dicit, quòd debilitatio non facit quem irregularem. & hoc expresse tenet Cald. c. 1. qui cleri. vel vouen. vbi dicit, quòd clericus debilitans aliquem aliquo membro, non est irregularis. Adde. quòd domin. Cardin. d. capitu 1. dicit, quòd putat quòd bonum esset, quòd talis clericus petat dispensationem. Adde Felin. cap. cum illorum. de senten. excommun. 3. colum. versi. & adde glos. fin. in c. accusastis. nume. 12. colum. 1093.*

¶ *Debitor an possit incarcerari pro debito, etiamsi haberet bona sufficientia ad debitum. gl. l. 3. §. tutores. de suspect. tuto. tenuit, quòd non. Idem tenet do. Ab. c. quo ad consultationem. de re iudica. 9. col. ver. nam si bona. Et idem tenet Bart. & Bal. l. 1. C. qui bo. cede. pos. & Bal. l. etiam. C. de execu. rei iudi. 6. colum. versi. sed nunquid. Paul. de Cast. l. 4. §. j. ff. de re iud. Vide Feli. d. c. quod ad consultationem ver non deuenitur. nu. 10. col. 462. Adde, quòd contrarium tenuit Imo. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi & Sal. l et cùm filij. C. qui bo cede. pos. Ang. Aret. Institu. de actio. §. fin. 4 col. & Bart. l. cùm in eo. ff. ad l. Iul. pecu. 1. col. ver. ponere verò. Tu vide Fel. d. c. quod ad consultationem. versi. sequenti. col. vt supra.*

Debitor, qui soluit, potest petere à creditore sibi reddi instrumentũ debiti. l. dissoluta. C. de condict. sine causa. Et tunc debitor tenetur facere instrumentum creditori, qualiter soluit ex tali causa. Bartol. l. qui tabulas. §. 1 ff. de furt. Card. c. accedens. il 1. vt li. non contest. Adde Felin. ca. accedens. ver. quinta conclusio. nu. 4. col. 279.

Debitor potest cogere creditorem, vt faciat instrumentum liberationis, puta, de solutione factà, vel de pacto de nõ petendo. de quo vide Bar. l. si quis. §. si cum l. seq. ff. locati. & Bar. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infecto. & do. Abb. c. significauit. de testibus. 3. colum. versi. quaero expediendo glo. Sal. Bal. l. si data. ff. de liber. cau. Adde Fel. c. significauit. de testi. ver. in gl. pen. in fin. Adde quid econtra, nu. 8. col 699.

Debitor, & sic reus, an potest cogi instrumentum facere creditori, & sic actori? Vide Bar. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. & l. 2 ff. solu. matri. & l. dedi 1. col ff. de cond. ob cau. Bal. l. nostram. 1. col C. de testi. Adde. & dic, quòd regulariter non tenetur quis cauere. si de cautione nihil fuit actum, vt per Bar. d. l. dedi. 1. col. ver. dic ergo. Et etiam non tenetur cauere. quando ille, qui petit cautionem, habet aliud remedium, vt ibi per Bart. Et adde, quòd ista veniunt ad limitationem l in omnibus ff. de iudi. de qua limitatione vide Bar. l. quibus diebus versi. item quaro. ff. de condi. & demon.

Debitor sine die si conuenitur, non monitus, non tenetur soluere expensas si confitetur debitum. do. Abb. c. licet. de simo. 3. col. versi. & in quantum Bald. l. non ignorat. C. de fru. & litium expen. Fel. d. c. licet. ver. in glo. verbo, inscriptio. in fi. nu. 3. col. 904. Adde, quòd hoc fallit in debitore fisci. & gl. l. cum quidam. §. fiscus. ff. de vsur. Fel. d. c. licet. ver. fallit quatuor modis. nu. 4. col ead. Item fallit in debitore ecclesiæ ex vltima voluntate. Feli. vbi supra. col. ead. Item fallit in debitore minoris Fel. d. c. licet. ver. tertiò in debitore. nu. 4 col ead. Item fallit, quando quis iurauit soluere. Felin. column. vt suprà. Item fallit, quando quis promisisset se facturum & curaturum. Felin. column. eadem. Adde. si dies est apposita, non requiritur monitio. capitul. potuit. de locato. l. optimam. C. de contrahen. stipu. domin. Abb. d. capitu. licet. 3. colum. versicul. si verò. & ibi Felin. versic. secunda conclusio. nume. 9. colum. 906. Adde, quòd istud intelligitur, nisi esset terminus nimium breuis. Bald. l. si mihi. §. si quis. ff. de leg. 1. Item intellige istud, nisi debitor esset diuersi fori cum creditore; quia requiritur monitio; do. Abb. d. c. licet. 3 col. versicu. sed si. Felin. ibi, versi. secundò limita num. 13. col. 907.

Debitor, qui tenetur ire ad domum creditoris pro solutione debiti faciendã? Ponit dom. Abb. cap significante. de pign. vbi Imo. Barto. l. item illa ff. de const. pecu. Bald. l. acceptam. 12. 9. C. de vsur. Bald. l suus quoque. ff. de hæred insti. Petr. de Ancha consil. sito 82. incip pro faciliori. & consi. 227. incipien. Visis. domin. Card consi suo. 68. incip. casus talis est. Feli. c. licet. de simo ver. prælleg.

Debitor in alternatiuis regulariter habet electionem. Ita Felin. capit. inter cæteras. de rescript. versic. regulariter in alternatiuis. nume. 4. colum. 389. Fallit, quando esset adiectum aliquid in contractu fauore creditoris, puta, debitor promisit dare centum, vel fideiussorem. Fel. ista posuit ad plenum. d. ca. inter cæteras. ver. fallit secundò nu. 4. col. 390.

Debitor excommunicati, an teneatur soluere creditori excommunicato pendente excommunicatione. Imo cap. veritatis. de dolo et contu. tenet, quòd sic. Et idem tenet Archidiac. capitul. nos sanctorum. 15. q. 6. Adde, quòd domin. Abb. capi. inter alia de sentent excom. tenuit contrarium, de quo passu. vide. Fel. latè d. c. inter alia. versi. vtrum debitor excõcati col. 1090. n. 4.

Debitor potest excommunicari ad petitionem creditoris. do. Abb. d. c. ad aures de simonia in princip. & ibi Fel. in prin. col. 891. Limita istud, nisi inopia debitoris esset notoria, quia excommunicatio esset ipso iure nulla. Ant. de But. c. Odoardus. de sol. Fel. col. ead. Item limita, dum modò creditori non potest per aliud remedium succurri. Fel. col. ead.

Debitor tutus ope exceptionis, potest implorare officium iudicis, ne inquietetur ab aduersario. Fel. c. si autem. de rescrip. versic. communem opinionem nu. 6. col. 466. circa finem. Adde tu, quòd debitor tutus exceptione potest implorare officium iudicis, etiam si non conueniatur, ne ab aduersario inquietetur. Ita Bar. l. 1. § 1. 2. colum. versi. item aduerte ff. quod vi, aut clam. & Bart. l. si societatem. §. arbitrorum. 3. colu. ver. quæro, quo. iure. ff. pro soci. Contrariũ tenuit Sal. & male. l. si pater. C. qui bonis cedere pos.

Debitor, qui iurauit creditori soluere pecuniam mutuatam intra tantum tempus. si non soluit, an sit periurus. Vide, quæ posui in litera I. §. iurans soluere.

Debitor debitoris, ne soluat ipsi debitori certificandus est expresse, & practica est, quòd legatur ei instrumentum debiti, aut copia ei mittatur. Ita Fel. c. cum contingat. de rescrip. versi. octaua & vltima conclusio. nu. 10. col. 647.

Debitor, qui promisit soluere in certis locis specificatis, & postea subditur clausula generalis, videlicet vt quibuscunque locis, an intelligatur de remotioribus expressis. Vide, quæ posui in litera L. § loca, quæ sunt expressa.

Debitor, qui per pactum promisit creditori in instrumento, si non soluerit quòd possit capi personaliter, & incarcerari, vtrum tale pactum valeat de obligando se ad carcerem. Vide Ange. Auth. vt non fiant pignora. in fin. Angel. Imol. & Ludo. Rom. l. alia. §. eleganter. ff. solut matrimoni. Bartol. l. Titio centum. §. 2. ff. de condi. & demonstr. vbi Bald. etiam. Et dic, quòd communis opinio est, quòd tale pactum non valeat, de quo vide Felin. capit. ex rescripto. de iureiuran. ver. ista etiam faciunt ad quæstionem. nu. 13. colũ. 1038. parte 7. Adde, posito quòd pactum valeret se obligando ad carcerem, an istud pactum transeat ad hæredes. Vide additionem, quam posui ad Felin. d. capit ex rescripto d. versi. Adde si pactum non facit, quòd hæres possit incarcerari, vtrum statutum possit hoc facere. vide in dicta additione.

Debitor, qui fecit pactum in instrumento, & promisit creditori, quòd si non soluerit in termino, quòd ipse creditor possit ipsum debitorem capere personaliter authoritate propria, an tale pactum valeat. & dic, quòd non. Ita Bal. Authen. vt non fiant pignora. Ang. l si vnus. §. pacta ff. de pact. Barto. l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. Imo capit. cum contingat. de iureiurand. Vide Fel. c. ex rescripto. de iureiuran. versi. similiter non valet pactũ. nu. 12 col. 1038. Adde, & amplia quòd hoc habet locum etiam si esset iuratum. Bald. auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. colum. 1. Adde quòd hoc fallit in scriptore, qui promisit scribere librum, quia valebit pactum, quòd possit teneri in compedibus. Item fallit in obside, quia valet pactum, quòd propria authoritate possit incarcerari. Item fallit in eo, qui redemptus fuit de manu hostium pecunia alicuius, quia ille poterit eum tenere in carcere priuato vsque ad restitutionem pecuniarum. de quo vide Specul. ti. de renuncia. & conclus. §. 1 versi. item est beneficium. & Angel. l. nemo carcerem. C. de exactio. trib. lib. 10. Adde Feli. d. c. ex rescripto. d. ver.

Debitor, qui simpliciter iurauit soluere vsuras, quomodo subueniatur ei, ad hoc, ne cogatur per ipsum creditorem ad solutionẽ vsurarum. domin. Abb. ponit multa circa materiam istam. cap. 1 de iureiuran. 2. column versicul. venio ad primam. Adde tu, & dic, quòd quando debitor iurat soluere vsuras, quòd primum remedium est, vt soluat, & postea repetat. Felin. d. c. 1. ver. in glos. 1. in fine. num. 7. col. 995. part. 2. Secundum remedium, vt petat a iudice, vt faciat sibi relaxari iuramentum. Felin. d. capit. 1. versi. secundum remedium. n. 8. colum. ea. Tertium

remedium, vt petat absolutionem a iuramento ab episcopo, & hoc, quando ipse creditor non vult relaxasi iuramentũ. Felin. d. capit. versi. tertium remedium. nu. 9. col. 994. Quartũ remedium si debitor est conuentus ad solutionem vsurarum ratione iuramenti, quia potest excipere contra creditorem, vt desistat, de quo vide Felin. d. capit. versic. quartum remedium. nume. 10. colu. ea. Vbi ponit limitationem ad istud quartum remedium. Quintum remedium est, quia iudex ex officio suo potest compellere creditorem petentem vsuras, vt desistat ab exactione. Felin. d. capitu. 1. versicul. quintum est remedium. numer. 11. column. eadem, quamuis Imol. ibi teneat contrarium. Vide Felin.

Debitor, qui iurauit soluere vsuras, & nullam quæstionem mouere, vel etiam nullam absolutionem petere, quomodo subueniatur isti debitori, ad hoc, ne possit cogi ad solutionem vsurarũ? Ponit dom. Abb. capitu. 1. de iureiuran. 3. colum. ver. secundus casus. Adde, & dic, quòd primum remedium est, vt soluat, & postea repetat. Felin. d. cap. 1. versi. adde etiam aliud remedium. nu. 12. colum. 995. Secundum remedium est, vt denunciet ecclesiæ, quia nullum iuramentum impedit, quòd quis non possit denunciare crimen. Fel. d cap. 1. versi. tertium remedium. nu. 14. col. ea. potest ipse debitor petere absolutionem a iuramento absque eo, quòd citari faciat creditorem. Ita Jo. And. in Spe. rub. de iureiu. in fi. Sed do. Abb. d. ca. 15. col. ver. nunc extra gl. quæro tenet contra Io. An. Vide tu Felin. d. ca. 1. versi. secundum remedium. vbi latè de hoc. c. l. ea.

Debitor fugitiuus potest capi a creditore authoritate propria. Ita Felin. c. 1. de iudi. versi. quinta conclusio nu. 14. col. 83. Adde, an possit capi à iudice incompetenti debitor fugitiuus ad preces creditoris? Vide Roma. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. qui dicit, quòd captura personæ, quæ est suspecta de fuga, potest fieri a quocunque delegato, & à quocunque iudice alias incompetenti, nam contra capturam factam propter suspicionẽ fugæ, non potest opponi de incompetentia iudicis. Ita ipse Lud. Roma. loco prælleg. refert consulisse. Petr. de Ancha. consil. 84. quod consilium etiam allegat dom. Alleg. ibi d. l. 2. sed corrupte, quia debebat allegare consi. 162. quòd incipit, In auxilium veritatis, & pro confirmatione eorum, quæ scripta sunt. Mouetur, quia si debitor suspectus de fuga potest capi per ipsum creditorem, & sic per priuatam personam l. ait prator. §. si debitorem ff. de his, qui in frau. credi. multò magis per iudicem, quamuis alias incompetentem, arg. l. fi. C. de male si. Secundò, quia die feriato in honorem Dei iudex est incompetens, quo ad exercitium iurisdictionis, & tamen illo tempore potest facere capi debitorem suspectum de fuga, vt est gloss. sing. l. si. C. de feriis. Tertiò, cùm mora sit periculum allatura, cessant regulæ iuris prohibitiuæ, l. de pupillo. §. si quis, ff. de no. ope. nunc Istam decisionem Petr. de Anch. sequitur per prædicta fundamenta Rom. d. l. 2. de iurisd. omn. iudi. & consil. suo 242. quod incip Virum est & plenius l. de pupillo. §. meminisse in addi. in nouis. vbi quædam alia addidit. ff. de noui ope. nũ. Idem simpliciter sequitur domin. Alexand. d. l. de pupillo. §. si quis. d. l. 2. ff. de iurisd. omn. iuds. adde, quòd Franc. de Aret. consi. 95. quod incip. Respondendo dubijs, recitat istam decisionem Pe. de Anc. & dicit, quòd est falsissima, & Petr. non fundaunt se supra firmam petram sed aurum, & pecunia corruperunt eum, & fecerunt eum malè consulere, & quòd rationes Petri sunt somnia, & multa allegat. sed inter cætera optimum text. qui valde tangit l. 1. §. hoc autem. ff. de ser. fugi. vbi magistratus non tenetur capere seruum fugitiuum, nec facere ei auxilium ad capiendum, nisi ad literas iudicis domicilij, quod esset absurdum si ratione fugæ quilibet iudex incompetens posset capere. Secundò dicit aliud, quod placet, quòd fundamentum Petr. de Anchar. non est verum, dum dicit, potest fieri die feriato, ergo per iudicem incompetentem, hoc non est verum, nam tutores & curatores possunt dari diebus feriatis, l. 2. ff. de feri. & tamen non possunt dari per iudicem incompetentem. l. a. C. vbi pe tu. Quid tenendum in hoc passu subtili? Ego teneo decisionem Pet. de Anc. & Roma. quam puto esse veriorem, & eam confirmo quatuor optimis fundamentis. Primò, quia clericum debitorem suspectum de fuga potest capere iudex secularis, & valet captura, quando alias periculum esset in mora. Imo ipsemet creditor secularis potest tunc capere propria authoritate clericum suspectum de fuga, & tamen ibi est omnimoda incompetentia. Ita concludit domi. Abb. cap. cum non ab homine. 3. & 4. colum. de iudi. & ante eum Bald. 3 colum. ibidem, & Bald. capit. delictis. 1. colum. de ap. Secundò moueor, quia vbi periculum est in mora, iudex alias incompetens potest examinare testes, & valent dicta testium, & probant non obstante incompetentia, secundum. Bartol. l. fin. C. de naufra. libr. 11. Sequitur Roma, l. si verò. §. de viro. 54 fallentia. ff. solut. matrimon. Facit, quod vult Bartol. l. admonendi 10. colum. versicul. quid si dictum testis ff. de iureiuran. Sequitur Anton. de Butr. cap fin. 6 col. de iureiuran. Tertiò moueor; nam si creditor potest propria authoritate capere debitorem suspectum de fuga, vt est texi. d. l. ait prator. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. credit. certe si faceret capi per iudicem incompetentem, nihil deberet nocere incompetentia iudicis, quia regula est, quòd quando aliquid de necessitate non requiritur ad actum, si illud interuenit & malè, non vitiat actum, l. vnica, C. de rei vxo. act. Et quòd tunc non obstat incompetentia iudicis, quando requiritur, est bona. glo. § multis. verb. in transitu. Insti. de liber. quam ad hoc reputat singularem. Bald. l. consentaneum. 5. column. C. quomodo & quando iudex. & l. 2 C. de iure emph. & capit. 1. §. si verò de pace iur. fir. Quartò facit, quòd si debitor in diem, vel sub cõditione, si est suspectus de fuga, interim potest contra eum fieri executio. l. quæsitum & ibi glo. in verb. quia interest ff. de pign. & ibi clarius Bartol. & Ange. in summario. Et per illum text. dicit Bald. l. 1. in fin. C. de cond. ex lege. quòd debitor fugitiuus & ante diem, potest capi. Et idem Bald. l. 3. in fi. C. commoda. & l. si debitorem ff. de iud. Item si lite pendente debitor efficitur suspectus de fuga, potest non obstante litis pendentia & etiam propria authoritate capi. Ita no. tenet Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. li. x. ver. Item quæro, quid si lite pendente. quem refert & sequitur dom. Alexan. consi. suo 470. inci. Mag. præto. Item alibi tenet Bal. rub. de treug. & pace, 2. col. quòd debitorem meum fugitiuum possum capere tempore treugæ quia treuga non prodest fugitiuis. Concludo, quòd debitor suspectus de fuga, si capitur authoritate iudicis incompetentis, non potest opponere de incompetentia iudicis. Intellige sanè tamen, quando periculum erat in mora, quia tunc non potest habere copiam iudicis competentis, & sic alias potuisset fugere. Item intellige, quòd talis captura facta per iudicem incompetentem, valet cum hoc, vt postea consignet eum iudici competenti, sicut quando creditor capit propria authoritate secundum Bar. d. l. ait prætor. §. si debitorem gl. c. cap i. §. 1. verb. potestatem. de pac. iur. fir. Not. l generali vbi Bald. de dec. lib. x. Facit §. audierit. Authe. de defen. ciuit. Sicut quando iudex laicus capit clericum suspectum de fuga, qui debet eum consignare iudici ecclesiastico, secundum do. Ab. d. c. cum non ab homine. & quando eam capit infraganti crime, nam debet eum consignare iudici ecclesiastico, secundum Bar. l. si quis in seruitutem ff. de fur. Bald. l. si qua. C. de episcop. & Cler. Canonis. ca. vt famæ. de sen. exc. & d. c. cum non ab homine. Nota tamen diligenter, quòd creditor faciens, capi debitorem authoritate iudicis incompetentis, si scienter facit, perdit ius. Ita singulariter tenet Bald. capit. causam matrimonij, in fin. de offic. deleg. Accedat l. extat. cum gloss ff. quod met. cau.

Debitori condemnato per sententiam, qui soluit indebitum si reperit instrumentum solutionis, quomodo subueniatur circa recuperationem indebitis soluti, dom. Abb. ca. suborta. de re iud. 3. colum. versic. quaro. Titius. ponit multas opiniones & finaliter dicit, quòd si apparet expresse, quòd sententia esset iniusta, quòd tunc posset ipse debitor condemnatus venire contra sententiam. Adde, & dic, quòd debitor habet etiam alia remedia quia si creditor fuit in dolo, succurrit victo per actionem de dolo, vel condictionem sine causa, si soluit, vel per exceptionem, si non soluit, gloss. l. imperatores. ff. de re iudic. Item habet istud remedium, quia si ipse debitor non habet scientiam solutionis, restituitur in integrum. Vide per Felin. latè d. capitu. suborta. versic. reperienti instrumentum. numer. 10. col. 55.

Debitores si fugiunt cum auxilio alicuius, quæ pœna sint puniendi qui faciunt eos fugere? Vide, quæ posui in litera R. §. reum condemnatum.

Debitores, qui soluunt prælatis, quib interdictum est, ne alienent, an liberentur? Vide, quæ posui in litera P. §. prohibitus alienare.

¶ *Decem dies, qui dantur ad appellandum, an iudex possit ex causa prorogare, aut abbreuiare, do. Abb. capit. cum sit. de app. tenuit, quòd*

nuit. & sic. 3. col. uer. & per hac. Et hoc contra gl. d. ca. cum sit. et authen. offeratur. C. de lit. contest. Idem tenuit Bart. contra istas glo. l. 2 ff. de re iud. Vide Felin. d. capit. cum sit. ver. & quamuis. nu. 4. col. 619. Adde, quòd contrarium tenuit Bal. auth. iubemus. C. de iudic. & Ange. Authent. hodie. C. de appel. vbi reprobant opini. Barto. d. l. 2. Et idem tenet Paul. de Castr. d. l. 2. Bald. in Marga. sua, verb. dilatio taxata. Et istam sequor, quia magis communis.

Decem dies, qui dantur ad appellandum, non possunt prorogari, etiam communi consensu partium. Imo. clem. quando. de appell. & ibi domi. Cardin. 5. quæst. Dom. de Rota titu. de dilatio. 2. in nouis. Anton. de Butr. capit. licet. de proba. 11. colum. Pau. de Castr. l. 2. ff. de re iudi. Angel. authent. hodie. C. de appell. Felin. cap. ex ratione. de app. versicul. tertiò dum dicitur. num. 3. col. 634.

Decem dies, qui dantur ad appellandum, non currunt, quando est impeditus circa ostendendum & prosequendum causam nullitatis sententiæ; quia etiamsi succumbit, poterit postea intra decem dies appellare, de quo vide, quæ posui in litera T. versicul. tempus datum ad prosequendum appellationem.

¶ *Decendium datum ad appellandum, non potest prorogari partium consensu. Vide per Felin. c. venerabilis. de iudi. versi. secunda declaratio sit ad hanc. nu. 14. col. 138.*

Decendium, quod datur ad appellandum, non currit contra contumacem, etiam citatum, si lata est sententia, & ei non fuerit intimata, sed solum a die scientiæ. Ange. l. 1. C. de temp. app. & l. 1, §. biduum ff. quando appel. sit. Et idem tenet gl. capit. concertationi. de appe. in 6. quæ dicit, quòd non sufficit scire sententiam latam, nisi ille sciat. tenorem. Et istud regulariter procedit. Vide Fel. c. quod ad consultationem. de re iud. ver. postremò circa cursum. nu. 22. col. 470. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus, & primò, quando quis fuit citatus ad domum, quia si est contumax, currit decendium, etiamsi intimata non sit sententia ei, & hoc a die scientiæ. Domi. de Rota ti. de app. in antiquis, nu. 44. Et idem videtur tenere Bart. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex in princip. & ibi Bald. & Bart. l. 1. §. fin ff. quando app. sit in princ. Tamen contrarium tenent Do. de Rota ti. de dolo & contu. 16. in nouis, vbi dicunt, quòd contra citatum ad domum ad audiendam sententiam, non currit decendium, nisi à die scientiæ. Ergo requiritur intimatio sententiæ. Et istud expressè tenet Bald. l. scire oportet. §. 1. ff. de excus. tut. in fine. Ang. auth. hodie. C. de appella. Vide, quæ posui in materia ista in litera C. §. citatus ad domum. Et vide etiam Felin. d. cap. quod ad consultationem. versicu. primus est colum. ead. nume. 23. Item fallit ista regula, quando quis fuit citatus personaliter, quia si est contumax, & contra ipsum contumacem lata est sententia, currit decendium, etiamsi aliter non sit intimata sententia. Felin. capitulo bona. de appellat. versicul. octauò. Vide Felin. dicto cap. quod ad consultationem. versic. secundus casus. numero 24. col. eadem.

Decendium, quòd datur ad appellandum, currit a tempore scientiæ latæ sententiæ, & hoc quando iudicium fuit agitatum contra dominum, sed si fuit agitatum iudicium contra procuratorem, tunc decendium statim currit, dummodo procurator fuerit presens quando lata fuit sententia, vel aliter certioratus, dom. Abb. ca. 1. vt lite non contest. ix. column. versi. item ad hunc. Feli. capitu. quod ad consultationem. de re iudi. vers. Vndecima conclusio. nu. 31. col. 474.

Decendium ita demum currit, quando victus scit, quòd sententia est lata contra ipsum, l. 1. §. fin ff. quando appel. sit. Item currit decendium, quando victus scit, quòd sententia, quæ est lata, est contra se. gl. c. concertationi. de appe. in 6. ver. sciuerit. Adde Feli. c. quod ad consultationem. de re iudi. vers. duodecima conclusio. nu. 32. col. 474.

¶ *Deceptio inter contrahentes facta per dolum partis, nullo modo est licita, etiam si esset citra dimidiam iusti pretij. & hæc procedunt etiam de iure ciuili. Vide, quæ posui in litera C. §. contrahentes ad inuicem.*

¶ *Decimæ an possint præscribi per laicum per spacium tanti temporis, de cuius initio memoria non existit in contrarium. vide, quæ posui in litera L. §. laici an possint acquirere.*

Decimæ an possint dari in feudum laici, & vtrum cum bona conscientia ipsi laici possint eas possidere? & vtrum laicus feudatarius possit decimas transferre in alium laicum? De his omnibus vide, quæ posui in litera L. §. laicus habens de cimas.

Decimæ prædiales si non petantur tempore suo, non possunt peti postea, quia ad ipsas quis non tenetur, nisi tempore suo petantur. Ita Felin. cap. si autem. de rescrip. vers. & dicit Ro. nu. 5. col. 464.

Decimæ præscribuntur in alterius parochia sine titulo per spatium tanti temporis, de cuius initio non sit memoria, cum titul. præscribuntur minori spatio, dom. Card. consi. suo. 89. incip. capitulum ciuitatense. Adde Felin. capitu. de quarta. de præscrip. in prin. col. 173.

Decimæ, quæ sunt acquisitæ ab ecclesia per præscriptionem in certa parte agri, an extendant se ad decimas eiusdem fundi, vel agri de nouo reducti ad culturam. Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio decimarum in vna parte.

Decimæ prædiales, aut personales, an sint de iure diuino, vel positiuo. Vide supra. §. decimarum solutione.

Decimarum causam an possit cognoscere iudex laicus? Dic tu, quòd sic, si sit quæstio facti, sed si esset iuris, puta quia dubitatur de validitate ipsarum decimarum, tunc iudex laicus non est competens. Frid. de Senis, consi. suo 245. incipi. domin. Andreæ vicario. Adde Fel. cap. causam. de præscr. ver. facit enim ad quæstionem nu. 15. col. 209.

Decimarum à solutione an consuetudine, aut præscriptione laicus possit se liberare. Istud est magnum dubium. Hostien. posuit in Summa, titu. de decimis §. vtrum. versicul. 7. But. & Imo. cap. statuimus. de transac. Anton. de But. cap. paroch. anos. de de ci. dom. Abb. rub. de deci. vbi etiam Imo & Arch. cap. maiores. 16. q. 7. Bal. consi. suo incip. constitutio episcopi. Vide Fel. c. causam. de præscri. in prin. num. 1. col. 201. & inde. Vbi dicit, quòd in decimis, quæ non sunt de iure diuino, vt personales, consuetudo excusat non soluentes, dum modò sit rationabilis. Dic tu, quòd Felin. salua reuerentia sua, male dixit, dum tenet, quòd decimæ personales non sunt de iure diuino, vt infra patebit, ideo de duobus quærendum est, an laicus possit se liberare a solutione decimarum, tam prædialium, quam personalium, consuetudine, aut præscriptione. Secundò an decimæ personales sint de iure diuino. Adde tu, quo ad primum, pro intelligentia istius dubij, quòd hoc totum dependet ab ista difficultate, vtrum decimæ sint de iure diuino. vel positiuo. Theologi communiter tenent, quòd decimæ non sunt de iure diuino. Ric. 4. dist. 17 sanctus Tho. 2. 2. q. 87. Canonistæ absolute tenent contrarium, & primo glos. c. in aliquibus. de deci. quæ dicit, quòd decimæ hodie sunt in præcepto, etiam ex dispositione legis diuinæ, & quòd non valeat contraria consuetudo, etiam quo ad quotam decimæ. Idem tenet Imol. rubr. de deci. vbi plus dicit, quòd decimæ personales sunt de iure diuino, & quod dicentes decimas personales non esse de iure diuino, sunt quasi hæretici, & miratur de Theologis moderuis contrarium asserentibus. Et tu not. contra Felin. qui tenebat, quòd personales non sint de iure diuino. Dic, quòd si de his, quæ produxit humor terræ, debet Deus honorari, fortius in his, quæ producit opera & industria hominis, vt habetur Gene. capit. 4. Deutero. capit. 12. Et idem tenet Ioann. And. d. capit. aliquibus. & Anto. de Butr. ca. parochianos. de de cimis. Et certe opinio Canonistarum videtur mihi verior, & securior, quia video quòd doctores ecclesiæ, qui fuerunt sancti, vt Hieronymus, Augustinus, et Ambrosius, tenuerunt, quòd decimæ, tam prædiales, quàm personales sunt de iure diuino, vt in tex. capit. reuertimi. 16. q. 1. & capit. quicunque. 16. q. 7. & c. maiores. & ca. Quadragesima. de consec. distinc. 5. Istud etiam affirmat glo. notabilis d. ca. quicunque. Ideo concludo, quòd qui libet tenetur soluere decimas, nec consuetudine, aut præscriptione potest liberari, nisi Papa approbaret, quòd valeret consuetudo, minuens quotam decimarum. Ita do. Abb. d. capit. in aliquibus 2. colum. ver. aly. Adde tamen, quòd S. Tho. loco supra alleg. fuit in opi. satis æqua, videlicet quòd vbi de cõsuetudine non soluuntur decimæ, non peccant non soluentes, nisi haberent animum obstinatum, seu induratum in nullo casu eas soluere, etiãsi ecclesia hæc præciperet, quia isto casu peccarent mortaliter, quæ opinio multum mihi placet, ne tanta multitudo pereat. Et ad istam opi. Sã Tho. multum accedit opi. Host. c. a nobis. de deci. Dic tamen, quòd tenendum est, quòd de iure diuino decimæ sunt soluendæ cum integritate. Et quamuis opinio Theologorum multum stringat in contrarium, tu tamen non discedas

ab opi.

ab opin. Canonistarum, quæ est fulcita opi sanctorum et summorum pontificum.

¶ *Decisiones Rotæ non habent vim legis. ita Felin. c. ex parte. de rescrip. versi. decisiones Rotæ. num. 49. col. 368. Adde scribentes.*

Decisiones Rotæ an sint authenticæ. Vide Do. de S. Ge. ca. neque 9. dist. & ca. duobus. de rescr. in 6.

¶ *Decisoria litis an sint seruanda contra clericos litigantes in foro seculari. Vide, quæ posui in litera S. §. Statutum laicorum in decisorijs.*

¶ *Declaratio pœnæ impositæ a lege, vel canone, non est fienda per iudicem, nisi parte citata. tex. capit. licet. de præb. in 6. Doct. ca. 2. de spon. vbi Fel. nu. 1. & 3. vsque ad nu. 6. col. 661. & 662. Adde & limita istam communem opinio. nisi esset suspicio fugæ, quia tunc pars non citabitur, dom. Ab. cap. cum non ab homine. de iud. 13. colum. Sali. l. absentem. C. de accu. Fel. d. ca. 2. versi. limita primò. nu. 3. col. vt supra. Item limita, nisi delictum esset notorium, & tunc non erit necessaria citatio, dom. Ab. cap. peruenit. de app. il 1. Fel. d. c. 2. versi. secundò limita. nu. 4. col. ea. Item limita in casibus, in quibus non requiritur declaratoria, quia tunc non requiritur citatio. Fer. d. c. 2. versic. tertiò limita. nu. 5. col ea.*

Declaratio facta per iudicem super excommunicatione, vt puta iudex declarauit quem incurrisse excommunicationem, siue latæ ab homine, siue à iure, si est dubium de hoc, poterit pars appellare & excommunicatio remanebit suspensa, adeo quòd appellans non erit euitandus, nec in extraiudicialibus, vel in iudicialibus. do. Car. cle. 1. de sequest: possess. & fru. versi. sexto quæro. Fels. c. 2. de spon. ver. & ideo dixit. num. 6. col. 663.

¶ *Decretalis, decretum, & canon, qualiter differunt. Fel. de sim. c. per tuas. nu. 1. col. 911.*

¶ *Decretum Papæ afficit ignorantes, puta Papa reseruauit sibi prouisiones alicuius ecclesia cathedralis, vel alterius inferioris, inhibens, ne procedatur ad electionem, vel prouisionem, decernens, si secus supra hoc factum sit à quocunque scienter, vel ignoranter. sit nullum, si inferior consert illud beneficium, de quo facta est reseruatio, talis collatio est nulla. Ita dicit text. cap. si eo tempore. de elect. in 6. & tex. cap. pe. de præb. eo. libr. Adde Fel. c. cæterum. de rescri. versi. secunda restrictio. nu. 16. colum. 383.*

¶ *Decretum Papæ, seu principis non afficit ignorantes, quo ad pœnam. Ita Fel. c. cæterum. de rescr. nu. 10. ver. gl. in verb. quia natura decreti. col. 383. in fine.*

Decretum Papæ non tollitur per præscriptionem, etiam longissimam, puta, Papa concessit abbati, vt possit conferre beneficia, dummodò non conferat clericis secularibus, tamen abbas contra fecit tanto tempore, quòd est deuentum ad tempus longissimæ præscriptionis, an tollatur decretum? Dico, quòd non. Ita Dom. ca. cum de beneficio. de præben. in 6. versi. sed pone, quòd Papa. Virum iste abbas poterit renunciare beneficium clericis secularibus ad minus, ex quo non potest conferre, dico, quòd non. Ita Felin. ca. cæterum. de rescript. versic. obuiat. huic limitationi post numerum 19. column. circa, medium.

Decretum Papæ, vbi positus est consensus partium, nihil operatur. Ita Fel. c. cæterum. de rescr. ver. obstat solutio. vbi supra. Adde gl. c. statutum. de rescr. in 6. ver. committatur.

Decretum Papæ, vbi positum est verbum Ignoranter, an differat ab alio decreto Papæ, vbi non est positum istud verbum? De quo vide Felin. c. cæterum. de rescrip. versi. neque sit differentia. col. 385.

Decretum iudicis interpositum cum clausula, Si & in quantum an valeat. Bar. l. & si conditionalis. ff. de autho. tuto. dubitauit. Bal. l. 1. vlt. col. C. qui admit. tenet, quòd valeat. Adde Fel. c. cũ contingat. de off. dele. ver. in eadem gl. nu. 11. col. 1084. & ibi videtur tenere opinionem Bal.

Decretum interpositum, si dubitatur an ex vera causa, vel falsa, quis probabit? Vide Spec. titu. de emp. & ven. §. nunc dicendum. ver. hoc quoque. & Bald. l. quocunque. §. fin. ff. de pub. Angel. l. sciendum. ff. de verb. obliga. Bald. l. quocunque. C. de bo. quæ libe. & vide, quòd Felin. in istis transit capitul. 3. de proba. post medium ibi, & si dubitatur. numer. 12. part. 2. colum. 351.

Decretum interpositum ex falsa probatione contra præsentem, vel etiam contra absentem, est nullum ipso iure. Vide, quæ posui in litera S. §. sententia an retractabitur, quòd secus est in sententia, vt ibi.

Decretum iudicis interpositum ex falsa causa, etiamsi error in eo non sit expressus, non valet. domin. Abb. capitulo primo, de re iudic. 7. colum. versicul. quæro, quid. Bartol. leg. iuste possidet. ff. de acqui. poss. Felin. d. cap. 1. ver. limita vndecimò. num. 16. colum. 360.

Decretum iudicis interpositum, puta venditione rei ecclesiasticæ, vel minoris, præsumitur pro eo, & primò, quòd ex vera & iusta causa sit interpositum, secundo, quòd omnes solennitates requisitæ in contractu sint adhibitæ. Anton. de Butr. capit. quoniam contra. de prob. & cap. quod sicut. 15. col de elect. Spe. titu. de empt. & vend. §. nunc dicendum. ver. & breuiter scias. Bal. l. quicunque. C. de bo. quæ libe. Felin. cap. quoniam contra. de proba. versicul. sexta conclusio. nu. 37. col. 470. Istam conclusionem. intellige, dummodo solennitates requisitæ sint expressè numeratæ in instrumento decreti, aliàs non præsumeretur pro decreto. Bal. l. ex his. 2. colu. C. de testa. mili. & l. 1. ff. de rebus eor. Felin. d. c. quoniam contra. ver limita, seu declara. 2. col. 471. Et adde quod istud in tantum est verum, quòd non sufficeret, quòd tabellio scripsisset simpliciter solennitates interuenisse, sed oportet, & nominatim exprimeret. Io. Fabr. §. fin Inst. de fideiusso. Bald. l. iurisgentium. §. quod fere. 3. col. ff. de pac. Adde Fel. dicto capi. quoniam contra. versi. & intellige sanè. numer. 37. colum. 471. in fine. Dic tamen, quòd si instrumentum decreti est antiquum, præsumitur pro decreto, etiamsi in eo non sunt solennitates requisitæ specificatæ. Ita consuluit Petr. de Ancha. consilio suo 130. in cip. Ex consilijs excellentium Doctorum, quam opinionem sequitur Felin. dicto capitulo quoniam contra. de probatio. dicto versi.

Decretum primum an requirat trinam citationem? an verò vnicam? Vide, quæ posui in litera M. §. missio in possessionem ex primo decreto.

¶ *Decretum primum an interrumpat præscriptionem. Vide quiæ posui in litera P. §. præscriptio an interrumpatur per missionem.*

Decretum primum non facit quem possessorem. Ita Feli. c. consultationibus. de offic. deleg. versic. missus. nu. 8. col. 952. Adde, quòd fallit hoc, vbi adest magna contumacia, de quo vide, quæ posui in litera C. §. magna contumacia.

Decretum secundum, In decreto secundo reus reuertens non auditur aliquo modo. Ita dicit Feli. c. consultationibus. de offic. deleg. ver. no. aliud, quòd si absens. nu. 3. col. 950. Adde tu, quòd si aliquis est absens ex iusta causa, & non fuit defensus, quòd intellige, quia non reliquit procuratorem, vel reliquit, & non defendit, quia ex quo est absens ex iusta causa, probabili & necessaria, quòd debet restitui ad totam causam. Ita tenet Barto. l. 3. 2. opposi. C. quomodo & quando iudi. & l. quia absente. C. de procur. Et ideo teneo opin. domi. Abb. d. c. consultationibus. quam Felin. ibi refert, & improbauit.

Decretum secundum est interlocutoria. Ita tenet Fel. c. consultationibus. de offi. dele. nu. 6. versi. quod secundum decretum. col. 951. Adde, quòd idem tenet Barto. l. si finita. §. sed si forte. ff. de damno infe. versi. sed an. & But. c. peruenit. il 2. de app. Adde, quòd Bald. in l. minoribus. C. de his quibus vt indig. dicit, quòd talis interlocutoria habet vim diffinitiuæ.

Decretum secundum datur contra pupillum. Feli. tenet c. consultationib. de offi. dele. ver. sed contra pupillum datur. nu. 7. col. 952. Adde tu, quòd Bar. l. alienam. C. de procu. in prin. tenet expresse, quòd contra pupillum non potest pervenirì ad secundum decretum. Et idem tenet ipsemet Bar. l. si. de in integ. resti. 2. col. ver. interlocutoria verò vbi dicit, quòd primum decretum cõtra pupillum valet. secundum non. Adde, quòd etiam Bal. idem sentit l. sub prætextu. C. de hære. actio.

Decretum secundum in actione personali interponitur arbitrio iudicis. Feli. c. consultationib. de offi. deleg. versi. in eadem glo. ibi, quasi diffinitiuè. nu. 2. col. 950.

Decretum secundum interponitur quatnor cõcurrentib. primo oportet, quòd primum decretum præcesserit, secundò, vt quis latitet animo fraudandi actorem, tertio, vt plenè constet de debito, quartò, vt tempus anni sit elapsum. Vide per Feli. c. cõsultationibus. de off. deleg. ver. regula sit ista. nu. 2. col. 951.

Decretum secundum aliquando interponitur non obseruate ordine, de quibus

de quibus supra isto §. decretum secundum. & hoc, quando expediret absenti. Vide per Felin. ca. consultationibus. ver. illud quidem dictum un. 5 col. 951.

Decretum secundum potest reuocari per iudicem, qui fuit deceptus. Vide per Fel. c. consultationibus. de off. deleg. versi. dicit hic Ab. nu. 6. vbi supra. col. 951.

¶ DECRETI liber non reperitur approbatus. Ita dicit dom. Abb. cap. 2. de rescrip. in fin. Tamen postea subdit, quòd ex quo ille liber à multis annis circa fuit lectus publice in scholis, ipsius dicta communiter sunt recepta hodie tacitè, & approbata. Adde, quòd Ioã. An. & An. de Butr. d. cap. 2. & do. Abb. in proœmio Decretalium, §. rex pacificus. 5. col. ver. & conclusio tenet, quòd liber Decreti non reperitur approbatus. Vide Felin. d. cap. 2. de rescrip. versic. liber decreti. nu. 45. colum. 365. Et adde adista, quæ posui in litera L. §. liber Decreti. Adde, quòd liber decreti fuit editus anno M. C L. gloss. § forma. 2. quæst. 6.

¶ Defectus notorius tituli quando obstat. Spoliato petenti restitutionem beneficij. Ponit dom. Abb. cap. si constiterit. de accu. 2. colum. versic. opp. contra text. vbi post multa dicit, quòd exceptio delicti notorij obstat petenti restitutionem beneficij, ex quo talis exceptio concludit facultatem priuandi, & sic vult dom. Ab. d. loco, quòd licèt criminosus non sit priuatus, quòd tamen exceptio criminis, quæ non fert priuationem ipso facto, possit opponi ad finem vt repellatur ipse spoliatus a restitutione, quæ est maxima limitatio ad text. capit. cùm quis. de restit. spo. Vide etiam domin. Abb. dispu. sua incip. Titius clericus. 3. dubio. domi. de Rot. conclu. 24. & 26. & in nouis decisi. 222. incip. Accusatus Vide Felin. d. cap. si constiterit. de accu. ver. in glo. prima. nu. 5. colum. 704.

Defectus notorius proprietatis obstat agenti possessorio recuperanda, & hoc verum est, si excipiens doceat de sua proprietate, secus, si doceret de proprietate tertij, gloss. & tex. c. ad decimas. de rest. spo. in 6. Ioan. An. in Spe. titu. de rest. spo. in rubr. Fel. c. Ad petitionem. versi. secundò declara. de accu. nu. 5. colũ 801. Item notorius defectus proprietatis obstat non solum, quando agitur possessorio recuperandæ, sed etiam, quando agitur per viam attentati lite pendente, domin. de Rota decisi. 14. incip. ità fuit dubitatum. Fel. d. c. ad petitionem. versi. quartò declara. nu. 6. colum. 802.

Defectus notorius proprietatis obstat agenti per viam attentati lite pendente. Vide supra. §. defectus notorius proprietatis.

¶ Defendere aliquem si quis promisit, vtputa princeps, vel vna Respu. promisit defendere subditum, vel collegiatum in liga, de qua defensione intelligitur? dic, quando iniustè opprimitur, secus, si iuste, quia non tenetur eum defendere. Imò si promisisset eum defendere, de iure & de facto non tenetur, quia non valet talis promissio propter turpitudinem. Felin. capitu. causam, quæ, de rescript. versicul. similiter dicit Petr. de Ancharan. nume. 23. colum, 555. Abb. capit. recepimus. de priuile. versicu. in glo. fin.

Defendere si quis promisit emptorem, de qua defensione intelligatur. Ponit Fel. c. causam, quæ. de resc. ver. alleg. Adde Bar. l. dãnum. §. vltimò. ff. de damno infe. & l. stipulatio ista. ff. de ver. ob 2. col. versi. quæro,

Defendere an quis teneatur alium, vel obuiare delicto per reuelationem. Et in hoc considera duos casus, aut de iure ciuili, aut de iure canonico. Primo casu regulariter non tenetur alium defendere. Bartol. l. metum. §. licet. ff. quod metus causa. Limita, nisi offensus esset subditus, quia tunc dominus tenetur defendere. Et idem est, quando subditus. potest defendere dominum, quia tenetur. Feli. cap. quantæ. de senten. excommun. versicu. ex gloss. vltra Doct. numer. 4. colum. 1114. Item limita in attrocioribus, quia si sum subditus, & possum obuiare. & non obuio, quòd teneor. Bald. capitu. 1. de offic deleg. Felin. d. capit. quantæ. alleg. versic. Secundo casu. quando loquimur de iure canonico? Et dic, quòd quando quis potest defendere alium, si non defendit, cum potest, peccat quantum ad Deum. Vide Felin. dicto capitul. quantæ. versicul. secundo casu. numer. præalleg. colum. ead.

Defensio an potest tolli per Papam in rescripto. Text. cle. pastoralis. circa finem, de re iudi. dicit, quòd non. Adde, quòd defensio, in qua qui vult agere, vel obtinere aliquid de iure naturali, ipsa tolli non potest. Et ita loquitur text. d. clem. pastoralis sed defensionem inductam de iure positiuo, vt est exceptio præscriptionis, rei iudicatæ, & similes, Papa potest tollere. Et ita tenuit Felin. cap. ex parte. il 2. de off. dele. ver. primo videndum. nu. 4. col. 959. Adde, an statutum possit tollere defensionem? Vide quæ posui in litera S. §. statutum non potest dicere.

Defensio & exceptio non est idem. Vnde si prohibita est exceptio, nõ intelligitur prohibita defensio. Vide quæ posui in litera. E. §. exceptio & officium iudicis.

Defensio an possit tolli per statutum? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum tollens defensiones, an valeat.

Defensio tolli non potest. per statutum, tamen potest variari modus defensionis. Ang. l. si sic. ff. de leg. 1. Adde Felin. c. dilecti. de except. ver. sed no. quòd licet citatio & defensio. nu. 7 co. 80.

Defensor qui satisdedit ante contest. lit. habetur loco domini, ideo non potest reuocari, nisi causa cognita. Felin. c. ex parte decani. de rescr. nu. 28. ver. & idem. col. 866. Adde Bart. l. Titius. ff. de procu. in fi.

¶ Delegata iurisdictio quæ datur non habenti, quando cognoscitur. Ponit Felin. cap. licet. de offi. ord. ver. prædicta omnia. num. 5. colu. 1129. Adde, quæ posui in litera I. §. iurisdictio, quæ datur nõ habenti.

Delegata iurisdictio expirat mortuo delegante re integra. Fallit hoc, quando iurisdictio ordinaria excitatur per commissionem superioris, quia non expirat mandatum morte mandantis, etiam re integra, & hoc modo limitabis tex. capitu. relatum. de offi. deleg. vide dom. Ab. d. ca. relatum. in fi. vbi ponit exemplum de iudice, qui mandauit nuncio, vt poneret aliquem in possessionem, licèt iudex moriatur re integra, tenetur nihilominus nuncius exequi mandatum. idem tenet Ange. §. & hæc verò iubemus. Authen. vt nulli iudi. ha. Col. 9. Hostie. capi. quoniam abbas. de offi. deleg. Bartol. l. & quia. de iurisd. omn. iu. & Bart. l. venditor. ff. de iud. Adde & limita ista, nisi in executione præcepti adhibenda sit aliqualis causæ cognitio, quia expirat morte præcipientis. Dom. de Rot. in nouis, decis. 369. inci. si Papa. Vide per Felin. d. capi. relatum. ver. modo quæro, an quilibet. numer. 12. column. 985. vbi multa dicit circa materiam istam.

Delegata iurisdictio an expirat statim post mortem Papæ, adeo q̃ non sit opus alia exceptione? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio delegata an expiret.

Delegatio facta expresso nomine dignitatis, an faciat, quòd ipsa delegatio semper transeat ad successorem. Vide, quæ posui in litera P. §. proprium nomen expressum.

Delegatio facta canonico, qui postea moritur, an transeat ad successorem? Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus. cui facta delegatio.

Delegatio facta canonico, qui desinit esse canonicus post præsentationem, an possit cognoscere de causa, Vide. quæ posui in litera C. §. canonicus, cui facta est delegatio postea desinit.

Delegatio an confirmetur per superuenientiam iurisdictionis in delegantem, vtputa quis delegauit vnam causam tempore, quo nullam habebat iurisdictionem, sed delegatione facta adeptus est iurisdictionem, pone, quòd isto medio tempore delegatus processit, virum valeat processus. Domin. Abb. ponit q. istam cap. cum ex officij. de præscri. 9. colum. ver. secunda quæstio. vbi dicit, quòd iurisdictio erat radicata in ipso delegante, etiam quòd non haberet exercitium, vtputa, quòd erat electus ad dignitatem, quòd tunc valet processus, secus, si iurisdictio non erat radicata tempore delegationis, quia non valebit processus ipsius delegati. Adde, quòd idem tenet Ioan. Anton. de Butr. & Imo. d. cap. cum ex officij. & Bartol. l. 1. C. qui pro sua iurisd. reprobata gloss. d. l. 1. quæ tenet indistinctè. delegationem confirmari per superuenientiam iurisdictionis. Adde & limita istud, quia intelligitur solum, quo ad confirmandam delegationem, non quo ad processum. Ita Bald. l. eum, qui ff. de iurisd. omn. iud. vbi dicit, quòd si causa fuit commissa vni delegato, qui cæpit cognoscere de ea, antè quam receperat literas delegationis, licèt pendente processu recipiat literas, tamen processus non validabitur. Et idem tenet Inno. ca. prudentiam. de offi. dele. & vide Areti. consi. suo. 33. ver. & primo præmitte. Et ideo periti aduocati faciunt insiri in actis. qualiter rescriptum est præsentatum. Adde Felin. d. capitu. cum ex officij. versi. septima conclusio. numer. 33. colum. 308.

Delehatio facta vltra vnam dietam, quæ non potest abbreuiari per Eelegatio

appropinquationem delegati stantis in diœcesi, est nulla? Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum impetratum ad lites vltra vnam dietam.

Delegatio quomodo possit probari Inn. cap. cùm in iure, de offic. deleg. dicit, quòd vere probatur, quando rescriptum est registratum in actis, quia tunc probatur originale, adeo quòd non est opus amplius id producere. Idem tenent do. de Rota deci. 93. tit. de fide. instr. & est prima. Petr. de Anch consi. suo. 36. incip. Prima facie. Bald. l. nostram. C. de testa. 4. colum. Ang. auth. si quis in aliquo. C. de eden. Doct. cap. quoniam. de proba. Adde, quòd ista habent locum, etiamsi postea reperiatur originale abolitum, vel rasum, vel cassum: Ita Bart. l. 1. ff. si tab. test. nul. extab. Bal. l. sciatis. in fin. C. de testibus. & d. l. nostram. 4. column. & l. gesta. C. de re iud. Adde Felin. capit. cum in iure. vbi diffusè de hoc, de offic. deleg. versic. amplia istam decretalem. nu. 6. colum. 1062. Limita omnia suprædicta, quòd ita demum habent locum, si iudex fecerit exemplari rescriptum in actis sua authoritate. Bartol. l. eos. §. super his. C. de appella. Felin. d. c. cum in iure. præallegato loco. colum. 1062. Limita etiam, & intellige dum modò rescriptum sit exemplatum totum de verbo ad verbum, in actis, aliter non. Ita Inno. & Imo. d. cap. cum in iure. & Bartol. eleganter l. chirographis. ff. de admi. tu. Et istud habet locum etiam in instrumento, & omni alia scriptura. Adde Fel. d. cap. cum in iure. ver. secundò limita nu. 9. col. 1064. Tertiò limita, quòd ista acta, ad hoc, vt faciant fidem, oportet, quòd pars sit citata. Ita Ioan. And. in Specu. in addi. de resc. præsen. §. 1. ver. sed obijcitur. Bartol. d. l. eos. §. super his. C. de app. Fel. d. c. cùm in iure. col. ead. loco præalleg. Adde tamen, quòd sufficit, quòd pars citata sit præsens, & non contradicat, quia pariasunt Expressè consentire, vel Præsentem esse, & non contra dicere. Tex. l. 1. C. de rela. & Bar. ibi. Et sic no. quòd pars, si vult contradicere, faciat scribi in actis parte contradicente, vt est tex. clem. sæpe. de verb. sign. Bal. et Sal. l. emancipatione. C. de fid. instr. Ange. l. 15. qui. C. de appella. Bar. l. ne in arbitris. C. de arbi. Fallit tamen hoc in sententijs, vbi locus est appellationi, quia si pars est præsens, & tacet, non videtur consentire, nisi, elapsis x. diebus, qui dantur ad appellandum. Ita Bar. d. l. 1. C. rela. Adde Fel. latissimè in materia ista. c. cùm in iure. de offi. de leg. ver. fallit in sententijs. nu. 9. col. vt suprà.

¶ Delegatus Papæ est maior ordinario, & iurisdictio sua est dignior, sed ordinarius habet firmiorem iurisdictionem, & etiam maiorem. Vide per Felin. c. sanè. il 2. de offic. deleg. in prin. nu. 1. col. 954.

Delegatus Papæ an possit esse canonicus super numerarius. Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus super numerarius.

Delegatus Papæ, cui delegata est causa, videtur deputatus in loco suæ dignitatis, nisi in rescripto sit facta mentio, vbi moratur, quia tunc videtur commissa causa in loco moræ. Ita Felin. capitu. nonnulli. de rescrip. versi. inquantum dicit dom. Ab. nu. 1. col. 688. in prin. Limita istud, nisi constaret Papam scire, quòd ille, cui scribit, trahit moram alibi, quàm in loco suæ dignitatis. Fel. loco præalleg.

Delegatus Papæ an possit trahere reum vltra vnam dietam, etiam si non est derogatum. c. statutum. de rescrip. in 6. Vide Felin. c. nonnulli. de rescript. versicul. septimus casus. numer. 32. colum. 724.

Delegatus Papæ recusatus, vt suspectus, vel ex alia causa. si subdelegat, & non in totum, poterit ad eum appellari. Ita Felin ca. si quis contra. de fo. compe. versi. item in delegato tene. nu. 5. colum. 156.

Delegatus Papæ super correctione criminum clerici, an possit procedere contra exemptos. Vide Fel. c. graue. de off. ord. ver. delegatus a Papa. nu. 3. col. 1149.

Delegatus Papæ si deliquit, potest accusari coram ordinario, & punietur finito officio. Ita Felin. c. legebatur. de maio. & obe. ver. regulariter non potest. nu. 3. col. 1175.

Delegatus Papæ potest citari vbique, sicut ipse delegatus. Felin. capitul. fin. de foro competen. versicul. tertio fallit. numero 2. colum. 217.

Delegatus Papæ habet iurisdictionem priuatiuè, & non cumulatiuè, ad iurisdictionem ordinariam. Ita Fel. ca. caterũ. de iud. ver. quando dicitur. nu. 4. col. 47.

Delegatus Papæ absoluit excommunicatum ad effectum duntaxat, vt possit agitari causa sibi commissa, & sic hoc modo limitata est regula, quæ dicit, Excommunicatos ab homine alius homo non absoluit, vt est tex. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. Quam limitationem ponit Feli. d. c. pastoralis. §. præterea. ver. fallit secundò nu. 11. col. 1124.

Delegatus Papæ vtrùm possit inuocare brachium seculare pro executione sententiæ suæ latæ per se. Vide Felin. ca. significasti. de offi. deleg. ver. vtrum delegatus. nu. 3. col. 939.

Delegatus Papæ an possit armata manu suam sententiam exequi. Vide per Fel. c. significasti. de offi. deleg. ver. vtrum delegatus. col. 939.

Delegatus Papæ an possit dare possessionem in rebus laicorum. Vide per Fel. c. significasti. de offi. deleg. ver. vtrum episcopus possit habere. nu. 4. col. 940.

Delegatus Papæ si factus est arbiter, & non sit reseruata potestas delegata, tamen non expirat potestas ipsius delegati. Ita dom. Abb. capitu. literas. de præsum. pen. colum. ver. vltra gloss. Et ibi idem tenent Innoce. & Ioan. An. Secus, si de arbitris stur ad delegatum, vel ordinarium, quia expirat compromissum. Vide Felin. d. capit. literas. versicu. in gloss. 1. numer. 2. par. 2. colum. 967.

Delegatus Papæ, vel principis, habet priuilegium à lege, vt vices suas alteri subdelegare possit. Ita domin. Abb. cap. pastoralis. de offi. deleg. 1. no. & cum eo tranfit Fel. ibi in princ. colum. 1044. Et sic regula est, quòd delegatus Papæ, vel principis, potest subdelegare, vt d cap. pastoralis. & l. à iudice. C. de iud. Sed pulchrum est videre, quæ est ratio, item in quibus casibus fallit ista regula. Et prima ratio est, quia in causa delegata ipse delegatus censetur maior quocunque ordinario. l fi. § pen. ff. de dam. infec. in fi. & text. cap. sanè. il 2. de officio deleg. ca. pastoralis. de off. ordi. Si ergo ordinarius potest delegare, multò fortius delegatus Papæ, vel principis. Extende istam regulam quatuor modis. Primò siue princeps ex officio suo, vel motu proprio, siue etiam de cõsensu partium dederit delegatum, vtroque casu potest subdelegare. Tex. est notab. cap. fin. de off. dele. in principio & ibi domi. Ab. 1. not. Secundò extende, quando subdelegat ex iusta causa. vt capitul. si pro debilitate. de offic. delega. Sed etiamsi nulla causa iusta existat, potest subdelegare, vt dicit glo. ca. pastoralis. verbo. exoneratis. de off. deleg. & ibi vide do. Ab. 2. col vers. in glo. 1. Tertiò extende, etiam inutilis partibus, vt dixi suprà. Quartò extende non solum, quando vnus solus est datus delegatus, sed etiam, si habet collegam, qui velit per se procedere, hoc nõ obstante poterit procedere ad subdelegationem. Textus est c. quãuis. de offi. deleg & ibi domin. Abb. Limita modò istam regulam tredecim modis. Primò in ipso delegato Papæ, vel principis immediato, secus in subdelegato delegati, quia ille non potest vltrà subdelegare. Textus est. c. super quæstionum. §. si verò. de offic. delega. & ibi omnes. Limita secundò istam regulam, vt procedat, quando delegatus vult delegare totam causam, quia tunc potest, secus, si solam audientiam, vel processum reseruata sibi sententia, quia hoc de iure ciuili non potest. authen. ad hoc. C. de iud. De iure canonico potest totam causam & mediam, & etiam reseruare sententiam solum, vt est tex. d. cap. super quæstionum. & melior tex. capit. si delegatus. de off. delega. in 6. Limita tertiò, & hanc bene nota, vt procedat in delegato à summo principe, puta Papa, vel Imperatore, vel alio non recognoscente superiorem de facto, vel de iure, secus in delegatis episcorum, comitum, baronum, marchionum, ducum, nam isti non possunt subdelegare. Ratio est, quia eorum leges, vel constitutiones censentur ius prætorium, & non ciuile, vt per Bartol. l. sciendum. ff. de verbo. oblig. sed ad hoc, vt delegatus à principe possit subdelegare. Et sic ad hoc, vt habeat locum regula text. d. capit. pastoralis. de offic. delega. est necesse, vt delegatio fiat à tali principe, cuius constitutio censeatur ius ciuile, & non prætorium. Ita singulariter dicit Bartol. l. 4. ff. de dam. infec & §. 1. & ibi Ioan. de. Imo. multum extollit, & sequitur domin. Alex. l. 15. colum. ff. de officio eius. Limita quarto istam regulam, vt procedat, quo ad illas causas, quæ alias de sui natura sunt delegabiles, secus, si non sunt delegabiles, prout regulariter sunt causæ meri, vel mixti imperij, quæ non possunt delegari de iure ciuili. Limita quinto, nisi esset electa industria personæ delegati, & hoc apparet ex verbis delegationis, item ex qualitate personæ, & ex qualitate facti. Textus est. cap. fi. de offic. deleg. & ibi per gloss. Et Doctores declarant, quando dicatur industria persona electa, & sic in isto casu non potest fieri sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri subdelegatio, vt dicit tex. ibi, etiam partibus consentientibus. Inter cætera dicit ibi Imol. & dom. Abb. quòd per illa verba Conscientiam tuam oneramus, quæ quotidie apponuntur in rescriptis Papæ, censetur electa industria personæ, adeo quòd tunc subdelegare non potest. Quod multum exclamat do. Alex. l. à iudice. C. de iud. Sed aduerte, quòd Ange. de Are. tenet contrarium d. authent. ad hoc. vbi dicit, quòd in contingentia facti fuit dubitatum, nunquid si ponerentur ista verba, Oneramus, &c. in rescriptis Papæ, an possit subdelegatio fieri? & dicit, quòd fuit obtentum, quòd sic. Breuiter tene primam opinionem, quòd per talia verba, Oneramus conscientiam tuam, prohibetur subdelegatio. Ita tenet in terminis Bal. c. si pro debilitate. de offic. deleg. 3. col. Vide tamen do. Ab. c. cùm in veteri. de electi. 2 col. ver. & facit. vbi videtur tenere, quòd non sit sublata facultas subdelegandi. Vide etiam Lud. in sing. suis. vers. persecutor. verbo, quæro, vtrum. Conclude ergo, quòd si in rescripto sunt ista verba, quæ communiter apponuntur. Conscientiam tuam oneramus, prohibita sit subdelegatio. Istam conclusionem limitat domi. Abb. d. c. si. de offi. deleg. quam nota pro authoritate sua, quamuis Bald. teneat contrarium, vt supra. & ferè communis opi. est. Limita sextò quando esset dictum. Per ipsum cognoscas, non posset alteri subdelegare, vt dicit dom. Abb. c. si & Spe. ti. dè iudice. §. excipio. ver. idem. Limita septimò, quando verba Papæ in rescripto dicerent, quòd talis cognoscat, & non alius. Vide do. Alex. l. 1. ff. de offi. eius. Limita octauo, si princeps diceret, Authoritate nostra cognoscat, quia subdelegare non potest. Ita in simili no. Bald. cap. fin. pe. colum. de dolo & contu. Limita nonò in rescripti dicente, Tu tu, vel Per te te, cognoscas, secundù Bal. d. c. si. & ibi sequitur Imo. & do. Card. & do. Abb. ibi 2. col. Limita decimò, vt d. regula procedat, quando delegatio fit per verbum Mandamus, si autem fieret per verbum Iubemus, vel Præcipimus, quæ verba necessitatem important, tunc non posset subdelegare. glo. est l. sæpe ff. de off. præsi. Bal. & Imo. cle. sæpe. de verb. sig. & eam exclamant. Limita undecimò, quòd si rescriptum diceret. Possis & debeat, quia ista duo important necessitatem. c. 1 vt eccle. bene. l. prator. in prin. ff. de eden. cle. 2. & ibi gl. verbo, debet. de statu mo. do. Alexand. consil. suo 364. incipien. Visis verbis. Vide Bald. cap. eam te. de reser. vers. circa hoc. Limita duodecimò, quando Papa delegasset officium suæ iurisdi. Hoc probatur c. si. de offic. deleg. Vide ibi Bald. col. & domin. Abb. Bart. l. in perium. 8. opposi ff. de iurisd. omn. iud. Limita decimotertiò quando Papa delegasset ea, quæ sunt sibi reseruata in signum supremæ dignitatis, quæ connumerat Bal. l. 1. C. de iure aur. annu. & l. rescrip. C. de precibus. imper. offer. tunc nò posset alteri subdelegare. Adde An. de But. & Imo. ca. quod sedem. de offi. ordi.

Delegatus Papæ vel principis, si ulit sententiam diffinitiuam nullam, tamen functus est officio suo, nec potest de negotio principali amplius cognoscere. Bartol. l. iudex postquam. ff. de re iud. do. Abb. & aly. c. in literis. de offic. deleg. tamen potest eam exequi. Vide Fel. c. qualiter & quando. de accu. il 1. versic. sed hanc vltimam limita. num. 38. col. 753. Secus est in ordinario. Vide, quæ posui in litera S. § sententiam diffinitiuam an iudex. Adde quòd Ang. d. l. iudex postquam tenuit, quòd delegatus possit reuocare sententiam suam diffinitiuam nullam, & iterum sententiare, sicut ordinarius. Et quod dicitur de delegato intelligitur de delegato ab inferiore à principe. Tamen dic, quòd istud dictum Ange. est cum magno dubio, Vnde teneo primum dictum, quòd delegatus siue à principe siue ab inferiore, non possit reuocare suam sententiam nullam. Et idem tenet Io. de Imo. d. l. iudex. de quo vide Fel. d. c. qualiter. versicul. scias tamen aliquos, nu. 39 col. eod.

Delegatus principis an possit subdelegare cum potestate subdelegandi. glos. capitu. super quæstionum. § porro. de offic. delega. tenet quòd non. dom. Abb cap. cum Bertoldus. de re iud. 9. colum. tenet illam glos. & postea illam ibi limitat hoc modo, quòd si delegatus non in totum subdelegauit, sed sibi reseruauit aliquid de iurisdictione poterit dare licentiam subdelegato subdelegandi. Et cum istis ibi residet. Vide per Felin. d. cap. super quæstionum. § porro. in princip. numer. 12. columm. 1039. vbi videtur tenere contra istam opin. Ab. d. cap. cum Bertholdus. Et ratio est, quia procederetur in infinitum in istis subdelegationibus, quod mihi placet. Adde Felin. d. ca. cum Bertoldus. versi. sed ad aliud valet. nu. 16. col. 515.

Delegatus principis an possit subdelegare ea, quæ sunt meri & mixti imperij. Ponit Fel. c. quod sedem. de off. ord. in prin. num. 1. col. 1112.

Delegatus datus à principe si consideratur habilitas ipsius delegati, attenditur tempus datæ literarum Fel. c. eũ te. de rescri. vers. tempus datæ regulariter. nu. 8 col. 446.

Delegatus principis potest mulctare. Ita dicit Felin. cap. de causis. de offic. delega. versi. Concluso sit ista num. 9. colum. 934. Adde tu, quòd in quantum tenet ibi Felin. quòd delegatus potest mulctare, quòd Bartol. l. 2 ff. si quis ius dic. non obtemp. 2. colum. versic. pro declaratione. tenuit, quòd delegatus non potest mulctare, nisi ista potestas sit ei concessa per delegantem, per tex. l. 2 ff. de iud. § fin. Adde gloss. l. si qua pœna. & ibi Bartol. ff. de verbo. signi. & gloss. l. eos. C. de mo. mul. Adde tamen, quòd veritas est ista, quòd delegatus principis potest mulctare. Ita loquitur glos. cap. pastoralis. de off. deleg. in glo. antep. Adde etiam, an iudex delegatus possit contra contumacem, vel inobedientem bannum imponere. Bartol. l illicitas. § fin. ff. de offic. præsi. tenet, quòd sic. Considera, quia bannum mulctæ æquiparatur. gloss. est l. 1. § ex hoc. de ven. inspic. & l. 3. § ergo. ff. de suspec. tuto.

Delegatus inferior à principe, an possit exequi sententiam suam etiam de iure ciuili. Ponit Fel. cap. si quis contra clericum. de fo comp. versic glo. pen. nu 7. col. 157. Adde do. Ab. d. c. si quis contra. ver, oppono expediendo glo. 4.

Delegatus inferioris à principe, an possit mandare executioni sententiam suam. Vide per Felin. cap. significasti. de offic. deleg. in prin. col 938.

Delegatus inferioris à principe, an possit vnum articulum iurisdictionalem subdelegare. dom. Abb. ca cum causam. de appe. nouenit, quòd non & idem tenuit capit. cum Bertoldus. de re iud. 8. col. versic. an delegatus. Et idem tenuit Sal. l. à iudice. C. de iud. vltima. col. Adde. quòd contra istam communem opinionem tenuit Bartol. l. & quia ff. de iurisd. omn. iu. versi item dicit glo. Et pro opin. Bar facit tex. d. cap. cum Bertholdus. vbi legatus de latere commisit causam in partibus vni delegato qui delegatus subdelegauit examinationem testium, ecce, quòd delegatus inferioris à principe, subdelegat. Dom. Abb. d. ca. cum Bertholdus. 7. colum. dicit, quòd delegatus legati à latere, habet hanc prærogatiuam, quia subdelegat. Adde tu, quòd communis opinio est, quòd delegatus inferioris a principe non subdelegat. Fallit primò in delegato legati de latere. Fallit secundò in delegato inferioris, qui habet potestatem subdelegandi. Et vide per Felin. cap. super quæstionum. de offic. deleg. ver. capio. glo. in verbo. quicunque. numer. 4 column. 1034. vbi diffusè ponit hanc quæstionem, quòd articulus non iurisdictionalis possit subdelegari per delegatum inferioris a principe, quòd non est dubium. domin. Abb. d. cap. cum Bertoldus. 9 colum. versi. quartò soluit Innoc.

Delegatus inferioris à principe non subdelegat, ista sit tibi firma regula est text. cap super quæstionum. § si verò. de offic. delega & capit. cum causam. de app. l. a iudice. C. de iud. Scribentes. d. § si vero. Ab ista regula sunt aliquæ fallentiæ. Fallit primo in delegato proconsulis. gloss. d. l. a iudice. C. de iudic. ibi vide Bartol. in princ. in ista fallentia. Vide Fel. d. § si vero. in princ. nu. 16. col. 1041. Secundò fallit in delegato legati de latere, quia ille potest subdelegare. Ita Bald. d. l. a iudice. C. de ind. dom. Abb. c. cum Bertholdus. de re iud. 9 col. Ange. l. cùm prætor. §. 1. ff. de iud. Felin. d. ca. cum causam. de app. 8. 9. & in ista 2 fallentia. Vide Felin. d. § si vero. vbi ponit multas rationes, propter quid. col. eod. Adde tamen, quòd Io. An. Archi. & Dom. de sanc. Gem. ca. 2. de offi. leg. in 6. & Roma l. & quia ff. de iurisdi. tenent, quod delegatus legati non subdelegat, de qua quæstione vide per Fel. d. § si vero. versi. est verum. colum. 1041. nu 17. Tertio fallit in delegato ad vniuersitatem causarum. Ita dixit glo. d. ca cum causam verbo, delegatus, in fin. de app. Bar. l. more. de iurisdi. omn. iud. Adde Fel. d. § si vero. praedicto. vers. vbi ponit aliquas limitationes ad istam fallentiam. col. eod. Quarto fallit in delegato inferioris à principe, puta, ab ordinario, dato cũ potestate subdelegandi, vtputa quia dixit ordinarius, Committimus causam istam, vt per te expedias, vel per alium. Ita dom. Abb. d. c. cum Bertholdus. 9. colum. do. de Rot. decis. 368. in nouis, incip. Item si episcopus. Idem tenent Bartol. & Fulg. d. l. & quia, de iurisdi. iudic. Bald. & Salic. dicta l.

à iudice.

à iudice. C. de iudi. Adde Feli. d. §. si verò. vers. fallit quarto. nu. 18. & ibi ponit fallentias. col. 1041. Adde, quòd contra istam opi. videlicet q. delegatus ordinary datus cum potestate subdelegandi, non possit subdelegare, tenet Spe. tit. de delegato §. 1. ver. quid si in delegatione. & ver. seq. lo. And. c. 15, cui. de offi. dele. in 6. Arch. c. quamuis. de offi. deleg. in 6. Imo. c. super quæstionum. §. quem verò. de offi. dele. Adde Fel. d. §. si verò. vbi ad plenum examinat istum articulum, & refert opi. omnium Doctorũ prò & contra. col. ea. Quinto fallit in delegato inferioris à principe, quia potest subdelegare vnum articulum nõ iurisdictionalem. Ita do. Abb. c. cum Bertoldus. de re iud. 7. col. ver. quarto soluit Inn. Feli. d. c. si verò. vers. fallit quinto. nu. 19. col. 1042. Sexto fallit, vbi consuetudo esset, quòd delegatus inferioris à principe posset subdelegare, quia tunc subdelegatio valeret. Ita Fel. d. §. si verò prædicta. col. eod.

Delegatus inferioris à principe potest subdelegare. & hoc quando fuit datus delegatus cum potestate subdelegandi. Vide suprà §. delegatus inferioris à principe non subdelegat.

Delegatus legati æquiparatur delegato principis. Fel. c. si quis contra. de for. compe. versi. sed caue. col. 157. nu. 5.

Delegatus legati non potest subdelegare. Ita Felin. capitu. si pro debilitate. de offi. deleg. vers. secundo limita, quòd delegatus. nu. 2. colu. 924. Adde tu, quòd fallit in delegato legati Cardinalis, quia talis potest subdelegare, & sic committere vices suas alteri. Ita Bald. l. à iudice. & domi. Abb. capitu. cum Bertholdus. de re iudic. 8. colum. versic. quintam lecturam. Adde, an delegatus inferioris à principe cũ potestate subdelegandi, possit alteri subdelegare. Barto. l. more maiorum. ff. de iurisdict. omnium iud. 3. col. versi. quæro, quid si. tenuit, quòd sic. Adde, quòd idem tenet domi. Abb. d. cap. cum Bertholdus. de re iudic. 9. col. vers. an delegatus.

Delegatus legati de latere subdelegat, & hoc not. quia videtur contra regulam, qua dicit, quòd delegatus inferioris à principe non subdelegat, quia fallit in delegati de latere. Vide suprà §. delegatus inferioris à principe. & infra §. delegatus inferioris a principe non subdelegat.

Delegatus episcopi, si ab ipso delegato appellatur, an possit appellari ad vicarium ipsius episcopi. Felin. c. si quis contra. de for. compe. versi. si iudex recusatus. nu. 5. col. 157.

Delegatus iudex est dignior ordinario. Vide per Feli. rub. de offic. deleg. in prin. col. 910.

Delegatus iudex non semper dicitur delegatus, sed aliquando iudex extraordinarius. Ita Feli. rub. de of. dele. ver. quæro, vtrum habens iurisdictionem. nu. 2. col. 911.

Delegatus potest coercere & punire impedientem iurisdictionem suam, etiamsi non ponatur in rescripto. Ita Feli. cap. 1. de offi. delega. versi. & no. quòd ille. nu. 4. col. 920.

Delegatus datus à non habente iurisdictionem à principio delegationis, si postea superuenit iurisdictio, an confirmabitur ipse delegatus, adeo quòd valeat ipsa delegatio, & processus factus. Vide supra §. delegatio an confirmatur.

Delegatus, qui scit se non esse iudicem, vt quia notorium est, vel aliter ipse scit, tunc non potest procedere in causa, secus, si partes scirent, & iudex ignoraret, quia cognoscere potest. Adde, quid erit de processu illius iudicis. Vide Felin. de omnibus istis capitu. super literis. de rescript. versicu. fallit quinto. nu. 25. col. 590.

Delegatus datus, & hoc. si tantum procedit ante præsentationem rescripti, processus est nullus. Felin. capitu. scitatus. de rescript. versic. limita hanc partem duobus modis. nu. 12. col. 491. Adde tu, quòd delegatus incipit habere iurisdictionem, non in habitu, tempore dati rescripti, sed in actu die præsentationis. Dobitu, tempore dati rescripti, sed in actu die præsentationis. Doctores & ibi Angel. lege cum furiosus. ff. de iudic. Imo dicit Angel. dicta l. cum furiosum. quòd delegatus ante præsentatum rescriptum non potest procedere, quod verum est parte opponente de rescripto non præsentato, aliàs processus valet. Ita Bald. lege ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconsul. & legat. Adde Bald. l. falsus. nona column. C. de fur. Innocen. capit. venerabili. de censib. & cap. prudentiam. de offic. delegat.

Delegatus, qui cœpit vti iurisdictione sua, ante quàm haberet literas delegationis, & sic cognoscit de causa, an valeat processus, si pendente causa recipiat literas. Vide supra §. delegatio an confirmatur.

Delegatus, qui vult vti iurisdictione sua circa aliqua, quæ non pertinent ad ipsum delegatum iure communi, sed iure speciali, ei nõ creditur, nisi ostendat mandatum, vtputa si vult legitimare vel restituere famæ. Ita Anton. de Butr. & Imol. ca. cum in iure. de offic. delega. domin. Abb. capit. cum iure. vltima column. versic. item oportet. Domin. de sancto Gemi. cap. 1. pen. colum. de offi. deleg. in 6. Bald. l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleri. vltima colum. Abb. capit. quod ad translationem. de offic. deleg. Ioan. And. & domin. Abb. capit. ad eminentiam. de sententen. excom. Per. de Anch. cle. 1. 4 colum. de proba. vbi reprehendit Ange. quodam suo consilio, qui aliter sensit. Adde Felin. d. c. cùm in iure. versi. in spectantibus ad delegatum. numer. 11. colcol. 1065.

Delegatus, qui procurat causam sibi committi, potest recusari, vt suspectus. Vide, quæ posui in litera l. §. iudex, qui procurat.

Delegatus cognoscit regulariter, an sua sit iurisdictio, ex quo commodum, vel incommodum ad eum non pertinet. Ita Felin. c. super literis. de rescrip. ver. an sua sit iurisdictio, nu. 18. colu. 585. Adde tu, secundum hoc videtur, quòd si iudex sentiret aliquod incommodum, vel commodum, videlicet quia deberet habere aliquos solidos pro libra, quia tunc de hoc non cognoscit ipse iudex, an sua sit iurisdictio. Ita tenet Barto. l. 2 ff. si quis in ius vocauerit. super gloss. ver. respondet. 2. colum. Adde, quòd Ross. in libellis suis tenuit contrarium, & ipse Bart. d. l. 2. refert. Adde tu, quòd illa opin. Ross. est vera, quam teneas; quicquid ibi Bart. d. l. 2. dicat. Sed eam tenet do. Ia. But. Alb. & Bald. d. l. 2. Ioa. And. addi. Specu. titu. de cita. §. 1. ver. item generaliter. Bald. c. suspicionis. 3. colum. de offi. deleg. Adde, et facias conclusionem & regulam generalem, quòd quando dubitatur de iurisdict. in dicis citatis, quòd ipse iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, siue ad eum spectet commodum sportularum. siue non. Istam regulam amplia, vt procedat etiam in delegato c. pastoralis. & cap. super literis. de rescrip. Probatur. l. præscrip. C. si contra ius, vel vti. publ. Et istam communiter, tenetur quicquid teneat glo. cap. accusatus. verb. manifestè. de har. in 6. quam in specie reprobat Car. d. c. super literis. de rescri. Adde tamen, q. Ang. d. l. 2. si quis in ius voc. no. 1. 6. col. ver. sextò fallit, limitat istud. de delegato duobas modis. vt per cum ibi.

Delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, vbi exceptio, quæ opposita est contra ipsum delegatum, habet sigillare, id est, notare ipsum delegatum. Felin. cap. super literis. de rescrip. ver. fallit sextò. nume. 26. column. 590. Adde, quòd idem est, vbi opponitur contra defectus iurisdictionis, quæ oppositio ita tangit defectus iurisdiction s principaliter, sicut incidenter. Felin. dicto capitulo super literis. versicul. regula fallit primò. nume. 22. columna 587.

Delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, cum opponitur contra eum de totali fundamento iurisdictionis, & proprietate ipsius, puta, quia dicitur in oppositione, Non estis episcopus, Non estis abbas, Non estis canonicus, & similia, quia de istis ipse non cognoscit; quia præsumitur habere affectionem super tali articulo, imo est causa propria. Felin. capi. super literis. de rescrip. versi. fallit tertiò. cum opponitur numer. 23. column. 589. vbi habes, an ista procedant in delegato, an verò in ordinario.

Delegatus non cognoscit, quando agitur de approprietate subiectionis, vtputa citatus dicit se exemptum, & delegatus negat. Adde, an hoc sit verum? Vide Felin. capitul. super literis. de rescript. versicul. fallit quartò. numer. 22. column. 589. Et vide, quæ posui in litera l. §. iudex non potest cognoscere.

Delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, si obijcitur, quòd eius iurisdictio est reuocata per secundas literas directas alteri delegata, licet ambo conueniunt, & si possunt, concordentur, sin autem non, arbitri sunt eligendi, vt c pastoralis. de rescri. Ita Felin. cap. super literis. de rescrip. versi. fallit decimotertio. num. 35. col. 567.

Delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, quando opponitur ei de non iurisdictione delegantis. Felin. capitul. super literis. de rescript. versicu. fallit decimoquarto. num. 36. colum. eadem.

Delegatus pendente iudicio super sua competentia coram eo, an possit assignare terminum partibus ad proponendas dilatorias.

Felin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Felin.peruti capitul.super literis.de rescriptis.versi.demũ scias. sub num.36.columin.589. Adde dom. Abb.capitul.pastoralis. de exception.5.col.versic.ego circa hoc.& ibi Felin.versic.firmat Abb.numer.10.col.22. Et an iudex possit habilitare personas, & pronunciare, an procuratorium sit validum, vel invalidum, vide Felin.d.cap.super literis,col.eadem.

Delegatus, qui cognoscit de iurisdictione sua, an pendente iudicio possit cognoscere, & pronunciare super validitate mandati procuratorij contra quod aduersarius opponit. Felin.d.ca.super literis.de rescript.versic. demum in hoc articulo.sub numero 36.colum.589.

Delegatus, qui se ingerit pro defensione suæ iurisdictionis, videlicet tenendo opinion.partis, quæ stat pro iurisdictione, non potest de ea cognoscere, quia fecit se suspectum. Ita Felin.cap.super literis. de rescrip.versic.fallit sexto num.26.col.590. Sed si procedit ex officio suo, non potest recusari, vt suspectus. Felin. vbi suprà.versic.sed reputani.col.591. Et adde do. Abb.d.c. super literis.de rescriptis.versic.sextus casus.8.colum.

Delegatus an cognoscit, si sua sit iurisdictio, quando excipitur, quòd locus contractus, vel delicti, non est de iurisdictione ipsius delegati citantis. Vide Felin.d.cap.super literis. de rescri. ver. fallit septimò.num.27.col.591.

Delegatus an cognoscit, si sua sit iurisdictio vbi vertitur commodum sportularum applicandarum sibi. Ponit Felin. cap. super literis.de rescript.versic.fallit octauò.col.591.num.28. Sed tu dic, prout dixi supra.§.delegatus cognoscit regulariter.

Delegatus non potest se pronunciare iudicem competentem, quando fuit deputatus per rescriptum falsum, etiamsi hoc ignoraret. Felin.capit.super literis. de rescriptis.versic.fallit nonò.nume. 29.col.592. Adde tu, quòd Bart.tenuit contrarium.l.præscriptione.C.si contra ius, vel vti.publ.3.col.Sed contra Bartol.tenent omnes Canonistæ.d.c.super literis.de rescriptis. & Bald. l.1.C.de col.deleg. Lud.Roma.cons.suo.330.inci.Circa primũ.

Delegatus, qui scit scriptum elidibile per exceptionem, puta quia suspectus, vel rescriptum surreptitium, si pronunciat se iudicem competentem, tenet processus, & hoc dum modò pars non opponat, vel non appellet. Ita Felin.capit.super literis. de rescriptis versicul.restringe secundò hoc dictum. numer.31.colum.595.

Delegatus, qui non habet iurisdictionem, nisi pro causa notoria, & casus accidens est dubius, & non notorius, an possit cognoscere, si sua sit iurisdictio super incipienti. Felin.c.super literis.de rescrip.versic.fallit decimò.num.32.col.596.

Delegatus, qui pronunciat se iudicem competentem partibus absentibus, procuratoribus tamen præsentibus, qui non habent speciale mandatum ad prorogandum, talis pronunciatio non valet. Felin.capit.super literis.de rescriptis.versic.fallit undecimò.numer.33.col.597.

Delegatus, qui non pronuntiat se iudicem competentem expresse, sed tacitè, puta per processum ad ulteriora, licet ista tacita pronunciatio sufficiat ad reiciendum exceptiones friuolas impeditiuas processus.c.ex parte.il 2. de appel. Bartol.à procedente. C.de dilatio. tamen in casu competentia requiritur expressa pronunciatio; aliter non valet. Ita Feli.c.super literis. de resc.versi.fallit duodecimò.nu.34.col.597.

Delegatus potest recedere à forma rescripti, vt audiat rationabilem exceptionem partis. Fel.c.cum dilecta.de rescr.ver.limita sextò.nu.13.col.631.

Delegatus potest recedere à forma rescripti propter confessionem partis. Felin.c.cum dilecta.de rescrip.ver.limita octauo & vltimò.nu.14.col.631.

Delegatus, cui facta est commissio, vt procedat cum consilio talis, an teneatur sequi consilium iniustum. Vide per Fel.c.si pro debilitate. de off. deleg. versi.limita, nisi iudex. num. 6. colum.927.

Delegatus, cui commissa est causa ciuilis, an possit punire testem de falso, qui coram eo falsum deposuit. Vide, quæ posui in litera C.§.clericus, qui deponit falsum. Adde Feli.c.præterea. de off. deleg. ver. in text.ibi, plenariam potestatem. alias est. §.num.2.col.936.

Delegatus datus in causa appellationis, non facit inhibitionem indici à quo, nisi constet sibi, vtrum appellatio sit recipienda, velut ex causa probabili. Vnde postea poterit inhibere iudici a quo,ne procedat. Fel.cap.dilectus.il.2.de rescript.versic. non inhibet iudex ad quem.nu.14.col.766.

Delegatus, qui absoluit excommunicatum a se,eo quia promisit parere suo mandato,si non paruit, potest illum reinducere in excõmunicationem,etiam post annum. Ita Felin.c. cum inferior. de maio.& obe.ver.scias etiam.nu.6.col.1221.

Delegatus non potest dispensare super pœna, secus in ordinario. Ita Felin.c.de causis.de offi.dele.versi.in gl.ibi, quid si diuersa.nume.9.col.934.

Delegatus an possit soluere testes excommunicatos ad tempus, id est vsque quo ferant testimonium. Vide per Fel.c.præterea. de offi.deleg.versi.limita omnia prædicta.sub nu.4.col.937. & vide,quæ posui in litera T.§.testis excommunicatus.

Delegatus, si tulit sententiam contra formam mandati, tunc talis sententia est nulla, & non transit in rem iudica. de quo vide,quæ posui in litera S.§.sententia delegati lata contra formam.

Delegatus,qui tulit sententiam, fundans se super aliqua l.quam malè intellexit,imò quæ non facit ad propositum, an sententia sit nulla.Vide,quæ posui in litera O.§. ordinarius, qui errat in sensu legis.

Delegatus ad vniuersitatem causarum, si tulit sententiam nullã, potest eam reuocare, & iterum cognoscere de negotio principali. Vide Felin.cap.qualiter & quando.de accu.il 1.versicu. secundus casus.nu.40.col.754.

Delegatus ad vnam causam, qui tulit sententiam nullam, eo quia processit,contra formam mandati potest eam reuocare; & cognoscere iterum de causa principali, quia non dicitur functus officio suo.domi. Abba.capit. qualiter & quando. il primo de accu.penult.colum.versic. & tunc aut quæritur & ibi Anto. de But.& aliy.Bal.l.quia arbiter.ff. de arbi. Pa.de Cast.l.cum quærebatur.ff. de reiudi.dom.Car.cle.j. de re iudi. x.q. Felin. d.c.qualiter.versi. tertius casus.nu.41.col. 754. Adde tamen, q contrarium tenuit ibi Cal.& Pet.de Anch.d.cle.j. & Imol. c.in literis.de of.deleg.Vide Fel.d.c.qualiter.ver.sed tamen aduerte.nu.42.col.ead.

Delegalus, qui commissit citationem fiendam nuncio, an per istam commissionem de citatione.sit perpetuata eius iurisdictio delegata.Vide,quæ posui en litera C.§.citatio an sit necessaria ad perpetuandam iurisdictionem.

Delegatus ad vniuersitatem causarum, si fecit fieri citationem in vna causa,an sit iurisdictio ipsius perpetuata,quo ad omnes. Vide, quæ posui in litera C.§.citatio an sit necessaria in fin.in 2. fallentia.

Delegatus quando citat partes, vt delegatus, an teneatur in citatione facere inseri copiam rescripti Innoc. capit. præterea. de dilat.tenet, quòd sic. Et plus dicit, quòd citatus non tenetur comparere, nisi in citatione inseratur tota copia rescripti. Et idem tenet Ant.de But.c.super literis. de rescrip. 22.colu. Adde,quòd Felin.c.cum in iure.de off.delega. ver.fortius dicit Inno.num.5.col.1061.dicit,quòd veritas est in contrarium,q non teneretur ponere copiam rescripti & delegationis, quia sufficit citare,dicendo,se delegatum. Et ibi dicit, q contra Inn. tenet Host.Io.An.& Ant.de Bu.& Bar.authen.qui semel.C. quomodo & quando iudex. Et dicit etiam,q Spe. tit. de citat. §.2.videtur idem tenere. Et subdit,quòd Io. And.ibi in addit. sua idem sentit. Adde tu & dic,quòd Fel.ibi malè & corruptè allegat Spe.& Io.And.& Ant.de Bu.& Bar.in locis præallegatis,& primò inuenio,quòd Io. And.d.c.pterea.5.col.ver.hic habes expressum tenet,quòd iudex Apostolicus dẽt mittere tenorem rescripti in citatione. Ant.de Bu.ibi dicit, puto, quòd si in citatorijs asserit se delegatũ,dato,quòd neq; rescriptũ,neq; copiã eius transmittat, arctetur citatus comparere, & sic loquitur p verbũ Puto,& nõ firmat pedes.Spe.tit.de citati.§. 2. ver.item quòd rescriptũ,tenet, quòd rescriptũ dẽt inseri in citatione; sed postea dicit,Vin.tenet cõtrariũ, & illi nulla est additio Io. An. Et sic Fel.qui d.c.cum in iure.dixit, quòd ibi erat additio Io. An.nõ bene dicit.Bar.auth.qui semel.2.col.ver.expeditis contrarijs.dicit expresse ibi,quòd iudex delegatus in citatione dẽt mittere copiã rescripti. Adde,quòd idẽ tenuit Bar.expressius.l. 2.ff.si quis in ius vo.non ie.2.col.ver.sed iuxta hoc quæro. vbi dicit,quòd iudex delegatus,quando citat reum, debet in literis ponere copiam sui rescripti. Et cũ Bar.ibi omnes transeunt, & ita seruatur in prictica. Et semper quando fui iudex, quod fortasse milies fui, feci semper copiam rescripti inseri in citationibus.

tionibus. Quæ dico,quòd communis opi.est ista,quòd nisi iudex delegatus facit in sua citatione inseri copiam rescripti, citatus nõ teneatur comparere, quia talis citatio non arctat citatum, vt est tex.d.cap.præterea.in prin.& tex.d. auth.qui semel. Canonistæ.in c.prudentiam.de offic.dele.glos.capitu.si episcopus.& ibi Archi.3.q.2.Bal.authent.offeratur.C.de lit.conte.5.col. Etratio est,quia non præsumitur pro iurisdictione delegata, cum sit odiosa,vt dicit glos.d.c.cum in iure.& ibi Doc. Adde & limita istam communem opinionem,quando citatus esset in eodem loco,vbi iudex,vel modicum distaret, quia quamuis in citatione non inseratur tenor rescripti sed ipse iudex citat simpliciter asserendo se delegatum, tenetur citatus comparere, alias potest multari,cum oriatur dubium iurisdictionis, & sit modicum præiudicium ei comparere,ex quo est in eodem loco. Ita limitat dom.Abb.c.præterea. 2.colum.versi.secundo casu.& ibi Andre But.

Delegatus non solum tenetur ostendere rescriptum parti citatæ,sed etiam cogitur ei dare copiam. Ita gl.cap.porro.de prini.in gl.3. Adde Fel.c.cum in iure.de offi.deleg.ver.amplia istam decretalem.nu.6.col.1062.

Delegatus datus vltra vnam dietam sine derogatione ad tex.cap. statutum.de rescrip.in 6.non potest procedere, & si procedit,processus est nullus, etiamsi pars non comparet ad allegandum nullitatem rescripti,& etiamsi pars comparet,& tacitè,vel expresse consentiret in ipsum iudicem,& sic trahi vltra vnam dietam,de quo vide,quæ posui in litera P.§.processus factus coram iudice.

Delegatus datus in certo loco,puta Venetijs,etiam de consensu partium non potest delegatus subdelegare extra locum,& sic extra ciuitatem Venetiarum.Io.An.cap.statutum.§ in nullo.de rescr. in 6.& ibi Do.de sancto Ge.Adde Fel.c.olim.de excep.ver.dũ dicit Abb.nu.3.col.71.

Delegatus solus datus ad vnam causam, potest vices suas pluribus subdelegare subdelegare. Ita Fel.c.cum te consulente.de offic.dele.nu.2.col.983.

Delegatus non potest subdelegare causam sibi commissam alijs personis,quam expressit capitu.statutum, §. in nullo. de rescrip. in 6. Ita Ioan.Andr.& Domin.de sancto Gemin.d.§. in nullo.Felin.capitu.olim.de except.colum.71.nume.3.versicu.adeo quod.

Delegatus non habens illas qualitates à iure requisitas, cui Papa commisit causam ex certa scientia,an possit subdelegare vni nõ habenti ipsas qualitates à iure requisitas,Vide per Fel.c.si pro debilitate.de off.delega.versic.quaro, vtrum delegatus.num. 2. col.924.

Delegatus propter debilitatem potest se excusare, & vices suas alteri subdelegare, & quæ debilitas requiratur? Vide per Felin. cap.si pro debilitate, de offic.delega.versic.Capio glo.1.nume. 4.col.926.

Delegatus,qui dicit se impeditum,vtrum debeat stari dicto eius, vel possit cogi ad faciendam fidem de impedimento. Felin.c. si pro debilitate.de offic.delega.ver.quæritur.vtrum debeat. nu. 5.colum.826.tenet, quòd delegatus debet facere fidem de impedimento,& non statur dicto eius. Adde tu, quòd Specu.tit. de appe.§.nunc breuiter.versicul. quid ego.videtur dicere, q impedimentum probatur per iuramentum. Et idem tenet Gui. de Cu.l.2.§: quod diximus.ff.si quis cau. Adde tu, quòd opinSpecu.& Gul.est vera,vbi aliter probari non potest. Ita Bald. Ange.& Ro.d.l.2.§.quod diximus. & est de mente Bartol. l. ex argentarijs.§.fin.ff.de eden.Vide Paul. de Castr. d.§.quod diximus.qui optime declarat doctrinam Bartol.& aliorum d. l.2.§.quod diximus.ff.si quis cau.Adde,quòd doctrina Barto. & aliorum d.§.quod diximus.est bona,quando ille, qui iurat, non est periurus,per text.capit.paruuli.22.quæst.vlti. quia talis amisit omnem facultatem probandi per iuramentum. Ita Rom.l.admonendi.ff.de iureiura. Salua tamen dictum Spec. quando agitur de modico præiudicio.Ita Pau. de Castr. dict.§. quod diximus & Bartol.extrauag. ad reprimendum, verbo, Summaria.

Delegatus,qui subdelegat,& sic vices suas alteri committit, reseruato sibi cõsilio,iste desinit esse iudex,& si contingit appellari ab isto subdelegato,non appellabitur ad delegatem, de quo vide per Fel.c.si pro debilitate.de officio dele.versi.Capio gl.in verbo,cõsulere,nu.5.col.927.Adde do.Abb.super illa glo.

Delegatus, qui subdelegauit,etiam in totum, si subdelegatus recusatur,causa suspicionis probanda est contra ipsum delegatum,et idem est,si delegatus dat executorem qui executor,si recusatur, spicionis causa est probanda contra ipsum delegatum, ita do. Abb.capitu.super quæstionum.§.si verò. de offic. deleg. & cũ eo transit Felin.ibi, quem videbis.column.142.nume.19. Et hoc modo limitabis text.cap.suspicionis.de offic. del. & tex.ca. 2.requiris.de app. qui volunt, quòd arbitri eligantur in causa suspicionis proposita coram eo, quia fallit istis duobus casibus hic notatis,vbi habes,quòd in causa suspicionis arbitri non eliguntur.

Delegatus,qui dicit se subdelegare ob causam necessariã,stabitur assertioni suæ.ita Alb.l.1.ff.de offi.eius.Bartol.l.imperium.ff. de iur.om.iu.Bal.c.de causis.de offic. dele. Et idem tenet Guil. de Cun.d.l.1.ff.de offic.eius.Alb.consilio suo.519.incip. Consultus, Ego teneo contrariam opi.cum regula sit, quòd quando quis non potest facere libere aliquem actum, nisi in certo casu speciali,non stabitur eius assertioni.l.si fortè.vbi Bartol.ff.de castpecu.Bartol.l.per diuersas. C.manda.& auth.si quis in aliquo. in fin.C.de ed.Bald.authen.hoc ius porrectum C.de sac.san.ecc. & l.cum aliquis.C.de iure delib.& Liubemus. C. ad Treb.& in præludijs feud.Ioan.And.addi.Specul.tit.de re.eccl.non ali. super rub. nisi dixeris. quòd illa regula procedit in personis priuatis, secus autem in iudice,de quo multum lex confidit. Vide etiam Felin in materia ista, dicto capitul. pastoralis. de offic.delega.versicul.no.singularem glos numer.5.column. 1046.

Delegatus iudex,qui subdelegauit causam,an possit esse testis coram subdelegato? Do.Abb.c.dilecto.de testi.4.col.versi.quarto quæritur.dicit,quòd si delegatus fecit aliquem actum,per quem præsumitur,quòd sit affectus ad causam,& tunc non potest esse testis coram subdelegato:aut subdelegauit in totum à principio,& nullum actum fecit, & tunc poterit esse testis, si autem à principio non subdelegauit in totum,sed reseruauit,puta sententiam, et nõ poterit esse testis. Adde Fel.d.c.dilecto.ver, in gl. verb.recusasti.nu.2.col.695.part.2. Adde,quid de iudice ordinario, vide in litera O.§.ordinarius.

Delegatus iudex an possit dare authoritatem exemplationi instrumenti,ad hoc,vt faciat fidem in causa sibi commissa. Vide.quæ posui in litera E.§.exemplatio instrumenti.

Delegatus si tulit sententiam nullam per errorem facti,potest eam reuocare,dom.Abb.c.qualiter & quando.de accus.il 1. Pau. de Cast.l.quærebatur.ff.de re iud.do.Car.consil.suo 35.incip. In decisio.Felin.d.cap.qualiter.ver.quartus casus.nu.44.colu.755. Adde,quòd Innoc.tenuit contrarium c.in literis.de offic. deleg. Imo.l.iudex.ff.de re iud.& domi.Abb.sibi contrarius,c.1.de re iud.vbi dicit,quòd si delegatus errauit, siue in iure, siue in facto,dum modò seruauit formam mandati,si tulit sententiam definitiuam,non potest amplius se intromittere, quia functus est officio suo. Idem tenet ibi Host.Io.And.& An. de But. Bart. l.si vt proponis.C.quomodo & quando iudex.Vide Fel.d c.qualiter versi.sed aduerte.nu 45.col.ead.

Delegatus,qui absoluit partes ab obseruatione iudicij, poteri iterũ cognoscere de causa principali, quia non dicitur functus officio suo,de quo vide,quæ posui in litera S.§.sententiam diffinitiuam an iudex.

Delegatus, qui non detulit appellationi, non potest præfigere terminum parti. Imol.capit.prælatorum.versic.extra glos.de accu.vbi Ioan. Andr.Ro.singu.171. Adde Felin.d.cap.prælatorum.versi.extra glos.nume.9 colũ.854. Dic tu,quòd communis opi.est prima,quia delegatus ad vnam causam, si tulit sententiam nullam,eo quia non seruauit formam mandati, potest reuocare. Vide Felin.d.c.qualiter & quando.ver. quartus casus. nu.44.col.755.

Delegatus & arbiter in quibus æquiparentur,& in quibus differãt Vide latissimè per Felin.cap pen.de officio dele. in prin. nume. 1.colum.1101.

Delegatus potest esse arbiter & arbitrator, capitul. nisi. de præben.& ille poterit simul & semel in eadem causa procedere & pronunciare vt delegatus, & vt arbitrator, etiam quòd à principio non elegit, quam viam voluerit sequi. dom. Abb. capit. Quintauallis.de iureiurau.pen.char.versi.ego autem. Et dic,quòd non eligẽdo potest. Et videtur procedere vtraque autoritas. Ita dom. Abb. loco præallegato Idem tenet Imo.cap.cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex officij. de præscr. & ibi Felin. ver. ex ista conclusione. numer. 21. col. 301. in fin. Adde, quòd hoc etiam habet locum in eodem articulo, quia poterit procedere vtraq; authoritate, delegata & arbitraria, & hoc quando articulus est indubitabilis, dom. Abb. innotuit. de arbit. 2. colum. ver. quo ad secundum. Et idem tenet Fel. colum. vbi supra. Adde & pone, quia iste delegatus, in quem fuit compromissum, ladit partem, dico, quòd inspecta potestate arbitramentali poterit peti reductio, etiam quod alias ab ipso delegato non possit appellari. Ita sentit do. Abb. loco præallegato, & Felin. loco prædicto. Imò credo, quòd quantum ad potestatem arbitramentalem pars læsa debeat appellare ad Papã. Innoc. & dom. Abb. & alij, d. c. cum ex officij, Paul. de Castr. l. si prator. de offi. eius. in prin. Felin, d. c. cùm ex officij. versic. tertia conclusio. num. 24. colum. 302.

Delegatus factus arbiter, si lædit partem, dico, quòd inspecta potestate arbitramentali poterit peti reductio, etiam quòd alias ab ipso delegato non possit appellari. Ita sentit dom. Abb. capit. Quintauallis, de iureiu. pen char. versicul. ego autem. vbi dicit si compromittitur in arbitrum vel arbitratorem, vt possit procedere, pari ratione & sententiare vtraque potestate, si a principio non elegit, quam viam vellet sequi, & postea, si læsit partem, poterit peti reductio, & sic non obstat via arbitraria, quæ impedit appellationem & reductionem, quia sententia arbitri standum est, & non sic sententia arbitratoris. Et idem ergo erit dicendum de sententia delegati, in quem fuit compromissum, quia ab ipsa sententia poterit appellari, etiam quòd ab ipso delegato non possit, sed inspecta potestate arbitramentali, poterit appellari. de quo supra. §. delegatus potest esse arbiter & arbitrator.

Delegatus an possit mulctare? & quam coercitionem habeat. Vide per Felin. cap. de causis. de officio deleg. ver. Virum degatus. nu. 6. col. 634.

Delegatus inferioris a principe an possit mulctare. Vide Fel. ca. de causis de offi deleg. ver. alleg. col. ead.

Delegatus Papæ, vel principis, an possit imponere mulctam. Vide Bar. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. 2 column. versi. pro declaratione. Canonist. cap. de causis. de offi. deleg. Felin. cap. 2. de est. cog. versi. & ex ista gloss. num. 3. col. 763. part. 2. vbi posui additionem.

Delegatus an possit quandocunque durante anno impedire se circa turbationem executionis suæ sententiæ, quæ sententia habuit executionem, & postea turbatur executio. Posuit dom. Abb. c. quærẽti. de offi. deleg. 2. col. ver. in gl. pe. Adde Feli. d. c. querenti. versi. Capio gl. nu. 10. col. 1031.

Delegatus an possit habere ratam sententiam aliorũ duorũ delegatorũ quam tulerunt eo absente. Vide do. Abb. c. prudentia. de offi. del. ver. quo ad tertiam quæstionem. Adde Bal. l. observare. §. post hæc ff. de off proconsi. Inn c. 1. de reb eccl. non alie. Inn c. 1. de eo qui dux. in mat. quam pol per adul. Bal. l. fi. C. ad Mace. Ad de Fel. d. c. prudentiam ver. nunquid vnus possit. nu. 12. colum. 998. & ibi ponit multa circa materiam istam.

Delegatus tertius, qui habebat duos collegas, si in rei veritate fuit impeditus, sed non constabat illis duobus collegis de impedimento tertij tempore processus, nunquid valeat sententia, si postea probari potest verum impedimentum, domin. Abb. ponit multa de q. ista, cap. prudentiam. de offic. deleg. versi. in glo. in verbo, constare. Adde Felin. in d. ca. prudentiam. §. adycimus. in prin. nu. 14. col. 998.

Delegatus datus cum collega, si dubitatur de validitate ipsius collegæ, ipse delegatus certus poterit protestari, quòd intendit procedere solus, in quantum habeat potestatem procedendi solus. Ita do. Abb. cap. cum super. de offi dele. ver. sed ex hac solune. Vide per Fel. d. cap. cum super. versic. no. illam theoricam. n. 7. col. 1009.

Delegatus tenetur admittere subdelegatum collegæ adiuncti, Ista est regula, quam ponunt omnes scribentes, cap. coram. de offic. deleg. & ibi dom. Abb. vltim. colum. versicul. sed colligendo quis quid boni. Adde tu, quòd ista regula fallit, vbi in rescripto cõmissionis est clausula, Vnus vel alter vestrum. Fallit etiam, vbi in subdelegato adiuncto esset impedimentum perpetuum. Fallit etiam, vbi impedimentum esset temporale, sed ineuitabile. Fallit vbi esset in rescripto clausula præelectionis, vel clausula, Appellatione remota. Et de istis fallentijs vide dom. Abb. c. coram in præallegato loco. Adde Fel. d. c. coram. versi. gloss. in verbo admittere. nu. 11. colum. 1079.

Delegatus datus ad lites motas & mouendas, non potest dignoscere de mouendis ex iure nouiter orto ex rescripto. Rota dect. 147. incip. Commissio impetrata, in nous. Adde Fel. ca. relatum. de offi. dele. versi. sexta, delegatus ad causas. num. 8. colum. 985. Secus est in procuratore. Vide in litera. P. ver. procurator ad lites motas & mouendas.

Delegatus an possit transactionem coram eo factam executioni mã dare? Vide, quæ posui in litera T. §. transactio facta coram delegato.

Delegatus an possit se impedire post latam sententiam cognoscẽdo. Dic, quòd delegatus functus est officio suo, post quam lata est sententia, etiamsi non est executioni mandata, & hoc, respectu cognitionis. Fallit primo in delegato principis, quia iste potest reuocare sententiam suam nullam, sicut & ordinarius, vt l. si vt proponis. C. quomodo & quando iu. Adde, quod Fel. adducit multa contra istam fallentiam, quem videas c. in literis. de off. del. in prin. numer. 1. column. 944. Secundò fallit in delegato ad vniuersitatem causarum, quia talis potest reuocare sententiam suam, si nullam tulit. Tertiò fallit in delegato, qui pronunciauit contra formam mandati, seu rescripti, qui poterit reuocare istam suam sententiam. Quarto fallit, quando delegatus nulliter sententiam tulit per errorem facti, quia tunc posset reuocare sententiam suam, vt puta fuit datus delegatus ad conferendum beneficium, contulit, quia putabat beneficium vacare per mortem, tamen ille viuebat, an iterum poterit conferre. Dic, quòd sic, eò quia delegatus nulliter processit errore facti ductus. Vide de hoc Felin. cap. an literis. de offic delega. vbi supra.

Delegatus reuocatus si facit aliquid ante præsentationem reuocationis, valet. Fel. capi. cæterum, de rescript. versi. Valet processus factus nume. 11. column. 379. Pone, quòd excommunicet vnã partem, an teneat excommunicatio. Vide in litera E. §. excommunicatio inflicta.

Delegatus an statim amittat iurisdictionem post mortem delegantis, re integra. Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio delegata an expiret.

Delegatus excommunicatus tempore impetrationis, licèt sit absolutus, tempore acceptationis, tamen non valet delegatio. Spe. ti. de delegatis. §. fin. circa prin. Adde Fel. c. cum dilectus. de accus. nu. 3. col. 782.

Delegatus seruus, qui reputabatur liber si tulit sententiam, valet, eo quia lex, Barbarius. ff. de offic. prato habet locum in delegato. Ita Felin. cap. cum dilecta. de rescr. versi lex Barbarius. nume. 3 col. 611. Adde tu, quòd lex, Barbarius habet locum in delegato qui reputabatur liber. Casus est l. 2. C. de sen. Et ideo sententia ab eo lata non vitiatur ex eo, quòd detegatur seruitus. Ita omnes ibi d l. 2. Adde tu, an sententia lata ab excommunicato, qui non reputabatur excommunicatus, valeat. Glo. summæ, 24. q. 1. dicit, quòd valet, donec detegatur, quòd sit excommunicatus. Vide tex c. ad probandum. de re iud. Vide dom. Abb. c. fraternitatis. de test. 6 col. ver. contra sententiam. Adde Bar. l. 2 C. de sen. vbi plene tangit.

Delegato procedenti iniustè an iudex ordinarius possit resistere. Vide per Felin. cap. si quando. de offic. deleg. z. notabili. nume. 1. col. 941.

Delegati plures dati ad vnam causam in solidum, an vnus vices suas possit pluribus subdelegatis subdelegare, sicut potest vnus solus Innoc. cap. cum te consulente. de offi. dele. tenuit. quòd sic. Tamen ibi dicit, quòd alij tenent contrarium, domin. Abb. ibi versicul. ego credo. tenet, quòd potest committere pluribus, dum modò in solidum. Vide per Felin. d. cap. cum te consulente. in prin. col. 982.

Delegati plures dati simpliciter in vna causa si sint, non potest vnus solus ferre sententiam sine alio, etiam interlocutoriam. Bartol. tenuit hoc l. si vni ex pluribus. ff. de re iudica. quamuis gloss. ibi teneat contrarium, & male. Vide per Felin. cap. si causam matrimonij. de offic. dele. in princ. num. 1. colũ. 974. Adde tamen, quòd si vnus delegatus ferret sententiam diffinitiuam sine alio, quòd validitas, vel inualiditas ipsius sententiæ dependeret ex confirmatione delegantis. Tex. sing. c. fi. de re iudi. Adde, quid de ordinarijs. Vide in litera I. §. iudex ordinarius an possit facere.

Delegati plures simul dati ad vniuersitatem cãrum si sint, an vnus sine

sine alio possit interloqui, vel à principio possint separatim procedere? Dom. Abb. cap. cum causam matrimonij. de offic. deleg. 2. col. in fi. dicit, quòd delegati repræsentant personam delegantis. Vnde iurisdictio non est fundata in ipsis, sed in persona delegantis, meritò qualitercunque sint, delegati censendi sunt. Et concludit, quòd si delegatus constituit plures delegatos ad vniuersitatem causarum, nisi dederit eis potestatem in solidum, nõ possunt separatim procedere, cum habeant iurisdictionem delegatam. Adde, quòd Bartol. l. si vni ex pluribus. ff. de re iudi. ver, venio ad q. tenuit, quòd delegati ad vniuersitatem causarũ possunt à principio separatim procedere, sicut & ordinary. Et idem tenet Bald. l. fin. C. de autho. præstan. & Car. cap. prudentiam. de offic. dele. & Bartol. in repe. l. 1. §. plures. 2. colum. ff. de exerc. act. Et videtur, quòd idem sentiat, Ange. l. iudex. ff. de re iud. vbi dicit, quòd delegatus ad vniuersitatem causarum potest iterũ cognoscere in sententia lata, sicut ordinarius, adeo, quod ista opi. Bart. & Bal. & aliorum tenuit Fel. d. c. causam matrimonij. ver. gl. in verbo, vnius. nu. 7. col. 978. & inde. & sic contra do. Abb. Adde, quòd in tanta varietate scribentiam mihi videtur dicendum, quòd isti delegati ad vniuersitatem causarũ non possint vnus sine alio a principio cognoscere, quia in hoc non æquiparatur ordinarijs, & hoc, quia iurisdictio non est radicata in ipsis, sicut est in ordinarijs, vt tenet do. Abb. d. ca. causam matrimonij. de offic. delegat. quam opin. confirmo istis mediis, pone, quòd delegatus ad vniuersitatem causarum subdelegat in totũ, à sententia subdelegati non appellabitur ad ipsum delegatum datum ad vniuersitatem causarum. l. 1. §. sin ff. qui, & a quib. appell. quod secus erit in ordinario, qui a sententia delegati ordinary ad ipsum ordinarium appellabit, vt d. l. 1. & l. vnica. in fin. C. pro sua iurisd. & ibi scribentes. Adde ad idem, quòd iurisdictio istorum non sit fundata, probo, quia delegatus ad vniuersitatem causarum potest recusari, vt suspectus de iure ciuili. Ita Bu. & Bartol. l. si. C. de iud. & tamen ordinarius non potest recusari vt suspectus, de iure ciuili, d l. si. & auth. ibi posita, C. de iud. Adde etiam, quòd iurisdictio ordinaria non expirat re integra, morte concedentis, l. more ff. de iurisomn. tu. Host. ca. quoniam abbas. de offic. deleg. dom. Abb. ca. relatum eo titu. 1. colũ. ver. concludè sic. & tamen iurisdictio delegati ad vniuersitatẽ causarum, re integra, morte concedentis expirat. & in hoc omnes Doctores concordant. Vide Bar. & alios. d. l. more. & est bonus. tex. c. si. §. vt officium. de offi. dele. in 6. Ex istis ergo mihi videtur, quòd opinio domin. Abb. d. cap. causam matrimonij sit verior. & eam sequor reprobata opin. Bart. l. si vni ex pluribus. ff. de re iud. & opin. Felin. d. capitu. causam matrimonij. column. suprad.

Delegati plures dati ad vnum causam simul, an vnus sine alio possit procedere. Inno. cap. Raynaldus. de testa. dicit, quòd sic, videlicet quando vnus ex pluribus delegatis dixisset sententiam in præsentia collegarum, & sententia sua non placere illis, si ille discedit, alij possunt ferre sententiam eo non vocato, & valet. Ita tenuit Inn. d. c. Raynaldus. Adde tu, quòd dom. Abb. c. causam matrimonij. de off. deleg. in fin. tenet contra Inn. & allegat Bar. qui idem tenet l. duo ex tribus ff. de re iu. Adde, quòd contra Inn. tenuit Pe. de Anch. d. ca cum causam. Imo. d. l. duo ex tribus, variauit, ibi eum vide. Adde tu Fel. d. c. causam matrimonij. num. 8. versi. tertiò limita. latissimè tangit hac q. colu. 980.

Delegati plures dati simul ad vnam causam, vnus potest procedere sine alio, quando vnus delegatorum iurat sibi de causa non liquere, tunc poterunt alij procedere eo non vocato. Ita tenuit Inn. c. Raynaldus. de testa. & Abb. c. causam matrimonij. de offic. delega. in fin. Vide Felin. dicto capitul. causam matrimonij. de offic. delega. versicu. quarto fallit. num. 9. colum. 981.

¶ Delictum an augeatur ratione dignitatis personæ delinquentis. Ponit dom. Ab. c. cum quidam. de iureiu. 1. col. versi. opp. contra text. Et ibi dicit, quòd delictum non aggrauatur propter dignitatem personæ delinquentis, sed bene dignitas aggrauat ipsum delinquentem. Vide d. Car. cle. 2. de vita & hone. cle. 5. q. Adde Fel. d. c. quidam. nu. 1. col. 1052. par. 2. Et ista intellige, quantum ad forum conscientiæ, vt per dom. Abb. loco præallegato.

Delictum commissum per famulos amicos, vel consanguineos alicuius, an sit imputandum domino, vel illi, qui habet amicos, vel cõsanguineos? Et dic, quòd conclusio est ista, q. in dubio delictum commissum a talib. non imputatur illi, qui habet am. cos, aut consanguineos, imo nec præsumitur fuisse. Tex. cum gloss. capit. quia prælatus. 1. q. 4. & bo tex. capit. Petrus. a contrario sensu, de ho. Bal. l. ad inuidiam. C. quod met. causa et l. 1. 4. col. C. de ser. fug. & l. 1. C. si rector proui. Old. consil. suo 92. incip. Rex habebat Fel. d. cap. Petrus. ver. extra gl. nu. 2. colum. 1036. Adde, quòd ista conclusio fallit, quando seruus consuluit dominum, vel amicus consuluit amicum, vel consanguineus consanguineum, de delicto faciendo, & tacuit. Tex. est d. c. Petrus. & ca. sicut. de sim. Fel. d. ca. sicut. ver fallit primo. nu. 1. col. 916. Item fallit ista conclusio quando delictum habet causam successiuam & continuã, quia si consanguinei committunt delictum, vel amici, præsumitur, quòd dominus tollerauit, & non prohibuit. Et idem de amico, do. Abb. c. constitutus. de testi. Pa. de Ca. l. 1. ff. si cer. pet. Fel. d. c. Petrus. versi fallit secundo. num. 4. col. 1036. Item fallit ista conclusio, quando apparet de scientia domini, vel amici, vere, vel præsumptiue, etiam in actu momentaneo. Bartol. l. si quis. §. visum. ff. de aqui. hare. Bal. l. 3. C. de ser. fug. 3. col. Felin, d. c. Petrus. ver fallit quarto. nume. 5. colum. 1037. Item fallit, quando dominus, vel amicus potuit camparere, ne delictum committeretur, & non curauit. Bal. l. veritatis. de dolo & contu. Feli. d. c. Petrus. ver. fallit quinto. num. 6. ibidem. Item fallit ista conclusio, quando amici, vel famuli, essent viles personæ, quia eorum delicta imputantur domino, quia non potest allegare dominus ignorantiam. sed bene potuit cogitare, quòd ista facerent & committerent talia delicta, dom. Cardinal. clemen. ne in agro. §. porro. 4. no. de stat. mo. Felin. d. ca. Petrus. versi. fallit sexto. numer. 7. Ibidem. Item fallit ista conclusio, quando dominus habet officiales deputatos ad aliquid expediendum, qui si committunt delictum, domino imputabitur, l. 1. in princip. §. famulos. ff. de publi. iudi. Felin. d. cap. Petrus. versi. fallit septimo. nu. 8. col. vt supra.

Delictum episcopi an sit potens ad faciendum, vt ciuitas supponatur interdicto. Vide quæ posui in litera E. §. episcopus si deliquit.

Delictum vnius personæ est potens, vt vna parochia possit interdici, licèt dicat Archidiac. capitul. si canonici. §. si autem. de offi. ordina. non esse honestum, quòd propter solam personam fiat cessatio a diuinis. Vide per Felin. capitul. sane. il secundo de offici. delegat. numero 3. versicul. secundo nota. colum. 955.

Delictum prælati in iudicialibus, an noceat ecclesiæ, puta omittendo legitimas exceptiones. Ponit Felin. cap. ad audientiam. il 2. de rescript. versicul. secundo limitatur ista glo. nume. 16. colũ. 802. domin, Abb. cap. cum venerabilis. de excep. 9. colum. versi. no. duo. & cap. 1. in fi. vt lit. non contest. Adde etiam, quod vbi delictum prælati & conuentus noceret ecclesiæ, ibi nocet delictum solius prælati, & carentis conuentu. gloss. est capit. potuit. de locato. in glo. mag. Ang. consi. suo 241. incipien. Omne datum. Fel. d. cap. cum venerabilis. versi. scias duo tantum. nu. 18. col. 53.

Delicti inchoati in vno loco, & in alio loco consummati, quis erit iudex, an ille, vbi delictum est inchoatum, an vero ille, vbi delictũ est finitum? Bar. l. libellorum. ff. de accu. 1. colum. versicul. vlterius quæro. dicit, quod erit index ille, vbi finitum est delictum, & sic iudex finis puniet delinquentem. Adde, quod cum ista opi. Bar. videtur transire Fel. c. fi. de foro. comp. versi. secunda cõclusio. nu. 14. col. 222. Adde, quod contra Bar. tenuit Io. And. regula, in obscuris. de reg. iu. an 6. vbi dicit, quòd iste, qui existẽs in vno loco, percutit alium existentem in alio loco, poterit puniri in vtro; loco, quia ex hoc, quòd mittit sagittam, dicitur nocens, vt est tex. cap. 1. de præsum. Et ideo ibi poterit puniri, vbi cæpit delictum, & etiam poterit puniri in loco consummati delicti, & sic erit locus præuentioni per tex c. si de for. com. Istam opin. Io. Ant. tenuit domi. Abb. d. ca. si de fo. compe. 40. col. versi. circa hoc quæritur. & c. 1. de præsum. vltima colu. uersic. no. ex hoc. Cy l. 1. C. ubi de crim agi opor. Ang. dicta l. 1. Adde, quod Bal. d. l. 2. C. ubi de crim. agi opor. dicit in simili, quòd si in confinibus ciuitatis est factũ maleficium, quod iudex utriusque loci poterit punire delinquentem. Istud etiam tenet Dom. de S. Ge. c. 1. §. fin. ult. col de statu reg. in 6. & Ioan. de Ana. c. 1. de rapto. 4. colũ. ver. quid autem. Adde Fel. qui idem tenet, & sic est ibi contrarius, d. c. 1. de præsum. nu. 13. vir. nota tert. o. col. 922. Adde & vide in materia ista additionem, quam posui ad Fel. d. c. fin. de fo. comp. versi. allegato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delictum si inchoatum est vno loco, & finitum alibi, punitur a iudice finis. Ita Fel. cap. fi. de fo. com. versic. ad illum tertium. nu. 12. col. 221.

Delictum mandati punitur à iudice loci, in quo delictum est factum, non in quo est mandatum. ita Fel. c. fi. de fo. comp. ver. itẽ per istam. nu. 15. col. 222.

Delictum pluries iteratum, aggrauat vltimum delictum, licèt primum sit punitum, ita dom. Abb. c. 1. de cle. percuſ. & cap. 1. de pœnis. Vide Bar. l. si cui. §. fin. in fi. ff. de acc. vbi dicit, quòd delictum commissum alibi, aggrauat pœnam delicti. Idem tenet Sal. l. seruos. C. ad l. iul. de vi. Adde Fel. c. sicut. de testi. nu. 4. colum. 535. ver. gl. in verbo, adulterio. & c. ati si clerici, §. de adulteriys. de iud. nu. 18. col. 44.

Delicta, In delictis attenditur animus. & hoc in spiritualibus secus in temporalibus, quia attenditur factum, quo ad incurrendas pœnas temporales. Bartol. l. diuus. ff. de sica. 1. col. ver. secundò quæro.

Delicta præsumuntur prima fronte esse commissa malo animo. Ita dom. Abb. c. 1. de præsum. vlt. col. ver. no. quòd si in maleficijs. Et idem tenet ibi Inn. Quod intellige, nisi contrarium probaretur ex alijs præsumptionibus fortioribus, quæ prima præsumptio tollitur. Ita do. Abb. præallegato loco, & ibi etiam Inn. Vide Fel. d. c. 1. de præsum. ver. no. quarto. nu. 16. col. 923. par. 2. adde, quòd contra prædicta facit illud, quod vult Inn. c. 2. de cõsti. vbi dicit, q. illa, quæ pendent ex animo nostro, possunt probari per iuramentum. Et idem tenet Bar. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. 1. col. verſt. quæro. Et ideo si per iuramentum quis probabit, quod non animo furandi hoc fecerat, non erit opus tollere istam præsumptionem cum alijs præsumptionibus fortioribus respondendo, quòd istud fallit, quando contrà iurantem esset alia præsumptio iuris. Ita dicit eleganter Inn. d. c. 2. de consti. et ibi Io. And. & vide gl. cle. 1. de pœ. in verbo, commodè.

Delicta semper præsumuntur facta cum dolo, vnde in accusatione delictorum non est opus inferre dolum, quia præsumitur. Ita Fel. c. examinata de iud. ver vbi qualitas inest. nu. 6. col. 114.

Delicta, pone, quòd ex vno facto duo delicta insurgunt, an delinquens debeat puniri de vtroque? Dic, si sunt species separatæ, pòt puniri de vtroque, puta quis commisit adulterium & incestũ. Ita dom. Abb. capit. literis. de præsum. 1. column. verſt. item no. Vide Bar. l senatus. ff. de accu. in princ. vbi idem tenet. Et plus ibi dicit, quòd si duo delicta insurgunt ex eodem facto, & habẽt se vt genus & species, quòd eo tunc non potest puniri de vtroq;. Et hoc modo intelligas gl. cap. virginibus. 17. q. 1. Vide Salice. l. qui de crimine. 5. col. verſ. opp. tertiò. Adde Fel. d. ca. literis, in prin. nu. 1. col. 958.

¶ *Deliquens an sit puniendus de delicto, quod habet bonum effectum, puta, quod afferret vtilitatem ciuitati? Vide, quæ posui in litera F. § fur an sit puniendus.*

Delinquens an excusetur a delicto si passus iniuriam, dicit, quòd ille deliquens commisit delictum iocosè? Et dicendum est, quòd sic. per gl. l pe. C. de fideiusso. quam sequitur Bal. l quicunque. C. de ser fug. vltim. colum Sal. d l. pen. Facit dictum Innoc. ca. ad audientiam. de homi. vbi dicit, quòd excusatur ab homicidio qui consilium dedit illi, qui omnino erat facturus homicidium. Vide Fel c. 1. de præsum. verſi. quid autem si passus iniuriam. nu. 18. col. 923. par. 2. Adde, quòd in contrarium facit dictum Bart. l. inter omnes §. rectè ff de fur. ver. iuxta hæc quæro. vbi dicit, quòd si passus furtum excusat furem, dicendo, iste fur fecit furtum, quia volui, quòd tamen iudex debet eum punire de furto, de quo vide late per Fel. d. c. 1. de præsum. ver. in cõtrarium adducit. nu. 19. col. 924.

Delinquens quando possit puniri de duobus delictis commissis ex eodem facto. Vide supra. §. delicta, pone.

Delinquens palàm leuius punitur, quam delinquens clam. Vide per Fel. c. consuluit. de offi. dele. verſi. secundò nota, quòd prælati. nu. 21. col. 1021.

Delinquens, qui delinquit publicè, an plus peccet, quàm ille qui delinquit occultè? Vide, quæ posui in litera P. §. peccator publicus.

Delinquens, qui commisit delictum, propter quod ipso iure est priuatus bonis, etiamsi non est declaratus priuatus per sententiã, tamen si possidet, non est tutus quo ad Deum, in foro conscientiæ, & hoc modo restringas gl. c. fraternitatis. 12. q. 2. Et ad materiam istam vide Fel. c. Rodulp de rescr. verſi. limita tertio. nu. 38. col. 904.

Delinquens potest puniri in loco domicilij, vel originis, de delicto alibi commisso, & hoc per viam accusationis. sed dubium est, an possit puniri delinquens in loco domicilij, vel originis per viam inquisitionis. De quo vide Fel. c. cum contingat. de fo. com. in prin. col. 194. Adde Bar. l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fi. Catho. 11. col. ver. sed circa prædicta.

Delinquens an præsumatur emendatus ex eo solo, quòd probat per sacerdotem quòd cõfessus est delictũ, & fecit pœnitentiam de delicto? Vide Fel. c. testimonium. de testi. verſi. sed vtrum probatæ. nu. 36. col. 749. & c. 1. de excè. ver. per sacerdotẽ. nu. 3. co. x.

¶ *Demõstratio alicuius rei per quæ verba fit? Vide Fel. c. super literis. de rescr. ver. modos autem cognoscendi. nu. 4. col. 575.*

¶ *Dens an sit membrum. Bald. l, non sunt liberi ff. de stat. homici. concludit non esse membrum. Vide Bar. consil. suo incè. Statuto cauetur. Imo. l. 2. ff. de publ. indi. Ang. §. pe. Authe. vt iud. sine quoquo suffra. Fel. c. cum illorum. de sen. exc. ver. quid de dente. nu. 11. col. 1093.*

¶ *Denuncia talem suspensum, dic, quòd hoc mandatum superioris inducit suspensionem simul & semel. Fel. c. Rodulphus. de rescri. verſi. nouerit se suspensum. nu. 30. col. 897.*

¶ *Denunciatio extraiudicialis an causat malam fidem? do. Ab. c. 2. de præsc. 2. colum. verſi. tertium intellectum, dicit, quòd denunciationes extraiudiciales non causant mala fidem. Fel. ibi d. cap. 2. ver. regulariter denunciatio extraiudicialis. nu. 5. col. 270. idem tenet & dicit, quòd ista est regula. Adde, quòd ista regula fallit in Papa, quia non habet iudicem. Ita Fel. co. ea. nu. eo. Item fallit in quolibet principe non recognoscente superiorem do. Abb. d. c. 2. 3. col. verſ. & sic debet Fel. d. c. 2. d. ver. col. ead. Item fallit in præscribente bona pauperum, do. Ab d. c. 2. in 5. lectura. Fel. col. ea. Item fallit, vbi quis possidet fine tit. Ant. de Bu. c. grauis. de rest. spo. 4. col. Fel. d. c. 2. ver. allegato.*

Denunciatio euangelica non est fienda, vbi timetur de deteriora-tione denunciati. ita Fel. capit. nouit. de iud. verſi. in glo. si num. 13. col. 101.

Denunciatio iudicialis quando possit intentari. Vide Felin. cap. nouit. de iud. ver. in iudiciali. n. 15. col. 105. Adde do. Ab. d. c. nouit. 18 col.

Denunciatio publice facta, an probet excommunicationem? Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatio an probet per denunciationem.

¶ *Denunciator quando potest esse testis. Do. Ab c. in omni. de testi. 3. col. ver. pone ergo dicit, quòd vbi principalis persona, & sic denunciator ex sua testificatione non est reportaturus commodum, vel incommodum, damnum, vel lucrum, laudem vel vituperium, vel non potest notari aliqua affectione, quod tunc potest esse testis. Adde Felin. d. cap. in omni. ver. gl. ibi restringitur. nu. 4. col. 508.*

¶ *Deponi non debet quis ex confessione facta in foro pœnitentiali. Fel. de simo. c. ex tuæ. nu. 1. col. 886.*

¶ *Deportatus, & sic damnatus in metallum, an possit agere. Felic. intelleximus. de iud. verſi. vtrum damnati in metallum. num. 6. col. 61.*

¶ *Depositus a beneficio debet habere expẽsas, negeat, ca suadet 50. dist. & ibi gl. si. do. Ab. c. pastoralis. §. verum. de app. gl. ca. quoniam. 11. q. 3. gl. c. omnes. de hære. Quod intellige sano modo de depositis verbaliter, secus de depositione actuali. Felin. capit. ex parte. de acc. ver. item nota. nu. 1. col. 701.*

¶ *Depositus ab officio, & beneficio verbaliter, detinet priuilegium fori, imo tenetur viuere clericaliter, iuxta gl. c, dudum. 81. dist. Spe. ti. de compe. audi. adi. §. 1. in prin. Fel. c. ex parte. de acc. 2. col. verſi. in gl. 2. nu. 2. col. 701.*

¶ *Deprehensio in fragranti crimine facit notorium, quòd possit puniri absque alia probatione. Ita Fel. c. cum non ab homine. de iu. verſi. Vtrum autem deprehensio nu. 5. col. 77.*

¶ *Derogatio statutorum generalis quando extendatur ad statuta iurata. Ponit Felin. ea. constitutus. de rescr. verſi. limita tertio. nu. 6. col. 562.*

¶ *Desertio appellationis. Iudex in causa appellationis datus, potest cognoscere de desertione abs; alia noua commissione. Fel. c. ex parte. al 1. de rescriver. addatis multa vtilia. nu. 19. col. 480. Et vide, quæ posui in litera I. § iudex delegatus.*

¶ *Detinens clericum in vinculis, etiam quòd non percutiatur, ipse detinens tamen est excommunicatus. Tex. c. nuper. de sen. exc. & ibi Fel. verſi. tex. videtur dicere. nu. 5. col. 1088.*

Deti-

Detinens clericum per vestem, etiamsi non percutit ipsum an sit excommunicatus? Inn. c. nuper de sent. exc. dicit, q. si quis detinet clericum per vestem, & non dimittat ipsum ire, quòd est excommunicatus, ex quo facit violentiam in vestibus. Et vide Bart. l. licitatio. §. quòd illicite. de publ. & Bal. l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. Lap. alle. 118. in prin. Et adde duas gl. ca. si quis. verbo, manus. de pœn. dist. 1. & aliam c. si quis suadente. 17 q. 4. quæ dicit, quòd si quis spuat in clericum, est excommunicatus. Adde & limita, quòd si clericus dormiret, & detineretur, vel laceraret ei quis vestem, non esset ille excommunicatus, do. Card. cle. 1. de pœ. in 6. q. Feli. d. c. nuper. verſi. limita primò. colum. 1088. nu. 6. Item limita, dum modò inferatur ius clerico. secus, si inferatur metus, etiamsi esset metus armorum. Ita expresse tenet do. Car. d. cle. 1. 6. q. dom. Abb. ca. verum. de fo. compe. 8. col. Fel. d. c. nuper. verſ. limita secundò, dum modo nu. 7. col. ead. Item limita, nisi clericus detineretur oppressus per vim in vno castro, non vt sibi fiat iniuria. Ita Inn. d. cap. nuper. Felin. ibi, versicu. limita tertiò. nu. 8. col. ead. Item limita, quando fieret iniuria clerico vel violentia propter recuperationem rei ablatæ. Inno. d. cap. nuper. Felin. ibi versic. quarto limita. nu. 9. col. ead. Item limita, nisi clericus detineretur clausus in vna camera, non vt inferatur sibi vis, sed vt detegatur eius verecundia. Inn. d. capitu. nuper. & ibi Ant. de But. & domin. Card. d. clemen. 1. 7. q. Felin. d. cap. nuper, ver. quintò limita. numer. 10. col. 1089. Item limita, quòd non habet locum in sequente clericũ Ita glo. cap. fœlicis. verbo, se commode. de pœn. in 6. Felin. d. ca. nuper. verſi. sextò limita nu. 11. col. ead. Item limita in insultante clericum, dum modò non percutiat. Archi. § si ergo. 17. q. 4. Felin. d. cap. nuper. versic. septimò limita. nu. 12. col. ea. Item limita, nisi fieret iniuria clerico verbis. Dom. de sancto. Gem. c. dispendia. 47. dist. 7. no. Fel. d. c. nuper. verſ. octauò & vltimo. nu. 13. vbi proxi.

Detinentes terras, aut bona ecclesiæ Romanæ, sunt excommunicati excommunicatione Papæ, & contra eos potest ferri sententia sine citatione de quo vide Feli. c. cum olim. de re iudi. ver. vltimo no. nu. 17. col. 438.

¶ *Detrimentum non dicitur verti, vbi negotium non affert principaliter præiudicium, licèt secundariò. Fel. c. cum M. Ferrarien-sis. de consti. ver. Fallit secundò, vbi materia. nu. 29. colu. 195. Adde tu. Inn. c. humilis. de maio. & obe. vbi dicit, quòd in citatione fienda non est necessarium citare illos, quos incidentes negotium tangit. s. d. sufficit citare principalem, cuius interest.*

¶ *Deuoluatur. Istud verbum an sit aptum ad faciendum substitutionem compendiosam, vel obliquam. Vide, quæ posui in litera S. §. substitutio compendiosa.*

¶ *DIACONISSA potest esse mulier. Ita Fel. c. dilecta. de maio. & ob. verſi. amplia, etiamsi consuetudo. nu. 4. col. 1204.*

¶ *Dicens alicui, Tolle hanc pecuniam, præsumitur mutuare, non donare. Fel. c. & si quæstio. de simo. nu. 2 col 883.*

Dictio Si, an importet conditionem. Vide, quæ posui in litera S. § secundum.

Dicto Et, denotat tempus continuum. Vide latissimè per Fel. c. licet de prob. verſ. tertia causa victoriæ. nu. 8. col. 318.

Dictio Et catera, quid importet in instrumentis seu protocollis, Dic quòd si apparere possit, quid esset consuetus ponere ille notarius, qui posuit in abbreuiaturis suis dictionem, Et caterę, tunc. possunt omnia illa poni, si non apparent illæ abbreuiaturæ, poterunt extendi secundum substantialia contractus, de quo vide, quæ posui in litera A. §. abbreuiatura vnius notarij. Ita dicit Felin. cap. cum P. tabellio, de fide instrum. verſi. septimo quæritur. nu. 10. colum. 910. Adde, quòd ista opin. Felini non est vera, quàm etiam ante eum tenuit Bartol. l. argentarius. ff. de eden. 1. col. ver. item no. Nam communiter tenetur contra Bartol. de quo vide additionem, quam posui ad Fel. d. c. cum P. tabellio. d. verſi. col. vt supra.

Dictio Et catera si extense est posita, importat idem, quod dictio, Et, Domi. de S. Gem. c. deinde. 26. dist. & ibi glo. 1. Adde Feli. d. c. cum P. tabellio. de fide instru. uer. si autem. nu. 11. colum. 910.

Dictio Imo, est correctiua dictio, Bar. l. Lucius. ff. de hær. inst. Bart. l, Stichus ff. de manu. testi. Fe. c. nemo. de sim. in prin. colu. 877.

Dictio Incontinenti, quot modis sumatur & communiter ista dictio, Incontinenti, intelligitur arbitrariè, do. Abb. c. præterea. de test. cog. vlt. col. ver. glo. vlt. Adde ibi Felin. verſi. in gl. si. in fin. nu. 10. col. 774.

Dictio Quondam, quid importet? & dic, quod remouet significatum verbi, cui additur. Ita Fel. c. si. de testi. cogen. in princ. & ibi posui addit ionem, nu. 1. col. 778.

Dictio, quæ vocatur exclusiua, est sicut dictio, Tantum, dictio Tantummodo, & dictio Solum, & dictio Solummodo, & dictio Duntaxat, de quo vide Bartol. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. in prin Bald. l cum mulier. pen. char. in repe. ff. solu. mat. Ant. de Butr. c cùm ecclesia. de cau. poss & propri. Dom. de S. Gem. c. quamuis. de procu. in 6. 1. col. Bar. l. mutus. §. pœnam. ff. de proc. Adde Felin. c. contingit. de fid. instr. ver. Item per istum tex. nu. 2. col. 820.

Dictio Pro, aliquando exponitur pro tali, id est, loco talis. Bartol. l. si is, qui pro emptore ff. de vsuc. Aliquando Pro, capitur pro Tanquam. Bar. in l. quibus diebus §. Termilius. 2. colum. ver. nunc quæro ff. de condi. & demon. & l. Lucius. §. a te peto. ff. de leg. 2. Adde Fel. cum M. Ferrarien sis. de constitu. verſt. & aliquando exponitur. nu. 3. col. 179.

Dictio Ad instantiam, quid operetur in actis iudiciarijs & instrumentis, vide quæ posui in litera A. §. ad instantiam.

Dictio nullatenus, quid operetur? Vide Felin. ca. ex parte. de consti. ver. quintus casus. nu 7. col. 297.

Dictio, Solus, posita in rescripto, vel statuto, an excludat alia. Vide gl. l. cũ notissimi. verſ sola. & ibi Bal. & Ang. C. de præscri 30. vel 40. ann. Adde ad ista, quæ posui in litera R. §. rescriptum, vel statutum tollens.

Dictio Tanquam, quid importat, ponit Fel. c. solitæ. de maio. & obe. ver. in quantum tangunt hic omnes. nu. 3. col. 179. puta, talis habeatur, tanquam ciuis originarius. Adde tu ad Fel. ibi per Bal. l. ciues. ff. de ap. qui dicit, quòd appellatione ciuium non veniunt, nisi ciues originarij, & non ciues ex priuilegio, vbi agitur de odio, secus, si de fauore.

Dictio Quondam, importat præteritum tempus. Fel. c. ex parte B. de fo. comp ver. prima intelligentia. nu. 2. col. 204. Adde, quid erit, si in testamento dicitur, Titius filius Sempronij, & Sempronius pater non viuebat, & sic deficiebat. Quondam, an testamentum sit nullum. & quid econtra, si dicatur Titius olim Sẽproni, & pater Sempronius viuebat. Vide, quæ posui in litera T. §. testamentum, in quo dicitur Titius filius Martini.

Dictio, Secundum. Iuxta, Sicut, an importent conditionem. Vide, quæ posui in litera S. § secundum.

¶ *Dictum vnius sancti munitum authoritate veteris, vel noui testamenti, præfertur decisioni Papæ in decisionibus causarum, de hoc vide, quæ posui in litera A. §. authoritas diuinæ scripturæ.*

Dictum vnius legalis viri, præbet iustam causam credendi, & hoc, quando agitur de retardatione executionis sententiæ, vel gratia. Fel. cap. cum contingat. de rescr. verſi. prima conclusio. nu. 3. col. 641.

Dictum testis in vno iudicio facit fidem contra illum testem in alio iudicio, adeo quòd poterit condemnari de falso, si fuerit varius in depositione sua, de quo vide, quæ posui in litera T. §. testis, qui deponit in vno iudicio.

Dictũ testis an vitietur, qui dicit in depositione sua. Hoc scio per audituꝫ & famam. Vide, quæ posui in litera T. § testis, qui dicit.

Dictum vnius testis scriptum extensiue per notarium, an sufficiat etiãsi dicta aliorum testiũ non sunt scripta extẽsiue, sed solũ dictũ est per notarium, alij testes deposuerunt, prout primus, de quo vide, quæ posui in litera N. § notarius, qui scripsit.

Dictum testis secundum contrarium primo, quando valeat, & hoc quando testis fuit examinatus bis coram diuersis iudicibus, de quo vide, quæ posui in litera T. § testes qui fuerunt examinati coram arbitro.

Dictum testis obscurum habetur pro non dicto. Fel. c. cum clamor. de testi in prin. col. 732.

Dictum testis potest reprobari, etiamsi persona ipsius testis non potest reprobari. Fel. c. causam. de re iudi in prin. nu. 1. col. 449. Quod intellige, nisi partes dixissent & promisissent stare dicto testis, quia tunc dictum suum non potest reprobari. Bar. l. Theopompus. ff. de do præleg. Fel. d. c. causam. in prin.

Dictum testis diuersum, & contrarium in eadem instantia quando valeat. Vide, quæ posui in litera T. §. testis, qui deposuit in eadem instantia.

Dictum testis diuersum & contrarium in diuersis instantijs, an valeat. Vide, quæ posui in litera T. § testis, qui dixit contrariũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dictum testis extra iudicium an tollat primum dictum contrariū in iudicio? Vide, quæ posui in litera T. §. testis, qui dixit.

Dictum testis extra iudicium, qui postea productus in testem in iudicio contrarium dixit, an valeat dictum eius in iudicio? item an possit puniri de falso? Vide, quæ posui in litera T. versi. testis. qui dicit vnum in iudicio.

Dicto alicuius sine iuramento quando stari debet in forma statuti, an probari possit contrarium? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod disponit stari debere.

Dicto testis quando de necessitate standum est, vt puta Testator dixit, volo, de tali restetur dicto Titij, an tunc pars sit citanda? Vide quæ posui in litera. T. §. testis examinatus parte non citata, dicto vnius testis statur, quando non agitur de præiudicio alicuius? de quo vide, quæ posui in litera T. §. testimonium vnius testis.

Dicto vnius testis statur. quando partes consenseruns, vt dicto ipsius staretur, de quo vide, qua posui in litera T. §. testis vnicus probat.

Dicta plura quando possint simul coniungi, vt faciant probationē. Fel. de præsumptio. c. tertio loco. non. nu. 12. col. 666.

Dicta sanctorum patrum sunt imitanda, dom. Abb. cap. ne innitaris. de consti. in prin. & c. cum Apostolica. de his, quæ fiunt à præla. Fel. d. c. ne innitaris. in prin. nu. 3. col. 83. Adde, quòd ista cōclusio fallit, quando dicta sanctorum essent retracta. Fel. d. c. ne innitatis. versi. Fallit secundò, nu. 5. col. ea. quādo est varietas in ter sanctos, quia possumus sequi, quam opinionem velimus. Item fallit, qū dicta sanctorum essent contraria decisioni summorū Pōtificum, quia decisio summorum pontificum præualet, cum ipsis pontificibus data sit potestas legis condendæ, Fel. d. c. ne innitaris verſic. fallit tertiò. nu. 6. col. 84. Adde tamen, quòd dicta sancto rum patrum præualent decisionibus pontificum aliquibus casibus. Primò, quando Papa scribit interpretando, non autem legem condendo Fel. d. c. ne innitaris. ver. Primus est. nu. 7. colū. 84. Secundò, quando agitur de interpretatione diuinæ legis. Fel. d. c. ne innitaris. num. 7. ver. secundus casus. colū. ead. Tertiò, quando dicta sanctorum sunt fundata authoritate noui, vel veteris Testamenti. Felin. d. cap. ne innitaris. ver. tertius est. num. 7. col. supra allegata.

Dicta sanctorum patrum quando discrepant inter se, cui standum est? Vide per Fel. c. ne innitaris. de consti. circa fi. nu. 18. col. 48.

Dicta testium an reprobantur vltra tertiam productionem, dom. Abb. tangit hanc q. c. licet. il 2. de testi. 2. colum. ver. sed pro declaratione materiæ. Et ibi tandem tenet, quòd sicut non licet reprobare testes vltra tertiam productionem, idem sit in reprobatione dictorum. Contrarium tenuit Ioan. And. cap. 2. de testi in 6. sub dubio tamen. Et idem tenet Ant. de Bu. & Imo. d. c. licet. Tu vide Fel. pro veritate istius q. d. capit. licet. in prin. nu. 1. column. 711. Et vide, quid de testibus, in quo licet eos reprobare, quæ posui in litera T. §. testes reprobare licitum est.

Dicta testium & nomina postquam sunt recepta per inquisitorem danda sunt inquisito, & hoc simul, & non separatim. Ita Host. Ioā. And. & Io. de Ana capit. qualiter & quando. il 2. de accus. Contrarium ibi tenuit dom. Card. & Imo. Videibi Felin. §. debet. ver. nota secundò. nu. 17. colū. 826. Istud habet locum, quando proceditur contra clericum secularem, sed quando proceditur contra regularem, non ita seruatur ordo iuris. Felin. d. capi. qualiter. §. ad corrigendos. ver. tertiò nota. nume. 21. colum. 828.

Dicta testium, qui fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriam an statim publicantur? Vido, quæ posui in litera T. §. testes recepti ad perpetuam.

Dicta testium interpretantur secundum communem vsum loquēdi. Vide, quæ posui in litera T. §. testium dicta.

Dictis testium credere debet iudex, de quo vide, quæ posui in litera T. §. testibus credendum est.

¶ Dies, in quo rogatio instrumenti facta est, requiritur in ipso instrumento. Fel. c. 1. de fide instru. ver. item requiritur dies. nu. 5. col. 786. Et adde, an requiratur nomen diei, Vide Fel. d. c. 1. ver. & quando apponitur dies. nu. 10. col. ead.

Dies est, quando lux solis apparet, de quo vide Fel. c. si perfodiens. de homi. in prin. vbi multa dicit, nu. 2. col 1014.

Dies naturalis, secundum computationem ecclesiæ, tam in diuinis quàm in alijs rebus, quando incipiat, ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. quinta declaratio. nu. 53. colū. 235. Ad de tu pro declaratione, quod dies ecclesiæ, quantum ad indulgentiam, incipit in vesperis vigiliæ, & finitur in vesperis diei. & vtraque vespera includitur. Ita habetur c. fi. §. adijcimus. de sen, exc. in 6. & clem. 1. de reliq. & vene. sanct. in fi. Quantum autem ad diuina officia, quando incipiat dies, & finiatur, habes tex. & ibi gl. c. 2. de fer. cap. alma mater. de senten. excom. in 6. Hosti. in summa, de fer. Arch. de consc. dis. 3. c. 1. & 75. dist. ca. quod à patribus. vbi text. & glo. Quantum autem ad collationem ordinum, dic, vt text. 75. dist. c. quòd die. Arch. d. ca. quod à patribus. no. c. literas. de tempo. ordi. Quo autem ad esum carnium, dies incipit post cœnam, de consc. dist. 3. ca. esu carnium. glo. cap. 2. de fer. licet gloss. tenuit contrarium cap. pronunciandum. de consec. distin. 3. Quo autem ad observationem treugæ, dies incipit in ortu solis. cap. 1. de treug. & pace. Adde Felin. cap. consuluit. de offic. delega. versic. prima conclusio. num. 6. colum. 1015.

Die feriata proceditur, vbi periculum est in mora. Ita Fel. c. fi. de iud. versi. propter periculum moræ. nu. 14. col. 147.

¶ Dieta quomodo computabatur per terram vel per aquam, aut per aerem, aut per montes, aut per vias vsitatas. Vide quæ posui in litera V. §. via, quæ dicitur inter. Et hoc notabis pro rescriptis delegatorum, vbi apponitur, quòd reus dicitur à domo iudicis, plus quàm per vnam dietam, quomodo mensurabitur via? Vide d. §. via, quæ dicitur.

Dieta per mare quomodo computabitur. & dic, quòd quinquaginta milliaria per mare sunt minus, quàm vna dieta per terram. Bar. tractatu De insulis, 3. col. Adde Fel. c. olim. de excc. versi. demum scias. nu. 7. col. 73. Et hoc no. pro rescriptis. delegatorū.

Dieta computatio hodie etiam in reali, fiet a loco domicily principalis habitationis ipsius rei. Ita Fel. c. dilectus. il 2. de resc. versi. Computantur dietæ. nume. 13. colum. 765. Addetu, quod ista opi. Felin. & sequacium, non placet, nam mihi videtur, quòd sit contra casum l. fin. C. vbi in rem actio. nam ibi dicit text. quòd reus potest conueniri, vbi res sita est, indistinctè. Et istam opi. in terminis tenuit ipsemet Felin. sibi contrarius, c. nonnulli. eo. tit. versic. quintus casus. nu. 31. colum. 723. vbi dicit, & fortè melius, quòd si sit commissio causæ in loco rei sitæ, non est necesse, vt in rescripto derogetur dietis. quia reus indistinctè ratione rei potest ibi trahi. Istud idem tenuit dom. Abb. cap. ex parte. de foro competenti. 5. colum. Adde, quòd idem tenet gl. c. dilecti. de fo. ccmpe. pen. glo. quæ dicit. quòd in actione realı datur optio actori, an velit agere in loco rei sitæ, an verò in loco principalis domicily rei conueniendi. Quam gloss. ibi omnes sequuntur, & exclamant. Quare propter ista teneo, quòd opinio Felin. non sit vera. Cogita. Vide Felin. circa istam materiam d. capitul. ex parte B. de fo compe. versi. computatio. num. 4. colū. 205. vbi ponit vnam fallentiam, quæ multum facit ad istam q. & pro opinione mea.

¶ Digitus non est membrum, sed est pars membri. Barto. l. 2. ff. de publ. iudi. 2. col. ver. sed quæro, quid appellatur. Adde Fel. c. ego N. de iureiu. ver. digitus non est membrum, nisi in sex casibus.

Digitus an sit membrum, Bar. tenet, quòd non, l. 2. ff. de pub. iudi Adde, quòd fallit hoc, quando quis esset notabilis artifex, quia si amisit digitum, dicitur amittere membrum. Ita cōsulunt Barcons. suo vide Ioan. de Ana. cap. ex inuncto. 6. col. de hære. Fel. c. cum illorum. de sentent. excomm. versi. & not. limitationes. nu. 5. col. 1093. Item fallit in materia larga, de quo vide Felin. d. c. cùm illorum. vers. allegato. Item limita, quando lex vel statutū loqueretur de effusione sanguinis, vel mutilatione membri, & vellet comprehendere enormem læsionem. quia veniret inciso digiti, do. Ab. d. c. cùm illorum. 2. col. ver. & hæc vera sunt. & ibi Fel. d. ver. Item fallit, quando statutum imponeret pœnam mutilationis membri. Fel. d. c. cùm illorū. d. uer. Item fallit, quando statutum diceret, qui mutilauerit aliquod membrum, quia intelligitur de quolibet membro, non affirmo. Vide Fel. d. c. cùm illorum. nu. 8. col. 1093.

¶ Dignitas non potest erigi, maximè in ecclesia sine dote. Felin. cap. cum accessissent. de consti. uer. tertia conclusio. num. 14. colum. 162.

Dignitas potest supprimi & tolli per episcopum & capitulū ex causa. Fel. c. cū accessissent. de consti. uersi. ad secudū circa hanc gl. nu. 17. col. 163. Fallit hoc, quando illa dignitas esset facta ab alio, quàm a capitulo, puta, a laico. Ibi uide per Felin. capit. ea.

Dignitas

Dignitas mutat conditionem personæ, vtputa quis promisit dare Sachum matum cum pedona, quæ postea effecta est regina, an si dat cum pedona facta regina, intelligatur satisfactum promissiōni. Bar. tangit l. legatis. §. si ex offi ff de leg. 3. & l. penult. de senatu. Cy. l. 2. de fide iut. laudissime Imo. l. demonstratio. §. 1. ff. de condi. & demon. Adde Bald. l. quisquis in fin. C. de epis. & cle. vbi dicit, quòd scriptor, qui promisit scribere librum, si fuit factus rector medicorum, quòd excusatur, ecce, dignitas mutat personam. Adde gl. c. præterea. 51. dis. & vide Fel. c. quoniā abbas. vbi latissimè tangit materiam istam, versi. quærit hic Abb. nu. 9. de offi. deleg. col. 970.

Dignitas est tanti roboris, quòd regulæ iuris rumpuntur, de quo est text. l. quoties. C. de digni. libr. 12. vbi tex. dicit, quòd constituti in dignitate debent in scriptis citari. Item est tex. l. desertorem. §. 1. ff. de rei milit. vbi gloss. dicit, quòd constituti in dignitate non suspenduntur. Adde bonum tex. in materia c. fi. de pœnis. & ibi glos. verbo, nobilitati. Vide per Fel. latius c. pastoralis. de officio dele. in prin. col. 1044. vbi multa cumulauit. Et sic ex istis habes notare, quòd constitutus in dignitate, vel nobilis, punitur minùs, quàm ignobilis, vel rusticus, vt ibi per Fel. Et adde ibi do. Abb. 5. no. Adde tamen, quòd hoc fallit in aliquibus casibus, & primò in pœna pecuniaria, quia in hac ita debet soluere nobilis, sicut rusticus gl. c. qui contra pacem. 24. q. 1. Bal. l. fi. circa medium, C. de summa tri. & fide Catho. Vide per Fel. d. ca. pastoralis. versi. fallit primo. nu. 2. col. 1045. Secundò fallit in proditore, quia ita punitur constitutus in dignitate, sicut etiam rusticus. Bal. cap. cùm quidam de iureiu. Fel. d. capi. pastoralis. versi. glo. in verbo, compellere. nu. 6. col. 1046. Tertiò fallit in illo, qui deliquit in officio suo, quia æquè punitur nobilis, sicut plebeius. Bar. l. quædam. ff. de pœnis. Fel. d. ca. pastoralis. versi. prædicto. Quartò fallit, vbi est nimia contumacia. Io. And. & An. de Bu. c. ea, quæ. de statu mona. Quintò fallit in hæretico, quia siue sit Papa, siue Imperator, siue nobilis, siue ignobilis, æquè punitur, nullo habito respectu. Arch. c. qui contra pacē 34. q. 1. Et in materia ista vide Fel. d. c. cùm quidam. de iureiu. versi. secunda declaratio. nu. 5. col. 1053. Item fallit, vbi quis esset in exeessiua & maxima contumacia. Tex. c. 2. in fine, de officio dele. in 6. do. Ant. de But. cap. ea, quæ. de statu monach. Felin. d. c. pastoralis. prædicto versicu. Item fallit in hæretico, qui ita punitur constitutus in dignitate, sicut rusticus. Archid. c. qui contra. 24. quæstio. 1. Felin. d. cap. pastoralis. versi. prædicto. column. ead. Item fallit in papa, qui committit crimen, depositione dignum, quia debet puniri, ac si esset vnus rusticus, & magis asperius, gloss. capitu. præsul. 2. q. 4. Felin. d. c. pastoralis. d. ver. & colū. supra alle. Et si vis habere istam materiam ad saturitatem, vide Feli. d. c. pastoralis. prædicto ver.

Dignitas quando possis erigi in ecclesia sine licentia Papæ? Vide per Felin. c. cum accessissent. de consti. ver. tertia conclusio. nu. 14. colū. 162. Et vide §. dignitas non potest erigi.

Dignitas an aggrauet delictum. Vide supra. §. delictum an augeatur ratione dignitatis. Et adde, quòd in foro conscientiæ non attenditur qualitas personarum, sed peccata considerantur ex contemptu. Ita do. Abb. ca cum quidam. de iureiu. 1. colum. ver. opcontra tex. Dic tamen, quòd existens in dignitate, videtur plus contemnere, quia plura à Deo recepit. Ita domin. Abb. loco prælegato, & Fel. d. ca. cum quidam. versi. quinta declaratio. nu. 6. col. 1055.

Dignitas superueniens an faciat expirare compromissum. Vide in litera C. §. compromissum an expirat.

Dignitatem, vel personarum habens in ecclesia cathedrali, non habet vocem in cap. regulariter, nisi aliud habeat consuetudo. Ita dom. Abb. ca. cum olim. de re iudi. 2. col. versi. quæro, an. & Do. de S. Femi. ca. fin. de præb. in 6. 4. col. Fel. d. c. cum olim. ver. Ad illud, quòd habens dignitatem. nu. 4. col. 424. Adde, quòd dom. Abb. vbi supra dicit, quòd habere vocem in capitulo competit soli canonico.

¶ Dilapidatio Prælatus suspectus de dilapidatione si est, quo modo contra eum procedatur. glo. ca. venerabili. de offic. delega. in verbo. suspectus. do. Abb. d. cap. venerabili. 2. colum. ver. nota bene hanc glo. & cap. licèt Heli. de simo. lo. de Imo. d. c. venerabili. Doctores c. fin. de accus. Bal. & Imol. l. si fortè §. 1. ff. de suspec. tuto. Adde Feli. d. c. venerabili. versi. gl. in verbo, dilapidatione nu. 3. col. 1088.

¶ Dilatio an sit danda propter absentiam aduocati, domin. Abb. ponit c. 1. vt lit. non contest. 2. colum. versi. tertio quærit. Adde tu quòd, si in breui est reuersurus, datur dilatio, si non in breui, quærat pars alium aduocatum. Ita Bartol. l. ait prætor. §. fin. ff. ex qui. cau. maio. & l. fin. in fi. ff. de vac. mune. Adde Felin. qui idem tenet, cap. 1. vt lit. non contest. in princ. nu. 1. col. 265. Adde Bartol. qui idem tenet, & melius, quàm alibi, l. sed si vnius. §. quod autem. ff. de iniur. Et not. ista ad limitationem d. l. ait prætor. §. fin. ff. ex quibus cau. maio. Et sic not. quòd ille, qui est reuersurus de proximo, debet expectari. Facit l. cum antiquitas. C. de testa. & quod not. Bartol. l. 1. §. si quis. ff. de appell. & etiam, quod not. Bartol. l. quadam. §. nihil. ff. de eden. & l. libellorum. §. fin. in fin. ff. de accus. & l. obseruare. ff. de offic. proconsul. & leg. & facit text. l. si quis. C. de offic. præfec. præto. Adde Io. Andd. Specu. titu. de dilatio. in princ. addi. quæ incipit, in prædictis. Adde, an in causis, in quibus sunt plures aduocati, propter absentiam vnius aduocati detur dilatio? Dic, quòd non, si habet alium sufficientem. Ang. l. idcirco. in princ. ff. de iudic. & Innoc. d. cap. 1. vt lit. non contest. & ibi Felin. prædicto versi. colum. ead.

Dilatio in causis summarijs an sit danda propter absentiam aduocati. Bar. extraua. ad reprimendum versic. sine strepitu. dicit, quòd non. Adde. quòd Felin. c. 1. vt lit. non contest. nu. 1. col. 265. videtur dubitare de ista opi. Bar.

Dilatio data ad probandum, censetur peremptoria, etiamsi non dicatur. Tex. c. 2. de dilatio. vbi bona gl. Bar. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. dom. Abb. c. licet. de prob. 3. no. Hinc est, quod non debet dari secunda dilatio, nisi causa cognita. glo 1. no. c. 2. de dilatio. circa fi. Adde Fel. d. capit. licet. de prob. versicul. & ex prædictis. nume. 4. col. 414 parte 2. Idem tenet do. Abb. capitul. quoniam contrà. de proba. 9. col. Bar. l. cessante. C. quomodo & quando iudex. Felin. cap. pastoralis. de exce. versi. dum dicit. nu. 2. col. 21.

Dilatio data in medio causæ semper censetur peremptoria, Bal. c. licet. de proba. Adde Fel. d. c. licet. ver. alleg. gl. 414. Et dicit Bar. l. si finita. §. Iulianus. quòd quando est data dilatio probatoria, notarius non tenetur scribere in actis peremptorie.

Dilatio potest dari à iudice, etiam parte non petente, de quo vide, quæ posui in litera T. §. terminum iudex.

Dilatio data vni parti ad producendum testes, an sit cōis vtrique parti? Vide, qua posui in litera P. §. pars, quæ renunciauit.

Dilatio probatoria dicitur esse peremptoria, siue datur absenti, siue præsenti. Ita Bart. l. si ff. de feriis. 2. colum. versic. dilatio autem. Contrarium tenuit Bal. authen. iubemus C. de iudi. & Fel. c. pastoralis. de except. versi dum dicit Abb. nu. 2. col. 21. Ibi posui ad ditionem.

Dilatio expectatoria data ad comparendum, non est peremptoria nisi dicatur, vel exprimatur. Ita Bar. l. si. ff. de feriis. 2. col. ver. intelligas. Salic. l. si ea. C. qui accu. non poss. in fi. glo. c. de illicita. 24. quæstio. 3. Feli. c. pastoralis. de excep. versi. quod autem dilatio expectatoria. col. 21. nu. 3. Adde, quòd fallit hoc, quando dilatio daretur ore proprio iudicis, quia tunc esset peremptoria. Bar. l. cessante. C. quomodo & quando iud. Feli. d. ca. pastoralis. d. versi. Et dilatio circa fin. col. 21. nu. 4.

Dilatio data ad probandum aliquid per testes, intelligitur etiam data ad probandum per instrumenta, de quo vide, quæ posui in litera I. §. instrumenta possunt produci.

Dilatio vna est danda in causis pecuniarijs ad probandum, de quo vide Felin. c. vltra tertiam. de testi. versi. no. quartò num. 6. colum. 753.

Dilationem legis iudex causa cognita potest augere, vel minuere, domi. Abb. cap. cum sit. de appel. 2. colum. versi. dicitur autem. Idem tenet Bart. l. 2. ff. de re iud. vbi etiam do. Alexan. Vide Fel. d. c. cùm sit. in prin. col. 618. Adde & intellige istud, dum modo prorogationem illam faciat iudex, causa euitandi magni præiudicij, alias non, de quo vide Fel. d. c. cùm sit. versicu. limita primo nu. 3. column. 619. Item intellige istud, dum modò per abbreuiationem, vel dilationem, iudex non se intromittat de iurisdictione superioris ad quem fuit appellatum, dom. Abb. d. ca. cùm sit. ver. & tamen Ang. d. l. 2. & ibi. Bar. Et ponunt exemplum, puta, quòd coram iudice seculari sit facta exceptio, quæ est cognoscenda coram iudice ecclesiastico, non poterit iudex secularis abbreuiare terminum, intra quem ille debeat se expedire coram ecclesiastico. Vide Felin. d. cap. cùm sit. versi. limi. secundò. nume. 3. colum. prælleg. Item iudex non potest abbreuiare

tempus in causa criminali. Cy. l. i. C. de requi. reis. Contrarium tenuit Specu. titu. de citatione. §. nunc de temporum. in fi. Innoc. c. ad petitionem, de accus. vbi etiam Io. de Ana. Vide Fel. d. cap. cum sit. versic. limita tertio. nu. 5. col. 620. Adde etiam, quòd Papa, vel alius princeps omnem dilationem abbreuiare potest, etiam sine causa. Text. cap. ex ore. de his quæ fiu. à ma. par. capit. nbi Pet. de Anch. Et vide Fel. d. c. cum sit. ver. limita quarto. col. ead. Item dic, quòd iudex non potest tollere totam dilationem legalem. Felin. d. cap. cum sit. ver. limita sextò. nume. 7. col. 621.

Dilationes tot dantur in exceptionibus probandis, sicut in principali. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptiones in exceptionibus probandis.

¶ *Dilatoria exceptio an possit opponi post terminum præfixum à iudice ad omnes exceptiones dilatorias proponendas, & hoc, quando est orta de nouo. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio dilatoria.*

Dilatoria exceptio debet opponi regulariter ante contestationem litis, sed tamen fallit in aliquibus casibus. Vide, quæ posui in materia ista in litera E. §. exceptio dilatoria debet proponi. & §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Dilatoria exceptio potest opponi post litem contestatam, dum modo statim. glos. singu. l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. Inno. ca. pastoralis. de excep. vbi Bal. & Ange. Vide Felin. c. qualiter & quando. il 1. de accus. circa medium, ibi, & facit, quod no. gl. nu. 31. col. 748.

Dilatoria exceptio superueniens post litis contestationem, regulariter potest opponi. Eallit in vno casu. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio dilatoria.

Dilatoria potest opponi post contestationem litis, & hoc contra iura. tamen de hoc vide, quæ posui in litera E. §. exceptio, quòd quis.

Dilatoria exceptio, superueniens post contestationem litis, potest opponi. Ita probat tex. ca. insinuante. de offi. delega. & ibi Fel. ver. Fallit primò. nu. 8. col. 1024. Adde, quòd ibi Fel. tenet, quòd ista exceptio dilatoria, quæ opponitur post contestationem litis, non impedit processum factum, sed fiendum. Et no. quod acta facta stabunt, & coram alio iudice faciunt fidem. Adde Bal. l. fin. C. de exceptio. Inno. c. Cumana. de elec. Adde ad ista, quòd aliqui tenuerunt, quòd ista exceptio, quæ superuenit post contestationem litis, potest sta demum opponi, si facto aduersarij superuenit secus, si sine culpa sua. Ita Nico. de Neapol. l. excusantur. §. numerum. ff. de excus. tut. Bartol. tenet contrarium. l. 1. vlt. col. ff. de except. ver. videmus, an Pe. Et istam opinionem Bart. tenet Fel. d. cap. insinuante. versi. secundò fallit. nu. 9. col. vt supra. Adde tu, quòd istam opinio. Bar. videlicet, Quòd exceptio, quan docunque superuenerit, etiam sine facto aduersarij, possit opponi, tenet ipsemet Bar. l. cogi. C. de peti. har. Bal. l. per hanc. C. de tempo. appel. & l. 1. C. de alie. iud. mut. Ro. l. stipulatio. §. habet. ff. de no. oper. nun. Iacobus de Belui. & Iacobus de Rauen. authè. præsente. C. de fideius. Adde, quòd Bal. l. peremptorias. C. sen. resci. non poss. tenuit contrarium.

Dilatoria exceptio, quæ superuenit post contestationem litis, non potest opponi. quando pars fuit negligens in perquirendo illam ante contest. lit. Felin. cap. insinuante. de offic. deleg. numi 8. colu. 1024.

Dilatoria exceptio, quæ superuenit post contestationem litis, si pars sciens litigat, faciendo etiam vnum actum circa meritum causæ, talis exceptio amplius opponi non potest. Ioan. And. & Ant. de But. c. cum M. Fenrarien sis. de consti. Vide per Fel. c. insinuante. de offi. dele. ver. quartò limita. nu. 2. col. 1025.

Dilatoria exceptio, quæ superuenit, postquam est concluſum in causa opponi non potest. Io. An. caputu. cum dilectus. de ordin. cogni. Ludou. sing. suo 350. incip. Tuscis, quòd exceptio declinatoria. dom. Abb. ca. pastoralis. de exceptio. 5. col. Vide per Feli. ca. insinuante. de off. deleg. versic. fallit quintò. num. 12. col. 1025. Et ibi ponit rationem, quare non potest opponi. Adde tu, quòd ista conclusio fallit in aliquibus casibus, & primò in exceptione excommunicationis, quia illa potest opponi, etiamsi superueniat, post quam est concluſum in causa. Text. c. pia. in fin. de exceptio. in 6. Item fallit in exceptione notoria iuris, vel facti, quia sic ista superuenit post concluſum in causa, tamen potest opponi. An non. de Butr. cap. dudum. de elect. il 1. 2. colum. ver. quarto not. Item fallit, quando iudex vellet admittere exceptionem superuenientem post concluſum in causa, quia posset. Specul. titu. de renun. & alleg. §. 1. 1. colum. Bald. l. 1. pen. colum. C. sen. rescin. non pos. Item fallit in causa appellationis, quia excepio dilatoria, quæ superuenit post concluſum in causa, potest opponi. Adde Felin. in materia ista. cap. insinuante. de offi. deleg. versic. ista fallentia procedit. nu. 12. colum. vt supra. Et ibi latissimè habes omnia ista.

Dilatoria exceptio an sit ista, Tua non interest, puta, quando laicus vult accusare clericum, potest opponi per clericum, Tua non interest, vtrum ista exceptio sit dilatoria? dom. Abb. cap. ex parte. de testi. 3. colum. versi. no. bene. tenet, quòd sic. Idem tenet Innoc. cap. super his de accus. dom. Card. cons. suo 7. incip. In causa fratrum. Bal. repe. l. 2. 15. col. ff. de iuresur. Bart. l. posthumus. §. si quis. ff. de inoff. test. Adde, quòd cõtrariam opinionem tenuit Ant. de Bu. do. Car. & Imo. d. c. super his. Bal. & Ang. d. l. posthumus. §. si quis. per rationem, quam ipsi ibi adducunt, quæ est satis persuasiua. Adde Fel. d. c. ex parte. versi. in ea. ibi, dilatoriam. nu. 5. col. 526. qui tenet istam secundam opinionem, et sic ccntra do. Abb.

¶ *Diœcesis appellatione in materia larga venit ciuitas. Fel. ca. Rodulphus. de rescr. versic. tertia conclu. nu. 8. col. 879. Adde, quòd An. Sicu. impugnauit istam opi. vt ipsemet Fel. præallegato loco dicit, quòd And. Sic. dicebat, sic, quòd imò literæ ad beneficia includunt ciuitatem, facta mentione diœcesis. Adde tu, quòd communis opi. est in contrarium. Et communis conclusio est ista, quòd appellatione ciuitatis in rescriptis ad lites, & in rescriptis ad beneficia, non venit diœcesis, nec econtra. vt c. Rodulphus. de rescr. & gl. pen. c. accepimus. de ætа. & qualit. & gl. casi. de præben. & ibi Doc. no. & c. 1. de rer. permu. in 6. & c. grauis. §. quacunque. de præb. in 6. Et hoc communiter tenetur, licèt Pau. de Leaza. cle. ne Romani. de electio. & Io. de Lign. d. c. Rodulphus. teneant oppositum, & male, secus in materia larga, vt in beneficio concesso a principe, seu a principio; vtputa, concessa est ciuitas vni, intelligitur concessa cum sua iurisdictione, & sic cum sua diœcesi. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. & l. si quando. C. de bo. vac. libr. 10. l. fin. de constitu. princip. & ibi Bar. in materia ista melius, quàm alibi. l. 2. ff. de verb. sig.*

Diœcesis appellatio intelligitur solum de episcopo. gl. 2. cle. 1. de vita & honest. cleri. vbi Inn. 4. col. Et idem tenet gl. verbo, diœcesanus. cle. 1. de iure patro. vbi do. Car. 4. q. limitat prædictas glo. nisi appareret, quòd denominatio diœcesani potius concerneret iurisdictionem, quàm dignitatem, vel officium episcopi, quia tũc bene intelligeretur de inferiore prælato habente iurisdictionem quasi episcopalem. do. Abb. c. Ioa. de testa. Adde Fel. c. cum olim. de præscr. in prin. col. 353.

¶ *Discordia aliquorum vbi tendit ad incommodum alterius, potest implorari officium iudicis, vt cogat eos conuenire. Ita Bar. l. 2. §. ex his. de verbo. obliga. Adde Felin. rub. de treuga & pace. 6. fallentia. nu. 7. colum. 1260. Adde tu, quòd contra Bar. d. l. 2. §. ex his. tenuit solus Bal. ibi, quem Scribentes non allegant. Et dicit ibi Bald. quòd salua reuerentia Bart. malè ponderauit text. l. huiusmòdi §. fi. de leg. 1. Et adde, quòd Bartol. fuit sibi contrarius. l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. Ibi eum vide, quem Scribentes ibi sequuntur.*

¶ *Dispensatio Papæ cum illegitimis, de qua c. 1. de filijs presbit. non potest extendi ad canonicatus, nisi dicat, Quæcunque beneficia. Io. An. in Spec. rub. de filijs presb. Host. c. 2. de offi. archipresbyt. do. de Rot. in antiquis decis. 479. in fin. de offic. ordin. Adde, q idem est in dispensatione episcopi. Vide latius per Fel. ca. pastoralis. de offi. deleg. versi. no. modo. nu. 11. col. 1124.*

Dispensatio an requiratur, vbi constat de scientia Papæ, vtputa Papa mandat prouideri scienter inhabili, licèt super inhabilitate aliter non dispenset. Vide, quæ posui in litera S. §. scientia principis, puta Papæ.

Dispensatio; Si dubitatur an causa dispensationis sit vera, quis probare debet? an dicens eam falsam, an dicens eam veram? Vide Oldr. cons. suo 261. incip. Clemens episcopus. & eum sequitur Fel. c. 3. de probatio. ver. extra gl. nu. 11. col. 350.

Dispensatio facta cum illo, qui non habebat canonicum titulum, an sufficiat continuare primam collationem, an verò requiratur noua colla. Vide Dom. de San. Gem. c. fi. 56. dis. & do. Ab. c. ex parte. de restit. spo. 6. & 7. col.

Dispensatio Papæ ex certa scientia in aliquo actu, valet, quando ipse Papa scit, actum esse inualidum de sui natura, aliter non, de quo

quo vide in litera P. §. Papa, vel alius princeps.

Dispensatio superueniens an ratificet collationem nullam. Anto. de But. c. at si clerici. §. 1. de iudic. tenet, quòd sic dummodò illa inhabilitas sit dispensabilis per inferiorem a principe, quòd dictũ non puto verum in foro contentioso. Vide Felin. c. cum dilectus. de accus. versi. item adde. num. 4. col. 783.

Dispensatio Papæ, vel principis, circa ea, quæ sunt de iure naturali, gentium, vel ciuili, an valeat? Ponit Felin. c. quæ in ecclesiarum. de constit. versic. tertia conclusio. num. 26. col. 122. Et ponit ibi, an possit princeps auferre ab infidelib. bona. Et pro istis faciunt, quia dispensatio est rigoris mitigatio, vel pœnalitatis moderatio, facta per habentem authoritatem ex publico vel vtilitate publica, vel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis Indulgentiam vocat. Ita Bald. addit Spec. tit. de dist. §. 1. versic. item est. Adde ad ista, quòd imò dispensatio facta sine causa, dicitur factum temerarium, nec potest dici dispensatio. Et idem quando dispensatio potest referri ad ius commune. Ita Bal. l. bonorum. C. qui admit. Bar. & alij l. quidam consulebat. ff. de re iudic.

Dispensatio cessat cessante causa dispensationis, & de hoc est consilium elegans Ludou. Roma. quòd incipit, In Christi, & c. Felin. capit. quæ iu ecclesiarum. de constit. versic. similiter Ludou. Roma. num. 29. col. 124.

Dispensatio, in qua tacetur accusatio criminis, vel eius pendentia, valet. Ita Felin. c. cæterum. de rescrip. num. 5. col. 375. versi. secunda restrictio.

Dispensatio an intelligatur tacitè facta, quando Papa scienter scribit pro indigno. Felin. capit. si quando. de rescrip. versic. stat difficultas. num. 6. col. 400.

Dispensatio concessa cum clausula, vt possit dispensare cum quibuscunque in qualicunque statu, non tamen poterit dispensare in prohibitis a iure diuino, vel naturali, sed tantum in prohibitis a iure positiuo. Felin. cap. postulasti. de rescript. versic. tertius casus. num. 12. col. 680.

Dispensatio super pluritate beneficiorum, non valet, si fuit tacitũ, quòd illa beneficia prius ipse tenebat illicitè, recipiendo fructus sine dispensatione. Felin. c. postulasti. de rescr. ver. limita, nisi princeps. num. 16. col. 684.

Dispensatio facta contra ius positiuum per Papã sine causa, an taliter dispensatus sit tutus, quo ad Deum. Vide, quæ posui in litera P. §. Papa ex causa potest interpretari.

Dispensatio ad duo curata, intelligit de primis. Fel. c. fin. de treu. & pac. ver. dispensatio ad duo curata. num. 4. col. 1246.

Dispensatio concessa in simplicibus comprehendit casum mixtum vtputa in causa matrimoniali. Vide Felin. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. versic. secundò adduco Cal. nn. 8. col. 39.

Dispensatio est odiosa, quando agitur de interesse alterius, & eo tunc non debet extendi. Ita Felin cap. at si clerici. de iud. §. de adulteriis. versic. ex quo infertur. num. 9. col. 40.

Dispensatio quando trahitur ad consecutiua? Ponit Felin. c. at si clerici. de iud. §. de adulteriis. versic. & nu. alleg. col. 39.

Dispensatio est odiosa de se. Felin. de simo. capit. mandato. nume. 4. colum. 939.

Dispensatio extenditur ad connexa, sine quibus dispensatio stare non possit, secus si dispensatio stare possit sine connexis, puta est dispensatum cum vno illegitimo, quòd possit presbyterari, nihil dicitur de diaconatu, & subdiaconatu, ex quo ista connexa sunt necessaria, veniunt ad dispensationem, sed pone, quòd talis dispensatus vult habere beneficium, dic, quòd non poterit, ex quo non fuit dispensatum super hoc, quia bene potest esse, q quis sit presbyter, & tamen sit sine beneficio. Vide per Felin. latius cap. præterea. aliàs est §. de offic. deleg. versi. item allego Anton. num. 5. col. 937.

Dispensatio intelligitur concessa sine præiudicio terij, pone, erat concessum Titio rescriptum, quòd Sempronius priuaretur beneficio si mereatur, & conferretur ipsi Titio, postea fuit concessa dispensatio ipsi Sempronio, intelligitur concessa talis dispensatio sine præiudicio terij. Ita tenuit Anton. de Butr. c. at si clerici. §. de adulteriis. 13. col. de iud. Adde Fel. c. super eo. de offic. deleg. versic. tertiò est tex. num. 4. col. 973.

Dispensatio an sit odiosa. Vide Felin. c. mandato. de sim. versi. quarta & vltima conclusio. nu. 7. col. 940.

Dispensatio homicidij voluntarij an valeat? & vtrum Papa possit dispensare cum homicida voluntario? & posito, quòd possit, an consueuit. Vide, quæ posui in litera P. §. Papa non dispensat cũ homicida voluntario.

Dispensatio, In voto, in iuramento, in irregularitate, quæ prouenit ex homicidio, Papa dispensat. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de cõstit. versic. & hinc est. num. 20. col. 118. Tu vide, quæ posui in litera V. §. Votum, & in litera I. in verb. Instrumentum, & in litera I. versi. Irregularitatem.

Dispensatio inferioris à Papa, requirit causam apparentem, ad hoc vt valeat. Et sic not. vbi concessa est dispensatio episcopo à canone, vel ab homine, id est Papa, semper debet ipse episcopus dispensare ex causa euidenti, puta concessum est episcopo, vt possit cum aliquo dispensare super pluralitate beneficiorum, nõ valet dispensatio, nisi ille sit sublimis, vel literatus. Ita Felin. c. ad audientiam. de rescrip. il 2. ver. Omnia autem ista. numer. 4. col. 796.

Dispensatio non trahitur ad separabilia, sine quibus principale stare non potest. Fel. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. numer. 17. colum. 44.

¶ *Dispensatus à Papa in his, quæ sunt iuris diuini, non est tutus, quo ad Deum, & credo, quòd Papa committat peccatum dispẽsando in istis, sine causa, vt in simili dixit Innocen. c. diuersis. de cle. coniu. Pau. de Cast. cõsuo 117. Adde Inn. c. cum ad monasterium. de sta. mo. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const. ver. demum in hac conclusione. nu. 25. col. 121.*

Dispensatus pro crimine, vtputà erat subdiaconus, an intelligatur, habilitatus ad diaconatum, & sic dispensatus in ordinib. iam acquisitis, an censeatur etiam dispensatus in acquirendis. Vide Fel. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. ver. vtrum dispensatus. nu. 16. col. 43.

Dispensatus ad duo incompasibilia, non intelligitur dispensatus in eadem ecclesia. Ita Felin. c. postulasti. de rescript. versic. similiter dicunt Ioan. And. & Butr. num. 9. col. 675.

Dispensatus super pluralitate beneficiorum, intelligitur dispensatus super residentia. Adde, dispensatus ad curatum, an sit dispensatus ab obseruantia capit. licèt canon. de electio. in 6. Vide do. Abb. capit. quia in tantum. de præb. & Feder. c. postulasti. de rescrip. versi. ad idem. nu. 10. col. 678.

Dispensatus vt possit esse canonicus in septennio, vel minor vicennio, non intelligitur dispensatus, vt sit delegatus. Fel. c. postulasti. de rescr. versi. ad idem, quod not. glo. num. 11. col. 678.

Dispensatus super pluralitate beneficiorum, censetur etiam dispẽsatus super residentia, gl. c. si quis. 7. quæst. 1. dom. Abb. capitu. quia in tantum. de præb. Adde Felin. cap. mandato. de sim. versic. sed hoc dictum. num. 5. col. 939.

Dispensatus ad sacerdotium non censetur dispensatus ad beneficium curatum. Ita Fel. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. versic. & quòd dispensatio non trahatur. num. 17. col. 44.

¶ *Dispositio legis, vel hominis, fauorabilis, vel odiosa, an trahatur ad futura. Ponit Felin. cap fin. vlt. col. de const. versi. verum ista, & multa his similia. num. 16. col. 317.*

Dispositio legis interpretatur ad frequentiora. Vide, quæ posui in litera L. §. lex disponens.

¶ *Disputans super dilatorijs, prouocatus ab aduersario eas opponente, præiudicat iuri recusandi. Felin. de re iud. c. inter monasterium. num. 7. col. 533.*

¶ *Dissimulatio in prælato est peccatum mortale. Ita Felin. cap. de treu. & pac. 1. col. versic. & gusta. gl. num. 4. col. 1266.*

¶ *Distributiones quotidianæ an computentur inter reditus beneficiorum. Vide, quæ posui in litera V. §. valor beneficij non comprehendit reditus causales.*

Distributiones quotidianæ, quæ fiunt canonicis, an debeant esse pares? Dom. Abb. c. cum omnes. de constit. 5. col. versic in gloss. penul. distinguit inter distributiones, quæ dantur ratione vestimẽtorum, & ratione victualium, postea ibi tenet, quòd debet esse disparitas in vtroque ratione personæ. Vide Felin. d. cap. cũ omnes. versi. in gl. pen. alias. num. 32. col. 106.

Distributiones quotidianæ an debeantur infirmo. Vide, quæ posui in litera I. §. infirmus debet habere distributiones.

Distributiones quotidianas duplicatas an canonicus possit habere in vna ecclesia? Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus in vna ecclesia.

Distributiones quotidianæ in quo differant à prabendis, & à mensa grossa? Vide, quæ posui in litera P. §. prabenda quæ dicatur. & litera M. §. mensa grossa.

¶ *Distri-*

¶ *Districtuales, vtrum appellatione districtualium veniant clerici. Ioan. An. c. fi. de offi. dele. in 9. tenet, quòd non. Ant. Bu. c. dilecti. 2. colum. de fo. compe. Adde Fel. ca. licet. de prob. in prin. nu. 1. col. 412.*

¶ *Districtus est id, quo arctatur, siue distringitur originarius incola. Felin. cap. Rodulphus. de rescri. versi. de verbo autem Districtus. num. 17. colum. 886. Et vide etiam latius per Fel. ca. licet. de prob. ver. tertium est districtus. num. 1. col. 412. par. 2. Adde tu, & dic clarius, quòd vbi aliquis populus, vel princeps habet potestatem terrendi vt sunt domini Veneti, qui habent potestatem terrendi Patauinos, Tarusinos, & alios subditos, tunc ille locus, qui potest terreri; appellatur De fortia, & de districtu. Ita Bartol. l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide Catho.*

¶ *Dies. Si quis dicit se diuitem, vel pauperem esse, vel non esse quis probabit. si hoc refricatur in dubium. Felin. cap. 3. de prob. ver. & si dicitur quem esse diuitem. nu. 12. col. 351. remittit se ad gloss. l. si verò. § fin. ff. qui satisf. cog. Adde tu, & dic, quòd qui simulat se in paupertate vel diuitijs, tenetur illud probare. Et sic per illam glo. d. l. si verò. § fin. ff. qui sati. cog. quilibes tenetur probare illud, quòd est fundamentum intentionis suæ, per regulam l. ei, qui. ff. de prob. Et dato, quòd quis in dubio præsumatur idoneus, cap. fin. de præsum. l. cum quidam. ff. de leg. 2. istud est verum, secundum illam glo. d. l. si verò. § fin. quo ad mores, secus, quoad facultates. Et illam gl. d. l. si verò. § fin. multum commendat Ange. Pau. de Cast. ibi, et Bal. l. a. quando fis. vel priua. & Bal. c. fi. de præsum. Adde ad istā, quòd si quis dicit beneficium tenue vel reditus esse diminutos. debet hoc probare. Tex. est § fin autem fortuita. Anthe. de æquali. do. vide Ange. consil. suo 27. inci. Bonifacius. vlt. col. Cal. ti. de proba. x. col. do. Car. d. c. fi. de præsum. 2. col.*

¶ *Diuisio potest fieri, vbi prohibita est alienatio rei. Vide ad hoc, quæ posui in litera A. § alienatio rei si est prohibita.*

Diuisioni hæreditatis, vel societatis, vel alterius rei, an renunciari potest. Ponit Fel. c. si diligenti. de fo. comp. versi. primum corollarium. nu. 21. col. 189.

¶ *Diuturnitas temporis non causat titulum in beneficialibus. Vide, quæ posui in litera T. § titulus in beneficialibus.*

¶ *DOCTOR an habeat dignitatem. Bar. in proœmio C. 4. co. & l. omnes. C. de decurio. li. 10. Ang. & Salic. & Raph. d. proœ. C. Adde, quòd Bar. l. ex eo ff. de mili. testa. & do. Abb. c. quanto. de magist. do. Car. repe. c. perpendimus. de sen. exc. Vide Fel. d. ca. quanto. nu. 1. col. 948.*

Doctor iuris canonici præfertur Theologiæ doctori. Host. c. 1. de consan. & affi. vbi omnes sequuntur. Fel. c. si. de magistr. in prin. colum. 950.

Doctor legens mutuans scholari, vt intret ad ipsum audiendum an committat vsuram. Ponit Cald. repe. ca. fin. 7. q. de vsu. Pe. de Anch. regula peccati. 8. q. de reg. iur. in 6. Bal. in præmio Decretalium. 8. col. Felin. c. 2. de magist. nu. 2. col. 947. Et communis conclusio est, quòd non committat vsuram, Fel. vbi supra.

Doctor inutilis cuiuscunque professionis debet reprobari. Ita Fel. in c. ex literis. de const. ver. & adde Bar. nu. 6. col. 280.

Doctor, cui factum est præceptum sub pœna, ne legeret in ciuitate, non potest legere in suburbijs, quia fraus fieret præcepto. Fel. ca. Rodulphus. de rescr. ver. limita dupliciter hanc conclusionem. nu. 4. col. 774.

Doctor iuris canonici an debeat præferri doctori in ris ciuilis. Ponit Fel. c. clerici. de iud. nu. 1. colum. 65. Adde quid de doctore iuris canonici, & Theologiæ, quis debet præferri? Vide per dom. Ab. c. 1. de consang. & affini.

Doctor titulo tantum, sed indoctus, an habeat priuilegia doctoratus? Vide per Fel. ca. clerici. de iud. nu. 1. col. 65. Adde tu Bartol. l. Grammaticos. C. de profes. & medi. libr. 10. qui dicit, quod doctor ignorans potest r probari etiam post recepta insignia.

Doctor ignarus an gaudeat priuilegio doctoratus. Vide Fel. c. clerici. de iud. versi. sed quòd imo doctor. nu. 2. col. 65.

Doctor nunquid possit inuitus compelli ad consulendum? Vide per Fel. c. si pro debilitate, de offi. dele, versicul. sed nunquid doctor. n. 9. col. 928.

Doctor creatus à papa, vel imperatore quali gaudeat priuilegio. Fel. de maio. & obe. c. per tuas. nu. 3. col. 1184.

Doctor quis præcedere debeat alios doctores. Felin. rub. de ma. & obe. nu. 2. col. 1156.

Doctor præcedit militem. Felin. rub. de maio. & obed. numer. 4. colum. 1161.

Doctor & miles præfertur simplici doctori. Fel. c. clerici. de iudi. nu. 6. col. 67.

Doctor, qui fecit consilium iniustum ex dolo, vel ex culpa, propter imperitiam, potest conueniri. Spec. ti. de requisi. consilij. §. consiliarij. Bar. l. ex maleficij. ff. de act. & ob. Adde etiam, quòd idem tenet Fel. c. pastoralis. § quia vero. de of. dele. versi. propter consilium iniustum. nu. 22. col. 1052. Adde, an talis doctor, qui iniustum consilium dedit, dolo vel culpa, vtrum tenetur in foro conscientiæ? & dic, quod sic. Ita Anton de But. c. tua nos. de homi. & c. ad aures. de æta. & quali. & c. calumnia. de pœnis, versic. quarto quæro. Vide Cy auth. sed hodie. C. de iudi. Spe. ti. de aduo. § fi. ver. quid si per imprudentiam. Host in summa de postu. § fi. ver. tenetur etiam. Adde Fel. latissime d. c. pastoralis. § quia vero. versi. prædicto, co. ea.

Doctor prohibitus aduocare, non potest consulere in camera. Roma. l. 1. ff. de verb. obl. Ange. l. 1. §. postulare. ff. de postul. Ioan. de Ana. rub. de magist. 4. col. Adde, quod contrarium tenuit Bar. l. Paulus. ff. de lega. & d. l. 1. §. 1. de postul. & l. ff. de var. & extraor. cog. Vide Fel. rub. de fide instru. ver. cum etiam. quædam. nu. 1. col. 780.

¶ *Doctorem se nominans, cum non sit, tenetur pœna falsi. Felin. de de magist. c. 1. nu. 5. col. 946.*

¶ *Doctores multas prærogatiuas habent, de quibus vide tex. c. fi. de magist.*

Doctores sunt in dignitate. Bal. in proœ. C. Item possunt ferre arma. Bart. l. magistros. C. de profes. & medi. Item omnis magistratus debet ipsos doctores inuitare ad sedendum, l. fi. C. de officiui. iudi. Item non possunt capi personaliter. Barto. vbi glo. l. vbi medicis. C. de profes. & med. Fel. rub. de magist. in prin. nu. 1. co. 941. vbi ponit multa alia.

Doctores legentes faciunt collegium licitum & probatum, vnde possunt facere statuta. Fel, capit. ex literis. de const. in prin. nume. 1. col. 277.

¶ *Doctoratum vsurpans, cum non sit doctor, est falsarius. Ita Bar. l. eos. § fi. ff. de fal. Pe. de Anc. cap. vt Apostolicæ. de priui. in 6. Fel. c. tertio loco. de prob. in prin. nu. 1. colu. 358. vbi dicit, quod idē est in clerico, qui dicit se clericum, cum nō sit. Et idem Bal. l. sub prætextu. in fi. C. de sac. san. ecc. Adde tu, quod appellans se doctorem, cum non sit, punitur pœna falsi, q. intellege sanè, q. hoc est verū ita demū, si doctorem se appellat, & aliquem actum faciat doctori cōgruentem, secus, si simpliciter se doctorem appellat. l. si quis. alias, quisquis. C. de aquæ ductu. li. x. Et hoc modo limitabis. tex. § fi. l. eos. ff. de fal. & ibi Bar. d. l. qui sub pretextu. C. de sac. san. ecc. quia non puniretur pœna falsi, sed extraordinariè. Et vide per Bar. l. reddatur. C. de profes. & medi. libr. x.*

¶ *Dolus non præsumitur in iudicio, pone, quod sit celebratur contractus in præsentia iudicis, contrahens non poterit allegare dolum, ad hoc, quod contractus rescindatur, quia deceptus vltra dimidiam iusti pretij. Bart. l. 1. C. de prædi. curia. lib. 10. Adde Fel. c. quoniam contra. de proba. ver. & tenendo pro nunc. num. 12. col. 455.*

Dolus non præsumitur in notario, & quando dolus probaretur ex coniecturis, tunc non pōt puniri notarius de dolo, vide quæ posui in litera N. § notarius non præsumitur. & § notarij dolus.

Dolus præsumptus præsumptiue probatur, puta, per coniecturas & indicia. Fel. c. si autem. de rescri. versi. interdum etiam. n. 2. col. 461. Adde tu, q. dolus ex coniecturis probatur. gl. est c. fi. de renū. in 6. verbo, conieciuris. Bar. l. dolum. C. de dolo. Pau. de Castr. consi. 80.

Dolus futurus remitti non potest. Ita Fel. c. si diligenti. de foro. compe. versi. secundo no. quod illud tritum. nu. 31. col. 191.

¶ *Domesticus & familiaris in quo differant. Bal. posuit l. 2. C. de testi. Adde Fel. c. insinuante. de offi. dele. versi. & quæ sit differentia. nu. 7. col. 1024.*

Domesticus dicitur ille, qui non solum alicui subest ratione patriæ, vel domesticæ potestatis sed etiam, qui cohabitat, & aliquo modo est inferior, vel subiectus, vt libertus mercenarius. Do. Abb. c. in literis. de testi. 1. & 2. col. ver. sed quærit. Bal. l. 2. C. de testi. Io. An. c. fi. 5. col. de verb. signi. in 6. Arc. & Do. de sancto Gem. c. regulæ. 29. dist. Adde Fel. d. c. in literis. in prin. nu. 1. col. 606. An possit esse testis, vide, quæ posui i litera T. § testis domesticus.

Domesticus an possit esse testis in causa domini sui? Vide, quæ posui in litera T. § testis domesticus.

Domestici qui dicantur? Vide gl. 3. q. 5. in summa, Bar. l. præsenti. § sane. C. de his, qui ad eccles. confug. Felin. capitul. cum oporteat. de accu. ver. nec obstat, quod habetur. numer. 2. column. 771.

¶ *Domicilium, vbi quis habet maiorem partem bonorum suorum, dicitur principale, & hoc in laicis. Ita Fel. c. postulasti. de foro compe. nu. 1. col. 198.*

Domicilium beneficij semper est prineipale in clerico. Felin. c. postulasti. de fo. compet. numer. 2. & col. vt supra intellige hoc, quando beneficium requirit residentiam, aliter non, dom. Abb. c. 1. de foro compe. in fi.

Domicilium an sortiatur ex assidua conuersatione in loco, an verò requiratur copulatiuè, vt quis habeat in loco maiorem partem suorum bonorum, & etiam in loco illo assidue conuersetur. Ponit Fel. capit. dilectus. il 2. de resc. ver. ad domicilium sortiendum. nu. 11. col. 762. & inde.

¶ *Dominium rerum ecclesiasticarum est apud Deum, non autem apud Papam. Ita Fel. c. constitutus. de rescri. ver. dominium in rium. uu. 19. col. 569.*

Dominium an transferatur per illum, qui alienat, etiam quod sibi facta sit inhibitio, quòd alienare non possit, puta, quod de facto alienat, an transferat dominium? Vide, quæ posui in litera P. § prohibitus alienare si alienat, non transfert dominium.

Dominium directum an acquiratur per vsucapionem, dom. Abb. rub. de præscr. 2. colum. versic. ex quo. tenuit, quòd sic vbi dicit, quòd vsucapio transfert dominium directum. Idem tenuit Host. in summa, ti. de præscr. Bar. auth. nisi tricennales. C. de bo. ma. & Bar. l. traditionibus. C. de pac in prin. Pau. de Castr. rub. C. si aduer. vsucap. Bal. & Sal. d. l. trad. tionibus. Et ista est communis opi. à qua non recedas. Adde Fel. d. rub. ver. fallit sextò. nu. 9. col. 150.

Dominium vtile ecclesiæ, quod potest alienari certo modo ex consuetudine, non potest extendi ad alium modum, etiamsi esset vtile ecclesiæ. Cald. consi. suo 11. titu. de sen. Bartol. authen. qui rem in fin. C. de sac. san eccl. Bald. authen. si quas ruinas. eo. ti. domi. Alex. consi. suo 373. incipien. Viso themate. i. colum. Adde Felin. c, auditis. de præscrip. ver. similiter videmus. nu. 12. colum. 273.

Dominium alicuius rei probatum per confessionem partis aduersæ de præterito, vtrùm dicatur etiam ipsum dominium probatum de præsenti. Bar. l. certum. § 1. ff. de confes. videtur tenere, quòd non. Idem tenet Cy. & Bal. l. edita. C. de eden. dom. Card. capit. præterea il 2. de transa. Vide Feli, cap. scribam. de præsumpt. ver. item faciunt ista, nume. 4. col. 949. adde, q. contrarium tenet dom, Ab, d. c. præterea. 1. colum. Et idem tenet ibi Anto. de Bu. & Imo. ibi, & expresè dicunt, quòd probato dominio de præterito, etiam ex confessione partis aduersæ, intelligitur etiam probatum dominium de præsenti. Et idem tenet Ant. de Bu. ca. 2. de lib. obla. 11. col. vbi do. Car. Imo, & Spe. ti. de actio. et peti. §. sequitur. ver. quid, si dico. Bal. l. vnica. 24. colum. C. de confe. do. de Ro. in deci. 325. inci. si in libello. Adde Fel. d. c. scribam. ver. allego. col. ea.

Dominium an possit haberi ex pluribus causis? Vide, quæ posui in litera M. § meum non potest esse meum ex alia causa.

Dominium directum an acquiratur per præscriptionem. do. Abb. rub. de præsc. 2. col. ver. aduerte tamen. tenet, quòd per præscriptionem non acquiratur dominium directum. Et istud tenuit Bar. & omnes, auth. nisi tricennales. C. de bonis mater. glo. verbo, dominium. Inst. de vsuc. gl. 2. l. traditionibus. C. de pac. & ibi Bar. circa prin. vbi etiā Bal. & Sal. 2. & 5. col. gl. iu. l. si quis. ff. si serui. ven. Spe. ti. de præscrip. in prin. Bar. l. 1 ff. de vsuca. Io. And. regula, possessor. de reg. iur. in 6. Io. de Imo. ca. fi. de præscr. ver. an autem per præscriptionem. Arch. ca. seruitum 18. q. 2. Vide Fel. d. rub. de præs. ver. directū dominū. nu. 3. col. 147. Et dic, quòd ista est communis opinio. Adde tamen, quòd ista communis opi. fallit in aliquibus casibus & primò, quando præscribitur contra scientem & patientem, quia tunc ex tacito consensu illius directum dominium acquiritur per præscriptionem. Ita Bar. d. auth. nisi tricennales. in fi. Fel. d. rub. ver. fallit primo. n. 4. col. 148. Item fallit, quando statutum disponit, quòd per præscriptionē acquiratur dominium. quia intelligitur de dominio directo, ad hoc, vt quid addat iuri communi. Bar. l. 2. ff. de vsucap. do. Aiex. l. 1. §. sublata. in fi. ff. ad Trebel. Fel. d. rub. 3. col. ver. fallit secundò. nu 5. col. ea. vbi tamen ponit multa contra istā opi. Bar. & aliorum. Dic tamen, quòd communiter tenetur opin. Barto. & aliorum, quam tenuit Ias. May. præceptor meus, l. fin. C. de edi. diui Adri. col. & d. auth. nisi triennales. Item fallit in præscriptione tanti temporis, cuius initij non est memoria in contrarium, quia tunc acquiritur directum dominium per illam præscriptionem. Bal. Sal. & Ful. d. l. traditionibus. C. de pac. Feli. d. rub. ver. fallit tertiò. num. 6. col. 149. Item fallit, quando quis præscripsit authoritate iudicis, vtputa positus in possessionē per secundum decretum contra contumacem, quia per istam præscriptionem acquirit dominium directum. Bald. l. possessionem. C. de bo. autho. iud. poss. Sed Sal. dicit ibi, cogitandum esse. Do. Alex. l. si finita. §. Iulianus. in prin. tenuit cōtrarium, quòd imò per talem præscriptionem non acquiritur dominium directum. Vide Felin, d. rub. versic. fallit quartò. vbi supra. nu. 7. colum. ead. vbi declarat istum passum, seu difficultatem. Item fallit in modo vtendi, quia per præscriptionem acquirit omne dominium, quia præscribens potest illa re vti, vt vult, & sic potest quilibet dominus disponere de re sua. do. Ab. d. rub. 2. column. ver. alij verò. Et idem tenet Io. And d. regula, possessor. 16. colum. uersicul. his ergo. Vide Fel. d. rub. vers. fallit quintò. num. 7. ibidem.

¶ *Dominus quando teneatur de delicto famuli? Vide supra §. delictum commissum per famulos.*

Dominus non tenetur de delicto familiarium, id est familiæ suæ nisi quando delinquunt in materia, in qua dominus vtebatur opera eorum. Fel. c. cum ordinem. de rescr. ver. & dicit Bar. nu. 6. col. 413. Adde do. Ab. c. 1. de resti. spo.

Dominus, qui constituit procuratorem ad negocia, siue ad lites, & iurauit non reuocare, poterit tamen eum reuocare. Felin. capi. ex parte decani. de rescrip. versi. amplia quintò. nu. 12. col. 855. Adde tu, quòd dominus, qui constituit procuratorem cum pacto de non reuocando, potest tamen reuocare. Cyn. l. 2. C. de iure emph. Ioan. Andr. cap. 2. de procu. in 6. vbi dicit, quòd idem erit, si constituens iurasset non reuocare procuratorem. Adde tamen, quòd est periurus. Ita tenet Bal. in reperto. Spec. versicu procurator.

Dominus qui constituit procuratorem ad permutandum, & resignandum beneficium causa permutationis, si iurauit non reuocare procuratorem, si reuocat, non valet reuocatio Fel. capi. ex parte decani. de rescr. versi. sed quo ad propositum. nume. 12. col. 854.

Dominus, qui constituit procuratorem ad renunciandum, si iurauit non reuocare procuratorem, nihilominus poterit reuocare procuratorem & valebit reuocatio. Felin. d. cap. ex parte decani de rescr. d. versi. & colum. Et ibi reddit rationem differentiæ inter casum permutationis & casum simplicis renunciationis.

Dominus, qui constituit procuratorem ad renunciandum beneficium. si reuocat ipsum procuratorem, & nihil ei dicat de reuocatione. sed statim post reuocationem renunciat beneficio, valebit renunciatio domini, & non procuratoris. Et hoc modo limitabis clem. 1. de renun. Ita Felin cap. ex parte decani. de rescrip. ver. alleg. col. ea. & inde.

Dominus potest reuocare procuratorem suum, quando ipse procurator est factus rebaldus, vel inimicus domini, vel alias mutauit conditionem suam. Et in hoc casu intelligas, quòd poterit eum reuocare absque intimatione, in tantum quòd gesta per eum erūt nulla. Adde Fel. c. ex parte decani. de rescr. versi. fallit decimò. nu. 21. col. 891. Adde, quæ posui in litera B. §. reuocatio procuratoris etiam non intimata.

Dominus postquam reuocauit procuratorem, non potest gesta sui procuratoris reuocati ratificare Ita Fel. c. ex parte decani. de rescr. ver. sexta regula. nu. 25 colū. 864. Adde ad istā, quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris, etiam non intimata valet, vbi agitur solum.

Dominus, quando reuocat suum procuratorem publicè, debet facere fieri proclama tali tempore, quòd ad notitiā possit venire contrahentium, aliter sibi imputabitur, domin. Felin. cap. ex parte decani. de rescrip. ver. postremò scias. nu. 26. col. 865.

Dominus potest repetere a famulo, quicquid soluit pro debito famuli. Fel. de homi. c. Petrus. nu. 16. col. 1039.

Dominus potest reuocare procuratorem ad negotia, quandocun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que. sed procuratorem ad lites non potest reuocare post contest. lit. nisi causa cognita. Ita Fel.c.ex parte decani. de resc. uersi. & aduerte. nu. 27. col. 866.

Dominus feudi habet iurisdictionem priuatiue ad ordinarium. Ita Fel.c.caterum. de iud. ver. quando detur. nu. 4. col. 47.

Dominus feudi habet turisdictionem circa feudum in vasallū priuatiue, & nō cumulatiuè, ad iurisdictionem ordinariam. Ita Fel.c.caterum. de iud. ver. quando detur iurisdictio priuatiuè. nu. 5. col. 47.

Dominus feudi est ordinarius iudex uasalli, imò si ordinarius loci ferret sententiam contra vasallum in causa feudi, talis sententia esset nulla. Ita Fel.c.caterum. de iud. ver. an autē, si ordinarius. nu. 5. col. 48.

Dominus feudi non potest cognoscere de causa vertente inter vasallum & alium tertium non vasallum. Ita Fel.c.caterum. de iud, ver. quintò fallit. nu. 7. col. 49.

Dominus feudi non potest cognoscere de causa vertente inter vasallum & non vasallum, dummodò non tang at. feudum, seu quæ deciduntur ll. feudorum. Ita Fel.c.caterum. de iud. ver. sextò fallit. nu. 8 col. 49.

Dominus feudi non cognoscit, vbi est quæstio inter ipsum dominum & vasallum, sed pares curiæ si causa est feudalis, sed si non est feudalis, tunc cognoscit ordinarius. Ita Felin. capitul. caterum. de iud. versic. octauò fallit, quando est quæstio. nume. x. col. 49.

Dominus feudi, cui data est potestas in causis vasallorum, dicta potestas non egreditur controuersias feudales. Ita Fel capi. cum ordinem. de rescrip. versi. & dicit Abb. num. 6 column. 414 in medio.

Dominus si citatus est ad videndum iurare testes, vel ad audiendam sententiam, & non procurator, qui litem fuerit contestatus, & dominus non comparuit, an valeat actus sequens? do. Ab. c. in nomine Domini. de testi 7. col. versic. quæro de notabili quæstione. & post multa concludit non valere actum. Adde, quòd idem tenet Bar. l. furioso. ff de re iud. 1. col. ver. quæro extra glo. vbi dicit, quòd istud habet locum in quolibet articulo. Et idem dicit do. Ab loco præalle. Bal. limitari. ad fi ff. de procu. Vide Fel. d. capitu. in nomine Domini. de testi. ver. sextò quæritur. nu. 33. col. 503. Istam conclusionem limitabis, nisi dominus sponte compariuit, quia eò tunc receptio testium & sententia valeret, etiamsi procurator non fuerit citatus. Ita do. Abb. d.c. in nomine Domini. versi. ego puto. Bar. d. l. furioso ver. quæro, quid. Fel.c. in nomine Domini. ver. secundus casus, numer. 34. colum. ea part, 2. Et adde ad ista, quòd vbicunque apparet, quòd dominus fuerit citatus, & lata sit sententia, vel recepti sunt testes, præsumit semper quòd dominus fuerit præsens. Bar. d. l. furioso. versic. sed quid Adde Fel. d.c. in nomine Domini. versi. tertius casus, vbi proxi. nu. 35. col. ea.

Dominus citatus ad videndum iurare testes, vel ad audiendam sententiam, præsumitur, quòd fuerit præsens, etiam quando de hoc non appareat, de quo vide supra. §. dominus si citatus est.

Dominus potest esse testis in causa subditi, & etiam familiaris Salicet l. 2. C. de testi. Fallit hoc, quando dominus esset vilis conditionis, vel quia timeret seruum, de quo vide Felin. capit. in literis. de testi. versic. vltimò pro complemento. numer. 12. column. 609.

Dominus maior an possit ratificare sententiam latam pro falso procuratore. Vide per Fel. ca. causam. de iud. ver. vtrum autem talis. nu, 6. col. 71.

Dominus non potest cogi personaliter comparere. Fallit, vbi dominus melius nouit veritatem, circa ea, quæ deducta sunt in iudicio, Ita Felin. ca. pastor alis. de iud. ver. in gl. quòd iste tex. nu. 3. col. 107.

Dominus potest agere pro subditis suis, ne molestentur. Ita domin. Abb capi. licèt. de proba. vltimò no. q. dicit intelligendum sanè quando illa molestia concernit turisdictionem ipsius domini, aliàs secus. Adde Fel. qui idem tenet, d.c. licet. ver. no. vltra ibi, habitatores. nu. 12. col. 421.

Domini duo eiusdem loci, fingentes pari imperio, si vnus delinquit vel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipso se submittere turisdictioni sui condomini. Fol. de ma. & obe. c. cum inferior. nu. 3. celum, 1218.

Domini plures non cognoscunt de feudo, sed ordinarius. Ita Felin. c. caterum. de iud. ver. septimò fallit. nu. 9. col. 49.

¶ Domus an locari possit Iudæis exercentibus vsuram. Flo. consi. suo tenuit, quòd sic. Vide etiam consilium Pau. de Cast. consi. suo 376. incip. non videtur expediens. vbi consuluit, quòd princeps secularis & communitates licitè tollerant Iudæos exercentes vsuras, & valent eorum statuta, quibus subditi coguntur ad solvendas vsuras. Adde quòd contrarium tenuit Dom. de S. Gemi. c. 2. de vsur. in 6. vbi dicit, q. ille tex. extenditur etiam ad Iudæos, qui tex. prohibet, ne domus possint locari exercentibus vsuram, quod intelligitur etiam de Iudæis. Et istud idem tenet Pet. de Anch. consi. suo 238. incipien. Christianissimus, & illustris princps. Adde Fel. c. quia. de iudæis. in prin. nu. 2. & 5. col. 956. & 957.

Domus vicini an sit destruenda pro euitando incendio, inuito domino domus. Ang. consi. suo 93. videtur tenere quòd sic. Et vtrū illi de vicinia teneantur resicere, & resarcire damnum passo, propter domum destructam, causa vitandi incendium, vide Spec. ti. de accu. §. 2. ver. 74. Bar. l 2. ff. ad l. Rhodiam. de iact. vbi dicit, q. est casus. Limita, nisi probaretur, quòd illa domus omnino esset combusta. Fel. c. sua nos. de sen. exc. versi. vtrum illi de vicinia, nu. 3. col. 1075.

Domus relicta causa habitationis per testatorem filiabus suis viduis, an intelligatur de prima viduitate, an verò de qualibet viduitate? Ponit Fel. in rub. de treug. & pace. versi. pro ista fallentia. nu. 6. col. 1259.

Domus si locatur, & in locatione non est facta mentio de certa mercede. dic. q. illa debetur secundum consuetudinem antiquam. Felin. c. cum M. de consti. uer. & quia ad hunc locū nu. 6. col. 180.

Domus ex suo proprio significato accipitur ad habitandum. Fel. c. sedes. de reser. post. nu. 5. ver. similiter dicit. col. 518.

¶ Donatio facta clerico, intuitu ipsius clerici, non insinuata, stante statuto laicorum, q. donationes excedentes talem summam, insinuentur. si talis donatio non erit insinuata, non valebit. Ita Felic. ecclesia S. Mariæ, de consti. ver. primum est. nu. 82. col. 255.

Donatio facta ecclesiæ siue ad pias causas, si non est insinuata, an ualeat. Ponit Felin. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. alleg. ubi supra proxi. col. ea. Adde tu, quòd donatio facta ecclesiæ siue ad pias causas, quamuis non sit insinuata, tamen valet. Et ratio est, quia nulla solennitas iuris seruatur in testamento ad pias causas, ca. cum esses. de testa. Imo nec solennitas l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. ut ibi per domin. Alexand. de Imo. penulti. & ultim. column. quia reprobatio iuris non attenditur in istis.

Donatio facta per principem alicui de aliquo loco, cum illis uerbis, Dono tali iurisdictionem, de qua iurisdictione intelligatur. Vide per Fel. cap. quod sedem. de offi. ord. uersi. cogitabam. nume. 3. col. 1115.

Donatio facta ecclesiæ sub modo, si sit cessatio modi negligentia prælati, an resoluatur donatio, Ponit Fel. c. uerum. de foro. comp. uer. secunda conclusio. nu. 7. col. 164. Adde do. Abb. d. ca. uerum. in ult. col. uer. si verò res est.

Donatio facta ad pias causas, uel ecclesiæ, an rumpatur per natiuitatem filiorū. Vide, quæ posui in litera F. uer. filiy si nascantur, excludunt monasteriū. Et adde do. Ab. c. fi. 3. col. de donatio. & Fel. c. in præsentia. de proba. uersi. quartò quæro iuxta prædicta. nu. 43. col. 399.

Donatio facta sponsæ, uel sponso, quando ualeat. Ponit domin. Abb. capit. super eo. el 2. de testi. 3. not. & Feli. ibi, uersi. & per istum tex. nu. 3. col. 601. Et hoc not. ad limitationem totius ti. de dona. inter uir. & uxo.

Donatio præsumitur, quando per uiam stipulationis aliquid promittitur, & partes contrahentes sciant nullam causam subesse. Ita Io. de Imo. c. si cautio. de fid. instr. Adde Fel. d. cap. si cautio. uersi. regula istius decretalis, nu. 4. col. 878.

Donatio cognoscitur ex coniecturis, utputa si est dictum in præsentia testium, Tolle istam pecuniam, vel istud unum, & nihil fuit actum de reddendo, & dans erat dives, & recipiens pauper, uel coniuncta persona, & quantitas non erat magna, uel præcesserunt merita recipientis, tunc præsumitur donatio. Ita Bartol. l. cum quid. ff. si cert. pet. 2. columna. versicul. pro huius autem. Et pro ista opin. Bartol. est tex. capit. & si quæstiones. de simo. & ibi domin. Abb. & Ioan. de Ana. Bald. l. 2. 1. quæstio. de iure dot. & l. etiam. C. de fideicommiss. Adde, quòd etiam, si res concederetur nulla expressa causa, præsumitur donatio. Bartol. l. uxori. §. fina. ff. de lega, 3. Bald. l. cum

l. cum virum. C. de fideicom. Abb. c. cum venerabilis. de excep. Adde etiam, quòd si pecunia daretur simpliciter ad refectionē domus, quam quis nuquam refecisset, præsumitur donatio. Pau. de Cast. d. l. cum quid. Adde Fel. c. si cautio de fide instru. ver. Cognoscitur tu. S. col. 879. Adde & nota, quòd vbi cessant istæ conjecturæ, nunquam præsumitur donatio, etiamsi diceretur Tolle pecuniam istam. Ita Bar. & aly d. l. cum quid. Fel. d. c. si cautio. ver. si autem. col. ead.

Donatio facta per clericum concubinæ, an valeat. Vide quæ posui in litera C. §. Clerici æquiparantur militibus.

Donatio repudiata per mulierem an sapiat alienationem. adeo quòd locum habeat statutum, quod prohibet mulierem alienare. Vide in litera M. §. mulier. quæ alienare non potest.

Donatio causa mortis iuncto pacto, quòd non possit reuocari, & quæ istud pactum est contra substantiam actus, ideo erit donatio inter viuos, si commode non posset transire de donatione causa mortis in donationem inter viuos, contractus esset nullus propter pactum appositum contra substantiam actus. Ita Bartol. l. vbi ita donatur. de dona. causa mortis. Felin. cap. cum M. de consti. versicul. hac conclusio limitatur. nu. 73. col. 208.

Donatio potest reuocari propter ingratitudinem imò huic beneficio renunciari non potest. Vide Fel. c. si diligenti. de fo. compent. ver. quintum corollarium. nu. 15. col. 889.

Donatio remuneratoria est irreuocabilis, etiam data in ingratitudine Felin. c. nouit. de iud. ver. limita tertiò. nu. 12. col. 00. Adde ad ista multa bona, quæ faciunt ad veram intelligentiam istorum, quæ dicta sunt ibi per Felin. Et primò, quare hoc est, quòd donatio remuneratoria non possit reuocari? dic. quòd istud est, quia obligatio est naturalis, quæ causatur ex solo instinctu naturali propter seruitia, vt inquit Nicol. de Neap. Institu. de obliga. in prin. & appellatur obligatio antidoralis, ab ἀντὶ quod est contra, & δῶρον id est, donatio, secundum gl. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. here. & c. illud. 8. q. 2. Et quia Bar. dicit l. ex hoc iure. ff de iusti. & iure. quòd ista obligatio est modici effectus, ideo tu Canonista hic collige 18. effectus no. qui oriuntur ex ista obligatione antidorali, de quibus aliquid habes pro do. Abrub. de dona scilicet inter dantes. Primus effectus est, quòd licèt alias donatio vltra quingentos aureos sine insinuatione non valet, l. sancimus. C. de dona ponunt Bar. & aly l. Modestinus. ff. de dona. tamen si est facta propter seruitia præcedentia, & hic equiualentia, valet vonatio sine insinuatione, l. Aquilius Regulus. ff de donat. Bal. l. 2. ad fin. C ne fi. pro pa & l si cum mihi. ff. de dolo. l. 3. qui bo. ced. poss. & l. si mortis. C. ad l. Fal. Old. consil. suo 219. incip. Ad habendam. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de reb. eccles. non alie. super rub. & titu. de instru. edi. §. porro. secundus effectus est, quòd licèt donatio propter ingratitudinem possit reuocari, i. fi. C. de reuoca. dona. tamen donatio remuneratoria propter benemerita sua non potest reuocari, l si pater. §. fi. vbi glo. fing. ff. de dona. Bal. l. si cum mihi ff. de dolo. Eodem modo, licèt priuilegium exemptionis concessum alicui communitati, possit propter ingratitudinem reuocari, vt dicit Bal. l. 2. in fi. de libe. & eodem lib, tamen si esset concessum propter benemerita, non posset reuocari propter ingratitudinem. per d. gloss. d. l. si pater. § fin. secundum domin. Alexan. consi. 375. incip. Nec arguendi. v. colum, Tertius effectus, quòd licèt alias donatio inter virum, & vxorem constante matrimonio sit prohibita, eodem titu. ff. & C. de donatio. inter virum & vxo. tamen si sit remuneratoria seruitiorum, valet & tenet, vt probatur l. quod autem. §. si vir. ff. de dona. inter virum & vxorem. No. Cyn. Bald. & Salic. l. si pater. C. de inoffi test. Hinc dixit pulcherrimè Bar. l. si voluntate. de glo. ibi, C. de do. promis. quòd si rusticus, vel popularis accipit nobilem in vxorem, & constante matrimonio faciat instrumentum de receptione dotis quam in veritate non habuit, quamuis si donatio valet, quia sit causa remunerationis propter inæqualitatem. Idem tenet Bal. l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. vbi eandem rationem tenet, quando vnus senex acciperet puellam in vxorem, de quo etiam per Bar. et alios, l. si diuortio & l. si ita ff. de verb. ob. Bald. l. 1. in fin. C. de do. ante nup. & l. pen. §. mulier. ff. sol. mat. Ange. l. 1 ff. eodem. Imo. rubr. ff. solu. mat. & gloss. d. l. si voluntate. Bal. capitu. super eo. de testi. il 2. capit. si cautio. de fide instru tamen vide tex. l. quæ iam nupta. ff. de dona. inter virum & vxorem. Adde, quòd eodem modo valet donatio inter patrem & filium, propter bene merita. gl. l. si donatione. vbi Docto. C. de colla. & authen. vnde si parens. C. de de inoffic. testa. Quartus effectus est, quia licèt princeps nunquam præsumatur aliquid motu proprio concedere, sed ad postulationem partis, c. si motu proprio. de prab, in 6. Bartol. et aly l. 3. ff. quod quisque iur. & l. 1. C. de pe. bo sub. libr. 10. & l. 1. in fi. C. de bo. vac. lib. 10. & authen. quas actiones. C. de sacro. sanct. eccles. tamen quod concedit propter remunerationem beneficiorum præsumitur motu proprio concedere, secundum Guid. de Cu. l. 3. & ibi do. Alex. Alb. de Rosa. l. 1. ff. quod cuius. uino. Quintus effectus est, quòd licèt nunquam præsumatur donatio, l. cum de indebito. ff. de prob. §. fin. quia potius præsumitur fatuitas, quàm donatio, secundum Bar. l. generaliter. 3. col. C. de non nu pe. Tamen benemerita, quæ præcesserunt, faciunt actum dubium censeri donationem. Tex. l. si verò. §. idem Papinianus. ff. mandat. Sextus effectus est, quia obligatio antidoralis est potens ad faciendam collationem beneficy simoniacā. Vnde si donatarius procurat in curia Romana beneficium pro donante, vt se liberet ab illa donatione, vel oblatione antidorali, committit simoniam, vt no. Imo. ca. tua. de ata. Et sequitur Angel. d. § consuluit. Septimus effectus est. quia facit, quod pro missio sine causa, quæ alias in effectu non valet, quia obstat exceptio doli, l. 2. §. circa. cum gloss. de excep. doli. isto casu valet, qā patet, quia sola conditio sufficit pro causa, l. a Titio ff. de verb. oblig. & l. cum ad præsens. vbi Bar. & aly. ff. si cer. pet. sicut facit valere donationem sine insinuatione, quod supra. Octauus effectus est, quia prælatus ecclesiæ potest res ipsius ecclesiæ alienare, etiam immobiles, gratia remunerandi beneficia & seruitia, c. relatum. & c. cum inofficiys. de test. Not. Bartol. post gloss. l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. et l. iusta causa, per illum tex. de manu. vindi. Not. Io. And. in add. Speculatitu. de rebus eccles ia non ali super rubr. facit bene, quòd per d. l. iubemus dicit Barto. in proœ. ff. vltim. column. quòd res alias prohibita alienari, possunt ex causa remunerationis alienari, & quod vult idem Barto. l. ambitiosa. 1. colum. ff. decre. ab or. fact. Nonus effectus est, quia prælatus ecclesiæ potest alterare naturam feudi vt remuneret seruitia recipientis. Et ideo, si feudum ecclesiæ erat soli tum concedi ad tempus tantum, vel in masculos tantum, potest prælatus alterare, concedendo in longius tempus, aut in perpetuum, & in fœminas pro remuneratione meritorum, quod multum no. c. 2. §. 1. de lege Conra. & c. 1. quomodo feu. amit. Iacobus de Bel. & Nico de Nea. c. 1. qui feu. da. pos. & Iac. Alua. dom. Car. c. ex parte. de feu. 3. col. Decimus effectus est. qui ponitur per tex. l. vnus libertus ff si quid in fraud. patr. quamuis aliud sit in patre, vt colligitur ex authen. vnde si parens. C. de inoffic. test & ibi gloss. Vndecimus effectus, licet minor, etiam cum decreto, rem immobilem donare non possit. l. fi. §. cum autem. C si ma. fac. & l. 1 post princip. de tut. & ratio. distra. tamen propter beneficia & benemerita potest rem immobilem donare. secundum Roman. l. si ante nuptias. ff. solut. matri. Facit l. cum in plures. § cum tutor ff. de admini. tuto. Contrarium consuluit dom. Franc. de Aretio licèr de Rom. non faciat mentionem, consil. 24. incip. Quatuor dubia. vltim. col. & ibi concludit, quòd pupillus cum authoritate tutoris, vel ipse tutor, potest facere donationem de re immobili propter merita, d. l. cum in plures. & l. qui filium. vbi pupil. edu. Tamen de re immobili putat, quòd donatio nullo modo valeat, etiam cum decreto iudicis, motus per illud, quod in simili tenet Imol. d. cap. cum ex officio. Et dicit, quòd intentio manifrsta. Tex. d. l. fin. C. si ma fac. qui text. pro certo non loquitur in remuneratoria donatione. Idem, quod dom. Franc. tenet dom. Anton. de Alexand. licèt nullam de prædictis faciat mentionem, l. 2. C. si aduer. dona. per illum text. quem ad hoc reputat singularem. Credo, quòd in puncto iuris melior sit opi. Rom. quòd res immobilis pupilli ex causa remunerationis donari possit cum decreto iud. Et ad hoc specialiter retorqueo text. l. 2. C. si aduer. donat. vbi text. vult, illam donationem de re immobili, in qua erat obligatio antidoratis, ideo non valere propter authoritatem senatusconsulti, hoc est, quia non interuenerat decretum iudicis. Ergo si decretum iudicis interuenisset, valuisset donatio. Vide tex. Et ibi Pau. de Castr. perpendit ad hoc, & dicit, quòd est mirabilis tex. Sed sumendo argumentum à contrario sensu esset contra l. fin. C. si ma. fa. Sed certe hoc nihil obstat, cum illa l. fin non loquatur in donatione remuneratoria. Ad idem pondera text. l. non solum. C. de præd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de pradi.mi verſi.& multò magis iuncto text.verſicu.& ſine cauſa cognita, quia paſſus eſt difficilis, & ſubtilis. Duodecimus effectus eſt, quia ſeruitia faciunt præſumi remiſſionem iniuriarum inter inimicos, l.in ipſius, & ibi notat Bal.C.fam.ercis. Facit l.liberis.& l.fratris & ibi Bal.no.C.de inoff.teſta. Tertiusdecimus effectus eſt in l.no.quæ inciput,eden.§.fin.& l ſequentes ff.manda. Quartusdecimus effectus eſt, quia acquirere obligationem antidoralem, eſt facere lucrum, propter quod furium committi poteſt, Tex.habes no.l. ſi pignore. ff. de fur. Quintusdecimus, quia obligatio ad antidora ſi ducitur in pactum, contrahitur vſura, puta, ſi mutuo tibi c. ducatos gratis, cum pacto,quòd alia vice tu mutues mihi tantundem,eſt vſura, gl. eſt ſing.capit. plerique.glo ſi.1.q.3.dom. Ab.c. conſulut. vlt.colum.de vſu & ibi plenius per do.Lau.de Rodul. Et ad hoc vide,quæ no glo.contra ſtatutum Bononienſe,clementi. 1. verbo, onera.de vſur. Sextusdecimus effectus,quòd licèt alias donatio omnium bonorum, vel maioris partis, ipſoiure reuocatur per ſuperuenientia filiorum l.ſi vnquam.C.de reuo.dona. Bar. l.Titia.§.ſi imperator.ff.de leg.2, tamen donatio remuneratoria non reuocatur propter natiuitatem filiorum. Ita ſing.tenet Ang.d.l.ſi vnquam. motus, quia lex illa ponit nouum caſum exorbitantem a regulis iuris. Ergo dic intelligendum in propria donatione,quæ ex mera liberalitate procedit, l. 1. in prin. ff.de dona.non autem in donatione remuneratoria, quæ non eſt propriè donatio.Sequitur Ro.conſ. ſuo 26.incip. Pro deciſione communi.& l.ſi verò.§ de viro.48 fallentia,ff.ſolut. mat. do. Alex.conſil.394.incip.Pulchrè,& conſ.525. incip. ſuper primo dubio.& conſ. 561. Quantum autem pro confirmatione, quòd donatio remuneratoria non ſit proprie donatio,adde Bar. rub ff.& per dom.Abb.rub. Extra de dona. Septimusdecimus effectus,q licet talis donator habeat beneficium a lege, q non poſſit exigi vltra quàm facere poſſit,& ſic deducto ne egeat l.ſunt,qui.ff.de re iud.tamen donator propter benemeritia tenetur vltra,quam facere poſſit ſecundum Ange.& domin. Alexand.l.non tantum ff.de re iud. Et idem dom. Alexan.d.l. ſunt,qui.& Roma.prædicto conſ.26. Decimuſoctauus & vltimus effectus,quòd licet in donatione, quando incipit a traditione ſi euincatur res donata, non tenetur donator de euictione, vtl. Ariſto §. fin.& ibi gloſſ.ff. de dona. tamen in donatione remuneratoria, licèt incipiat a traditione, tenetur donator de euictione ſecundum Bar.l.Iulianus.§.qui fundum ff. de verb. obl.& l.idem,quia.§ ſi ff.mand.do.Alex.conſ.ſuo 412. incip. Viſis inſtrumentis. Limita prædictos effectus,vt procedant, do nec viuit ille,qui ſeruitia recipit,ſed eo mortuo, effectus obligationis antidoralis non tranſit ad eius hæredes, tanquam ſit perſonalis. Ita tenet Bartol.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.fac. 1.colum.Imo plus vult,non poſſe grauari hæredem ad remunerandum, per tex.l.eius. ff. ſi quid in frau. pa. Adde, an propter iſtam obligationem detur actio, ſicut in obligatione naturali oriens ex pacto. Vidi,quæ poſui in litera O. §. obligatio ad antidora.

Donatio inter viuos facta eccleſiæ, tam de bonis præſentibus, quàm futuris,an valeat? & hoc,quia eſt priuare quem facultate teſtandi. De quo vide,quæ poſui in litera F. §. facultate teſtandi.

Donatio facta a minore 25.annis cum iuramento,an valeat,etiã. ſi donet omnia ſua bona? Vide latiſſime per Felin. capitu.in præſentia.de proba.ver.in tex.ibi ,iuramento firmani, numer. 8.col.379.

Donatio iurata ſi affert enormem læſionem, an iurans poſſit peterem abſolutionem a iuramento. Vide,quæ poſui in litera P. §. patiens damnum.

¶ Dormitio an ſit neceſſaria in celebrante.Vide,quæ poſui in litera P.§.presbyter ebriosus.

¶ Dos quando poſſit peti coram iudice ſeculari? Vide Fel.c. licet.de foro comp.ver.reſpectu dotis.nu.1.col.180.

Dos eſt priuilegiata,quia reus in cauſa dotis tenetur edere inſtrumentum ſuum actori ad intentionem ſundandam,ſicut fiſco. Vide,quæ poſui in litera I.§ inſtrumentis ſuum reus tenetur edere actori ad intentionem ſundandam in cauſis pys.

Dos quæ fuit confeſſata per maritum,videlicet, quòd fuit recepta, quæ tamen non fuit numerata, dic, quòd ſi maritus, conſtante matrimonio confitetur dotem ſe recepiſſe,quam non habuit, non præſumitur confiteri animo donandi, ſed ſpe futuræ numerationis. Ita Dy.conſ.ſuo.inci.Quæritur,vtrum & Bal.conſ.ſuo inci. Conſtante matrimonio.Ang.conſ.ſuo incip. And.Ioã. & Petr. de Anch.conſ.ſuo incipien. Nulli dubium.Salic.l.2.C.de dote cau.non nu.Fel.c.ſi cautio.de ſi.inſt.verſi.in eadem.glo.ibi.nu. 70.col.899.par.2. Adde,quòd contrarium tenuit Ioa. And. in Spe.rub.de dona.inter vi.& vxo.videlicet, quòd maritus, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem conſtante matrimonio, quam non recepit,præſumitur animo donandi feciſſe confeſſionem in fraudem donationis prohibitæ inter virum & vxorem. Et iſtam opi.Ioan.And.tenuit Bal.l.1.C.de do.an.nupti. Angel.l ſi ita ſtipulatus fuero.§.ſi tibi nupſero.ff.de verb.oblig.Pau.de Caſt. conſil.ſuo 120.incip. Viſis & conſideratis omnibus.Cal. conſi. ſuo 3.iſtu.de dona.inter vir.& vxo. Si iſta opin.iſtorum eſſet vera, eſſet magni effectus, quia talis donatio non confirmaretur morte mariti,ſed poſſet oppoini exceptio dotis non numeratæ vſque ad tempus, l fin. & authentic. ibi poſita, C. de dote cau. non num. De quo vide Felin.d.capit.ſi cautio..verſicu. aliy dicunt nu.72.col. 899. Adde, quòd fallit iſta concluſio iſtorum Doctorum in confeſſione mariti,quæ eſſet in æqualis genere,quia præſumitur facta animo donandi,& valet, vt remuneratoria, dom.Abb.capi.& ſi neceſſe.de don.inter vir.& vxo.1.columnverſ.ex quo not.Bart.l.ſi diuortio ff.de verb.ob.Felin.d.c.ſi cautio.col.900.num.74.verſicul fallit tamen? Item fallit iſta concluſio in confeſſione,quæ fieret in vltima voluntate, quia non præſumitur tunc facta ſpe futuræ numerationis,ſed animo donandi. Felin.d.cap.ſi cautio.colum.ea.ver.alleg. Dic tamen, quòd ſi maritus ſuperuiueret, poſſet reuocare talem donationem, de quo vide Fel.d.c.ſi cautio.colum.ea.num.79.ver.& adde,quòd ſi maritus? Econuersò ſi vxor præmoritur,hæredes vxoris nihil poſſunt petere. Ita Felin.d.capitu ſi cautio.à num.71.vſque ad nu.77.col.899.& 900.

Dos vnius eccleſia potest præſcribi per aliam eccleſiam ſpacio 40. annorum,de quo vide,quæ poſui in litera B.§.bona eccleſiarum poſſunt præſcribi.

Dotirenunciare non potest filia,eſt enim loco alimentorum. Ita Felin.c.ſi diligenti.de foro competenti. verſic.ſextum corollarium. nu.7.col.184.

¶ DVBIA probatio vnius partis clarificatur, & certificatur ex confeſſione alterius partis. Ita do.Abb..cum Ioan. de fide inſtr. 3.column.verſicul, Item not. quòd probatio. Et ita limita dictum Innocen. capitu. cum contingat. de offic. delegat. Adde Felin.d.cum Ioannes.verſicul,in text.ibi,in me confeſſa.nu.10.col.856.

¶ Dubius in fide an ſemper ſit infidelis? Tex.c.t.de hære. quòd ſic, Adde & limita,quòd oportet, quòd iſta dubietas ſit cum perſeuerantia,alias non,do.Abb.d.cap.s.in prin.& ibi Feli.in prin. nu.1.col.983.Item limita, niſi quis per ſimplicitatem erraret in fide.Innoc rub.de ſum.trinita.& ſi.catho.Feli.d.capit.1.col. eadem.Item limita,niſi quis dubitaret circa non neceſſaria ad ſalutem,quia non eſſet infidelis.Felin.d.cap.1.col.994.num.3. Item limita,niſi eſſent opiniones inter Doctores,quia eligens vnam,non eſt infidelis.Inn.c.ne innitaris.de conſti. Tamen intellige ſano modo,quia ſi iſtæ opiniones eſſent de pertinentibus ad fidem,non eſt aliqua tenenda ante determinationem. Vide Fel. d.c.1.nu.4 col.984.

¶ Duces, qui ſunt conſtituti domini in aliqua prouincia per priuilegium Papæ,ſeu imperatoris,an poſſit legitimè reſtituere famæ, & ſimilia, vide quæ poſui in litera S.§. ſi ſunt conſtituti.

¶ Duo viri requiſiti loco notarij,de quibus.cap.quoniam contra.de probat. an iſti viri teneantur iurare officium ſuum legaliter exercere.Hoſtien.capit.quoniam contra.de probat.tenet, quòd non, quia dicit, quòd hoc non reperitur cautum iure. Et idem tenet Ioan. Andr. & Anton.de Butr. Adde, quòd domin.Abb.d.capit.quoniam contra.21.column.verſicul.circa perſonas.tenet contra Hoſtienſ.& dicit, ex quo iſti duo viri ſuccedunt loco tabellionis ,tenentur iurare officium ſuum exercere recte. Tamen dicit, quòd ſufficit præſtare iſtud iuramentum iudici in abſentia partium. Iſtam opin. Abb.tenuit etiam Bal.d.capit.quoniam contra. Et idem tenet Felin.ibi verſic. tertiò quæro, vtrum iſti.nume.42.column.474. Adde quòd pulchrum eſt videre,ſi iſti duo viri committunt falſum, an poſſint puniri de falſo ordinarie.Vide Felin.d.ca. quoniam contra.d.ver.& col.Item adde, an iſti duo viri efficiantur propter

hoc tabelliones cauſa,Bal.d.c.quoniam contra.tenet, quòd non, et ideo ſi ſtatutum dicit,quòd tabellions falſum committenti amputetur manus,iſti non comprehenderentur. Et iſtam opi. Bal. ſequitur Fel.d.c.quoniam contra.d.verſ.& col.Item quæritur, vtrum vnus de iſtis duobus viris poterit ſubſtituere tertiũ ad ſcribendum,& poſtea ſe ſubſcribere? Hoſt.& Io.An.d.c. quoniã contra.tenet quòd no.Inn.ibi tenet contrarium,& eum ſequitur do.Abb.ver.ſed quæro,nunquid.Vide Fel.d.c quoniam contra. ver.quartò quæro,vtrum.nu.43.colum.475.

Duo teſtes an ſint ſufficientes ad probandum omne crimen,& etiã an poſſint probare,quòd quis ſit infamis,vel econtra, quòd quis ſit bona fama? Vide,quæ poſui in litera T. §.teſtes duo.

Duæ probationes an coniungantur ad faciendam vnam probationem integrã? Vide,quæ poſui in litera P.§ probationes imperfectæ. Et adde Fel.c veniẽs.il 2.de teſti.ver.vltimo.n.4.col.678.

Duobus ingredientibus caſtrum pone,quòd ſit præconium,quòd qui primo ingreſſus fuerit tale caſtrum,habeat centum, duo pariter ingreſſi ſunt,an quilibet debeat habere præmium in ſolidum.Felin.ponit cap.capitulum.de reſc.ver. de duobus ingredientibus nu.17.col.717.

Duobus peruenientibus ad brauium, pone, quòd poſitum ſit præmium in centum,quòd qui prius venerit ad talem locum,habeat tantum, duo pariter venerunt, an debeant habere in ſolidum, vel iterato curreret & an iſti duo,an vero omnes? Ponit Fel.c.capitulum.de reſcr.ver.de duobus.ad brauium.nu.18.col.ea.

E

EBRIETAS Sola non eſt ſufficiens cauſa depoſitionis,imo ebrietas,ſi eſt rara, eſt peccatũ veniale,§.criminis.15.diſ.Fel.c.ſi conſtiterit.de accuſ.in prin.nu.2.colu.702. Adde, quòd ebrietas facit delictum minus puniri. Bartol. l.eg. reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis. Adde Cyn.l ſi quis, non dicam,rapere.C.de epiſcop.& cleric.

¶ ECCLESIA an teneatur ſoluere collectas,ſeu onera imponẽda populo pro poſſeſſionibus vel prædijs obuenientibus ad ipſas eccleſias.Vide quæ poſui in litera S.§.Statutum laicorum an valet.Fallit in aliquibus caſibus,vt ibi.

Eccleſia an ligetur ſtatuto laicorum, puta, quòd ſtatutum dicat, quòd venditio non teneat,niſi fiat prius proclama in palatio, an quis vellet contradicere.Vide Fel.c.eccleſia S.Mariæ.de conſti. nu.85.verſ.primum notabile eſt.col. 256. Et adde,quæ poſui in litera S.§ ſtatutum laicorum.

Eccleſia an poſſit aliquem priuare militia in foro pœnitentiali? & contentioſo. Felin. de iud.cap.cum non ab homine.numer. 8.colum.77.

Eccleſia an ſit de territorio,vel de deſtrictu? ponit Fel.c.eam te., de reſcrip.verſicul.cæterum quando de materia numer. 16.colum. 440.

Eccleſia vniuerſalis eſt vnica,& an errare poſſit.Fe.de ſum. trin. & fide Catho c firmiter.nu.5.col.26.

Eccleſia an debeat ſoluere gabellas de donatione ſine alienatione. Vide in litera S.§.ſtatutum laicorum,quòd diſponit, quòd gabella.

Eccleſia ſi deſtruatur,an debeat habere legatum? Vide,quæ poſui in litera L.§.legatum factum pro alementandis.

Eccleſia quando dicatur collegiata.Fel.in cap.noſtra.de reſcr.ver. item ſcias,quòd non ſequitur.nu.27.col.834.

Eccleſia,quæ habet prælatum hæreticum, an perdat iura ſua, quo ad proprietatem? & quid de poſſeſſione.Ponit Fel.capit.inter.do maio.& obe.num.3.ver. in quantum concludit Abba. column. 185.

Eccleſia ſi offenditur, quilibet de clero auditur in concernentibus intereſſe eccleſiæ.Ita Feli.c.dilecti.de maio.& obe.ver. quilibet de clero.nu.2.col.1207.Adde tu, quòd imo, quando offenditur eccleſia, vel clericus.eſt publicum crimen, vt l ſi quis in hoc. C.de epi.& ibi Bartol.& ſic quilibet de populo auditur, adde quòd crimen ſimoniæ eſt crimen publicum, vt l.ſi autem. C. de epiſ.& cler.Vide Bar.& Bal.rub.C qui acc.non poſ.4.& pcn. col.Adde Bal.l.reos.6.col.C.de acc.Bar.l.1.§ huius ſtudij. ff. de iuſti.& iure.

Eccleſia an perdiderit ius,quòd habet in filijs natis ex cõiugio preſbyterorum,ex quo lex non fuit ſeruata, quæ habetur c. cũ multa. 15.q.vlt.Vide Fel.c.1.de treug.& pac.ver. intellige hæc ſanè. circa finem verſi.col.1239.nu.10.

Eccleſia epiſcopalis an habeat fiſcum,do.Car.clẽ.2.de hære.tenet, quòd ſic,6.q.contrarium videtur ſentire Bald.rubri C. de iure fiſc.& auth.bona damnatorum.C.de bo.dam.Fel.ponit c. excõmunicamus.de hære.in prin.nu.1.col.1002.

Eccleſia mouet bellum iuſtè in duobus caſibus videlicet contra inimicos fidei, & contra impugnantes eccleſiam,glo.c. excommunicamus.de hære.verbo,reuixerit.14.q. 2.in ſum. Adde alium caſum,quando ſubditi imperatoris eſſent ei rebelles. Vide Fel.d.cap excommunicamus.ver.in gl.in verbo, reuixerit.nu. 7.col.1007.

Eccleſia gaudet immunitate circumcirca per quadraginta paſſus. ita gl.c.ſicut antiquitas.17.q.4. Et ideo,qui fugit ad cœmiterii eſt tutus.Fel.c cum pro cauſa.de ſen.excom.ver.nota, quòd violans.nu.2.col.1082.

Eccleſia poteſt agere pro iniuria illata clerico,tamen de hoc varietas inter doctores.Tu vide Feli.c.contingit.il 1.de ſen.exc.ver. in gl.prima,ibi nu.3.col.1001.

Eccleſia ſita in parochia alterius eccleſiæ, qui debet præſentare miniſtrum in dicta eccleſia,an epiſcopus loci, an rector parochialis eccleſiæ.Vide ſupra eccleſia ſita in dioceſi,in ſi.

Eccleſia an reſtituatur contra præſcriptionem, & an habeat quadriennium ad petendam reſtitutionem in integrum? do. Abb. c. 1.de præſcr.4.col.ver.vlterius quæro.nu.3.multa dicit & ſina liter tenet, quòd eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus præſcriptionem intra quadriennium. Et idem tenuit dom. Abb. conſi.ſuo 32.1.vol.inc.Caſus contingentia.& cle.1.de reſti.in integ. Adde,quòd Hoſt.fuit varius d.c.1.& tenet,quòd eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem ſed poſtea in ſumma in ti. de in integ.reſti.§.3 circa ſi tenuit contrarium. Adde tu, quòd cõmunis opi.eſt,quòd eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem, quam tenuit Bar.auth.quas actiones.C.de ſac ſan.eccl. vlt.col. verſi.quærit glo.& ibi Pau.de Caſt. Imo cle.1.de reſti.in integ. & ibi do.Car.8.col.ver.nono quæro. Adde Fel.d.c.1.de præſc. verſi.dum ſolenniter.nu.8 col.162..Adde tu pro confirmatione iſtius opi.& dic, quod eccleſia habet reſtitutionem in integrum in contractibus,in quibus interuenit verus & expreſſus conſenſus eccleſiæ,c.1,de in integ.reſt in 6.& ca.1.co.tit.in antiquis, quanto fortius habebit reſtitutionem aduerſus præſcriptionem, vbi non interuenit verus conſenſus eccleſiæ, ſed tantum tacitus & fictus.Item eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptiones iudiciales,quæ ſunt fauorabiliores,vt litium finis imponatur,c.1.& 2.de in integ.reſti.in Sexto, quanto magis reſtituitur aduerſus præſcriptiones extraiudiciales.Et ideo hanc opi.dom. Ab.tene, quia communis,& probatur per tex.clemen.de reſt.in integr.& etiam cum iſtis medijs hic adductis.Et quadriennium,quòd datur ad petendam reſtitutionem in integrum,quãdo incipiat currere,vide quæ poſui in litera Q.§.quadrimeſtre tempus.

Eccleſia læſa enormiſſimè,poteſt petere reſtitutionem in integrum, etiam poſt quadriennium,de quo vide in litera L.§.læſio enormiſſima.

Eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus laudum ladens ipſam eccleſiam enormiter,& hoc, etiamſi laudum emologatum fuit, & etiam lapſo quadriennio dato ad petendam reſtitutionem, & etiamſi compromiſſum ſit iuratum per prælatum. Ludo.conſil.ſuo 369.inci.Circa primum. Adde Felt.capit.1.de præſcr.& adde,quod ſicut ignorantia.nume. 9, colum.163.

Eccleſia obligatur ad ſeruitutes per ſpacium 50.annorum ſinetitulo.Vide,quæ poſui in litera S. § ſeruitutes an acquirantur per præſcriptionem.

Eccleſia præſcribit contra aliam eccleſiam ſpacio 40. annorum, bona & iura ſpiritualia,& etiam dotem ipſius eccleſiæ, de quo vide, quæ poſui in litera B. §. bona eccleſiarum poſſunt præſcribi.

Eccleſia collegiata quæ dicatur? & quomodo cognoſcantur? vide do.Abb.c.nobis.de ture patro.2.col.& Arch.c. monaſterium. 16.q.7.Old.conſil.ſuo 281.inci.q. prioratus.Vede do.Card.cle. 2.de ætate & quali.4.q.Vide Fel.c.accedentes.de præſcr.ver.dixit etiam Old.nu.2.col.229.

Eccleſia,an contra eam currat præſcriptio.Vide, quæ poſui in litera P.§.præſcriptio non currit contra eccleſiam,& §.præſcriptio non currit contra eccleſiam inferiorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia an possit errare in canonizatione sanctorum? Vide per Felin. c. venerabil. de testi. in princ. ibi, & solet dubitari. nu. 2, col. 731.

Ecclesia quæ est damnificata propter negligentiam sui prælati potest agere contra hæredes ipsius prælati, ac quo vide, quæ posui in litera P. §. prælatus potest cogi.

Ecclesia polluta quibus expensis sit reconcilianda. Vide §. episcopus si reconciliat.

Ecclesia subiecta pleno iure, quando dicatur? do. Abb. c. auditis. de præsc. in 4. col. not. dicit, quòd ecclesia tunc dicitur subiecta pleno iure, quando episcopus nullum ius episcopale in ea exercet. Idē tenet Inn. cap. pastoralis. de priui. in fi. Dic tamen, quòd propter hoc ille non debet conuertere ecclesias in proprios vsus, quia solum subijcitur ecclesia in temporalibus & spiritualibus. Et plus dixit do. Abb. cap. querelam. de elect. in prin. quòd cardinales & commendatarij debent tenere eccelesias commendatas in prio ri statu, non diminuto diuino cultu solito. Et idem tenet ca. de monachis. de præben. in prin. Adde etiam, quòd si Papa dicit, subijcimus eccleſiam pleno iure, intelligitur in spiritualibus & tēporalibus. Ita Inno. cap. cum inter. de re iudi. & ibi dom. Abb. 3. col. & 4. col. ver. tertiò membro. vbi dicit quòd ex tali confessione nullum ius est reservatum episcopo. Vide etiam consilium Cal. tit. de dona. consi. 6. Adde Felin. d. cap. auditis. ver. item in quantum ponit Abb. nume. 4. colum. 269. Adde tamen, quòd dicit Car. consil. suo 48. incip. Reuerende pater. quòd habens ec clesiam pleno iure subiectam, non dicitur habere iurisdictionem quasi episcopalem in ea, nisi aliud dicatur. Et probat glo. cle. j. de re. ecclesiæ non alie. verbo, propriy, quæ dixit, quòd habere ecclesiam subiectam pleno iure, est habere iurisdictionem episcopa lem. Tu vide dom. Abb. pro declaratione illius gloss cap. at si clerici. §. de adulteriys. 6 columna. versi. an autem in inferioribus. de iud. Frid. de Senis consil. suo 13. incip. Monachus Perusinus. Inno. cap. 2. de transa. in fi. domin. Abb. cap. significasti. de fo. cō. 2. col. & c. 1. de voto. 2. colū. & ca. sicut vnire. de excess. præla. 2. no. & c. de monachis 2. colū. & ca. de monialibus. in fin. de sen, exe. Ant. de Bu. consi. suo 19. inci. quia hic. Adde Fel. d. cap. auditis. de præscr. ver. adde etiam. nu. 23. col. 280. do. Abb. dispu. sua inci. Duo clerici. 33. col. vbi late ponit, quid importet habere ecclesiam subiectam pleno iure. Et vide gl. cle. 1. de excessi præ. verbo, pleno iure. & ibi Car. 6 op. & etiam ibi Imo. 4 col. dom. de Rot. ti. de præb. deci. 12. in antiquis.

Ecclesia non acceptauit dispositionem auth hoc ius porrectum, do. Ab. c. cum causa. de re iud. 6. colū. versi. no. bene. Et idem tenet Ant. de Bu. c. Ioannes. de cle. conug. 3. col. ver. opp. quartò. dom. Ab. c. 1. de resti. in inte. 5. col. ver tamen iste casus. Frid. de Senis. consi. 249. inci. do. Michael. Adde Fel. d. c. cum causa. versi. dum dicunt etiam prædicti. nu. 10. col. 400.

Ecclesia quando in totum eximitur a iurisdictione episcopi diœcesani? Vide §. episcopus cum consensu capituli. Adde, quòd do. Abb. cap. cum inter. de re iud. 4. colum. versi. in tertiò membro. dixit, quando Papa concedit alicui ecclesiam pleno iure, videtur concessisse omnia iura episcopalia. Et vide etiam Felin. capitu. auditis. de præscrip. in loco allegato, vbi supra numer. 6. col. 270.

Ecclesia restituitur aduersum confessionem prælati, si ex ea est læsa. de quo vide, quæ posui in literā C. §. confessio prælati quando noccat ecclesiæ.

Ecclesia regulariter non confertur ad tempus. Fallit, quando episcopus daret in commendam, cap. nemo. de elect. in 6. Fallit etiam in Papa, quia potest conferre beneficia ad tempus, cap. gratiosè. de resc. in 9. Felin. cap. si constiterit, de acc. in prin. colum. 702.

Ecclesia an habeat bannum, seu exilium, etiam respectu clericorum, do. Abb. capit. 1. de calum. & ibi tex. videtur dicere, quòd sic, & habes tex cap qui contra. 24. q. 1. tex c. in synodo. 53. dist. & c. fœlicis. de pœnis. in 6. Vide Fel ca. 1. de calum. versi. no. q. ecclesia, hoc est, prælatus num. 3. colū. 857. Adde, quòd videtur, quòd iudex ecclesiasticus non possit imponere pœnam exilij, per tex. cap. 2. de cler. excommuni. ministr. & tex. ca. cum non ab homine. de iudi. in fin. vbi vide domin. Abb. 9. col. & Felin. vbi supra. Adde tu, & dic, q. verior opi. est illa, q. ecclesia habeat bānum. vt per glo capit. quod clericis. de foro compe. domin. Abb. d. capit. cum non ab homine. Et dic, quòd ecclesia vltra pœnam banni, seu exilij, habet pœnam verberum capit. in archiepiscopatu de rapt. & etiam multas alias pœnas, vt no. gl. c. ad reprimendam. de off. or. Io. And. c pro humam. de homi. libr. 6. Adde etiam, quòd ecclesia potest facere imprimi charactērem in faciem. cap. ad audientiam. de falsis. & inducit etiam seruitutem, c. ita quorundam. de iudæ.

Ecclesia an teneatur ad confectionem inuentarij. Felin. ista ponit c. ecclesia S. Maria. de const. ver. & ista late deducit. post numer. 66. col. 242. & inde. Adde tu, quòd ista est q. quæ nondum bene est decisa, & vario modo locuti sunt tam glossatores, quàm Scribentes. Bar. in varijs locis tangit hanc q. primò l. 1. C. de sacros. eccl. in repetitione, secundò l fi. C. de iure de liber. auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. & in istis locis variauit. Vnde pro eiariori intelligentia reassumam totam materiam, & ponam, quid dicendum, tam in ecclesia, quàm in ecclesiasticis personis? & vtrum teneantur ad confectionem inuentarij? & dico, quòd nec ecclesia, nec ecclesiasticæ personæ tenentur ad confectionem inuētarij, & per consequens, non tenentur vltra vires hæreditatis, et sic non patiuntur pœnas statutas contra non facientes inuentarium. Ita tenuit Bartol. l. 1. C. de sacros. ecc. in repe. & l. fi. C. de iure delib. quamuis in auth. sed cum testator. aliter dixit. Et q. ecclesiasticæ personæ debeant habere hoc priuilegium, sicut eccle. sia, probatur a simili ecclesiasticæ personæ æquparantur militibus armatæ militiæ, l. fac. san. C. de epi. & cler. & not. l. milites. ff. de re iud. Sed milites non tenentur ad confectionem inuentarij si adeunt hæreditatem, vt in iuribus allegatis. Idem ergo est dicendum, si presbyter, vel ecclesia adiret hæreditatem. Et hoc sentit Bar. d. l. fin. C. de iure delt. De hoc etiam vide do. Alex. d. l. fi. Adde etiam Modernos c. 1. de fol. & rub ff. de acqui. hare. Bar. Auth. de hære. & Falc. in fi.

Ecclesia est priuilegiata, quia reus debet edere ei instrumentum ad intentionem fundandam, sicut fisco. Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum suum reus tenetur edere actori ad intentionem fundandam in causis pijs.

Ecclesia substituta an excludatur per natiuitatem filiorum. Vide, quæ posui in litera F. §. filij si nascantur.

Ecclesia instituta hæres, virum possit detrahere Falcidiam de legatis factis ad pias causas, vel ad alias ecclesias, vel de legatis factis, vt expendantur pecuniæ in fabrica pia? Vide, quæ posui in litera S. §. substitutio facta in defectum liberorum.

Ecclesia acquirit sibi ius petendi census ex sola consuetudine præstandi, de quo vide, quæ posui in litera S. § soluens ecclesiæ.

Ecclesia quando nominatur, puta in impetratione, aut in alia re oc currenti, an nomen sancti ipsius ecclesiæ sit exprimendum? Vide per Fel. cap. cum accessissent. de const. ver. & quando. nu. 1. col. 156.

Ecclesia pro delictis potest imponere varias pœnas, quas enumerat Felin. cap. cum non ab homine. de iudi. versi. respectu pœnæ exilij. nu. 7. col. 77.

Ecclesia vacans, contra eam non currit quadriennium. Ita Fel. ca. cum deputati. de iudi. vers. ecclesiæ carenti. nu. 7. col. 125.

Ecclesia vacatura, pone, quòd scribatur sic pro aliquo, vt prouideatur sibi de ecclesia vacatura, an venit etiam illa, quæ vacat tempore datæ. Adde, quid si Papa sciuisset, quòd ecclesia vacabat, an veniat in concessione gratiæ? Vide Felin. c. constitutus. de rescrip. versi. si scribitur num. 22. col. 571. Adde, quid si dicatur, si qua tunc vacat, neque additur, de vacatura? Vide vbi supra. Adde, quid si mandatur prouideri de vacatura, intelligitur de prima. Felin. vbi supra, colum. ea. etiamsi non dicatur.

Ecclesiæ denominatio si aliter non dicatur, intelligitur de ecclesia domicilij. Vide, quæ posui in litera L. § legatum factum ecclesiæ.

Ecclesiam vnicam quam quis habet potest illam cum pluribus permutare. Ita domin. Abb. c. cum venerabilis. de exce. 3. no. Hoc intellige in habente plures ecclesias de iure communi, quia tunc possum cum illo permutare, sed si haberet illas ecclesias plures cum dispensatione, tunc permutatio non potest fieri. Adde Fel. d. c. cum venerabilis. in prin. col. 48.

Ecclesiæ inferiores an possunt sine episcopo statuere? ponit Felin. ca. cum omnes. de consti. versicul. & hoc dictum limita. numer. 11. colum. 90. Adde tu, quòd inuenio, quòd ecclesiæ inferiores constituunt procuratorem de iure canonico sine consensu episcopi. Ita Innocen. capitul. imperatorum. de iura. calum. Tamen gloss. ibi tenuit contrarium, de quo vide Butr. capitul. edoceri. de rescrip. & dom. Abb. d. c. imperatorum. Adde, quòd

quòd de iure ciuili est secus, quia in nullo casu ecclesiæ inferiores constituunt procuratorem, l. omnes. §. nihilominus. C. de episco. & cler. Ludo. Rom. singu. 40. versicu. ecclesiæ. & ver. quæro nunquid.

Ecclesiæ inferiores an possint facere statuta sine consensu sui episcopi? Tangit dom. Abb. cap. cum omnes. de constit. 2 col. versic. nunquid autem. Dic tu, quòd in grauibus non possunt, Et hoc modo intelligitur Inno. d. cap. cum omnes. Adde Fel. d. c. cum omnes. versic. & hoc dictum limita. num. 11. col. 90. Vide supra §. ecclesiæ inferiores.

Ecclesiæ collegiatæ an possint facere statuta. Vide Fel. c. cum omnes. de consti. ver. demum in hac materia. nu. 14. col. 93.

Ecclesiarum appellatione in materia odiosa & pœnali non venit hospitale, nisi sit religiosorum, Dom. de S. Ge. cap. cupientes §. 1. de elect. in 6. 3. col. Adde Fel. c. de quarta. de præscr. vers. & q. omne hospitale. nu. 14. col. 177.

Ecclesiæ sit in diœcesi, earum prouisio pertinet ad episcopum loci de iure communi, etiam in temporalibus. ita do. Abb. c. cum venerabilis. de exce. 15. colum. ver. nunc extra gl. Et in quantum dixi, quòd prouisio ecclesiarū, etiam in temporalibus pertinet ad episcopum loci, non tamen intelligas, quòd ipse episcopus possit conuertere reditus ipsarum ecclesiarum ad proprios vsus, sed debet expendere in fabricam illarum ecclesiarum aut seruare successori. De quo vide dom. Abb. loco præalle. Adde, quòd regulare est, quòd prouisio ecclesiarum, quæ subsunt plebibus vel alijs ecclesijs inferioribus, spectat ad episcopum. Inn. ca. cum venerabilis. Et idem tenet Ant. de Bu. cap. fi. de cau. poss. & propri. 1. col. Vide Fel. d. ca. cum venerabilis. nu. 32. versic. circa dicta Abb. colum. 61. Et dic, quòd in tantum est vera ista regula, quòd si fundator ecclesiæ ordinaret, quòd institutio ipsius ecclesiæ esset inferioris prælati, puta abbatis, vel præpositi, vel alicuius canonici, & non episcopi loci, quòd talis ordinatio non valeret, & institutio pertinet omnino ad episcopum. Inno. cap. in laterānensi. de præb. in fin. dom. Abb. c. requisisti. de testi. pen. col. ver. ex quo infero. & capit. nobis. de iure pa. 2. col. ver. ex hoc infero. Bart. l. quotiens. §. si. de admi. tut. Et fortius dic, q. si testator dixtsset in testamento, Volo, quòd de bonis meis fundetur ecclesia, & dotetur & gubernetur per talem abbatem, & non per episcopum, & quòd si illa ecclesia non gubernaretur, vt ipse ordinauit, irritabat & reuocabat omnem ordinationem suam, tamen istis nō obstantibus. reijcitur ista pœna, & valet legatum. do. de Rota. tit. de testa. deci. 7. incip. Factum tale est. in antiquis. Vide Feli. d. c. cum venerabilis. de exce. versi. amplia secundò. nu. 33. col. ead. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus. Et primò, in ecclesijs, quæ sunt de titu. Card. quia etiamsi illi Cardinales non sunt episcopi, tamen conferunt illas ecclesias, & non episcopi loci, vbi sitæ sunt ecclesiæ illæ. Dom. de san. Gemi. cap. 1. de maio. & obe. in 6. 5. col. Inn. c. dilectus. de capel. monc. Fel. d. c. cum venerabilis. ver. fallit primò. nu. 34. col. ead. Item fallit ista regula, vbi plebs, vel alia ecclesia inferior haberet ius instituendi ex causa speciali, scilicet ex priuilegio, vel præscriptione. Domi. de san. Gemi. in sum. 21. dist. dom. Card. consi. suo 67. incip. Thema tale est. Fel. d. cap. cum venerabilis. ver. fallit secundò. num. 35. col. 62. Item fallit ista regula in beneficijs subiectis ecclesijs regularibus collegiatis, quia abbas cum conuentu monasterij habet præsentare, & episcopus instituit. Do. de S. Gemi. d. sum. 21. dist. Host. in sum. de capit. mo. § quod iuris. dom. Abb. c. cum deputati. de iud. 2. col. versi. nunc quæro. Fel. d. capit. cum venerabilis. nu. 36. ver. fallit tertiò. colum. ea. Item fallit ista regula, quando ecclesia est sita in parochia alterius ecclesiæ. Ita do. de San Gem. d. sum. 21. distin. Arch. c. nullus. 16. q. 7. Dom. de S. Gem. c. capite. 50. dist. Arch. c. plures. in prin. 16. q. 1. vbi dicit, quòd sicut quælibet ecclesia sita in diœcesi, est subdita episcopo loci, ita omnes capellæ in parochia alicuius plebis, sunt ipsius plebis. Arc. & Dom. de S. Ge. c. 1. ne tle. vel mona. in 6. Intelligē prædicta omnia, dummodò ecclesia sita in parochia plebis, recognoscat plebem in patronum, vt puta, quia plebs dotauit illam ecclesiā. De quo vide Fel. d. c. cum venerabilis. de exce. nu. 37. ver. fallit quarto col. ea. Adde, quòd idem tenet dom. Ab. d. c. cum venerabilis. 56. col. ver. tertio no.

¶ *Ecclesiastica persona potest præscribere iurisdictionem temporalem. Ita Fel. cap. fin. de iud. versi. no etiam. numero 3. colum. 143.*

¶ *EDITIO instrumenti quo iure petatur? Ponit Bart. l. quadā. 1. col. ver. pro declaratione materia. ff. de eden. Sal. l. 1. C. eo Cy. l. instrumentum. C. ad exhib. Card. cle. 1. §. cæterum. 4. q. de vsuris. Adde Fel. c. 1. de prob. in fi. nu. 32. col. 336. Et istud procedit inter viuos. Adde, quid in vltimis voluntatibus? Vide Bald. ca. 1 ff. quemad. testā. ape. Adde Felin. d. c. 1. ver. vltimò tangunt hæc omnes. num. 60. col. ead. parte 2.*

¶ *EFFECTVS non secutus in delictis, quamuis inchoatus an sit puniendus? Vide, quæ posui in litera A. §. animum nocendi.*

¶ *EGREGIA persona si est examinanda à iudice, vt testis. an de beat venire in iudicium, & deponere in præsentia iudicis? glos. ca si qui testium de testi. tenet, quòd non debet venire in iudicio sed ad eam iudex debet mittere examinatorem. Contrarium tenuit Goff. cap. significauit. de offic. ord. & Ioā. Andr. d. capit. si qui testium. Vide dom. Abb. d. cap. si qui testium 2. colum. ver. si autem. Adde Feli. d. cap. si qui testium. ver. glo. 1. nu. 3. colū. 530. parte 2. qui dicit not. bene, quòd l. ad egregias ff. de iureiu. procedit de honestate. Sed dic tu, quod contrarium tenuit do. Abb. d. cap. si qui testium. 2. col. ver. & in contrarium. vbi dicit quod d. l. ad egregias. imponit necessitatem, quia dicit, Oportet, quod verbum denotat necessitatem. Et plus dixit Cy. l. nec honore. C. de episc. & cleric. quod egregia persona non potest renunciare illi l. ad egregias. Vide Fel. in hoc passu d. ca. si qui testium. d. ver. & colum. Adde tamen, quod do. Abb. d. c. si qui testium. 2. col. ver. puto sic dicendum. limitat hoc, quod vbi est talis causa, in qua testis debet deponere in præsentia iudicis, puta, quia criminalis, vel ciuilis ardua, deberet in isto casu persona egregia ire ad præsentiam iudicis, nisi iudex de gratia vellet ire ad ipsam. Et idem si esset mulier. Adde Fel. d. c. si qui testium. d. ver. & col.*

Egregia persona qua dicatur? Dic primo, doctor dicitur egregia persona. glo. l. ad egregias. de iureiuran. Item aduocatus dicitur egregia persona. Bartol. l. 1. C. de aduo. diuer. iudic. Item auditor sacri palatij dom. de Rota conclu. 88. in nouis. Adde Felin. cap. si qui testium. de testi. versi. & dicitur doctor egregia persona. nu. 4 col. 531.

¶ *ELECTIO non potest fieri per procuratorem cessante impedimento, pone, quod canonicus non vult interesse electioni, & vult constituere procuratorem. Dic, quod non potest, nisi sit impeditus. secus in alijs actibus, quia bene potest. Vide, quæ posui in litera C. §. Capitulum in quocunque actu.*

Electio facta de criminoso, an sit ipso iure nulla. Ponit Fel. capi. ex parte. de rescri. ver. Collatio tamen facta. nu. 4 col. 343.

Electio an comprehendat collationem, & an præsentationem, & an postulationem. Fel. c. in nostra. de rescr. nu. 29. ver. & similiter dicas. col. 835.

Electio facta de nocte non valet, gl. c. vt ec. bene. do. Ab. c. 1. de clan des. despon. Adde Fel. c. consuluit. de off. del. ver. Collatio beneficij facta de nocte. nu. 20. col. 1020.

Electio facta de aliqua prælatura si appellatur ab ea, appellans ante omnia debet exprimere causas, cur impugnat electionem. Item debet iurare, quod credidit illas esse veras, quia altero istorum omisso non potest prosequi causam non expressam. Casus est c. vt circa. de ele. in 6 & cle. constitutionem. § fi. eo ti. Adde Felin. c. in causis. de testi. ver. Item in quantum Inn. nu. 4 col. 565. Adde, quod fallit hoc si pars non appellat, vbi facta est omissio istarum solennitatum, quia probatio poterit fieri, etiamsi non est expressa causa. Vide Fel. vbi supra.

Electio facta de prælato in aliqua ecclesia, licèt non sit seruata forma canonis, tamen valet, dummodo alias consensus sit purus. Vide, quæ posui in litera L. §. lex canonica, vel lex ciuilis.

Electio prælati si est confirmata, dicitur diffinitiua sententia, de quo vide in litera C. §. confirmatio electionis.

Electio in pœnis impositis alternatiue an detur reo, vel iudici, glo. fi. cap. sicut. de iudæ. tenet, quod detur electio iudici. In contrarium est gloss. l. quicunque. C. de ser. fugi. quam sequitur ibi Cyn. Bartol. Bald. & Ange. & vide Bartol. l. 1. §. expilatores. ff. de effrac. Abb. cap si diligenti. de foro compe. 13. colum. vers. quæro cum gloss. Et ratio est, quia in pœnis eligitur pars benignior, capitu. pen. de pœn. dist. 1. & reg. in pœnis. de reg. iu. in 6. Vide Fel. d. c. sicut. ver. in gloss fin. in prim. numer. 2. colum. 966. Adde, quod contrarium tenuit gloss. & ibi Domi. de Sā. Gemi. cap. fraternitatis. 34. distinct. gloss. & Archidiac. 21. quæst. 2. de sum. domi. Abb. & Imol. ca. a trapula. de vita. & honest. cle.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bal.l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fide cat.6.oppo.& l.data opera.C.qui acc.non pos.7.col.Sal.d.l.quicunque.Et istam opi teneo. Tu vide Fel.d.c.sicut.d.ver.col.ead. Et vide, quæ posui in litera P.§.pœna pro delicto.vbi ad plenum de hoc. Adde,& limita istam communem opin.quando vna pœna esset trãslata in aliam, quia cessat tunc electio iudicis.puta si diceret statutum,quòd pro tali delicto soluat x intra octo dies, vel amittat pedem,isto casu iudex non poterit eligere.Ita Bal.l.cum duobus.§.idem.l.2.ff.pro soc. Et sequitur Imol.l.ita stipulatus.ff.de verb.obl.Bald.l.commissoriæ.C.de pac inter empt.& vẽ. Felin.cap.sicut.versic.limita eam primo nu.4.col.967. Item limita,nisi verba legis dirigantur ad partem.Bartol.d.l.1.§. expilatores ff.de effrac.Felin.d.cap.sicut versi.secundo limitanum.5.colum.ead.Item limita, quando lex loquitur alterutrãue argumentando, tunc enim electio non dabitur iudici. Fel.d.c.sicut.ver item intellige hanc.num.5.col.ead. Item limita, quando iudex diceret reo, Elige quam pœnam vis.Felin.d.ca.sicut.ver quarta limita.nu.6.column.ead.Item limita, nisi essemus in causa ciuili, vbi producta sunt multa remedia, alternatiua in fauorem actoris, & sic contra reum, tunc enim reus poterit eligere.Fel.d.cap sicut.versic.quinto limita colum.ead. Item limita, quando in pœnis alternatiuis ex consuetudine pro delicto datur super vna certa pœna, quia isto casu iudex non poterit eligere de quo vide Felin.d.cap.sicut.versic.sexto limita.colum.ead.vbi non bene hoc firmat. Item limita, nisi lex in pœnis alternatiuis daret facultatem iudici, vt imponat talem pœnam, & postea parti daret facultatem eligendi aliam, de quo vide Felin.d.capitul.versic septimò & vltimò.column. ead.

Electione facta de diuersis personis,potest concilium vtranque cassare,de quo vide Fel c.2.de præscr. versi. & adde,quòd ratione scandali.nu.2.col.168.

¶ Electores quidam fuerunt redarguti,quòd elegerant quendam ignobilem, qui responderunt, Petro piscatori successorem quærimus,non Augusto.Felin.de rescript.cap.cum adeo.numer.7. col.539.

¶ Electus per electionem acquirit tantum ius ad rem, non in re, domin.Abb.c.super his.de accus.1.col.ver.no.quod quando.Vide ibi Fel.ver.& in quantum.nu,1.col.716.Et vide,quæ posui. §.electus quale ius acquirat per electionem.

Electus sentit incommodum ex sententia lata contra electores.si sciuit, & non contradixit.dom.Abb.cap.veniens il 2.de testi. 6.colum.versi.& ex hoc dicto.Vide tu g.o.ca.hoc quippe.3.q.6. & cap.cum super.de re iudi.& glo.capi. cupientes.§.caterum. verbo,nullam.de elec.in 6.Bartol.l.2.C.qui.res iud.non noc.glca.interrogatum.an verbo,profitetur.2.q.5.gl fin.ca.sanctis.81. dist.Adde Fel.ad plenum,d.cap veniens.ver.quarto no.num. 18.parte 2.col.683.

Electus non consecratus,debet legere suam sententiam per se, & non per alium,Vide §.episcopus electus.

Electus quale ius acquirat per electionem,gl.capi.quanto.63.distin.dicit,quòd per electionem acquirit ius præladturæ, per confirmationem acquirit exercitium. Et illam glo.sequitur domin. Abb.c.nobis.de iurepa.3.not.& c sacrosanctæ.de elec. Vide Fel. c.cum Bertoldus.de re iud.circa prin.num.2.col.509.vbi addu cit opi.multorum,qui tenuerunt,quòd per electionem acquiratur ius in re ipsi electo. Adde,quòd contrarium tenuit Ant.de But. c.in nostra.de rescrip.vlti.col ver.no.hoc dictum. Et idem tenet glo.cle.1.vt lit.pen.verbo,collato.quæ dicit, quòd beneficium dicitur vacans vsque ad confirmationem.Ergo electo non acquiritur ius in re. Et idem videtur tenere Fel.d.c.cum Bertoldus. versic.pro quo facit.num.3.colum.510.vbi plura adducit pro opi.ista.

Electus & accusatus de crimine,& absolutus, an possit tertius iterum petere cassationem electionis,replicando,quòd sententia absolutoria sit lata ex falsis probationibus?Vide dom.Abb.c.licet. de proba.x col.ver.secus,si iste sit talis. Adde Fel.d.c.licet.ver. quinta conclusio.nu.35.par.2 col.433.

Electus constitutus in peccato mortali non occulto, an talis electio valeat?Vide,quæ posui in litera P.§.peccatum mortale an reddat electionem nullam.

Electus & confirmatus an possit administrare ante installationem. Arch.tenet quòd non,ca.cum qui.de præbẽ.in 6.Idem tenet Fe. de Anch.regula, sine possessione.de reg.iur.in 6.20.col.versi. subsequenter quæro Imo.c transmissam.vlt.col.de elec.Felin.c. ne Dei.de simo.ver.vtrum autem.nume.2.colũ.934. vbi ponit rationes pro opi.istorũ.et primo,installatio inuenta esset frustra, cap.vt nostrum.de offi.arch.Item, & secundo, post sententiam diffinitiuam requiritur traditio possessionis. Tertio,idem est in tutore,& usufructuario. Adde,quod tamen istis non obstantibus contrarium tenuit Innoc.Ant.de Bu dom.Abb.d.ca.transmissam Hostien.cap.ex literis.33.col.de rest.spolia.& Imo cap. cum M.de const.26.col.Et ratio est,quia iura requirentia installationem,loquuntur de solennitate,non de substantia. Vide Felt. d.c.ne Dei.nu.6.ver.tertio,quia idem est.col 935. Adde & limina istam contrariam partem Inno.& aliorum,nisi alius esset in possessione de facto,do.de Rota deci.4.in nouis Fel.sequitur d.c.ne Dei.ver.& tenendo hanc partem. col. ead. Item limita, quando quis habuisset confirmationem ab eo,qui non esset ordinarius loci.Arch 16.q.2.super gl.summæ,versi.sed qualiter. Fel. d.c.ne Dei.versi.secundo limita.nu.6.col.ead.Item limita, nisi esset consuetudo,quod fiat installatio.dom.Abb.ca.transmissam. Fel.d.c.ne Dei.nu.6.col.ead.versi.tertio limita. Item talis electus confirmatus non poterit administrare, si non leuasset literas Apostolicas.De quo est extrauagans Bonifacij VIII.& est regula cancellariæ.Felin.d.ca.ne Dei.ver.quarto limita.num. 9.colum.ead.

Electo quis potest opponere.Inn.ca super his.de accus.tenet, quod solum habentes eligere possint opponere electo, dictu, quod si ille, qui vult opponere electo,venit pro defensione ecclesiæ.quod tunc omnes admittuntur,etiam laici.Dom.de S.Gemi.ca.vt circa. de ele.§.1.5.col Fel.d.c.super his.ver.extraglo.positam. Vide ibi Fel late nu.14.col.722.

Electo,& confirmato, atque consecrato potest opponi crimen commissum ante electionem,confirmationem & consecrationem.de quo vide,quæ posui in litera C.§ crimen commissum.

¶ Electa industria personæ quando dicatur, & quomodo cognoscatur?dic,quando committitur factum,quod non potest per alium adimpleri.Text.l fideicommissa.§ fin.ff de leg.2.& ibi Bartol. l inter artifices ff.de solu.Adde Fel capit.si.§.15 autem.de offi. deleg.versicu.quomodo autem cognoscatur. numer.4. columnio7. Adde,quando electa industria personæ, an filius possit expedire actum loco patris.Lud posuit l.1.ff.de in ius voc.Vide per Felin,d.cap.fin.§.15 autem.versic.secundus modus.nu. eod. col ead.

¶ Eleemosyna debita fratribus,puta Medicantibus ex formasta tuti singulis annis, laici non possunt reuocare tale statutum ita Barto l priuilegiata.C.de sac.sanct.eccle.Idem tenet Dom.de sancto Gem.c.1.de consti.in 6.Ludo.Rom.authen. similiter 4. colum.ver.9.C.ad leg.Fal.Fel.c.ad Apostolicã.de simo.versic. Quibus adde notabile dictum.nu.2.col.932.Adde,quod contra Bar.tenet Cy.& Imo l.non amplius.in prin.ff de leg.1.Raph.& Paul.de Cast.d.l.priuilegia.Sali. authen.cassa.5.q.C.de sac.eccl. Ego teneo opi.Bar.Posset contrariã opi.esse vera,quãdo ecclesiæ esset ingrata erga ciuitatem Tamen non affirmo.Vide Fel.in dicto cap.ad Apostolicam,ver.allegato Vide domin. Abba.c.pen.de sepul.vbi dicit,quòd in casu isto consuluit contra laicos volentes desistere a quadam oblatione, & clerici & religiosi tenentur ad præstationem candelarum populo,quando diu præstiterunt talem præstationem. Felinus dicto capitulo, ad Apostolicam. versicu. vltimo vide Felin.numer. 3. colum. 933.

Eleemosynam quis recipere non debet ab excommunicato, nisi subsit necessitas.Felin.cap.cum voluntate.de sent.exc.in prin.nu.1. col.122.

¶ Emendatus licèt sit idoneus testis in ciuili,non tamen in criminali,de quo vide Petr.de Anch.regula semel malus de reg. iu. in 6.Bar.l si cui.§ ijsdem.versi.venio ad secundum.ff de accu. Adde Fel.c.testimonium.de testi.versi.in gl.verbo emendatus. nu.14.col.748.

Emendatus de delicto an quis præsumatur ex eo solo, quod probet per sacerdotem confessionem, & impositionem pœnitentiæ?Vide Felin cap.testimonium.de testi.versic.sed vtrum.nume.36.colum.749.

¶ Ementes bona exbannitorum a fisco,possunt cogi illa restituere reuertentibus exbannitis.Fel.c.quæ in ecclesiarum.de consti.versi. causa autem nu.27.col.122.

¶ Emptor non potest denunciare litem venditori post conclusionem in causa Feli.c.cum dilectus.de fi.instru.nu.1.ver.sed post.parte 2 col.844.

Emptor debet offerre pretium venditori.Fel.de simo.c.in tantum. nu.4.col.922.

Emptor,qui emit bona ecclesiæ malè alienata, puta non seruata solennitate requisita in alienationibus,bonorum ecclesiæ, tamen cum bona fide, si bona restituta sunt eccles.vtrum ipsi emptori sit restituendum pretium?do.Ab.cap.cùm causam.de reiudi. in fi.tenuit,quòd non dom.Cardin.cle.1.de reb.eccl. non alie. 25.q.dicit,ep de aquitate est restituendum pretium emptori.Salic.l.tubemus la 2.§ sanè.C de sac.san.eccl.dicit, quòd si œconomus est soluendo,quòd tunc emptor debet habere precium, quod exburs fauerat ab ipso œconomo, alias habebit ab ipsa ecclesia. Idem tenet Pau.de Castr.authen.quitres.C.de sac.san.eccl.in fin. Inno.tamen.cap si quis.de rebus.eccle.non alie.tenuit, quòd emptori malæ fidei non restituatur precium.Vide Fe.d.c.cum causa.nu.25.versic.ad illud mirabile.colum.403.& versic. Cæterum.nu.26 colum.ea.vbi videtur sentire cont.a Inn.Adde, quòd pulchrum est videre, quando dicatur,quòd emptor sit in mala fide?tu dic,quòd vbicunque quis emit rem ecclesiæ sine solennitatibus iuris,præsumitur esse in mala fide,dom.Abb c.si diligenti de præscrip. Adde,an emptor, qui fecit multa meliramenta in rebus emptis ab ecclesia cum bona fide,si restituit rem, an sumptus sit restituendus ei? Vide Imo.& alios capit. 1.de restit in integ.Fel.d.c.cùm causa versic.sumptus autem.nu.28.colum.406.

Emptor bonæ fidei,& sic ille,qui emit bona ecclesiæ cum bona fide, sed malè alienata,eo quia non est seruata solennitas requisita.si bona sunt restituenda,an teneatur ad restitutionem fructuum. Angel.l.quæcunque.ff.de pub.in fi.dicit, quòd emens bona fide, rem alienari prohibitam facit fructus suos. Sed Ludo.Roma. consil.suo 454 videtur sentire contrarium. Et illud consilium incip.In re præsenti.vbi in 3.dubio dicit,quòd licèt aliquis titulus excusèt à fructibus,tamen ille titulus reducitur ad non titulum,res ipsa cum fructibus restituitur. Et idem tenet domin Abb.cap.cum causa de offi.delega.2.col.versic.sed dubium & Ang l.sed & partus.ff.quod met.cau.in prin. ponit doctrinam, quando titulus nullus, vel annullandus excusat à restitutione fructuum. Adde Felin.d.cap.cum causam.de re iudi.versi.respectu autem fructuum.nu.27.col 405. Et vide,quæ posui in litera T.§.titulus putatiuus vbi posui de illo, qui possedit beneficium cum titulo putatiuo, an teneatur ad restitutionem fructuum.

Emptor bona fidei,qui emit rem ecclesiæ,vel quæ alienari non potest si restituit rem an possit repetere sumptus, quos fecit in meliorando rem illam?Vide domin.Abb.ca.1.de rest.in integ.& ibi Imo.& Felin.cap.cum causa.de re iud.ver.sumptus autem. nume.28.colu.406.vbi dicit,quòd si tantum lucratus est ex fructibus perceptis, quòd sit satisfactum sumptibus & laboribus,quæ fit compensatio.tamen non firmat,& postea subdit sibi,quòd emptor malæ fidei perdit pretium,& fortius meliramenta. Dic ergo,quòd emptor bonæ fidei, etiam si emit rem ecclesiæ, si restituit bona ipsi ecclesiæ,tamen restituenda sunt meliramenta ipsi emptori,nec debet compensare cum fructibus perceptis. Et idẽ sentit Fel.d.c.cum causa.ver.tamen dicerem nu.29.col.ea.

Emptores,qui emunt res ablatas in bello,an sint tuti in foro conscientiæ?Vide,quæ posui in litera P.§.princeps obligatur ex contractu suo circa med.

¶ Emphyteuta an possit renunciare emphyteusi inuito domino. Ponit Fel.c.quæ in ecclesiarum.de consti.ver.in gl.ibi l inter dum nu.76.col 146.

Emphyteuta si diuidit rem ecclesiæ cum alio emphyteuta, non tenetur ecclesiam requirere.Fel.c.quæ in ecclesiarũ.de consti.versi. ottaua declaratio.nu.89.col.151.

Emphyteuta, qui non soluit canonem, tenetur ad restitutionem fructuum,quos medio tempore percepit.Spec.ti.de loca.§.nunc aliqua.ver x.Ang.auth de non alie.§.si vero.1.col.Adde Fel. c.de quarta.de præscri.ver.faciunt postremo.nu.32.col.185.

Emphyteuta,qui venit puniendus,eo quia alienauit fundum emphyteuticum,irrequisito domino, intelligitur de alienatione aliàs valida.Fel.capit.ex tenore.de rescr.nu.6.ver.& dicit.colum.525.Adde Ias.May.præceptorem meum,l fin.C. de iure emph 90.col.

Emphyteuta non soluens canonem, an teneatur ad restitutionem fructuum,quos medio tempore percepit.Fel.de prasc.c.de quarta.nu.33.ver simile col.185.

Emphyteuta possunt inter se rem emphyteuticam alienare non requisito d.Bal.l.voluntas C.de fideicom.lo.An in Spe.ti.de locato.§.nunc aliqua ver.72.Bar.l.qui Romæ.§ duo fratres.ff. de ver.ob.Fel.c.cum causam,de prob.ver.secundus casus.nu.2. par,2.col.483.

¶ Emphyteusis,accepta inuestitura pro se & filijs suis, non comprehendit fœminas,nisi consuetudo loci aliter se habeat. Fel.c.cum M.Ferra.de consti.versicul & hinc est etiam quòd verba testatoris nu.6.colum.181. Adde tu ad ista, quando masculinum concipiat fœmininum.Arch.c.si quis suadente.17.q 4. Et dic breuiter, quòd masculinum nunquam concipit fœmininum in contractibus,quia hoc non reperitur iure cautum, nam cum in potestate pascisciscentis fiut leges apertius scribere sibi imputetur, l veteribus ff.de pactis. Istud tenet Anton.de Butr.c.in quibusdam.de pac Pet.de Ancha.clemen.1.de baptis.Bald.l Gallus ff.de lib & posth.Ludo.Roma.consil.suo 35.incip. Visa sancti serie.Ioan.de Imo.consil.suo 38.incipien. In casu præmisso. Alexan.de Imo.consi.suo inci.super eo,de quo quæritur. Idem Alex.de Imol.consi.suo 125.incip.Attentis verbis inuestituræ. 5.volu.

Emphyteusis concessa de rebus ecclesiasticis simpliciter, censetur concessa in tertiam generationem.Fel.c.cum M.Ferrariensis de consti,versi.& hinc est etiam,quòd si prælatus nu.6,col.151. Adde quòd idem tenuit Bald.l.fin.de hære inst.& l.antiquitas.C.de vsufr.& l si in personam.in fi.C. de fideicom. Adde, quòd Albe in proœ C.versi.perpetui.tenuit,quòd si emphyteusis ecclesiastica concederetur in perpetuum,intelligitur, scilicet in tertiam generationem. Idem tenet Paul.de Castr.consilio suo 138. Et hoc modo sublata est differentia de modo concedendi, quia non debet attendi, quòd simpliciter vel expresse cõcedatur res ecclesiastica in emphyteusim, quia semper in omni casu, siue simpliciter, siue non intelligitur concessa in tertiam generationem, vt ibi per Alberi. & Paul. de Castr. Quod not.

Emphyteusis intelligitur recepta in tertiam,vel quartam generationem, secundum consuetudinem. Ita Angel authen.de non alien. Adde Felin.ca.1.de proba.num.13.versic.fallit sexto. col.325.

Emphyteusis concessa ab ecclesia pro se & filijs,non extenditur ad naturales.Bart.l.ex facto.§.si quis rogatu.ff ad Treb.2.colu. quem sequitur do.Abb.cap in præsentia.de proba.7.col.ver. tamen vnũ dictum.Bal.& Imo.idem tenent in l.Lucius.§ si.ff de leg.2.Et hoc habet locum etiam in filio legitimato. Fallit ista conclusio vbi filius esset legitimatus per sequens matrimonium. Vide late per Fel.d.c in præsentia.ver.quintò,in quantum Ab. nu.24 col.388.parte 2.

Emphyteusis concessa priuato pro se & filijs,transit ad naturales. Ita do.Abb.c.in præsentia.de proba 8.col.ver.ipse. videtur concludere.Ang.tenuit contrarium l.generaliter.§. cum autem. C.de instit.& substit Vide per Fel.late d.c.in præsentia.ver.sexto & vltimo.nu.25.col.388.

Emphyteusis recepta ab ecclesia pro se & hæredibus, an tranſeat ad quoscunque hæredes etiam extraneos?dom.Abb tangit hãc difficultatem c.in præsentia.de proba.8.column. versic.secundo inferius.vbi multa dicit, & postea subdit, quòd Bartol.fuit varius,tamen 10.column.versic.si autem concessio sit simpliciter. tenet,quòd talis emphyteusis transit ad hæredes extraneos. Et hanc opin.tenuit gloss §.emphyteusis.Authe.de non alie. & Iade Bel.Ange.ibi, gloss §.adeo. Instit.loca.Cyn.Bartol.Bal. authent.si quas.C.de sac.sanct.eccles. Adde Felin.d.c in præsentia.ver.& ex his disputant nume.27 colum.389. Contrariam opin.quòd non transeant ad extraneos hæredes, tenuit Specul titul.de loca.§.nunc aliqua.versicul.13.Bartol.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac.versicul.& ex hoc dico.& l.quod dicitur & l si patronus.in princip.ff ad Trebellia.& l Gallus. §.quidam.ff.de lib.& posthu gloss Bartol.Bald.& Roma.l. etiam.ff solu.matri.Bald.l si in personam.C. de fideicommi. Salic.l.2.C.de iur.empo.20.q.Cald titu.de feud.consil.100. Petr.de Ancha consil.suo 128.incip.Plene & subtiliter. Ioan. Andr.Bald.Petr.de Ancha.d.ca.in præsentia.de proba.Bald. l.2.C.de suis & legi.& l.fin.C.de hære.instit.& c.litera.pen. colum.de dilatio. Adde Felin.d.c.in præsentia.d.ver.col.ead.

Universidad de Deusto
Biblioteca

et sequenti folio, vbi dicitur, quòd iste passus est difficilis. & quòd putat opi. esse veram in puncto iuris, eum ibi vide latè, & sic tene opi. do. Ab. & aliorum.

Emphyteusis nunquid transeat in monasterium. si emphyteuta efficiatur monachus. Io. An. dicit c. in præsentia. de proba. quòd est casus de hoc, Authe. de alien. & emphy. §. 1. vbi rex dicit, quòd transit in ecclesiam, nisi dominus reuocet intra biennium. Idem tenet Specul. ti. de loca §. nunc aliqua versicu. 120. & ibi Ioan. An. Et idem tenet Bartol. auth. ingressi. de sac. sanct. eccl. vlt. col. versic. an autem transeant. Et sequitur dom. Abb. d. c. in præsentia. 26. col. versi. quæro, quid de emphyteusi. Adde tu, & dic, quòd ista videntur habere locum in emphyteusi concessa ab ecclesia. Ita Felin. d. cap. in præsentia. versi. sexto quæro. num. 49. col. 402. par. 2. Stat ergo dubium, quid dicendum de emphyteusi a priuato? Petr. de Ancha. consil. suo 42. incip. Ser. Antonij. tenuit, quod talis emphyteusis transeat etiam in monasterium, in quod emphyteuta ingreditur. Anton. de Butr. & Imo. d. ca. in præsentia, tenet, quod emphyteusis non transeat. Et istam partem videtur sequi dom. Ab. d. c. in præsentia. 21. col. lum. d. versi. quæro, quid de emphy. Adde Fel. latè d. c. in præsentia. d. versi. col. ea. vbi multa adducit pro ista opi. Anton. de Bu. & Imo. & do. Abb.

Emphyteusis & fundus in quo differant? Vide, quæ posui in litera L. §. lib ellus.

¶ *ENORMIS læsio quando dicatur, gl. ca. cùm illorum. de sen. excommu. dicit, quod statur arbitrio iudicis. Vide Felin. d. ca. cum illorum. ver. in glo. ibi, relinquitur. nu. 13. colum. 1093.*

¶ *EO ipso, Ista verba important absque alia sententia. Fel. c. Rodulphus. de resc. ver quotics. nu. 29. col. 896.*

¶ *EPISCOPVS electus confirmatus, non consecratus, non dicitur episcopus, glo. c. 1. de reli. do. 1. gl. & glo. ca. transmissa. de ele. in glo si. Ita do. Ab. c. eam te. de resc. 1. no. Bal. in proœ. Decre. 7. col & Butr. consi. suo 19 incip. In nomine, & c. quia hic agitur. 2. colum. dixit, quod in spectantibus ad ordinem episcopalem appellatione episcopi non venit consecratus. Et idem tenet domin. Car. cap. meminimus de acc. & ibi Io de Ana. in fin. Imo. clem. 1. de pœnis. 3. col. Et dicit Arch & Do. de S. Ge. c. 1. de offi. ord. in 6. quod tex. ille 8. pe. non habet locum in episcopo non consecrato, qui tex. vult, quod officiales archiepiscopi non possunt excommunicare suffraganeos. Dicunt isti, quod intelligitur de suffraganeis consecratis. Et dicit Pe. de Anc & Dom. de S. Gem. ca. si de re iud. in 6. quod priuilegium concessum episcopis, quod possunt facere leges sententias suas per alium, non competit episcopo non consecrato. Et dixit Arch. c. illud 3. co. quod quando agitur contra episcopum electum non consecratum criminaliter non requiruntur duodecim episcopi. Et ista est communis opin. quod electus, non dicitur episcopus. Vide Fel. d. c. eam te. versic. extenduntur. n. 3. col. 427. vbi ponit multa. Adde, & confirma istud per ista media, quod si canon diceret, quod si quis percusserit pontificem, vt cle. 1. de pœnis. taliter puniatur, tamen non veniret appellatione pontificis, nisi episcopus consecratus, gl. d. clem. 1. verbo, quamuis. do. Abb. c. tua. de his, quæ fiunt. Idem dic in electo à Papa, quia non dicitur episcopus. nisi sit consecratus, domi. Ab. d. c. eam te. 1. no. Fel. ibi ver. extenduntur prædicta. col. ea. Dic tamen, quòd electus à Papa habet administrationem statim absque alia confirmatione. Et hoc modo limita tex. cap. auaritiæ. de ele. in 6. de quo vide Felin. d. cap. eam te d. ver. extenduntur. nu. 3. col. vt supra. Episcopus electus, non consecratus, an possit dare indulgentias. Fran. Vercel. cap. accedentibus. de excess. præla. & Arc. c. 1. de pœ. & remis. in 6. tenent. quod non. Contrarium tenuit sanctus Thom. 4 sen. dist. 20. q. 1. arti 4. ver. ad secundum. Et ratio est, quia hoc competit ratione iurisdictionis. Idem tenuit do. Ab c. suffraganeis. de ele. & d. c. accedentibus. in si & ibi Anton. de But Pe. de Anc. cle. 2. de pœ. & remis. 4. col Fel. d. cap. eam te. ver. restringuntur quinque modis. nu. 5. col. 428. Adde tu, quod electus confirmatus, ante quàm consecretur potest omnia facere, quæ sunt iurisdictionis, videlicet indicare, corrigere, iuramenta vasallorum recipere, confirmare, inuestire beneficia conferre, tamen non potest exercere ea, quæ sunt ordinis, scilicet ordinare, chrismare, deponere, benedicere, consecrare. Ita dicit glo. no cap. transmissa. de electio. in gl. magna, & ibi omnes illam sequuntur. Adde, quod pulchrum est videre, vtrum episcopus electus non consecratus possit ea, quæ sunt ordinis, exercere dispensando, vel committendo aliis episcopis, vt exerceant? & in hoc passu alias in contingentia facti fui interrogatus Venetijs, & multi Doct. consuluerunt, neque inueniebant bonam sol imò tenebant, quòd talis electus non posset exercere ea, quæ sunt ordinis, neq; dispensando, neq; committendo, & pro opi. eorum est glos. d. c. transmissa. Ego consului totum contrarium, videlicet quòd episcopus electus non consecratus possit exercere ea, quæ sunt ordinis dispensando, vel committendo aliis episcopis, & pro hoc facit dictum Ioan. And. c. cum ex eo. de elect. in 6. 4. col. versicu. & per id. vbi dicit, quòd episcopus electus non consecratus potest dare licentiam de quarn. d. tex. quòd videbatur dicendum, quòd, ex quo non potest electus deponere, non posset etiam dispensare & dare licentiam. Item adduxi in simili glos. clem. 1. de priuile. verbo, presbyteri. vbi glos. dicit, quòd ille, qui habet beneficium curatum, licèt non sit sacerdos, potest dare licentiam aliis sacerdotibus, vt sacramenta ministrent in parochia sua, & tamen ille non habet ordines, neq; potest exercere ea, quæ sunt ordinis. Item allegans glos. clem. 1. de trans. præla. in glos pen. quia licèt ante receptum pallium quis archiepiscopus non dicatur cap. nisi. de authe. & vsu pal. & per consequens non possit exercere ea, quæ sunt ordinis, vt est consecrare, & similia, tamen poterit mandare suffraganeis suis, vt electum consecrare debeant. Ita dicit illa glos. aurea. Adde, quòd idem tenet do. Abb. expresè c. ad si clerici. §. de adulteriis. de iud. 8. col. versi. sed circa hoc. Vide Fel. d. c. eam te. de resc. versi. restringuntur quinq; modis. col. 428. Et sic tene, quòd electus non consecratus poterit mandare aliis episcopis, vt exerceant ea, quæ sunt ordinis, quia mandando vtitur iurisdictione. Ita do. Abb. loco præalle. vbi plus dicit, quòd vbi potest episcopus consecratus dispensare, poterit etiam episcopus electus non consecratus.*

Episcopus electus & confirmatus non consecratus, non habet priuilegium, de quo c. si. de re iud in 6. videlicet delegando sententiã per alium, imò hoc priuilegium non consecra o. Ita Fel. c. eam te. de rescri. ver ex prædictis dicunt. nu. 1. col. 427.

Episcopus electus & confirmatus non consecratus, an possit dare indulgentias, etiamsi non sit presbyter? Ponit Feli. cap. eam te. de resc. versi. restringuntur. num. 5. col. 429. Adde do. Ab. cap. suffraganeis. de elect. c. accedentibus. in fi. de excel. prælat. Adde tu, q. electus & confirmatus non consecratus potest dispensare, vbi alij episcopi possint dispensare. Ita do. Abb. c. at si clerici. §. de adulteriis. 2. col. de iud. Adde, quòd electus confirmatus, antequam sit consecratus, potest omnia, quæ sunt iurisdictionis, videlicet iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta vasallorum recipere, confirmare, inuestire, beneficia conferre, sed non potest exercere ea, quæ sunt ordinis, scilicet ordinare, chrismare, deponere, benedicere, consecrare. Ita glos. not. cap. transmissam. de elect. in glossa magna, & ibi scribentes. Facit text. cap. nostri. eod. tit. & text. c. 1. de translat. præla. Nunquid possit indulgentias dare? Tene illud, quod tenuit do. Abb. c. accedentibus. de excess. præla. in fin. quia est communis opi.

Episcopus an habeat fiscum? Vide Fel. c. irrefragabili. §. cæterum. alias est c. num. 11. col. 1138. de off. or. versi. quarta conclusio. vbi multa cumulauit in materia illa pro opi. negatiua, & pro opi. affirmatiua.

Episcopus de spectantibus episcopo ex lege diœcesana circa monasteria, & alia beneficia, vide multa enumerata per Fel. cap. remissione c. dilectus. de off. or. versi. circa ea, quæ numero 4. col. 1145.

Episcopus potest committere laico causam merè ciuilem clericorum. Felin. cap. fin. de offi. or versi. facit etiam iste text. num. 1. col. 2151. Adde tu, quòd idem tenet do. Abb. c. significasti. de foro comp. vlt. col. versi. vlt. glos. quærit. Sed contra Ab. ibi, & contra Fel. d. c. si. tenuit Ang. l. cui iurisdictio ff. de iur. om. iu. & dicit, pone, quòd episcopus delegauit causam petitionis hæreditatis vni laico nam si contingat opponi, q. ille non sit verè filius, & sic, quòd matrimonum de iure non tenuit, non poterit laicus de matrimonio cognoscere, quamuis vltra non possit in causa procedere, eo quia laicus non est capax iurisdictionis spiritualis, nec principaliter, nec incidenter, cap. tuam. de ord. cog. & cap. lator. qui fil sint leg. Et reputat hoc Angel. esse singulare. Adde tu, quòd ista limitatio non est vera in terminis Angel. quando episcopus delegauit laico, quia laicus cùm fungatur

tur vice delegantis, l. 1. §. fin. ff. de offic. eius, cui man. est iur. videtur habere iurisdictionem ecclesiasticam. non laicalem, vt expresiè inquit do. Abb. d. c. significasti. de for. comp. in fi. Sicut e contra, si laicus committeret causam episcopo, diceretur episcopus in illa causa habere iurisdictionem secularem ex persona delegantis, non autem ecclesiasticam, & ideo non posset in illa causa excommunicare, vt no. Bal. authen. si quis litigantium. C. de episc. aud. vlt. no. Ista ergo limitatio procederet, quando talis delegatio esset facta à laico, quia tunc de causa spirituali, quamuis impediret principalem commissionem non posset cognoscere delegatus, sicut nec delegans, sed in laico delegato episcopi est secus, vt prædixi, quod no.

Episcopus, qui est doctor, præcedit episcopum non doctorem, etiam prius promotum. Ita Fel. rub. de maio. & obe. circa prin. nu. 1. colum. 1159. & c. clerici. de iudi. ver. canonicus. nu. 3. col. 66.

Episcopus an possit statuere contra canones in aliquo casu. Ponit Fel. c. quod super his. de maio. & obe. versi. fallit primò num. 4. col. 1191. & ca. 1. de consti. nu. 46. col. 49.

Episcopus an possit per suum statutum addere aliquid iuri communi? puta augendo pœnam, vel imponendo nouam pœnam? Vide Felin. c. quod super his. de maio. & obed. ver. fallit septimò. num. 9. col. 1164. & vide, quæ posui in litera S. §. statutum episcopi potest addere.

Episcopus impetratus iudex delegatus à subdito suo contra non subditum, potest recusari, vt suspectus, quia præsumitur habere affectionem ad causam subditi. Ita dicit dom. Abb. ca. accedens il 1 vt lit. non contest. 9 colum. versic. nam posset. Sed expressius tenet istud Phi. cap. postremò. de appel. 13. colum. 25. versicul. Adde latissimè Felin. d. c. accedens. el 1. nu. 8. versi. inquantum dicit Abb. col. 283.

Episcopus tenetur edere petenti librum collationum beneficiorum, quia ista dicuntur acta publica, de quo vide Fel. c. 1. de proba. ver. quartò declara. nu. 23. col. 331. parte 2.

Episcopus non potest facere statutum contra ius Canonicum. de quo vide, quæ posui in litera S. §. Statutum faciens validam probationem. tamen consuetudine potest tollere ius canonicum. Ita domin. Abba. ca. fin. de consue. 8. colum. ver. sed pulchrum est videre.

Episcopus est communis sacerdos populi. Feli. de accus. capi. cum P. Manconella. nu. 1. col. 966.

Episcopus potest esse canonicus & episcopus in eadem ecclesia, quod intellige, quando ex statuto, vel consuetudine canonicatus annectitur dignitati episcopali. Et hoc modo intelligas tex. ca. cùm nostris. de conce. præben. & tex. cap. à collatione. de appell. in 6. & tex. cap. cùm in ecclesia. de præben. eo. li. Nam alias omnino beneficia vacant per adeptionem episcopatus. cap cum in cunctis. de elec. Adde Fel. c. 3. de proba. in princ. nume. 1. col. 346. parte 2.

Episcopus canonicus quando est inter canonicos, vt canonicus sedebit tauquam canonicus, videlicet in loco suæ promotionis. Ita glo. no. c. à collatione. de appell. in 6. & ibi Gem. & Fel. c. 3. de prob. in prin. eo. nu. & col. 349.

Episcopus si est scholaris in studio, non debet præcedere rectorem studij. Ita do. Ab. c. auditis. 3. col. de elec. Ludo Rom. l. vero. §. de viro ff. sol. ma. Intellige sanè in actibus scholasticis, secus in actibus non scholasticis, bene præcedit episcopus rectorem. secundũ Dom. de san. Gem. d. c. a collatione. & vide per Fel. c. 3. de proba. in prin. vbi supra col. ead.

Episcopus an possit statuere, q. in sua curia non opponatur exceptio nõ nu. pecu. Fe. c. quod super his. de maio. & obe. nu. 12. co. 1199.

Episcopus succedit in feudo paterno, si natura feudi habet, quòd seruitium vasalli non sit prohibitum episcopo. Cal. ti. de feu. consil. suo 2. Adde Fel. c. in præsentia. de prob. ver. fallit secundò. num. 46. col. 401. par. 2.

Episcopus acquirit episcopatui bona relicta ei, ante quàm esset episcopus, quæ fuerunt relicta sub conditione, quæ conditio fortita est effectum tempore, quo erat episcopus, de quo vide per Feli. ca. in præsentia. de proba. nume. 56. ver. sed contrarium. col. 408. Ad de ad ista dom. Abb. d. c. in præsentia. vlt. col. ver. moritur monachus. vbi videtur sentire contra istud, quod tenuit Fel. d. c. in præsentia. vbi supra. col. ead.

Episcopus non potest compelli dicere testimonium, sed sponte bene potest deponere. Ita do. Ab. c. cum nuncius. de testi. vl. col. ver. de episcopis verò. Tamẽ ibi subdit do. Ab. quòd in defectum aliarũ probationum poterit etiam episcopus compelli ad ferendum testimonium per suum superiorem. Adde Fel. c. cum nũcius. versi. autem episcopi. nu. 4. col. 558. par. 2. vbi sequitur opi. do. Abb. ad dendo tamen, q. sit seruata solennitas. l. nec honore. C. de epi. & cle. canoniz ate. 11. q. 1. c. nec honore.

Episcopus quando dicatur negligens in defendendo iura ecclesiæ. Ponit Fel. multum latè c. cum olim. de testi. versi. limita nu. 3. colum. 697. parte 2.

Episcopus an possit constituere dignitatem extinctam, vel nouam in ecclesia cathedrali, sine licentia canonicorũ. Fel. c. cũ accessissent. de const. vtr. tertia conclusio. nu. 14. col. 162.

Episcopus, qui succedit executori testamenti, qui fuit negligens in distribuendo bona testatoris, tenetur seruare formam traditam ab ipso testatore, sicut tenebatur ipse executor Felin. capit. cum accessissent. de condi. versicul. & pro istis optimè. nu. 17. col. 163.

Episcopus, qui potest conferre beneficia regularia, iure deuoluto debet illa conferre eisdem personis, quibus prælati regulares tenebantur conferre. Fel. c. cum accessissent. de consti. versi. bene facit quæstio nu. 18. col. 164.

Episcopus potest tollere ius patronatus in totum, etiam inuito patrono. Vide, quæ posui in litera I. §. ius patronatus potest tolli. & §. iuspat. 2.

Episcopus an possit inducere nouam vitam canonicis præsentibus, aut futuris? & quid de religiosis? vide, qua posui in litera R. §. religiosi an possint.

Episcopus non potest dispensare contra constitutionem concilij. Felin. de spon. & ma. c. 1. nu. 5. col. 648. & inde.

Episcopus an possit applicare mensa capituli bona præbẽdæ suppressæ. Felin. ponit ca cum accessissent. de consti. ver. secundo limita. nu. 22. col. 166. Adde, quæ posui in litera C. §. capitulum an possit authoritate.

Episcopus potest ad tempus applicare fructus beneficiorum vacantium mensæ suæ, & hoc cum consensu capituli. Ponit Felin. capi. cum accessissent. de const. nu. 23 ver. & ista facerent. col. 166.

Episcopus an possit ordinare forensem, qui habitauit in ciuitate, vel diœcesi sua per decem annos. Vide Fel. c. quod clericus. de foro cõ in prin. col. 178. & inde.

Episcopus potest facere statutum, per quod potest punire clericum non residentem, & tale statutum operabitur etiam in illo, qui consummabit absentiam extra diœcesim episcopi statuentis. Ita Felin. capit. postulasti. de foro compet. versicu. quarta declaratio. numer. 10. colum. 201. Et hoc not. ad limitationem capitu. 2. de consti. in 6.

Episcopus domicilij potest dispensare bona alibi sita, quæ veniunt distribuenda inter pauperes Christi ex dispositione testatoris. Ita Felin. cap. postulasti. de foro comp. ver. vltimo seruit. nu. 12. col. 203.

Episcopus an possit delegare causam spiritualem laico clerico. Vide Fel. c. significasti. de fo. com. versi. quod autem de laicis. nu. 1. co. 209. Adde tu, an episcopus possit clericum subditum submittere iurisdictioni ordinariæ alicuius, etiam iudicis ecclesiastici, inuito clerico subdito? Vide per do. Ab. ca. significasti. de foro comp. versi. vltima glo. vlt. col.

Episcopus potest delegare causas ciuiles clericorum laico. Ita Fel. c. 2. de iudi. in prin nu. 1. col. 17.

Episcopus an possit delegare causam spiritualem clerico & laico simul? Vide per Fel. ca. de iud. ver. vtrum causa spiritualis. num. 8. col. 19.

Episcopus non dispensat super adulterio, nisi sibi a iure permissum reperiatur. Ita Felin. cap. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. in prin. nume. 1. col. 36. Sed dom. Abb. ca. qualiter & quando 2. 7. col. tenet, quòd cum clerico conuicto per inquisitionem potest dispensari.

Episcopus non dispensat cum clerico super adulterio, vel etiam in minoribus criminibus, vbi in iure dictum est, perpetuò sit beneficijs priuatus. Ita Fel. ca. at si clerici. de adulteriis. ver. fallit primo. nu. 4. col. 37.

Episcopus potest dispensare contra constitutionem concilij, quando in ipsa constitutione facta est mentio, quòd dispensari potest, quia refertur etiam ad episcopum talis dispensatio. Vide per Fel. ca. at si clerici. de iudi. §. de adulteriis. versi. fallit secundo. nu. 1. col. 36. Adde do. Ab. c. at si clerici. d. §. de adulteriis. 3. col. versi. vt. de causa breuitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Episcopus an possit committere causam appellatione remota? Fel.c. significauerunt. de excep. nu. 13. col. 113.

Episcopus dispensare potest super adulterio, & in alijs criminibus occurrente magna causa. Ita Fel.c. atsi clerici. de iud. §. de adulteryjs. ver. tertio fal. nu. 3. col. 37.

Episcopus potest dispensare contra constitutionem concilij ex magna causa. Ita Fel.c. atsi clerici. de indic. § de adulteryjs. ver. alleg. colum. ea. Adde tu, quòd hoc potest procedere, quando oritur aliqua causa vrgens de nouo & incogitata verisimiliter per concilium tempore editæ constitutionis. argu. l. si hominem. ff. man. vbi generalis procurator inhibet speciali procuratori, ne exequatur mandatum domini, & hoc ex causa de nouo superuenienti, vt ibi. Adde, quòd per illam l. Bald. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. dixit, quòd ex causa magna potest episcopus statuere contra canonem. Quod etiam tenuit Arch. 66. dist. in sum. Adde, quòd ex istis potest decidi q. nunquid episcopus possit dispensare circa defectum ætatis, eum promouendo ad ordines. & dico, quòd sic, vt bene probatur clem. si. de ætat. & qual. & quod ibi no.

Episcopus non dispensat contra constitutionem concilij, vbi nulla est facta mentio de dispensatione. Ita Fel.c. at si clerici. §. de adulteryjs. de iud. & hoc regulariter, versi. quintò limita. nu. 5. col. 37.

Episcopus potest dispensare contra constitutionem suam. Ita Felin. c. atsi clerici. de iud. §. de adulteryjs. ver. in quibus autem episcopus possit dispensare. eo. nu. & col. præalle.

Episcopus potest dispensare cum incestuoso. Ita Fel.c. at si clerici. de iud. §. de adulteryjs. versic. episcopus potest. nu. 7. col. 38. Adde & vide tex. c. 1. & 2. de eo, qui cognouit consang. vxo. suæ, & ibi do. Ab. & alios.

Episcopus dispensat cum adultero. Ita Fel.c. atsi clerici. de iud. § de adulteryjs. ver. & col. 38. allegatis.

Episcopus an dispensat cum adultero & incestuoso simul. Vide per Fel.c. atsi clerici. de iud. §. de adulteryjs. col. ea.

Episcopus an possit dispensare sine causa. Ponit Fel. ca. atsi clerici. de iud. §. de adulteryjs. nu. 10. ver. vtrum episcopus. col. 40.

Episcopus dispensat cum clerico homicida, vt retineat beneficium quod habet. Ita Fel.c. atsi clerici. de iud. §. de adulteryjs. versicu. alleg. col. ea.

Episcopus dispensat cum clerico non ordinato ministrante, vt retineat beneficium, quod habet. Fel.c. at si clerici. de iud. §. de adulteryjs. ver. alle. & col. ea.

Episcopus an possit depositum restituere. Vide per Fel. ca. at si clerici. §. de adulteryjs. ver. tertiò limita. nisi capitulum. nu. 2. colũ. vt supra.

Episcopus, qui dispensat in casibus sibi à iure concessis. an solus potest facere sine consensu capituli. Ponit Felin. cap. atsi clerici. de iud. §. de adulteryjs. versic. an autem episcopus in casibus. nu. 13. col. 42.

Episcopus, & sic inferior a Papa, an possit dispensare cum simoniaco. & dic, aut simonia fuit commissa in ordine, aut in beneficio, dom. Ab. c de simoniace. de simo. 1. colum. ver. circa hanc. dicit, quòd quando commisit simoniam in ordine, si illa fuit commissa eo sciente & consentiente tacitè, vel expressè, & tũc dic, secundũ omnes quòd solus Papa dispensat, & dic etiam, quod Papa non solet dispensare, & sic non solum est suspensus ab ordine sic simoniacè suscepto, sed etiam ab omnibus ordinibus. bene receptis, glo. §. verum. 32. distin. vbi Arch. & Domin. de San. Gemin. Si autem ipso ignorante fuit commissa simonia, tunc episcopus dispensat. Et hoc etiam verum est. si manifestum esset, quòd alius pro eo commisisset simonia. Ita dom. Ab. loco præalle. Vide Fel.d. c. de simoniacè. ver. in gl si. nu. 2. col. 887. Secundo casu, quando simonia est in beneficio, aut beneficium est curatum, seu dignitas aut simplex. Primo casu aut fuit sciens, aut ignorans. si sciens & sponte renunciat beneficio, & tunc potest dispensari cum illo ad aliam ecclesiam, sed, vt habeat illam, vbi commissa fuit simonia dispensari non potest, do. Ab. d.c. de simoniacè. 2. col. ver. sed, q. Secundò casu, si ignorauerit, et tunc si sponte renunciat beneficio, potest secũ dispensari ex magna misericordia. Ita do. Ab. d.c. de simoniacè. 2. col. ver. si verò. Adde Fel. d.c. de simoniace. ver. secũda cõclusio. n. 3. co. 888 vbi dicit, q. si commissa est simonia in beneficio curato, vel dignitate, non dispensatur etiã cũ clerico ignorante. qui commisit simoniam pro ea vice, si autem beneficiũ est simplex, & eo ignorante fuit commissa simonia, & sponte renunciat episcopus dispensat secũ. Fel. d.c. de simoniacè. vers. alia verò. nu. 4. col. vt supra. Si autem acquisiuit per simoniam beneficium simplex, non dispensatur secum, vt habeat beneficium pro ea vice. Fel. d.c. de simoniacè. ver. quarta conclusio. nu. 5. vbi supra. Adde ad ista omnia, quòd extra extrauag. Martini V. quæ incipit, multa per quam Martinus V. reseruat sibi absolutionem simoniacorum etiam occultorum, de quo vide Felin. d. cap. de simoniacè. ver. vltima conclusio. nu. 6. colũ. ea. cum seq.

Episcopus potest pecuniariter punire, si delinquens non potest excõmunicari. Fel. de Iude. c. postulasti. nume. 3. colum. 974.

Episcopus, aut alius prælatus quando possit compellere clericũ subditum ostendere titulum sui beneficij? do. Ab. c. licet. de sim. 6. co. ver. extra gl. & ibi omnes alij. Vide Io. An. reg. 1. de reg. iu. in 6. vbi Pe. de Anch. Fel. d.c. licet. de simonia. ver. extra gl. num. 7. col. 905. Adde, & fac conclusiones ex mente istorum scribentiũ in istis locis. Et prima conclusio est ista, vbi episcopus, vel alius p̃latus approbasset titulum alicuius, non potest amplius eum vexare. dom. Abb. d. cap. licet. 6. col. ver. sed aduerte. Fel. ibi d. versi. Vbi superior. nu. 8. col. 906. tamen intellige hoc sano modo dum modò ius commune non resistat. Item nisi episcopus vellet probare istum clericum non licitè institutũ. Itẽ, nisi episcopus istum clericum approbasset non expresse, quia in istis casibus etiam, quòd episcopus approbasset titulum, posset recedere ab ista approbatione. Fel. d. ver. Secunda conclusio. Vbi episcopus constituit se aduersarium, clericus non tenetur ostendere titulum sui beneficij. Fel. d.c. licet. ver. secunda conclusio. nu. 9. col. vt supra. Tertia conclusio. Si possessio est antiqua, præsumitur pro titulo, ideo non cogitur ostendere titulum, do. Abb. d.c. licet. 7. col. versi. & ideo. Bal l. eogi. C. de rei ven. versi. quartò opponitur. l. siue possidetis. C. de proba. & l. in ciuile. C. de fur. Fel. d.c. licet. versi. tertia conclusio. nu. 10. col. præalle. Et dicitur longum tempus triennium in isto casu. Et si quis stetit in possessione per triennium, non cogitur ostendere titulum sui beneficij, quòd an sit verum, vide Fel. d.c. licet. nu. 11. ver. dicitur aut. col. ea. Tamen limita istam tertiam conclusionem, quòd si episcopus est de nouo creatus, quia poterit cogere clericum subditum antiquum possessorem ostendere titulũ sui beneficij, do. Ab. vbi supra. Fel. d.c. licet. d. ver. dicitur autem. nu. 11. col. supra. alle. Item limita dictam tertiam conclusionem, quòd oportet q. cũ antiqua possessione concurrant alia adminicula, si non vult ostendere clericus titulum sui beneficij. Fel. d.c. licet. ver. secundò limita. nu. 13. col. 907. Item limita dictã tertiam conclusionem, quòd si episcopus vellet assumere onus probandi titulum nullum, etiam contra antiquam possessionem do. Ab. vbi supra. Fel. d.c. licet. nu. 14. ver. tertiò limita. col. ea. Item limita dictam tertiam conclusionem, quòd etiam si esset antiqua possessio, & contra eam esset ius commune, quia tunc episcopus posset cogere clericum ostendere titulum, do. Ab. vbi supra. et Fe. d.c. licet. nu. 14. ver. quartò limita. col. vt supra. Adde, an tertius possit contra clericum beneficiatum ostendere titulum sui beneficij. Vide Fel. d.c. licet. ver. quarta conciusio. nu. 16. ibid.

Episcopus non potest facere statutum, vt liceat iudici pronunciare sine cognitione causæ. Fel.c. ecclesia S. Maria. de const. versic. secundò no. quòd episcopus. nu. 26. col. 228. Adde, quòd hoc, verũ est, & hoc, quia episcopus non potest statuere contra canones, ca. super his. de ma. & obe. & Fel. ca. 1. de rescr. vers. quarto declara. nu. 3. col. 327.

Episcopus potest vendere concubinas clericorum. Fel. capi. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. versicul. sed aduerte quia. numero 102. col. 266.

Episcopus habet plura remedia contra laicos statuentes contra libertatem ecclesiasticam. vel contra clericos, quæ vide ad plenũ per Fel.c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versicu. decimonono. num. 107. col. 269.

Episcopus non potest statuere contra canones, & sic contra ius positiuum. Fel.c. 1. de rescr. ver. quarto declara. nu. 2. colã. 327. Adde tu Bal. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. 6. col. qui dicit hoc esse verum, sed fallit istud, quando episcopus ex causa euidenti & necessaria statueret contra ius commune, quia tunc posset, per l. hominem ff. mand. Adde, quod idem tenet c. 18. colũ. vt lite non contes. Istam limitationem Bal. provalde no. exclamat do. Ab. c. dilecti. vlt. col. de appella. & c. si. 2. col. de consue. & c. at si clerici. §. de adulteryjs 5. col. de iudic.

Episcopus qui habet priuilegium testandi. intelligitur, vt possit testari de

ri de bonis ab ecclesia, quæritis, non de patrimonialibus. Fel.c. 1. de rescri. ver. priuilegium continens. nu. 4. colũ. 330. quia aliàs priuilegium esset frustratorium.

Episcopus qualiter potest statuere contra ius canonicum. Fel.c. quod super his. de maio. & obe. nu. 2. col. 1190.

Episcopus allegans ignorantiam vacationis beneficij, non auditur. Fel. de exce. c. à nobis. nu. 2. col. 16.

Episcopus indoctus, si est indignè promotus, meretur decapitari. Ita gl. sing. l. qui cum vno. in prin. ff. de re mili. Feli. c. si quãdo. de rescri. nu. 6. ver. considera tertiò. col. 398. Adde nunquid papa possit dispensare cum illiterato, vt sit episcopus? Vide, quæ posui in titeba P. § Papa an possit dispensare cum illiterato? Adde, quod episcopus debet scire canones. Are. 61. dist. ca. statuimus. & ibi dicit, quòd si aliqui aliter fuerunt electi per miraculum, quòd non est trahendum in exemplum.

Episcopus electus confirmatus non consecratus, non dicitur episcopus. Ita Felin. cap. eam te. de rescri. in prin. versi. & de episcopo. nu. 1. 2. & 3. col. 426. & col. seq. & vide, quæ posui §. episcopus electus.

Episcopus tolleratus ab ecclesia non potest repelli, prætextu criminis, siue obijciatur simonia, siue homicidium, siue aliquod crimen. Ita Fel. cap. scisciitatus. de rescri. nu. 1. ver. crimen. colum. 483. sed expectatur sententia, & hoc habet locum etiam in prælato notoriè criminoso & incorrigibili. Ita Felin. dicto capitul. scisciitatus. versi. & habet locum opinio. nume. 3. column. 485.

Episcopus electus si est homicida, vel bigamus, vel habet aliquod impedimentum, quod impedit exercitium officij, vel dignitatis, quantumcunque sit occultum, debet talis electus ipsum delictum pandere. Ita Fel. ca. scisciitatus. de rescri. ver. sic. limita sextò. nu. 8. col. 488.

Episcopus an possit absoluere à iuramento? Ponit Fel. multos casus. c. constitutus. de rescri. ver. generaliter autem. nu. 18. colũ. 568. Adde do. Ab. c. quanto. de iureiu. 3. col. vbi etiam quærit, quid in voto.

Episcopus potest creare vnum canonicum de nouo, vbi est consuetudo. Felin. cap. constitutus. de rescrip. ver. scias etiam. num. 23. col. 571.

Episcopus, qui cognoscit super iuramento interposito super contractu simulato, debet postea cognoscere super ipsa simulatione. Ita Felin. cap. super literis. de rescript. ver. amplia secundò. numer. 19. col. 585.

Episcopus si non seruat canones, subditi possunt ei resistere. Adde, quod idem est, si episcopus ignorat canones & leges, quia subditi possunt resistere. Item, si episcopus non seruat canones, licitè subditi possunt leuare obedientiam. Ita Fel.c. si quando. de rescrip. in prin. col. 397. & inde.

Episcopus habet administrationem bonorum communium, quæ sũt communia inter ipsum & capitulum, etiam contradicente capitulo, nisi sint ardua. Fel.c. edoceri. de rescrip. & ver. et ex dictis Abb. hic. nu. 2 in fi. col. 600.

Episcopus an possit dispensare contra concilium? Ponit Fel. c. nonnulli. de rescri. ver. & no. quòd omnis constitutio. ibi, ratio huius dicti nu. 2. col. 690.

Episcopus an in causis criminalibus tenetur requirere consensum capituli. Fel. de off. ord. c. irrefragabili nu. 3. col. 1134.

Episcopus an possit pro quolibet delicto imponere pœnam. Fel.c. irrefragabili. de off. ord. nu. 6. col. 1136.

Episcopus potest unire beneficium seculare monasterio monachorũ, & statuere, quòd per monachos regatur, & tale statutum operatur dispensationem. Felin. c. in nostra. de rescri. ver. tertiò no. nu. 42. col. 846.

Episcopus in ventilatione causarum criminalium an debeat requirere consensum sui capituli. Fel. ponit c. irrefragabili. de off. ord. in prin. nu. 3. col. 1134.

Episcopus quando confert beneficia, an debeat requirere consensum capituli? Ponit Fel. c. irrefragabili. de offi. ord. in prin. vbi supra prox. ver. vbi ponit diuersos casus, in quibus debet requirere consensum capituli, & aliquos in quibus non tenetur, col. præalleg. & seq.

Episcopus an possit commutare pœnam iuris in pecuniariam. Vide, quæ posui in litera P. § pœnam. & aliquot §§. sequentibus. vbi habebis multa circa istam materiam.

Episcopus an possit committere causas appellatione remotas. Ponit Fel. c. quod super his. de maio. & obe. versi. dixit etiam. num. 11. col. 1196.

Episcopus potest facere statuta contra leges ciuiles. Felin. capitu. quod super his. de maio. & obe. versi. ponit etiam. nu. 12. colum. 1196.

Exceptio, an iudex possit reseruare cognitionem super exceptione ad finem causæ? dic tu, quòd iudex potest dictam reseruationem facere, etiam exceptione, quæ posset impedire processum, quia processus valeret, si non appellaretur. Tex. est capitu. cum ad dissoluendum. de despon. impu. Felin. cap. cum contingat. de offic. deleg. in versicu. an autem iudex. num. 18. col. 1086. Adde tamen, quòd pars potest appellare ab hoc, & habet iustam causam appellandi, si iudex reseruat cognitionem exceptionis ad finem causæ. Host. & alij, vbi etiam Fel. d. cap. cum contingat. versicu secunda conclusio nu. 18. co. ea. Fallit hoc, quando iudex mouerat se ex præsumpta malitia partis. Host. in prælleg. ca. vbi etiam Felin. ad plenum, col. prælleg. Fallit etiam, quando esset dubium, an exceptio sit admittenda, vel non, & cognitio exigit longam indaginem. Docto. d. cap. cum contingat, vbi etiam Felin. loco prælleg. glo. 3. cap. Cumana. de elect. & tex. l. 3. §. Ibidem. ff. ad exhib. Barto. l. si pupilli §. videamus. ff. de negot. gest. l. pe. C. depos. & l. fin. C. de compensa. Sed pulchrum est videre, quæ sit altior indagatio? dic, quòd illa dicitur requirere altiorem indaginem, in qua occuparetur tantum tempus, quantum requireret negocium principale. Vel dicas, quod est arbitrium. Innocen. capitulo cum in iure. de offic. deleg. Felin. idem tenet dicto capitu. cum contingat. loco prælleg. colum. ea. Et adde ad ista, quæ posui supra. §. exceptiones dilatoriæ præiudiciales.

Exce-

Exceptionis obiectum an inducat cõtestationem litis, do. Abba. c. vnico. de lit. contest. 7. col. ver. nunc descendendo. dicit, quòd gl. l. 1. C. de lit. conte. dicit, quòd si exceptio dilatoria proponitur, q nõ fit litis contestatio, si proponitur peremptoria, puta pacti, vel iurisiurandi, quòd fit contest lit. Et dicit quòd Cy. & alij idem tenent ibi. Postea dicit, contra hoc est tex. c. 2. de litis contest. in 6. & concludit, quòd si reus respondet libello, & submittit exceptionem, quòd bene contestatur lis. Adde Fel. dicto c. vnico. versic. ad primam quæstionem. num. 6. col. 261. & ibi tenet opi. do. Abb. cum quadam limitatione.

Exceptionem dilatoriam proponens in iudicio, videtur in iudicem consentire, adeo quòd alius non poterit opponere exceptionem recusationis contra personam iudicis. Ita domin. Abba. cap. inter monasterium. de re iudic. 3. colum. versicu. quæro, hic dicitur. Idem tenuit ibi Imo. Bald. domin. Car. & Barto. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. iud. colum. versic. si verò. vbi dicit, quòd duobus modis quis consentit in iudicem, vel contestando litem, vel proponendo exceptiones dilatorias. Et idem tenet Bal. ibi. Vide Felin. d. cap inter monasterium. versic. proponens in iudicio nume. 4. colum. 530. qui post multa dicit, quod communis opinest, quam tenuit dom. Abb. & alij. Adde, quòd contrariam opi. tenuit Fulg. d. l. si conuenerit. vbi dicit, quòd terminus opponendi declinatorias, est præfixus vsque ad lit. contest. Et dicit etiã ibi, quòd qui opponit dilatorias in personam actoris, opponit ad istum finem & effectum, vt talis iudex procedere non possit, & sic inducta ad istum effectum, non debent operari contrarium, videlicet quòd intelligatur consensisse in iudicem. Istam opin. Fulgo. tenet Imo. l. quidam consulebat. ff. de re iud. 19. col. Adde, quòd prima opi. est verior, & communis, à qua non discedas, nec consulendo, quam communem opi. limitabis & declarabis, vt hic inferius. Et primò dic, quod ista communis opin. non habet locum, quando proponuntur simul dilatoriæ exceptiones & recusatio iudicis. Ita Bald. d. capitu. inter monasterium. Vide Feli. laie de hoc ibi. versicu prima declaratio. nume. 5. colum. 532. Item communis opi. non habet locũ, quando pars fecit exceptiones declinatorias, quæ habent continere iurisdictionem iudicis, quia poterit post illas exceptiones delinatorias pars etiam recusare iudicem, domin. Abb. d. c. inter monasterium. 6. col. versicu. & satis mihi. & ibi Ioan. Ant. de But. vbi Felin. versi. secunda declaratio. nume. 6. col. 533. Item non habet locũ communis opi. quando reus est prouocatus disputare super exceptionibus dilatorijs ab aduersario, quia post talem disputationẽ poterit opponere exceptiones recusationis contra personam iudicis, domin. Abba. d. c. inter. 4. col. versicu. sexta fuit, & ibi Fel. versicu. tertia declaratio. nu. 7. colum. ead. Item communis opi. non habet locum, quando reus excipit cum protestatione, quod non intendit in iudicem consentire, nisi quatenus ius postulat, quia poterit recusare iudicem. Bald. l. fin. C. de iud. Felin. d. c. inter. versicu. quarta declaratio. nume. 8. col. ea. Item communis opi. non habet locum, quando reus dat fideiussorem de iudicio sisti, quia propter hoc non dicitur consentire in iudicem, imò poterit excipere contra iudicem. Barto. d. l. si cõuenerit. Bal. authen. offeratur. C. de lit. contest. Felin. d. cap. inter. ver. quinta declaratio. nume. 9. colum. ea. Item cõmunis opin. non habet locum circa declinatorias iudicij, etiam si pars tacendo perdat declinatorias iudicis, adeo quòd non potest opponere contra personam ipsius iudicis, tamen poterit opponere declinatorias iudicij. Fel. d. c. inter. versicu. sexta declaratio. nume. 10. colum. 534. Item communis opi. habet locum, quando pars vult facere exceptiones, quæ concernunt defectum naturalem iudicis, quia forte iudex est mutus, furiosus, vel infans, nam tales exceptiones possũt opponi, etiam post litis contestationem. Arch. vbi etiam Dom. de S. Ge. 3. q. 7. in summa. Barto. d. l. quidam consulebant. Feli. d. c. inter. in ver. octaua declaratio. nume. 11. colum. ead. Item communis opin. non habet locum ex eo solo, quòd reus constituit procuratorem ad disputandum coram iudice super exceptionibus, quia poterit ipsum iudicem recusare. Ant. de But. cap. 1. de iud. 15. colum. versicu. no primò. Vide Felin. d. c. inter. versicu. nona declaratio. col. ea. num. eo. Item communis opin. non habet locum, quando reus petit copiam libelli, quia propter hoc non consentit in iudicem. Felin. d. c. inter. ver. vndecima & vltima. nume. 13. col. ea. Item communis opinio non habet locum in causis criminalibus. Bald. l. licèt. C. de proc. 2. col. & sequitur domin. Alex. d. l. quidam consulebant.

Exceptionem dilatoriam iudex potest ipse opponere post terminũ ex officio suo, si pars non opposuit. Ita domin. Abb. capitu. pastoralis. de excc. 11. colum. versicu. vltimò quæritur. Vide glo. c. alieni. 2. q. 7. verbo non possumus. Felin. d. c. pastoralis. versicu. dum dicit Abb. num. 25. col. 30.

Exceptionem litis pendentiæ an reus contumax possit opponere? Vide, quæ posui in litera L. §. litis pendentiæ.

Exceptiones dilatoriæ præiudiciales reseruatæ si sint ad meritum causæ, si iudex procedit super principalis causa, processus valet. Ita Felin. c. exhibita. de iudi. versicu. postea & tertiò. nume. 7. col. 131. Addo tu, quòd hoc verum est, nam exceptiones, quæ solent impedire litis ingressum, si indigent altiori indagine, non impediunt processum, sed proceditur ad contestationem litis reseruatis exceptionibus ad merita causæ. Ita Barto. l. nam & postea. ff. de iureiur. Adde, quòd iudex non debet facere, nisi exceptiones requirant altiorem indaginem. Quando autem dicantur requirere altiorem indaginem, vide per Barto. l. is, a quo. ff. vt in possess. leg. in prin.

Exceptiones peremptoriæ, an in eis potest iudex præfigere terminũ? puta ad omnes exceptiones peremptorias proponendas, sicut potest in exceptionibus dilatorijs, vt est text. c. pastoralis. de excc. Et per ista dubitatur, an ille tex. habeat locum in exceptionibus peremptorijs. domin. Abba. c. pastoralis. tangit q. istam, 2. colum. versicu. quæro ergo. & finaliter concludit, q causa cognita poterit iudex præfigere terminum ad omnes peremptorias proponendas, sicut fit in dilatorijs, quia vltra pars non auditur. Idem tenet Barto. l. 2. ff. de re iudic. 2. colum. versicu. ego teneo. Idem tenent Anto. de But. & Imo. d. cap. pastoralis. Ange. l. peremptorias. C. de sen. rescin. non pos. Arch. cap. 1. 13. q. 2. Adde Felin. d. capitu. pastoralis. versicu. In quantum concludunt hic. nume. 5. colum. 21. Adde, quòd per ista est reprobata opi. glo. d. c. pastoralis. in glo. 1. quæ voluit, quòd ille tex. non haberet locum in exceptionibus peremptorijs.

Exceptiones mixtæ, de quibus. c. 1. de lit. contest. in 6. & per Barto. l. cum quærebatur. ff. iudi. fol. an possunt opponi post terminum præfixum ad dilatorias proponendas domin. Abb. ponit c. pastoralis. de excc 4. col. versicu. sed circa prædicta, & concludit, quòd possunt proponi, quia terminus præfixus ad dilatorias non excludit exceptiones mixtas. Et idem tenet Bald. l ab executione. C. quo. appel. non recip. Adde Felin. d. cap. pastoralis. versicu. & dum dicit. nume. 7. col. 22.

Exceptiones plures & contrariæ possunt simul proponi. glo. cap pastoralis. de excc. verb. audiantur. tenet, quòd non, domin. Abb. ibi 7. colum. dicit, quòd possunt proponi contrariæ exceptiones, saltem sub conditione, & sic excipiens poterit proponere vnam purè & de aliis protestari. Adde Felin. d. cap. pastoralis. versicu. circa dicta Abb. nu. 15. col. 25.

Exceptiones si sunt propositæ per partem coram iudice, qui eas non admisit, sed processit ad sententiam diffinitiuam, an valeat talis sententia? Ponit Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. versicu. nec obstat, quod notat Inno num. 23. colum 227. in medio. Adde tu, quòd si pars proponit coram iudice exceptiones suas, & iudex non admittit eas, sed procedit ad sententiam diffinitiuam, talis sententia valet, si pars non appellat a non admissione exceptionum. Ita Barto l. a procedente. C. de dila. dom. Abb. ex parte. el 2. de appel. 1. col. an ista habeant locum in interlocutoria. Vide Fel. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. nu. 28. colum. 228.

Exceptiones si sint admissæ contra sententiã quæ transiuit in rem iudicatam, iudex tenetur pronunciare super ipsis exceptionib. pone. q. iudex admisit exceptiones contra executionem sentẽtiæ, quæ transit in rem iudicatã, licèt non debuisset admittere, ex quo sententia transierat in rem iudicatam, vt c. cum inter monasterium. de re iudi. tamen ex quo de facto fuerunt admissæ, debet iudex pronunciare super iniustitia, de qua cognouit, hoc voluit singulariter glo. c. cum contingat. de offic. deleg. verbo, nihilominus Inno. c. cum dilecta. de rescrip. & c. cum Bertholdus. de re iudic. domin. Abb. d. c. cum contingat. 3. colum. versicu. glossi. in verbo, nihilominus. Anton. de Butr. & domin. Abba. & Imol. c. quontam contra. de proba. Felin. d. cap. cum contingat. versicu. gloss. in verbo, nihilominus. nume. 7. colum. 1084. Et ex istis notabis, quòd sententia retractatur prætextu iniustitiæ, licèt transierit in rem iudicatam. Tamen videtur, quòd Bart. teneat contrarium, l. a diuo Pio. ff. de re iud. 2. col. versic. veritas

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ista. Adde tu, & dic, quòd opi. Bar. procedit, quando iudex admisit exceptiones cum protestatione, vt puta si de iure deberent admitti, & non aliter, quia tunc iudex non arctatur super eis pronunciare, & ideo poterit supersedere circa executionem, & aliter non pronunciare, vt ibi per Bar. Et sentit dom. Abba. d.c.cum cõtingat. loco prædallegato. Sed si de facto admittit exceptiones super eis, & indistincte, pronunciare debet. sed si dicere tur, non valet sententia contra sententiam d.c.cum inter monasterium. respondeo, illud verum est, nisi appareat de notoria iniustitia. Inn.c. fraternitatis. de frigi. & maleft. Felin. c. cum contingat prædallegato loco. col. 1084. versi. sed si diceretur. Item sententia facit notorium, c.fi. de cohab. cler. & mulie. Item sententia contra notorium non valet, l. ciues. C. de appel. Ergo non potest ferri sententia contra primam. Respondeo, verũ est, quòd sententia facit notorium præsumptione, sed nos loquimur in notorio veræ probationis. Fel. d.c. cum contingat. prædal. loco. col. ea. Item partes renunciare non possunt sententiæ, quæ transiuit in rẽ iudicatam, l. si aduersa. C. de re iud. Respondeo, hoc verum est transigendo. sed per pactum bene possunt, l. iurisgentium. §. si paciscar ff. de pac. & ibi Bal. & Felin. d.c. cum contingat. prædalle. loco. colum. prædl.

Exceptiones. In exceptionibus probandis an dentur tot dilationes, sicut sit in principali. Io. An. addi. Spe. tit. de teste. §. qualiter. ver. sed cum super. tenet, quòd non. Et idem tenet Ant. de Bu. et Imo. c. vltra tertiam. de testi. contrarium tenuit d. Abb. d. c. vltra tertiam. vlt. col. ver. vlt. hic. Adde Fel. d. c. vltra tertiam. versi. nota septimò. nume. 7. col. 754.

Exceptiones contra testes oppositas tempore, quo producũtur, an iudex debet omnino statim admittere, aliàs intelligatur partẽ gravare. Vide dom. Abb. c. ex parte. de testib. 5. col. versi. venio ad glo. verbo, infames vbi multa dicit. Adde Feli. d. c. ex parte. ver. est videndum, nunquid. si opponitur. nume. 12. par. 2. col. 528. Et ibi dicit, quòd opi. Ioan. And. d. c. ex parte. est verior, & communis, videlicet quòd iudex exceptiones contra testes oppositas debet omnino admittere statim, alias grauat partem. Adde tamen, quòd in arbitrio iudicis est admittere statim, vel reseruare probationes exceptionum oppositarum contra testes, nisi in certis casibus, de quibus authen. si dicatur. C. de testi. Et istud etiam tenuit Felin. d. c. ex parte. versi. Alleg. Adde, quòd fallit hoc in duobus casibus, primo, nisi excipiens dicat defectũ testis esse publicũ, quia non debet fieri reseruatio. Ita Inno. & Io. Andr. d. c. ex parte. & ibi Felin. ver. prædicto. Item fallit, quando excipiens offerret se probaturum exceptiones oppositas incontinenti, quia iudex debet statim dictas exceptiones recipere. Tex. est §. si verò quis dicat. auth. de testi. Vide de hoc per Felin. d. cap. ex parte. nume. 9. ver. fallit secundo. col. 528.

¶ Excipiens an dicatur actor. Felin. de exce. in rub. num. 6. col. 7.

Excipiens an videtur fateri omnia contenta in ipsa exceptione? Ponit Felin. c. examinata. de iud. ver. in quantum dicitur hic. nume. 2. col. 112.

Excipiens an videatur fateri intentionem aduersarij, dom. Abb. ponit c. cum venerabilis. de exce. 7. col. versi. oppono. & videtur & finaliter concludit, q excipiens non videtur fateri intentionem aduersarij, & si actor non probat intentionem suam, reus venit absoluendus. Et ista est communis opi. Adde tu, quòd ista est materia difficilis & multum prolixa, quæ est tacta per Lu. Roma. l. cum mulier. ff. sol. mat. 5. & 6. col. prædlle. l. alia. C. de his, qui. ut indig. Alex. de Imo. l. decem ff. de ver. obl. 7. col. Fel. d. c. cum venerabilis. versicu. an & quando reus excipiens. nume. 12. col. 52. vbi etiam ipse affirmat, quòd excipiens non videtur fateri intentionem aduersarij, neque declarat dubiam eius probationem. Adde, quòd ista communis opin. fallit in aliquibus casibus, & primò vbi exceptio non probatur, quia habetur pro confessione. Bal. c. de testib. de testi. & l. 2. C. quando fis. vel priua. 3. col. Sal. l. etiam. C. de excu. rei iud. Fel. d. c. cum venerabilis. versicu. excipiuntur in effectu. nume. 13. col. ead. Item fallit, quãdo exceptio de necessitate fundat intentionem actoris. Bal. l. i. C. de confes. 5. colum. & ibi Bald ponit exemplum. Ad de, quòd contrarium tenuit Imo. do. Alex. & Ang. l. decem. ff. de verb. oblig. Felin. d. c. cum venerabilis. ver. secundus casus. nume. 14. col. 53. Item fallit, quando contra excipientem est præsumptio, de quo vide late per Felin. d. c. cum venerabilis. ver. tertius casus. nume. 15. col. ea. Item fallit, quando actor fundat se in verbis explicitis ipsius rei excipientis. Alex. d. l. decem. Felin. d. c. cum venerabilis. versic. quartus casus. num. 16. col. ead. Iẽ fallit, quando excipiens opponit de excep. compensationis, quia videtur fateri debitum. Bald. l. cùm Papinianus. C. de senten. in fi. Felin. d. cap. cum venerabilis. de excep. versicu. quintus ca casus. nume. 17. colum. ead. Adde etiam, quòd istud, quòd dixi in excipiente, quòd non probat intentionem aduersarij, habet locum etiam in replicante, domin. Abba. d. c. cum venerabilis. versicu. item aduerte. & Felin. ibi, versic. an & quando reus. nume. 12. col. 52.

Excipiens, Tu non es iudex, vel, Tu non es procurator, an iste sic excipiens debeat probare exceptionem? Vide Bal. l. licet. 4. col. C. de proc. Inno. c. cum in iure. de offi. deleg. Vide Felin. d. cap. cùm in iure. ver. quomodo probetur. nume. 10. col. 1065.

Excipiens, qui inepte opposuit exceptionem, potest de nouo excipere, dum modò intra terminum. Pet. de Anc. cle. consti. de elec. Bal. l. edita. C. de eden. antepe. col. Felin. c. pastoralis. de excep. versi. vltra abbatem. nume. 26. col. 30.

¶ Excommunicote, est lata sententiæ. Felin. c. Rodulphus. de rescrip. ver. excommunicote. nume. 28. col. 896. Secus, si diceret, Excommunicationem se nouerit incursurum. Ita Felin. loco prædalleg. colum. ead.

Excommonicari potest citatus per edictum, qui fuit contumax in comparendo, dummodo probentur duo, primò quòd edictũ fuit appositum in vicinis partibus, secundò quòd ad eius notitia verisimiliter potuerit peruenire. Aegid. Belleme. deci. 88. incip. Vt citatus. Fel. c. quoniam frequenter. §. porrò vt lit. non conteli. ver. demum, an citatio. nume. 20. col. 307.

¶ Excommunicatio an sit pœna capitalis. Barto. l. 2 ff. de publ. iudi. versi. quaro vtrum, tenet quòd non. Vide tu Flin. c. qualiter & quando il 2. de accu. §. ad corrigendos. ver. vlterius tangit. nume. 51. col. 838.

Excommunicatio fertur à iure pro delicto. c. 2. de sent. excom. & c. præsenti. eo. ti. in Sexto. Sed fertur ab homine propter contumaciam. gl. c. episcopi. in. q. 3. Et idem tenet do. Abb. de sen. excom. & ibi Felin. in prin. num. 1. col. 1054.

Excommunicatio an sit sententia, domin. Abb. rub. de sen. excom. tenet, quòd non, quia aut esset diffinitiua, aut interlocutoria, si diffinitiua, debet esse perpetua, & tamen non est perpetua, non est etiam interlocutoria, quia interlocutoria fertur inter principium & finem, certum articulum siniens, quod non facit excommunicatio, ergo non est sententia, & sic domin. Abb. ibi dicit, quòd est censura, quem videas. 2. no. Adde & dic, quòd excommunicatio est interlocutoria, & habet vim interlocutoriæ, & appellans debet exprimere causam. glo. §. biduum. verbo, dicenda. 2. q. 6. gl. 2. q. 1. in summa. Adde Felin. d. rub. versi. vtrum excommunicatio. nu. 2. col. 1055. Est verum, quòd Domin. de S. Gem. c. 2. 5. col. de consti. in 6. & ibi Pe. Anc. 3. col. & ambo c. 1. quod me. cau. in 6. dicunt, quòd si excommunicatio est lata in iudicio, est interlocutoria, aut est lata extra iudicium, & est censura, de quo vide Fel. vbi supra.

Excommunicatio quotuplex? dic, duplex, maior & minor. Minor solum separat a perceptione sacramentorum, de qua habetur cap. a nobis. de excep. & capitu. si celebrat. de cleri. excommunica. mini. Maior est illa, quæ separat a communione fidelium, & aliquando appellatur anathema, quæ fertur cum solennitate, capitu. Engeltrudam. 3. q. 4. Adde Felin. rubr. de senten. excommun. versicu. quotuplex est excommunicatio. num. 3. colum. 1055.

Excommunicatio lata ab homine, vel iure, si iudex declarat quem incurrisse ipsam excommunicationem, pars poterit appellare ab ipsa declaratione, adeò quòd excommunicatio remanebit suspẽsa, nec erit vitandus appellans in iudicialibus, vel extra iudicia libus, de quo vide, quæ posui in litera D. §. declaratio facta.

Excommunicatio opposita in iudicio per tertium, quando sua non interfit, an ipse actor excommunicatus sit repellendus a iudice? Ponit Felin cap intelleximus. de iud. versicu. vtrum periurus. nume. 6. col. 61.

Excommunicatio post conclusionem in causa, potest allegari & probari. Specu. titu. de renun. & conclu. §. 1. versicu. scias. domin. Abb. capit. exceptionem. de exceptio. 7. colum. Adde, quòd contrarium tenuit dom. Cardin. clem. 1. de excep. 1. oppo. Vide per Felin. late cap. cum dilectus. de fide instru. versi. nonò limita. nume. 21. col. 847.

Excommu-

Excommunicatio si fuit opposita in causa principali, & non bene probata, poterit probari in causa appellationis, vt puta fuit probata tam, quòd iudex erat excommunicatus, sed non fuit probatum q publice, in causa appellationis hoc poterit probari. Ant. de Bu. c. fraternitatis. de testi. 9. col. Adde Fel. ca. ad probandum. de re iudic. ver. & nota, quòd si testes. nu. 4. col. 576.

Excommunicatio non ferenda, nisi parte citata, et sic declaratoria incursæ pœnæ requirit citationem partis. Fel. c. parochianos. de sen. excom. in prin. nume. 1. col. 2096. Adde, & limita, nisi esset suspicio fugæ. dom. Abb cap. cùm non ab homine. de iudi. 10. col. Felin. cap. parochianos. Item limita, nisi delictũ esset notorium. dom. Abb. c. qui tuas. de appel. Fel. d. cap. parochianos. versi. secundò limita. col. ead. nu. 2. Item limita, nisi esset datus terminus ad se defendendum. Do. de sanct. Ge. ca. ordinary. de offi. ordi. in 6. versi. quòd si fortè.

Excommunicatio non est ferenda etiam in notoriis, nisi præcedat citatio. Ita do. Ab. c. cùm sit. de appell. 7. in opp. contra tex. vbi dicit eleganter, quòd in facto notorio debet præcedere citatio saltẽ vnica. Et idem tenet Do. de sancto Ge. cap. 1. de offic. del. in 63. col. Vide Fel. d. cap. cùm sit. ner. circa gl. fin. nu. 13. col. 923. Ade, quòd in tantum est vera opi. ista do. Abb quod non sufficit citatio ad domum sed debet esse personalis. Inno. cap. fin. de eo, qui mit in poss. causa rei seruan. 1. Col. Do. de Rote titu. de sent. excom. 13. in antiquis, & 7. in nouis, colt. Fel. d. ca. cum sit. versic. notã 14. dicta notabilia. nu. 14. col. ead. Item si citatio est male executa, excommunicatio est nulla. Fel. d. cap. cum sit. ver. secundò limita. nu. 15. col. ead. Item quando aliquis est iudex, & vult defendere bona sibi ablata, si excommunicat, an necessaria sit citatio. Inno. & Ioa. An. & Dom. de sancto Gem. c. dilecto. de sente. excommun. in 6. tenuerunt, quòd non. Vide Felin. d. cap. cum sit. ver. tertiò no. nu. 16. col. 924. Item si iudex excommunicat aliquem non præmissa citatione, dicendo, quòd talis monitio non requiritur, illa sententia est nulla, quia continet expressum iuris errorem, de quo vide Felin. d. cap. cum sit. versi. quarto no. num. 17. col. eadem. Item in suspensione & interdicto requiritur monitio. seu citatio. Felin. d. cap. cum sit. versi. quinto no. numer. 18. col. 925. Item an sufficiat vna monitio pro omnibus. Vide Felin. d. cap. cum sit. versic. sexto nota. nu. 16. col. ead. Item excommunicatio potest ferri, vbi apparet de contumacia partis, tamen debet præcedere citatio. Do. de sancto. Gem. ca. 1. de offic. delega. in 6. 3. col. Felin. d. ca. cum sit. de appel. ver. septimo no. nu. 20. vbi supra.

Excommunicatio lata a iudice delegato, si est iniusta, est nulla. Cõtrarium est in alijs. Do. de san Ge. q. 1. in summa. Vide Fel. c. cum sit. de app. ver fallit primo. nu. 15. col. 624.

Excommunicatio lata ab ordinario contra priuilegiatum a Papa, est nulla. Fel. c. cum sit. de appel. ver. 3. no. nu. 16. col. ead.

Excommunicatio sine citatione, vel monitione valet, vbi periculũ est in mora, vt puta, ad compescendum delinquentes allualiter cum armis. Do. de san, Ge. c. 1. de off. dele. in 6. Vide Felin. c. cum sit. de appe. ver. decimotertio. nu. 21 col. 626.

Excommunicatio sine curatione, vel monitione valet, quando fertur pro futuris culpis, puta, quando quis promisit soluere in tali termino, & non soluit, non requiritur alia monitio. Lap. allega. 83. inci Prælatus regularis. Adde Fel. c. cum sit. de appel. ver. decimo quarto nu. 22. col. 626.

Excommunicatio sine monitione valet. Ita gl. in summa. 2. q. 1. & c. 1. de excess. prælat. & cap. Romana. de sent. excom. in 6. domin. Abb. ca. ab excommunicato. de rescr. 8. col. & 13. & ca. illud. de cleri. excom. minist. 3. colum. Fel. ca. sacro de sent. excom. versic. in gl. 1. nu. 2. col. 115. Adde, quod fallit, quando feratur sententia à iudice delegato, quia sine monitione non valet, domin. de Rot. decisi. 186. incip. Virum excommunicatus. Item fallit in prælato regulari, quia si excommunicat monachum non pmissa monitione, propter hoc non incurrit pœnas, de quibus c. sacro. de sen. excom. Vide ibi Fel. ver. quinto fallit nu. 7. col. 1116.

Excommunicatio lata, non præmissa admonitione, an valeat, etiã cum pacto partis, vt puta partes fecerunt pactum, quod possint excommunicari sine monitione. Vide, quæ posui in litera P. §. Pactum, quod quis.

Excommunicatio an ligat impotentem? Do. Ab. c. P. & G. de offic. dele. 3 colum. dicit, quòd Ant. de But. ibi dicit, quod si constat de mente iudicis, quod vol ebat ligare etiam impotentem, & tũc impotens erit ligatus. Contra istam opin. ibi tenet do. Ab. Ibi cũ vide. Adde Felin. d. c. P. et G. versi. subdunt Moder. nu. 3. co. 1094. Et dicit ipse, quod sententia excommunicationis ligat impotentem. Et communis opi. est ista. Limita tamen, nisi iudici constet de impedimento, quia tunc sententia non valeret. Casus est l. quæsitum ff. de re iud. vbi dicit, quòd sententia lata contra infirmum, valet, si ignoratur, secus, si iudex sciebat, et plus, q si iudex sciebat, nen est opus absolutione. Spe. in de contu. §. pe. ver. quid si non veniens. Host. & Bal. c. 2. de test. cog. Ant. de Bu. & do. Abb. c. Odoardus, de solu. Vide per Fel. d. ca. P. & G. in loco prædallegato. col. ead.

Excommunicatio potest reuocari per eundem iudicem, per quem lata est, tex. c sacro. de sen. excomm. & ibi Fel. in prin. nume. 1. col. 1115.

Excommunicatio potest acquiri præscriptione, do Abb. cap. cum olim. de præscr. pen. colum. Adde, quod qui præscripsit ius excommunicandi, non tamen potest absoluere, neque interdicere, vel suspendere. Ita dom. Ab. loco prædallegato. Et per ista limitabis tex cap. pastoralis. §. 1. de offi ord. vbi dicitur, quod ille absoluit excommunicatum, qui eum excommunicauit. Fallit hoc, quando præscribitur excommunicatio, quia præscribens etiam quod possit excommunicare, tamen non poterit absoluere, de quo vide Fe. cap. auditis. de præscr. versi. & hinc est, quod præscripta. nu. 11. col. 273.

Excommunicatio an sit sententia interlocutoria, do. Abb. rubr. de re iud. in fin. videtur tenere, quod potius sit interlocutoria quam diffinitiua. Idem tenet gloss. 2. q. 1. in summa. vbi Arch. Do. de S. Ge. do. Ab. & Ant. de Bu. c. sacro. de sent. exc. Vide Felin. d. rub. versi. excommunicationis sententia est interlocutoria. nu. 15. col. 346.

Excommunicatio postquam lata est, copia debeo dari vnicuique petenti, ex quo acta sunt publica. Vide, quæ posui in litera A. §. Acta publica.

Excommunicatio inficit actum constitutionis procuratoris ipso iure quia si procurator est excommunicatus, ipso iure constitutio est nulla, de quo vide, quæ posui in litera P. §. procurator, qui erat excommunicatus.

Excommunicatio superueniens post mandatum procuræ non inhabilitat ipsum mandatum, neque acta. si non opponatur. Ita Ioã. An. do. Ant. de Bu. c. post cessionem. de prob Fel. ibi ver. & no quod excommunicatio. nu. 23. col. 371.

Excommunicatio infligita per primum delegatũ reuocatũ. sed ante præscriptionẽ secundi rescripti, an valeat. Vide Fe. c. caterum de rescr. versi. secundum corollarium. nu. 13. colum. 380.

Excommunicatio lata contra contumacem, siue sit testis siue alius, an teneat. quando fuit contumax, quia detentus impedimento, gl. fin. ca. 2. de test. cog. dicit, quod excommunicatio tenet, quo ad ecclesiam, non quo ad Deum. Fel. d. c. 2. ver in gl. fin in fi. colũ. 763. allegat multas concordantias pro opi. illius gl. Adde, quod contra illam glo. tenet Specu. de contu. §. pe. in fi. Host. Bal. d. c. 2. vbi etiam idem tenet do. Ab. 2. col. ver. gl fi. Dic tamen, quod prima opi. est communis. de quo vide Fel. d. c. 2. versi. fateor. nu. 5. col. 764. Adde et limita istam communem opi. quod si iudex sciuisset de impedimento præciso, & tamen excommunicauit, talis sententia non valet, do. Ab. d. c. 23. col. versi. ego in hac quæstione vbi Fel. versi. secundo limita. nu. 6 col. 765. par. 2. Item limita istam communem opi. nisi ex verbis sententiæ appareret, quod iudex vellet excommunicare solum in casu contemptus, vel contumaciæ, quia tunc non incurrit excommunicationem communiter excommunicatus, do. Abb. d. c. 23. col. ver. ego in hac quæstione. & ibi Fel. versi. tertio limita. nu. 7. col. 765.

Excommunicatio est potentior, quàm sit sententia diffinitiua, quia excommunicatio valet, etiam non præmissa monitione. Fel. c. 2. de testi. cog. ver. in gl. fi. nu. 4. par. 2. col. 763.

Excommunicatio non est ferenda, vbi speratur, quod sit inutilis vel in vilipendio, de quo vide supra. §. excommunicatus iuste.

Excommunicatio minor potest tolli a quocunque sacerdote. Host. in summa. de sen. exc. §. & qualiter. in prin. Adde Fel. late cap. 2. de excep. versi. & scias. nu. 8 col. 18.

Excommunicatio minor facit clericum inhabilem ad eligendum, & sic eligi non potest. Inn. c. si celebrat. de cle. excom. mi. Fel. ca. dilecta. de exce. versi. sed aduerte. nu. 3. col. 99.

Excommunicatio lata cõtra prohibitionẽ c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. exco. in 6. an sit nulla, vel iniusta? gl. pen. d. §. in vniuersitatem dixit, quòd sit iniusta. Tamẽ cõmuniter tenetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd sit nulla. Ita Arch. & Do. de sancto Gemi. c. sicut vir. 7. q. 1. & Domi. d. §. in vniuersitate. Adde Fel. d. c. dilectæ in Christo ver. an autem excommunicatio. nu. 6. col. 101.

Excommunicatio iniusta est relaxanda sine cautione, do. Abb. ca. ad nostram. de iureiu. 1. col. versi. quæro. qualis. & ibi Fel. ver. in ea. gloss. in fi. nu. 11. col. 1627. Et hoc modo intelligas dominum Ab. c. ex parte, de verbo sig. vbi dicit, quod excõmunicatus pro interesse alterius, siue ad instantiã alterius, non debet absolui, nisi præstita cautione. Fallit hoc, quando excommunicatio esset iniusta, quia debet relaxari sine cautione.

Excommunicatio ex falsa causa valet, absolutio ex falsa causa non valet. glo. cap. ex parte. de offi. ord. Vide Imo. & Bal. c. quod super his, de fid instr. Do. Car. c. perpendimus. de senten excom. in repe. col. 43. ver. quæro circa hoc, tenet contra glo. d. cap. ex parte. vbi dicit, quòd excommunicatio lata ex falsa causa, quam si excommunicatus sciuisset non esse veram, non erat excommunicaturus, non tenet. Et nihil ibi dicit de absolutione. Sed postea idẽ dom. Card. d. c. quod super his. dicit, quòd inter absolutionem & excommunicationem nulla est differentia. Do. Abb. d. c. ex parte. dicit, quòd si excommunicator ignorauit causam esse falsam, tenet excommunicatio, sed si excommunicator intenderet omnino excommunicare, tunc excommunicatio tenet. Et idem dicit in absolutione, quia si absoluens intendebat omnino absoluere, etiam si causa expressa omnino esset falsa, vel iniusta, tenebit absolutio. Adde, quod do. de Rota decis. 399. incip. Si pronuncietur. tenet, quod sicut excommunicatio ex falsa causa & sine ordine iuris valet, & ita absolutio. Vide latissimè per Felin. d. c. quod super his. de fide instrum, versi. in glo. pen. nu. 13. col. 838. & ibi per duas colum. vbi adducit varias opiniones in materia ista.

Excommunicatio facta de aliquo, donec satisfecerit, requirit absolutionem. Ita Felin. c. 1. de iudic. versi. excommunicatio facta nu. 4. colum 8.

Excommunicatio lata a canone, etiamsi sit maior, potest Episcopus absoluere, dum modo absolutio non sit reseruata Papæ gl. c. 2. de pœ. & remis. in 6. verbo, resuitatur. Si autem est minor, quilibet sacerdos potest absoluere, dom. Abb. d. c. nuper de sent. excо. & ibi Fel. in prin. nu. 1. col. 1085.

Excommunicatio non impedit ingressum religionis, nec professionem, vide do. Car. consi. suo inci. L. monialis sancti Benedicti. Dic tamen, quòd male facit abbas, aut prior, recipiẽdo cum ante absolutionem, de quo vide Felin c. cum illorum. de senten. excom. ver. nota ibi, religionis. nu. 2 col. 1091.

Excommunicatio non est imponenda, quando ver. similiter cognoscitur, quòd excommunicandus non timebit excommunicationem. Ita Fel. c. 2. de offi. deleg. versi. quarta est dom. Ant. nu. 16. col. 621.

Excommunicatio quot effectus habet. Felin. de senten. excom. in rubri. nu. 4. col. 1056.

Excommunicatio an probetur per denunciationem publice factã. dom. Abb. c. prudentiam. §. sexta. de offi. dele. versi. extra gloss. quæro. dicit, quòd vbi agitur de modico præiudicio, quod sola renunciatio publicè facta probat excommunicationem. Adde, quidem tenet Imo. cap. pia. de excep. in 6. Dom. de sanct. Ge. ibi dicit, quòd si denunciatio expressè nominat speciem excommunicationis, & nomen excommunicatoris, quod talis denunciatio probat excommunicationem, Et in contrarium facit tex. d. §. sexta. vbi tex. dicit, legitime probauerit, sed denunciatio non est legitima probatio, nam vbi lex requirit legitimam probationem, non sufficit probatio per vnum testem cum iuramento. Ita gl. no. l. cũ de indebito. ff. de proba. Adde gl. c. at si clerici. de iudi. verbo, legitima. quæ dicit, quòd legitima probatio est illa, quæ est omni exceptione maior. Adde scribentes l. fi. C. si minor se maio. dix. vbi dicunt, quod non sufficit vnus testis cum iuramento, vbi requiritur dilucida probatio. Adde tu, quod istis non obstantibus, vbi agitur de repellendo excommunicatum a iudicio, sufficit probare excommunicationem per denunciationem publicè factam. Ita tenet Arch. cap. nemo condemnet. 11. q. 2. Vide per Felin. d. cap. prudentiam. §. sexta. versi. vtrum probata denunciatione nu. 16. colum. 999. & ibi posui multa in materia ista pro & contra. Ideo ibi eam vide per duas column. quia & ibi tenet opin. Archid. Adde adista, vtrum probata exceptione excommunicationis, sit probata excommunicatio, adeo quod talis sit euitandus. Imo. ca. cum dilectus. de ord. co. dicit, quod si actor fuit repulsus propter exceptionem excommuunicationis ab agendo si vult iterum agere contra eundem super alia re, non potest repelli ex vi interlocutoriæ primi iudicij, & sic sentit, quod iterum est probanda illa exceptio excommunicationis & adducit in simili, pone, quod aliquis repellitur ab accusando propter alias causas, non tamen propter hoc debet puniri quia non agitur contra eum directè. Et idem dicit de eo, qui petit absolutionem ab excommunicatione, quia non nocet ei, quando hoc non directè petit, quia non videtur fateri se excommunicatum, sed videtur fecisse ab abundantem cautelam. Et idem sentit gl. d. cap. cum dilectus. verbo, item quid dices. de ordi. cog. Adde & Host. ibi tenet contra Inno. & dicit, quod Inn. fuit nimis subtilis & processit more Legistarum, qui non curant de periculis animarũ. Quare dicit ipse, quod vbicunque constat de excommunicatione excommunicatus est euitandus propter periculum communionis, et sic sentit, quod vbi exceptio excõmunicationis est proposita in iudicio, & probata, quòd is debet repelli ab omnibus, & vbicunque Et ratio est, dicit ipse, quia excommunicatus in vna ecclesia est excommunicatus apud omnes, & ab omnibus euitandus, 3. q. 3. ca. nullus. Adde, quòd Ant. de Bu. d. c. cum dilectus. dicit, quòd ad repellendum actorem ab agendo sufficit probare excommunicationem semiplenè, sed si ageretur contra eum ad priuationem beneficij, vtputa si opponeretur, quod stetit per annum in excommunicatione, tunc hæc probatio non prodesset. do. Ab. ibi, d. c. cum dilectus. multa dicit 15 col. ver. expedita nunc, quem non refero, quia non multum firmat pedes sed bene dicit, quòd sibi videtur difficillis materia. Adde, quod opi. Host. d. ca. cum dilectus. mihi videtur melior & securior, Ideo eam sequor his additis, videlicet quòd exceptio sit probata, & quòd in ea contineatur nomen excommunicatoris, & species excommunicationis. Et ad corroborationem adduco tex. c. cum desideres. §. secundæ. de sen. excom. vbi dicitur, quòd vt sola fama sufficit ad repellendum excommunicatum, ita debet sufficere ista probatio, licèt ad alium effectum fuerit facta. Et istam opi. Host. inuentio quòd Bar. tenuit, l. decem. ff. de verb. obliga. Et ista no. quia seruiunt ad no. per Felin. d. c. prudentiam §. sexta. de offi. dele. ver. prædicto, col. ead.

Excommunicatio an probetur per vnum testem cum iuramento partis? Spec. ti. de notorio crimine. §. fama. ver. quod si agenti. dicit, quòd non. Idem tenet Arcb. §. item sæpe. 4. q. 3. Io. An. c. pia. de excep. in 6. & ibi do. Ant. de Bu. cap. veniens. il 1. de testi. pe. col. Adde, quòd contrarium tenuit Imo. d. cap. veniens. Vide per Felin c. prudentiam. §. sexta. de offi. delega. versi. vtrum autem sufficiat. num. 17. col. 1001. Et ibi videtur tenere opi. Imo. per multas rationes.

Excommunicatio probatur per famam, pone, quòd quis est certificatus per famam, quòd est excommunicatus. an sufficiat ista certificatio, ad hoc, vt debeat credere se excommunicatum esse. Fel. ponit c. cum contingat. de rescri. ver. quod autem fama. nu. 2. col. 640. Adde tamen, quòd ista notitia, quæ habetur per solam famam est iusta causa diminuendi pœnam cõtra facienti. Ibi vide Fel. loco præalleg. col. ead.

Excommunicatio, quam fert delegatus contra ordinarium, quia nõ vult mittere suam sententiam executioni, quando dicatur nulla? Vide Fel. cap. cum contingat. de rescr. ver. demum ad materiam. post nu. 10. col. 647.

Excommunicatio an probatur per famam? Vide, quæ posui in litera F. §. fama an probat excommunicationem.

Excommunicationis appellatione intelligitur de maiori. Ita tex. c. pe. de sent. excom. Adde quòd videtur dicendum, quia in pœnis mitior interpretatio est facienda. Host. d. c. pe. dicit, quia ex quo excommunicatio est medicinalis, in his, quæ concernunt animã, est capienda pars tutior. Istud idem tenet do. Abb. d. c. pe. & ibi vide Fel. in prin. col. 1124. Adde, quòd contra istam solutionẽ Doctorum mihi videtur, quòd sit tex. in contrarium, cap. pia. de excep. in 6. vbi dicitur. quòd si opponitur in iudicio, quòd aliquis sit excommunicatus, oportet. quòd exprimatur. species excommunicationis, quia si intelligeretur de maiori, hoc non est necessariũ. Vide Fel. c. pe. versi. tertio opponitur. nu, 2. col. 1125.

Excõicationis exceptio põt opponi post contestationẽ litis. Vide § exceptio dilatoria non est proponenda. vbi dixi, quòd hoc habet locum, etiamsi esset lapsus terminus datus ad omnes dilatorias proponendas, & ẽt si iudex constituisset in specie terminum ad excõicationẽ proponendã, quia si esset elapsus terminus, tamẽ posset pars proponere dictam exceptionem excommunicationis.

Excom.

Excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis, non solum contra partem, sed etiam contra iudicem & procuratorem, si sint excommunicati. Vide, quæ posui in §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis, etiamsi pars iurauit nullam exceptionem opponere, & etiã si in specie iurasset exceptionem excommunicationis non opponere. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis, etiamsi maliciose fuisset omissa, & etiamsi esset sententia diffinitiua. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Excommunicationis exceptio potest opponi post litem conte. per tertium, etiamsi esset tertius, cuius non interest. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Excommunicationis exceptio potest opponi post contest. lit. vbi etiã essent latæ tres sententiæ conformes. vel pro actore, vel pro reo excommunicato. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Excommunicationis exceptio non solum potest opponi post contest. lit. sed etiam post conclusum in causa. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

Excommunicationis sententia interpretatur in mitiorem partem, & hoc, quando pot aliquid operari. Vnde si dicitur, Mandamus sub pœna excommunicationis, intelligitur in dubio ferendæ, non latæ. Doct. & ibi etiam gl. cap. sicut tuis. de sim. Imo. ca. 1. de loca. 3. col. Adde Fel. d. c. dilectæ. de exce. ver. secundò sunt dicta verba Inn. nu. 2. col. 99.

Excommunicationis sententia an transeat in rem iudicatam. Vide quæ posui in litera S. §. sententia communicationis an transeat in rem iud.

Excommunicationis minoris & maioris quæ differentia sit. Vide tex. c. pe. de sen. exc. Et multa in ista materia posuit Fe. c. 2. de exce. ver. Circa differentias nu. 7. col. 17.

¶ Excommunicatus a iure ipso facto, vel ab homine per sententiã, an sit euitandus, & repellendus, tanquam excommunicatus ista tim, & sic, antequàm sit denunciatus, vel expectanda est sententia declaratoria ipsius iudicis? Ponit Fel. cap. Rodulphus. de rescrip. ver. aduerte tamen, nu. 39. col. 905. Et no. quia sæpe est in practica.

Excommunicatus occultus si facit aliquid, valet. Ita Fel. c. Rodulphus. de rescrip. ver. & gusta. nu. 40. col. 906.

Excommunicatus si non potest expelli de ecclesia, debet emissa cessare. si canon sit incœptus. Fel. de excc. cap. a nobis. nu. 4. col. 16. Et ibi, quando canon incipiat.

Excommunicatus à iure, si per sententiam declaratoriam pronunciatur excũmunicatũ esse, si non præcessisset partis citatio, nulla est sententia. Fel. c. Rodulphus. de rescr. versi. citatur etiam colũ. 907, nu. 41. Fallit hoc, quando sententia excommunicationis fit super excessu notorio, quia tunc non est opus citare excommunicatum. Ita Fel. loco præalle.

Excommunicatus, qui promisit satisfacere, & tamen non fecit, an statim reincidat in excommunicationem, aut sit iterum excommunicandus? Ponit Felin. cap. ad reprimendam. de offic. ord. ver. reducere non omittas nu. 1. col. 1110. Pone, quòd reducatur an in ista reductione requiratur causæ cognitio, vide Felin. loco præallegato. col. ea,

Excommunicatus absolutus ad tempus, puta vt ferat testimonium an tempore elapso reincidat in excommunicationem? Ponit Felin. cap. ad reprimendam. de offi. ord. versicul. allegato. column. 1110.

Excommunicatus ab homine ab alio homine non absoluitur. Ista est regula, quãm ponit Fel. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. in prin. nu. 9. col. 1122.

Excommunicatus a lege, & exemptus ab ordinario, solus Papa illum absoluere potest. Ita Fel. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. ver. limita hanc primam fallentiam. nu. 1123.

Excommunicatus, a quacunque excommunicatione potest absolui in articulo mortis, an autem requiratur sola cautio de satisfaciendo? De istis vide ad plenum per Fel. d. cap. pastoralis. §. præterea. ver. fallit quarto. nu. 12. col. 1124.

Excommunicatus an possit absolui in articulo mortis à laico, ex quo laico licitum est confiteri in necessitate? & vtrum talis excommunicatus, qui confitetur laico in necessitate, sit sepeliendus in loco sacro. Vide per Felin. cap. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. ver. fallit sextò. nu. 13. col. 1125.

Excommunicatus, qui tulit sententiam, tanquam iudex, an talis sententia valeat? Vide, quæ posui in litera S. § sententia lata ab excommunicato.

Excommunicatus in vno loco, est excommunicatus vbicunque, & quocunque vadat. Fel. cap. 1. de treug. & pace. in princi. colum. 1265.

Excommunicatus est percutiens vestem clerici. Ita Fel. c. 2. de fo. comp. ver. non obstat, quòd percutiens. nu. 3. col. 152.

Excommunicatus an possit petere absolutionem per procuratorem. Inno. ca. cum desideres. de sen exco. tenet, quòd non, & idem tenet Host. ibi. Adde, quòd Spe. ti. de cura. §. 1. ver. Item opponitur. dicit, quòd curia Romana permittit, quòd quis absoluatur per procuratorem, quod teneo, quando subesset causa. Fel. d. capi. cum desideres. in prin. col. 1073. Limita, quando quis petit absolutionem in foro pœnitentiali, quia tunc non potest absolui per procuratorem. Dom. de S. Gem. c. os. de sen. exc. in 6. Bal. c. imperatorem. de iura. calum. Fel. d. c. cum desideres. versi. limita primò. nu. 2. col. ead.

Excommunicatus de facto constitutus procurator cum potestate substituendi, non potest valide alium substituere, de quo vide, quæ posui in litera P. §. procurator excommunicatus.

Excommunicatus qui producitur in testem, an sit absoluendus ad cautelam, ad hoc, vt possit testificari. Vide, quæ posui in litera T. §. testis excommunicatus.

Excommunicatus, an iudex delegatus possit ipsum absoluere ad cautelam, ad hoc, vt ferat testimonium. Vide, quæ posui in litera T. §. testis excommunicatus iudex delegatus.

Excommunicatus non potest esse testis, c. veniens. 2, de testi. c. decernimus. de sen, excom. in 6. Fallit ista conclusio in aliquibus casibus, & primo, quando talis excommunicatus describeretur, & adhiberetur in testem instrumento, Inn. ca. pia. de exce. in 6. circa fi. do. Car. in repe. cap. perpendimus in fi. de sen. exc. Imo. An. de But. ca. ex literis. de transact. Item excommunicatus potest esse testis quando fuisset adhibitus in testem cum reputabatur non excommunicatus. Bar. l. 1. C. de testi. 2. col. ver. quæro, quid de infame. Item excommunicatus minori excommunicatione, quia talis potest esse testis, quia minor excommunicatio non repellit excommunicatum, nisi à perceptione sacramentorum, c. si celebra. de cleri. excom. mi. Adde Fel. d. c. veniens. versi. quarto not. nu. 19. col. 688.

Excommunicatus potest contrahere matrimonium. Vide, quæ posui in litera M. §. matrimonium est priuilegiatum.

Excommunicatus tempore exceptionis beneficij, si est absolutus tempore collationis, tenet collatio, quia non acquritur ius ex acceptatione, sed ex collatione, capit. si tibi absenti. de præben. in 6. domin. de Rota deci. 50. in antiquis, deci. 190. in nouis. Felin. capitu. cum dilectus. de accus. 2. not. ab. in princip. column. 782.

Excommunicatus, qui fecit testamentũ, quòd est nullum. si obsoluitur, an testamentum reconualescat? Vide quæ posui in litera T. §. testamentum excommunicati est nullum.

Excommunicatus an possit facere testamentum ad pias causas. Inno. capitu. cum voluntate. de sent. excommun. tenet, quod sic. Vide Barto. & Bald. authen. credentes. C. de re. vbi etiam Salic. Fel. d. capitu. cum voluntate. versic. extra glo. tangit hic. nu. 3. colum. 1122.

Excommunicatus an possit testari, dom. Abb. ca. ad probandum. de re iud. 3. colum. versic. idem dic expressè. vbi tenet, quòd sic, & dicit plus, quòd istud habet locum, etiam in excommunicato publicè. Idem etiam Io. An. cap. decernimus. de sent. excommu. in 6. Idem tenet etiam Ant. de Butr in dispu. sua inci. Bononiensis quidam. Frid. consil. suo 74. incip. vetus querela. do. Cardin. clem. 1. de excep. 4. col. ver. ostauo quæro. Adde Fel. d. ca. ad probandum. versic. de gestis per excommunicatum. num. 1. colum. 578.

Excommunicatus si est exemptus à iurisdictione episcopi, an possit ab eo absolui. glo. fin. videtur sentire, quòd non, in clem. cum ex eo. de sent. excomm do. Abb. ca. graue. 1. col. de offi. ord. & c. cum tempore. de arbi. & cap. 2. de sen. excom. versi. secundò ex his. Vide etiam Felin. cap. monachi. eod. titu. versic. dicit hic num. 5. colum. 1058.

Excommunicatus tenetur euitare excommunicatum. Ita Fel. c. nulli. de sent. excom. ver. vtrum excommunicatus. nu. 4. col. 1068.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excommunicatus, an contra eum currat præscriptio in iuribus & rebus proprijs? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio an currat contra excommunicatum?

Excommunicatus an possit facere actus spirituales, ponit dom. Abb. cap si verè, de sen. excomm. & ibi Ant. de Bu. do. Abb. ca. veritatis. de dolo & contu. pe. & vlt. col. Car. lo. An. c. decernimus. de sen. excom. in 6. & ibi Do. de S. Gem. Vide Fel. d. ca. si verè. ver. nunquid actus. nu. 3. col. 1096. Adde tu pro declaratione istius dubij, quòd aut excommunicatus agit aliquid ratione publici officij, aut priuati. Primo casu, si gerit actus, in quo imprimitur character, si reputatur communi opi. non excommunicatus, tunc valet quòd gerit. Inn. cap. ne pro defectu. de elec. Felin d. cap. si verè. ver. primo casu. nume. 4. colum. 1097. Secus, si sciatur publicè, quòd sit excommunicatus, quia gesta per eum non valent, siue in temporalibus siue in spiritualibus. Fel. d. capit si verè versi. alleg. col. ca. & seq. Secundo casu, quando excommunicatus gerit aliquid ratione priuati officij, non est differentia inter notorium & occultum excommunicatum, quia non valet actus factus per excommunicatum, quomocunque sit excommunicatus, occultè aut palàm. Inn. capit. cum dilectus. de consue. Ioan. Andr. cap. 1. de rescrip. in 6. & ibi Dom. de San. Gemin. 2. col. do. Abb. cap. pastoralis. §. verum. 5. columm. de appell. & d. capit. si verè. Fel. ibi versic. & ista vera sunt in his. num. 6. colum. 1097.

Excommunicatus, qui ignorabat excommunicatus esse, adeo quòd pars nihil opposuit, tamen iudex sciebat ipsum excommunicatum, et eum non repulit, sed imo pro eo tulit sententiam an talis sententia valeat? Vide per Fel. ca. exceptionem. de exce. versi. quid autem si iudex. nu. 46. col. 131.

Excommunicatus publicè quando quis dicatur, dom. Abb. c. exceptionem. de exce. pe. colum. versi. sed quæro. dicit, quòd non sufficit quòd quis sit publicè excommunicatus in iudicio, ad hoc, quòd dicatur excommunicatus publicè, sed requiritur publicitas respectu aliorum, & sic non capit istud notorium pro notorio iuris, vt puta, quòd sententia lata sit solenniter pro tribunali, sed pro notorietate facti diuulgata per notitiam hominum. Allegat gl. cle. 1. de sepul. verbo, publicè. quare omnes ibi sequuntur, & primò dom. Card. 16. q. & Imo. 6. col. Frid. cons. suo 74. incip. Vetus querela. circa fin. dom. Abb. consil. suo 99. incip. Illud in præsentiarum. 3. colum. 1. vol. Cald. consil. suo 4 titu. de sen. excommu. Vide Fel. d. c. exceptionem. de excep. versi. item dum Abb. num. 48. col. 132.

Excommunicatus spoliatus non restituitur, ita Fel. cap. dilectus. il 1. de rescr. versi. no. regulam. nu. 11. col. 660. Et in hoc quæstio spoliationis non est priuilegiata.

Excommunicatus an possit impetrare pro alio. Vide Fel. c. dilectus de rescr. versi. vltimò, dum tangit. nu. 12. col. 661.

Excommunicatus, an contra excommunicatum impetrantem possit comparere tertius ad impediendum impetrationem. Fel. ca nonnulli. de rescr. §. sunt & alij. versi. expeditis ampliationibus, nu. 23. col. 754.

Excommunicatus occultè an possit impetrare rescriptum. Vide supra §. excommunicatus, qui impetrat.

Executor datus ad beneficia cum clausula. sonans in montionem, vel instructionem, etiamsi non sit verificata conditio, an collatio ab eo facta valeat. Inn. c. fi. de præsump. tenet, quòd sic, dom. Car. cle. 1. 2. q. de concess. præb. Arc. c. dudum. 18. q. 2. Si verò est datus executor cum clausula, quæ sapit conditionem, vt puta si est doctor, tunc nisi prius verificatur conditio, collatio nō tenet. Ita do. Abb. d. c. fi. ver. vemo nunc. Adde Fel. d. c. fi. vers. tertia conclusio. nume. 29. vbi supra. colum. 983. & versi. tertiò aduerte. nume. 33. col. 985. vbi ad plenum tangit de materia ista.

Executor datus ad beneficia per Papam, si facit collationem de beneficio sciente indigno, an talis collatio sit nulla? dom. Abb. ca. fin. de præsump pen. col. versicu. & not. dictum. format q. istam, & finaliter facit distinctionem, quòd aut collatio sit incapaci, puta laico, vel fœminæ, tunc talis collatio est ipso iure nulla. Aut sit collatio capaci, licèt alias indigno, & tunc talis collatio facta per executorem Papæ non est ipso iure nulla, sed venit annullanda, secus est in executore ordinarij, quia est ipso iure nulla.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hoc modo limitat ibi dictum singulare Inno. qui tenet, quòd collatio facta scienter indigno per executorem, est ipso iure nulla. Istud dictum Inno. sequitur Felin. d. c. fin. versicu. secundo aduerte. nu. 30. col. 983. Adde, quòd contra do. Abb. possunt adduci multa, & primò, sicut collatio facta per executorem ordinarij, est nulla ipso iure, eadem ratione est nulla, quãdo est facta per executorem Papæ, scienter indigno, & ratio est, quia non præsumitur Papa vti dispensatione cum incapace, quia est necesse, vt ipse Papa sciat inhabilitatem, vt no. olo c statutum. de rescri. in 6. verbo, literarum. de quo vide per Fel. d. c. fi. de præsum. versi. probabiliter. nume. 31. colum. 984. Item potest adduci contra do. Abb. quia si Papa dat executorem ad beneficia, non videtur, quòd propter hoc vices suas committat alteri, & maximè, vbi requiritur aliquid de plenitudine potestatis, vt est in casu isto, quia vbi Papa scienter indigno vult prouidere, hoc facit de plenitudi ne potestatis, quam non præsumitur committere alteri, nisi expresse appareat, de quo vide Felin. d. c. fi. ver. secunda ratio. nume. 32. colum 984.

Executor datus ad beneficia in casu, in quo assumit partes iudicis, debet procedere iudicialiter secundum formam cle sæpe. de verbo. sig. Felin. de præsum. c. dudum. nume. 34. ver. quarta & vltima. colum. 988.

Executo quotuplex sit. Felin. ibidem. num. 35. col. ead.

Executir an possit exequi, antequam literæ sunt sibi præsentatæ, vt teneat executio. Fel. ibidem. nu. 35. col. 988.

Executor si processit vigore literarum surreptitiarũ, processus est nullus. Fel. ibidem. nu. 39. col 989.

Executor si processit nulliter, adeo quòd gesta ab eo non tenent, an collatio redeat ad Papam, vel ad ordinarium. Fel. de præsump. c. dudum. nu. 40. col. 989.

Executor ad beneficia in examinatione, quam facit super idoneitate illius, cui vult prouidere, an teneatur citare aliquem, qui velit opponere illum non esse idoneum. Inno. c. fi. in fi. de transl. prælato. tenet, quòd non. Et idem tenet dom. Car. clem. 1. 3. no. de offi. deleg vbi dicit, hoc esse verum, nisi dicatur in commissione, Citatis citandis. Vide Felin. c. fi. de præsump. versi. quaro primo, quotuplex. num. 35. col. 988.

Executor ad beneficia, ante quàm sint ei præsentiæ literæ, vtrum possit exequi, adeo quòd executio teneat? Vide Fel. c. fi de præsumtio ver. quaro tertiò. nume. 37. col. 989.

Executor datus ad beneficia, si est absens, an possit ille, cui prouidendum est, ire ad ordinarium, vt exequatur loco executoris? Vide Felin. c fin. de præsum. ver. quæro quartò. nu. 38. Ibidem.

Executor ad beneficia si processit nulliter, adeo quòd gesta per ipsum non valent, vtrum collatio redeat ad Papam, an ordinariũ, domin. Abb. c. inter dilectos. de excess. præla. dicit q. si beneficiũ est reseruatum Papæ, etiam quòd collatio sit nulla, tamen ordinarius non potest se impedire. Vide Felin. ad plenum. c. fi. de præsum. versi. quaro vltimò, nu. 40. col. vt supra.

Executor sententiæ, vel gratiæ, an debeat retardare executionem ipsius sententiæ, vel gratiæ, propter dictum vnius, etiam leuis, qui dixit, quòd sententia est reuocata, vel etiam gratia est reuocata. ponit Felin c. cùm contingat. de præscri. ver. quòd autem fama. nume. 2. col. 641. & inde.

Executor qui habet expedire actum cũ consilio alterius, si illud omittit, actus est nullus. Felin c. ex parte. de consti. nu. 1. col. 292. Adde, quæ posui in litera O. §. omissio.

Executor testamenti guardianus sancti Francisci non potest esse. Vide quæ posui in litera G. § guardianus sancti francisci.

Executor Papæ, si prouidet indigno, an valeat prouisio. Vide Feli. capitu. si quando. de rescrip. versicu. propter illud dictũ. num. 4. colum. 399.

Executor testamẽti, qui habet eligere pauperes Christi, inter quos sunt diuidentes bona testatoris, pone, quòd talis executor non eligit pauperes intra annum, an illud ius eligendi per datur anno, adeo quòd episcopus succedat. Vide Felin. capitu si quis contra. de so. compe versicu. quòd episcopus. nume. 2. col. 155. Adde Bart. l. executore. C. de execu. rei ind. & Bal. l. captatorias. vlt colum. C. de test mili.

Executor testamenti negligens, potest inuitus cogi ad executionem, vt illam finiat, quia hoc facit in pœnam eius. Ita Felin. ca. intelleximus. de iud. ver. secundò allegato Bal. nu. 2. col. 58.

Executor testamentarius non potest subdelegare, quia videtur electa industria personæ. Ita Bal. l. nulli. C. de epis. & cle. Io. Andr. Spe. ti. de insti. edi. §. nunc verò. Ang. l. cùm debitorem. ff. rem ra. habe. Barto. l. in venditiane. §. fin. ff. de bo. au. iu possi. Adde Felin. cap fin. §. is autem. de offi. deleg. ver. item executor testamentarius, nu. 5. col. 1107. vbi dicit, quòd verum est hoc in executore dato ab homine, secus à lege.

Executor testamenti quicquid facit, videtur factum ab ipso testatore, vt puta testator mandauit, quòd executor sui testamenti distribuat mille ad pias causas, prout executor elegerit, ipse elegit fabricam ecclesiæ, tunc dicitur ipsa fabrica electa esse ab ipso testatore, adeo quòd episcopus non habebit quartam, iuxta tex. c. fi. de testa. Barto. l. vnum. §. 1. ff. de leg. 2. do. Abb. c. in causis. 2. col. de ele ver. quidam testator. Adde Fel. c cum R. de offic. deleg. ver. nominatus de mandato. nu. 3. col. 1081.

Executor vltimæ voluntatis an possit vendere rem, pecunia nõ interueniente. Barto. l. à duo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudic. 2. col. versicu. quæro, quid de executoribus dicit, quod si pecunia est distribuenda ad pias causas, quòd non, aut ad non pias causas, & idem est. Ibi eum vide. Et idem tenet Felin cap. cum olim il 1. de offi. deleg. versi. subdit Barto. nume. 6. col. 1069. Limita tamen istud nisi executor haberet liberũ arbitrium, quia poterit vendere habita fide de precio & sic tunc precio non interueniente. Barto. l. alio. vlt. colum ff. de adi. leg. Adde Felin. d c. cum olim. versi alleg. col. ead.

Executori testamentario an credatur vltra illud, quòd est expressum in testamento Io. An. in addi. Specu. titu. de instru. edi §. agitur aliqua, versicu sed nunquid tenet, quòd non. Adde Fel c. cũ in iure. de offi. deleg. versi. secundò ad intellectũ, n. 3. col. 1061.

Executores literarum Papæ ad beneficia, debent citare contradictores. Barto. l. fi. C. de edic. diui. Adri. tol. pe. col. Qui dicantur contradictores, vide quæ posui in litera C. §. clausula in literis Papæ, Compescas contradictores. Adde Fel. c. causam quæ. de rescri. versicu. non obstante collatione. nu. 19. col. 553.

Executores gratiarum an possint trahere reos vltra dietam. Ponit Fel. c. nonnulli. de rescri. versi. decimus casus. nu 34. col. 724.

¶ *Executor ialibus si est renunciatum, an pars possit post ea facere declarari aduersarium suum excommunicatum? dicas, quòd non, quia executoriales sunt extinctæ, de quo vide Felin. c. Apostolicæ. de excep. versicu. in super nota. in fi col. 97.*

¶ *Exemplatio instrumenti sumpta ab originali, cum authoritate ordinarij, facit plenam fidem. Tex. est c. fi. de fi instr. Adde, quòd dubitatur an delegatus ad cãm possit præstare authoritatem huic exemplationi, etiam quando instrumentum faceret ad causam delegatã, d. Ab. d. c fi. 2. col. dicit, q. non. Et idem tenet ibi Io. An. & alij. Adde ibi Fel. ver. fallit sextò. nu. 11. col. 916.*

Exemplatio instrumenti, seu testamenti, potest fieri coram iudice ecclesiastico inter clericos et laicos de rebus merè temporalibus, & etiam de rebus ecclesiasticis, & hoc, si sumus in terris ecclesiæ. si autem sumus in terris imperij, merè temporalia exemplabuntur coram iudice seculari, de rebus autem ecclesiasticis ad pias causas pertinentibus coram iudice ecclesiastico. Fallit in testamẽtis, quia illa, siue sint de rebus prophanis, siue ad pias causas, semper poterunt exemplari coram iudice ecclesiastico. Adde quòd contra istam distinctionem videtur sentire dom. Abb. c. fi. de fide instru. 3 colu. ver. tertiò quæritur, sed tu vide Inno. Host. Ant. de But. & Imo. Adde ibi Felin. versicu. fallit quartò. nume. 9. colum. 916. & seq.

Exemplatio instrumenti debet fieri cum autoritate iudicis, sed iudex debet huic exemplationi facere partem citari, de interesse cuius agitur, aliter dictæ exemplationi non debet præstare auctoritatem, imo non valeret si præstaret. Innocen. cap. fin. de fid. instrum. Bartol. authen. si quis in aliquo. 2. col. ver sicul. quæro, vtrum. C. de fid. instr. dom. Card. d. cap. fin. & Felin. ibi ver. debet autem iudex. num. 6. col. 915. Adde, quòd hoc fallit in aliquibus casibus, & primò, quando ipsemet notarius, qui fecit primum instrumentum, si aliud exemplat, tunc pars non est citanda, do. de Ro. deci. 10. inci. Fuit dubitatũ. Ant. de But. & Imol. in d. c. fi. & Bar. d. auth. si quis in aliquo. 2. col. ver. si puto etiam. & Felin. d. cap. fi. ver. istud autem de citatione. num. 7. col. vt supra. Item fallit, quando exemplatio fit in curia Romana pro inuocandis priuilegijs, vel indultis, quia isto casu non est citanda pars. Ant. de But. & Host. c. venerabilis. de cõfir. vtili. vel inuti li. do. Abb. c. ex parte. il 1. de priu. 1. col. Fel. d. c fi. ver. fallit tertio. nu. 8. col. 916. Itẽ fallit, quãdo exemplatio instrumẽti fit de mandato Papæ, & auctoritate ordinarij, quia non requiritur, quòd

quòd pars citetur. Host. c. peruenit. de fideius. & Imo. ibi Fel. d. c. fi. versi. fallit quartò. nu. 9. ibi. Item fallit, quando exemplatio instrumenti fit, sed expectare partem est periculum, quia isto casu propter periculum pars non est citanda, & debet fieri exẽplatio saluo iure absentium, domin. Abb. d. c. de fi. instru. versicu. quando aliqua instrumenta. & ibi Inno. & alij Felin. d. ca. fi. ver. fallit quintò. nume. 10. col. 916. Item fallit, quando pars est præsens, & scient, quòd fit exemplatio, quia non est citãda amplius. Ita Bar. in simili. l. ff. de in ius voc. Fel. d. c. fi. versicu. fallit sextò. nume. 11. vbi supra.

¶ *Exemplum sumptum de aliqua scriptura, puta, de instrumento aut de sententia, an fuerit plenam fidem? & dic, quòd si sententia, aut instrumentum est perditum, neque testes supersunt, qui interfuerunt actui, tunc non sufficit, quòd alij testes dicant se vidisse sententiam, aut instrumentum ad effectum, vt plenè probent. sed oportet, quòd probetur per aliquas præsumptiones, vel indicia, quòd instrumentum sit perditum, & quòd testes, qui deponunt de instrumento perdito, sint periti, ita quòd de facili non possint decipi. Ita d. Abb. c. Albe. de testi. 2. col. ver. nũc extraglo. & Barto. auth. si quis in aliquo. C. de eden. 2. col. versi. quæro, quid. & domin. Abb. c. cum olim. de priui. 3. col. versi. quando testes. Adde, quòd si aliquam scripturam, vel instrumentum quis vult exemplari, puta, quòd incipit deleri, vel timet, ne perdat originale, vt c. fi. de fi instru. tunc debet seruari solennitas, quia debet interuenire authoritas iudicis, & pars, de cuius interesse agitur est citanda. Et hoc intellige, quando alius notarius facit exemplum, sed si notarius, qui fuit rogatus de instrumento, facit exemplum, tũc sine solennitate exemplum faciat fidem. Ita do. Abb. d. c. Albe. 2. col. ver. in casu tertiò. Barto. d. auth. si quis in aliquo. 1. col. ver. dico ergo. & Bal. ibi 6. col. do. de Rot. decis. 10. & Anton. de But. & Imo. cap. fi. de fi. instru. vbi ponũt alios casus, in quibus exemplũ facit fidem sine solennitate. Vide de materia ista Fel. d. c. Albericus. ver. Item in quantum. nu. 2. col. 704. vbi ponit etiam practicam, quomodo exemplũ sit authenticandum per iudicem. Adde & extende regulam istam, videlicet, quòd exemplum sumptum a notario primò rogato, facit plenam fidem, quòd hoc habet locum, etiam quando tertius sumpsit exemplum ab originali, & notarius, qui fuit rogatus, subscripsit se in isto exemplo, tũc exemplũ facit plenam fidem sicut originale. De hoc habes gl. §. in his verò. Auth de instr. cauti. & fid. in gl. ver. sed per alium. & vide Ang. l. si quis ex argentarijs. ff. de eden.*

Exemplum sumptum ab originali instrumento facit fidem, quando est sumptum cum authoritate iudicis. Tex. c. fi. de fide instrumen. Adde, quòd fallit hoc, quando partes consentirent, quòd notarius publicet absque authoritate iudicis, quia faceret fidẽ. Bar. authen. si quis in aliquo. C. de eden. 2. col. ver. quandoque exemplatio. Io. And. Ant. de But. & Imo. d. c. fi. dom. Abb. c. Alberi cus. de testi. pen. col. ver. Aduerte. Adde Fel. d. c. fi. ver. regula autem istius tex. nu. 4. col. 914. Item fallit, quando exemplũ esset sumptum seu scriptum manu illius notarij, qui scripsit authẽticum, quia probaret sine authoritate iudicis. Bar. dicta authen. si quis in aliquo. 2. col. ver. puto etiam. & ibi Bal. & Sal. Adde Fel. d. c. fi. de fid. instru. ver. alleg. col. ea.

Exemplis aliquando iudicandum est, & tu vide glo. c. fi. 20. dist. & ibi Do. de S. Gem. Vide etiam do. Abb. c. afferte. de præsum. in prin. Et hoc modo limitabis nemo. C. de sen. Vide in materia ista Pet. de Anc. consi. suo 282. inci In auxilium. Adde Felin. d. c. afferte. in prin. col. 924.

¶ *Exemptus ab ordinario ipsius iurisdictionem prorogare non potest, & si de facto prorogat, ipsa prorogatio non valet. Io. And. regula. scienti. de reg. iur. in 6. Intellige tamen de exempto, qui exemptioni suæ renunciare non potest, vt puta quia sunt subiecti Papæ secus in alio exempto. Fel. c. P. & G. de offi. deleg. versic. si exemptus. nume. 13. col. 1096.*

Exemptus ab ordinario, & immediatè subditus Papæ non potest se submittere extraneo superioris sine licentia Papæ, tamen ordinario alias suo bene se sumittere potest, quia hoc modo res redit ad ius commune. Felin. capit. cùm accessissent. de constitu. in prin. colum. 156. Adde quid de alio exempto, non tamen subdito Papæ, an possit consentire in suum episcopum sine licentia prælati inferioris sui superioris? Vide in litera C. §. clericus, qui est subditus.

Exemptus potest iurisdictionem episcopi sui, videlicet loci, prorogare, dom. Abb. c. significasti. de so. compe. Fallit hoc quando Papa in priuilegio sibi aliquid reseruasset. Ita Fe. c. cum accessissent. de consti. ver. hanc regulam limita. post. nu. 25. col. 167. Adde, quæ posui in litera S. §. sententia lata contra exemptum non nocet superiori. Adde tu, quòd etiamsi superior nihil sibi reseruasset, priuilegiatus non posset renunciare priuilegio exemptionis in præiudicium superioris. Et non obstat illud, quòd dicitur, quòd quis potest renunciare priuilegio suo, & iuri pro se introducto, vt c. ad Apostolicam. de regula. et l si quis in conscribẽdo. C. de pac. quia fallit hoc in priuilegio exemptionis, ratio est, quia tangitur nedũ fauor exempti, sed etiã fauor ipsius superioris an alijs, priuilegijs in quibus tagitur fauor priuilegiati solũ. Credo, q. bene procedat limitatio Felin. d. cap. cum accessissent. d. versicu. hanc regulam limita. vbi supra proxi. Sed in causa exemptionis teneo, quòd malè locutus sit, quia absque eo, quòd superior aliquid sibi reseruasset, exemptus non posset renunciare priuilegio per rationes superius allegatas. & hoc est de mente dom. Abb. c. cum tempore. de arbit.

Exemptus an possit se subiicere ordinario, vt eum absoluat ab excommunicatione, dom. Abb. disputatione sua incip. duo clerici. 1. dubio tenuit, quòd non. vide Fel. c. cum olim. de præscr. versic. dum Abb. nume. 3. col. 424. & c. significasti. de for. compet. & vidi dom. Abb. 5 col.

Exemptus, an ordinarius, qui non potest iudicare de delictis exemptorum possit ad minus cognoscere & declarare ipsum delinquẽtem esse dom. Car. clemen. fi. de pœn. & remis. 5. q. tenuit, quòd sic. Idem tenet Do. de S. Gem. c. si Papa. 40. dist. 4. col. Adde Felin. capitu. non potest. de re iud. ver. & ideo pulchrè dixit. nume. 3. col. 366.

Exemptus excommunicatus non potest absolui ab excommunicatione ab episcopo, vide supra. §. excommunicatus si est exemptus.

Exemptus ab oneribus publicis, an portio sua accrescat cæteris de vniuersitate, an verò debeat detrahi. dom. Abb. c. accedentes. de præscrip. 3. col. ver. nũc quæro. dicit, quòd certum est, quòd princeps potest aliquem eximere ab istis oneribus publicis, vt est tex. d. c. accedentes, & c. cũ instantia. de censibus, sed dicit, quòd est notabilis quæstio nunquid onus incumbens immineat in solidũ reliquis, & post multa dom. Abb. ibi reducit omnia ad quatuor casus, vt puta si onus imminet pluribus non in solidum, sed pro virili portione, & tũc aut ex contractu, aut ex vltima voluntate, aut ex dispositione iuris communis, aut ex consuetudine. Vide videas ibi, quid tenendum in omnibus istis casibus, & vide Fel. d. c. accedentes. versi. vlterius in quantum Abb. hic. nume. 7. col. 235. vbi in materia ista loquitur multum intricatè. Adde, vt habeas veritatem istius q. quòd dubium est, si princeps, vel communitas eximit aliquem ab oneribus publicis, an non exempti teneantur in solidum ad onus incumbens. Pau. de Ca. tangit istũ passum. l. si vnus. ff. de pac. vbi dicit, quòd si princeps, vel communitas imponat aliquod onus cõitari sibi subiectæ, puta de soluendo decem milia, & postea princeps, vel cõitas facit aliquos exemptos, nunquid debeat in solutione defalcari illa pars, quæ spectabat ad illos exemptos? an verò debeat alius accrescere? Barto. l. ab hominib. ff. de leg. 1. dicit, quòd si communitas tenetur soluere salarium potestati, & vna villa eximetur, cæteri tamen tenentur soluere salarium ad integrum. Sequitur Angel. ibi, & Imo. cum aliqua tamen distinctione, & Pe. de Anc. cle. præsenti. de censi. Adde, quòd in contrarium esset communis sententia, quia priuilegium concessum, non debet in aliorum damnum redundare, l. nec auus. C. de emancip lib. l. cum filius. ff. de testa. mil. Et ita tenet Gu. de Cu. d. l. si vnus. ff. de pac. Spec. & Ioan. An. ti. de cens §. 1. ver. quid si aliqua communitas. Et dicit Pa. de Cast. quòd vidit istam partem de facto seruari, quia est benignior, & quòd beneficia & priuilegia sunt interponenda contra ipsum concedentem, c. cum dilecti. de don. c. olim. de verb. sig. Itẽ tenet Gul. Ray. Alb. & Angel. d. l. si vnus. §. item pactus. ff. de pact. & ibidem Bal. & Lu. Ro. §. sed generaliter. Bal. l. etiam. vlt. col. C. de exce. rei iud. Lu. Ro. l. 3. in prin. ff. de re iud. Io. An. Ant. de But. & alii. c. peruenit. de immu. ecc. do. Alex. consi. suo 319. inci. In concurrenti casu. Ergo pro concordia puto considerandos esse tres casus, aut enim rex, vel princeps, qui debet recipere censum, est ille, qui facit exemptionem, & tunc teneo, quòd debet detrahi de censu principis, & alij grauari non debent. per l. 1. C. vt nullus ex vica. lib. 11. & quia priuilegium principis nõ debet in aliorum præiudicium redundare, vt dixi, & ita in istis

terminis

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminis tenet Io. An. Ant. de But. & alij, d.c. peruenit. Aut vero vniuersitas, vel communitas, quæ tenetur soluere talem censum superiori, est illa, quæ facit aliquem exemptum, & tunc portio illius exempti accrescit cæteris de vniuersitate. Ita tenet glo. ordinaria l. euacuatis. in gl. fi. §. 1. C. de decur. lib. 10. quæ notat arg. contra rusticos, qui quandoque concedunt immunitatẽ alicui fabro, vel simili artifici, quia ipsi tenẽtur pro eo soluere, quia factum eorum non debet nocere superiori. Et ita tenet do. Alexan. consi. suo 3. incip. Visis instrumentis. & Lud. Rom. consil. suo 252. inci. Pro decisione. Facit, quòd vult Bal. c. secundò requiris. de app. Aut agitur de censu, seu salario præstando tertio, puta, comitatenses tenentur soluere salarium potestati, & princeps facit vnam villam exemptam, certè alij tenentur ad integrum salarium potestati. Ita propriè loquitur Bal. d. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. Et sic nulla diminutio fiet de salario potestatis, quia nõ est præsumendum principem per talem exemptionem voluisse põ iudicare tertio, & sic potestati, d. l. nec auus. & c. super eo. de offeleg. Istam puto esse veram conclusionem in isto passu quotidiano, & vtili. Vide, quæ addidi ibi ad Fel.

Exemptus, qui est sub Papa potest se tueri ex non completa præscriptione respectu Papæ, quamuis, quantum ad ipsum, sit completa. Ita do. Abb. c. ad audientiam. de præscr. 3. colu. versicu. quæro, quare. Et item tenet do. Abb. c. cum venissent. de iud. 1. col. Adde Felin. d. c. ad audientiam. versicu. in quantum Abb. post alios. nume. 17. col. 255.

Exempti non possunt disponere ad libitum de sua exẽptione, & hoc propter ius Papæ, do. Abb. c. cum olim. de præscrip. 3. col. versi. sed contra. Et item tenet Ioan. And. regula. scienti. de reg. iur. in 6. & do. Abb. c. cum dilectus. de relig. do. penul. col. vbi dicit, quòd si exemptus præstat obedientiam cum toto suo conuentu ordinario, tamen non præiudicat Papæ, imo plus licit do. Abb. d. c. ad audientiam. de præscr. quòd si exempti per dissent exemptionem, quo ad se, propter præscriptionem, tamen possent eam recuperare adducendo ius Papæ, quia non præscribitur contra Papam, nisi per centum annos. Adde Feli. d. c. cum olim. versi. dum Abb. post glo. nu. 3. colum. 323.

Exempti, qui habent priuilegium personale, vt puta quòd nõ sunt, nisi sub Papa, vt sunt isti capellani, & scriptores, & alij, an ratione delicti possunt conueniri? Ponit Felin. c. fi. de fo. comp. versi. quomodo priuilegium. nu. 5. col. 218.

Exempti, qui habent beneficium non exemptum, & in eo sunt negligentes, puta circa residentiam, an ab ordinario loci poterunt puniri. Fel ponit c. fi. de fo. comp. versi. item declara. nu. 6. col. 218.

Exempti possunt capi ab ordinario in maioribus delictis, vbi timetur de fuga, & remitti ad superiorem. Ita Fel. c. fi. de fo. competer. demum no. perpetuò. nume. 7. col. 219.

¶ *Exilium an sit pœna capitalis. Vide glo. l. j. C. ne Christianum manc. tex. l. sed & si quis. ff. de accu.*

¶ *Exonerare volẽs conscientiam suam de malo consilio, quid facere debeat. Fel. de homi. c. sicut dignum. nu. 14. col. 1022.*

¶ *Expectans beneficium an possit permutare illud ius expectandi cum alio beneficio. Fel. c. ad audientiam. lo 2. de rescr. ver. No. etiam ex eadem gl. nu. 10. col. 799.*

Expectans potest acceptare beneficium vacans de iure, licèt nõ de facto. Fel. de rescri. c. ex tenore. nume. 8. col. 527.

¶ *Expectatiuam si quis habet ad beneficium vacaturum, si aliud impetrat, an debeat facere mentionem de ipsa? Vide quæ posui in litera L. §. literas expectatiuas.*

¶ *Expensæ an possunt peti in causa criminali criminaliter mota? vide, quæ posui in litera C. §. condemnatio expensarum. Quid de inquisito, vtrum inquisitus, qui fuit absolutus, possit petere expensas factas? Vide gl. 1 c. dilecti. de do. & cont. & ibi do. Abb. 10. col. versi. gl. vlt. Cy. & Bal. l. seueritatem. C. de excu. tu.*

Expensæ factæ ratione contumaciæ, an in condemnatione earum requiratur noua citatio? ponit Felin. c. 1. de iudic. ver. in condemnatione expensarum. nu. 9. col. 12. Adde tamen, quòd est magna differentia inter istas expensas, & expensas, quæ debentur ex stipulatione, quia regula est, quòd quando expensæ debentur ex stipulatione, iusta causa non excusat. glo. singul. §. oportet. in verbo, solo. in fin. vbi Ang. Auth. de iudic. quam Bal. cap. breui. de iureiuran. & Salice. l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. reputant singularem, sed expensæ aliæ, quæ veniunt ratione contumaciæ, iusta causa excusantur, si veniant iure actionis, vt not. Barto. l. s. §. is videtur. ff. si quis ius dic. non obtemp. circa fin. versicu. quæro, an ad hoc. & gloss. cum tex. cap. querelam. de procur.

Expensæ si non sunt petitæ per actorem coram primo iudice, non poterit amplius illas petere coram iudice appellationis, & hoc intelige, si ipse actor vult appellare ex eo solo, quòd iudex omisit condemnationem expensarum. dom. Abb. c. significauerunt. de excep. 3. col. versi. aduerte. Et hoc nota contra Felin. d. c. significauerunt. nume. 4. col. 106. sed vide Felin. qui istud declarat d. c. significauerunt. versicu. hanc quartam limitationem. nume. 5. colum. 107. Adde & limita etiam prædicta, nisi reus appellaret, quia isto casu actor, qui omisit petere expensas coram primo iudice, poterit petere coram iudice appellationis, do. Abb. d. ca. significauerunt. ver. fateor tamen. & ibi fel. ver. & licèt in diffinitiua. nu. 6. col. 110. Adde ad istã illa quæ posui in litera V. §. victor, qui habuit sententiam.

Expensæ primæ sententiæ an intelligantur confirmatæ si iudex appellationis confirmauit primam sententiam? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex appellationis si confirmat.

Expensas facta in iudicio reus tenetur soluere. Fallit hoc, nisi actor distulit probare intentionem suam, quia ipse reus non tenetur soluere expensas, nisi post probationem, vt puta post productionem instrumenti. Bar. l. si quis. ff. depositi. Abb. c. 2. de secundum. in fin. Barto. l. qui in alterius. ff. de re iud. Pet. de Anc. consi. suo 322. incip. Super primo dubio. 1. col. Felin. c. exceptionem. de excep. versi. subdit Bald. hic. nu. 47. col. 332. Adde tu Bal. l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. in fin. vbi ponit, quid si aliquis habens iustam causam litigandi super tota causa, tamen super vna exceptione non, an teneatur ad omnes expensas? Allegat Io. Andr. cap. vt præterita. de elect. Barto. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens.

¶ *Expressa mentio si requiratur in aliqua re, oportet, quòd sigillatim & formaliter exprimat. glo. c. inquisitores. de hære. in 6. Vnde si Papa in rescripto confirmat priuilegium ecclesiæ, & tenor non sit in rescripto, illa confirmatio non probat. Pro hoc est text. optimus. c. penult. de confirma. vtil. vel inutil. qui proprie loquitur in istis terminis. In contrarium est glo. c. Romanorum, 12. distin. ver. desunt. quam sequitur domin. Alex. l. admonendi. ff. de iureiu. 4. col. Felin. c. translato. de consti. versi. secundus casus sit. nume. 5. col. 72.*

¶ *Exprimenda sunt in rescripto, quæ possunt mouere animũ principis ad concedendum, vel non concedendum. Felin. de rescr. c. super literis. nu. 8. versi. exprimenda sunt. col. 578.*

¶ *Exprimere debet appellans extraiudicialiter causas grauaminis, & hoc, quando appellatur a iudice, capitu. 1. de appel. in 6. nis, & hoc, quando appellatur a iudice, capitu. 1. de appel. in 6. sed si appellatur extra iudicium à parte, tunc non debet pars exprimere causas, nisi talis appellatio necessitaret aduersarium ad prosecutionem ipsius appellationis absque alia citatione. Ita do min. Abba. capitu. cum sit. de appella. 6. colum. versic. concluderem sic. Vide Felin. cap. cum sit. ver. exprimenda est nume. 11. colum. 622.*

¶ *Extensio in Statutis ad casum omissum, etiam odiosum, ex maioritate rationis fit. Felin. capitu. translato. de consti. nume. 8. versi. Et de ista materia. col. 74. Adde etiam, quòd in Statutis fit extensio ad casum omissum, etiamsi sumus in correctorijs, quia isto casu sumitur argumentum a contrario sensu, & quando aliàs dispositio noua nihil noui induceret. Et sic limita gloss. cap. 1. de ætate & qualitate. in 6. Ita Moder. l. senium. C. qui testament. facere possunt.*

¶ *Extraiudicialia non requirunt, nisi solum vnam vocationem, & sic in omni actu extraiudiciali quis non est vocandus, nisi se mel. Ioan. And. c. ego N. de iureiur. & ibi domin. Abba. 2. colu. versi. no. secundò gloss. clem. 1. de hære. verb. requisierit. glo. cap. episcopus. 18. dist. & ibi Dom. de san. Gem. Bar. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nun. Barto. l. qui crimen. C. de accusa. 8. q. Adde Felin. d. c. ego. versic. in text. ibi, contra omnes. num. 7. colum. 1014.*

¶ *Extrauagans disponens idem, quod ius commune censetur ius commune. Felin. capitu. pastoralis. de fi. instru. in prin. nume. 1. colum. 840.*

Extrauagans de pace Constan. an sit authentica? Vide Bald. ibi in vlt. col. versi. hæc sunt nomina.

Extrema vnctio non datur damnatis ad mortẽ ex delicto. Dom. de S. Gem. c. super eo. de hære. in 6. Fel. c. ad abolendam. de hære. ver. in glo. in verb. audentis. nu. 3. col 665.

Extrinseca solennitas an præsumatur interuenisse in actu absque eo, quòd de illa aliter appareat, Vide, quæ posui in litera S. §. solennitas extrinseca.

F.

FABER, Qui conduxit hospitium iuxta scholas vel iuxta domum doctoris, vel scholaris, & eũ impedit maleando, nunquid faber tenetur cedere doctori, vel scholari? Vide per Fel. c. fin. de iud. ver. ad fabrũ impedientẽ. nu. 16. col. 149.

¶ *Facultas faciendi quando præscribatur. Ponit Fel. c. cum accessissent. de consti. ver. limita secundo hanc regulã. nu. 26. col. 168.*

Facultate testandi an possit quis se in vita priuare, donando se & omnia bona sua loco religioso, do. Ab. c. in præsentia. 5. no. de probat. tenet, quòd sic, allegat Bar. l. fi. C. de pac. Postea Abb. remittit se ad ea, quæ est dicturus c. fi. de succes. ab intest. Fel. d. cap. in præsentia. ver. in tex. ibi, vnde vniuersa, quæ. nu. 5. col. 378. dicit, quòd dom. Abb. nihil dicit d. c. fi Tu dic, quòd imò do. Abb. d. c. fi. 1. no. tangit istam difficultatem, & quòd quis possit se priuare in vita facultate testandi. Fel. post ea d. c. in præsentia. ver. si. præalleg. dicit, quòd donatio omnium bonorum præsentium valet, & quòd iste passus non est dubius, per tex. l. subemus nulli. C. de sacrosan. ecc. sed quòd donatio bonorum præsentium, & futurorum valeat, quòd iste est bene passus difficilis, & postea subdit, quòd in effectu non valeat talis donatio, & quòd ita consuluit Ang consi. suo 181. inci. Visis instrumentis. & Pet. de Anc. consi. suo 226. inci. De primo, vtrum ista donatio. Adde tamen, quòd Fel. ibi, d. c. in præsentia. loco præallegato, tenet contra Ange. & Pe. de Anc. per rationes, quas ibi vide per eum. Adde tu ad ista pro clariori intelligentia primò, vtrum donatio inter viuos facta ecclesiæ, tã de bonis præsentibus quam futuris, valeat, & dic, quòd Bar. l. si. C. de pact. vlt. col. ver. prædicta. forte tenuit, quòd sic. Idem tenet Sal. auth si qua mulier. vlt. col. C. de sacrosan. Eccl. de cuius veritate vide dom. Abb. d. c. fi. 1. not. de succe. ab itest. & d. c. in præsentia in 5. no. do. Alex. l. stipulatio hoc modo. ff. de ver. ob. Adde Bar. in simili, & fortioribus, terminis, l. tale pactum. ff. de pact. § fi. vlt. colu. videlicet quòd quando aliquis viuens in contractibus, vel actibus, appellat aliquem hæredem, videtur eum suum supremum iudicium constituisse. Est verum, quòd illam opin. Barto. ibi reprehendunt Angel. & Pau. de Castr. Tamen tu eam in iudicando & consulendo tene, quia digna & notabilis. Adde, quòd Ludo. Rom. auth. similiter. in repe. C. ad l. Fal. capitu. sentit in aliquibus cũ Barto. Vide eum ibi 6. col. vltimò speciali. Et hoc modo fortifica opin. Felin. d. c. in præsentia. versicu. sed certè quamuis. nume. 6. col. ead.

¶ *Falsa causa vitiat legitimationem. Pet. de Anc. consil. suo 246. inci. ex tenore. Vide Fel. c. quod super. de fi. instr. versi. an autem falsa causa. nu. 3. col. 834.*

Falsa causa an vitiet vnionem ecclesiarum. Vide Rot. dec. 182. in ci. Item no. in antiquis, & in deci. 298. inci. Virum vnio. Adde Fel. c. quod super. de fi. instr. Ibidem. nu. 4.

Falsa causa an vitiet reseruationem Papæ? Vide, quæ posui in litera R. §. reseruatio Papæ.

Falsa causa an vitiet prouisionem Papæ. Vide, quæ posui in litera P. §. prouisio Papæ.

Falsa causa an vitiet gratiam Papæ. Vide, quæ posui in litera G. §. gratia Papæ.

Falsa causa vitiat dispensationẽ. Bal. c. quod super. de fi. instr. Anto. de But. c. non est de voto. Vide Fel. d. c. quod super. de fi. instru. ver. idem de dispensatione. nu. 2. col. 834.

Falsa causa expressa in sententia, regulariter non vitiat ipsam sententiam, nisi pars appellaret, gl. fi. l. si is, ad quem. ff. de acquiren. hære. vbi Imo. Ponit etiam do. Abb. d. c. sicut. de re iud. 4. col. versi. item attende. Fel. ibi versi. falsa causa. num. 19. col. 487. Adde, quòd ista regula fallit in multis casibus, & primò, quando sententia fertur sub conditione falsa. Ang. & Imo. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. Fel. d. c. sicut. versi. fallit primò. nu. 20. col. ea. Item fallit ista regula, quando sententia est lata, & in ea est expressa causa falsa contra ius scriptum quia non valet, do. Abb. d. c. sicut. loco præalle. Bal. auth. non licet. C. de libe. præter. Fel. d. c. sicut. versi. fallit tertiò. nu. 21. col. 488. Item fallit ista regula, quando in sententia est expressa causa falsa et iniusta, quia æquipollet nullitati. Fel. d. c. sicut. ver. fallit quartò. Ibi. nu. 22. col. ea. Item fallit ista regula, quando in sententia est expressa causa falsa, eo, quia fuerunt factæ falsæ allegationes in facto contra absentem, quia sententia est nulla dom. Alex. d. §. duo fratres. vbi etiam Ang. & Imo. Fel. d. c. sicut. versi. Fallit quintò. nu. 3. col. ea. Item fallit ista regula, quando in sententia esset expressa falsitas, quæ respicit ordinem puta, quia dicitur, Ps lis fuit contestata, quæ non fuit contestata, quia sententia est nulla. Fel. d. c. sicut. versi. fallit sextò. nume. 24. col. 489. Item fallit ista regula, quando in sententia est expressa falsa causa, per relationem ad acta, in quibus apparet de errore notorie, quia sententia est nulla. Vide Felin. d. c. sicut. versicu. fallit septimo. vbi supra. nu. 25. col. ead.

Falsa latinitas vitiat rescriptum, etiamsi constaret de mente Papæ. Ita Fel. c. ad audientiam. de rescr. in prin. nu. 1. colu. 470.

Falsa latinitas in statutis, an vitiat statutum. Vide Fel. d. c. ad audientiam. de rescr. ver. amplia quartò. nu 2. col. 470.

Falsa latinitas in priuilegio vitiat priuilegium. Fel. c. ad audientiam. de rescr. Ibidem.

Falsa latinitas vitiat rescriptum, & hoc, quando vitiũ est euidens, aliter non. Felin. cap. ad audientiam. versicu. Et ista sequitur. num. 4. col. 472.

Falsa latinitas si potest allegari per figurã, vel per subaudientiam, rescriptum non erit nullum. Ita Fel. c. ad audientiam. de rescr. ver limita quintò, & ver. sed nu. 5. col. 473.

Falsa latinitas an vitiet rescriptum gratiosum, aut rescriptum ad lites. Ponit domin. Abb. c. ex parte. de fi. instru. in prin. & ibi Fel. nu. 22. col. 870. Et vide, quæ posui in litera S. §. Syllaba si deficit. vbi habes limitationẽ ad tex. c. ad audientiã. si l. de rescr.

Falsa latinitas non vitiat instrumentum, etiam eo casu, quo vitiaret rescriptum. Ange. l. qui habebat. in prin. de manu. test. Bal. l. cum antè. C. de don. ante nup. Spe. tit. de rescr. præsen. §. 1. igitur. ver. item, quòd litera. Bar. l. demonstratio. 1. col. ff. de condi. & demon. Fel. cap. ex parte. de fi. instru. versi & ista habet. nume. 2. col. 870.

Falsa latinitas non vitiat Scripturam sanctam. Ita Fel. c. ad audientiam. il 1. de rescr. ver. limita nono nu 7. col. 473.

Falsa latinitas non vitiat testamentum. Fel. d. c. ad audientiam. de rescr. ver. limita decimò nu. 8. col. 474.

Falsa demonstratio non vitiat rescriptum. Fel. c. significante. de rescrip. in prin. nu. 1. col. 867.

¶ *Falsus procurator quot modis dicatur. Vide, quæ posui in litera P. §. procurator falsus. Et vtrum dominus possit ratificare gesta falsi procuratoris, ibi vide, & in litera R. §. ratificatio domini regulariter.*

¶ *Falsans literas Papæ, imò qui addit vnum punctum, est excommunicatus excommunicatione Papali. Ita Fel. c. ex parte. de rescr. ver. & qui apponit manus. num. 18 col. 346. Adde Host. in summa, de crimi. fal. §. qualiter. 4 col. ver. sed hodie.*

Falsans instrumenta, vel testes, an debet per hoc perdere causam? gl. c. cum venerabilis. de exce. verb. licèt. tenet, quòd si si est talis falsitas, quæ habeat nocere causæ. Bar. l. in fraudẽ. §. quoties. ff. de iure fis. dicit, quòd cõmittens falsum circa instrumenta, vel testes, non ex hoc perdit causam, secus, si committitur falsum circa acta causæ, dom. Abb. d. c. cum venerabilis. 9. col. versi. secũ dò principaliter. tenet opin. Bar. quòd falsans instrumenta, vel testes, non debet perdere causam, sed aliter punitur. Ita Bart. l. duus. ff. de re iud. Adde Fel. d. c. cum venerabilis. ver. vtrum sicut falsans. col. 54. nu. 19.

Falsans acta causæ an debeat perdere cãm. do. Abb. c. cũ venerabilis. de exce. 9. col. ver. secundo principaliter. & ver. quid dicemus. tenet, quòd falsans acta causæ non debet propter hoc perdere cãm, sicut etiã non perdit cãm, qui falsificat testes, vel instrumenta, vt supra §. falsans instrumenta. Idem tenet Bald. addi. Spe. rub. de exce. sen. 3. col. & d. c. cũ venerabilis. Adde tu, quòd in contrarium est veritas, quia imò falsans acta causæ, perdit causam. Et sic not. differentiam inter falsantem acta causæ, & falsantem instrumenta, vel testes, quia qui falsificat instrumenta, vel testes, non perdit causam, sed qui falsificat acta causæ perdit causam. Et ista est cõmunis opi. quam tenuit gl. et Bar. d. l. in fraudem. §. quoties. ff. de in. iss. Bal. l. qui testamento. ff. de exc. tu. Bar. l. 1. §. 2. ff. de calum. Fel. d. c. cum venerabilis. d. versi. col. ea. Adde, & quod dictũ est de corrumpente acta, extende etiã ad corrumpentem iudicem, quia perdit causam. Bar. d. l. 1. §. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Falsarius an dicatur ille, qui aperit literas priuatas alij destinatas. Vide, quæ posui in litera A. §. aperiens literas.*

Falsarius est ille, qui falsificat acta causæ. Vide, quæ posui in litera A. §. acta causæ si sunt.

¶ *Falsitas, quæ nulli nocet, puniri non debet, de quo vide, quæ posui in litera A. §. animum nocendi.*

Falsitas expressa circa expressionem beneficij, vtrum habeat vitia re, si constat de corpore. Ponit Fel. c. significante. de rescr. versi. vlterius tangit hic Abb. nu. 8. col. 871.

Falsitas instrumenti in vna parte vitiat totum instrumentum, de quo vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum falsum in vna parte.

Falsitas testium, aut instrumentorum, an possit tractari in causa appellationis. gl. 2. c. licèt. de probat. tangit istam q. Tu dic, aut nunquam fuit mota, & certum est, quòd in causa appellationis mouers potest, aut in prima instantia fuit mota, & in hoc stat tota difficultas. Vnde dicas, quòd si mouetur causa falsitatis in causa appellationis, tunc non licèt eam probare directam, quia esset producere testes super capitulis directo contrarijs post didicita testificata contra causam, clem. 2. de testi. Ideo falsitas sic mota in secunda instantia, debet probari indirectè. Ita do. Abb. d. c. licèt. 8. col. versi. venio ad primum. & Fel. idem tenet d. c. licèt. versi. gl. verbo, opponi. nu. 24. col. 430. Adde tu, quòd in causa appe. est licitum causam falsitatis etiam directè probare, et hoc, quando testes deposuerunt in prima instantia obscurè, adeò quòd pars instrui non potest ad probandum directè contrarium. Io. Andr. in Specu. tit. de testi. c. sæpe. Vide per Fel. d. c. licèt. versi. fallit autè primò, nu. 25. col. ea. Fallit, vbi etiam testes non fuerunt publicati, quia licitum est probare falsitatem in secunda instantia directè. Felin. d. c. licet versi. fallit secundò, colum. eadem, nume. 26. Item falsitas potest probari in causa appel. post didicita testificata, ad hoc, quando est facta additio ad primum capitulum, vt puta in prima instantia fuit dictum, quòd testes falsum deposuerunt, postea in causa appellationis fuit additum, quòd corrupti etiam deposuerunt, propter istam additionem dicitur nouum capitulum, & super nouis capitulis, in causa appellationis possunt produci testes, de quo vide domin. Abb. d. ca. licèt. 8. col. versi. nam tunc, vbi etiam Felin. versicu. fallit tertiò. nume. 27. col. eadem.

Falsitas testium, aut instrumentorum sola probata, an sit sufficiès ad retractationem sententiæ? dom. Abb. ponit c. licèt. de prob. 8. col. versi. venio ad secundum, & ibi dicit, quòd sola falsitas sufficit, dummodo probetur, quòd iudex secutus falsitatem tulit sententiam. Adde Fel. d. c. licèt. versicu. secunda conclusio. nume. 28. col. 431.

Falsitas an possit opponi post conclusionem in causa? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio falsitatis.

¶ *Fama plus est, quam clamor, quia fama plurimorum est clamor paucorum, de quo vide Fel. c. qualiter & quando. sl 2. de accusa. nume. 7. versi. not. quintò. col. 817.*

Fama inducit iustam credulitatem, adeo quòd excusat accusatorè à præsumpta calumnia. Fel. c. cùm contingat. de rescr. in princi. versi. in quantum ex gl. 1. colligit. nume. 2. col. 640. Adde tu, quòd fama publica excusat a dolo. Facit text. l. illud. de lib. cau. no. Bar. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. here. versi. item iusta credendi.

Fama inducit iustam causam credendi etiam in antiquis, si fama eadem fuit antiquorum meorum. Feli. c. cum contingat. de rescr. versi. quòd autem fama. nu. 2. col. 641. Adde tu, quòd fama in antiquis factis facit iuris præsumptionem. Ita Bald. c. vasallus. ad ſi. de feud. fuer. controuer. inter do. & vasal. & l. proprietas. C. de proba. & l. bona fidei. versi. quartò inspicitur. C. de reb. cred. Canonistæ c. cum causam. de testi. domi. Abb. c. veniès. eod. tit. Hoc maxime habet locum in possessoriis, vt perscribentes d. c. cum causam. Item verum hoc in probatione territorij & iurisdictionis, vt per Bal. d. l. proprietas. Itè fama in causa ciuili probat plene etiam in factis antiquis. Inno. c. veniens. de verbo. sign. Bart. auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. Et ibi dicit, quòd per famã probari possunt antiquissima dominia, quòd ius patronatus, quod no. perpetuo.

Fama sola probat, vbi aliàs probatio est de sui natura difficilis probationis. Vide infra. §. fama sola per se. & §. fama non facit plenam probationem.

Fama sola an probet filiationẽ? Vide supra. §. filiatio quibus modis.

Fama sola per se non probat fines diœcesis. Ita dicit gl. c. cum causam. de proba. 2. gl. & ibi dom. Abb. 3. col. versi. no. bene. Et idẽ tenet ibi Imo. Bal. & Ant. de But. Adde, quòd Imo. d. c. cũ causam. dicit, quòd quicquid sit in alijs materijs, communiter tenetur, quòd in antiquis fama probet, & Felin. ibi. versi. glo. in verbo, famam. nu. 9. col. 485. transit cum ista opinione Imo. Dic tu, quòd quando à communiter accidentibus probatio solet esse difficilis, tunc fama facit plenam probationem, quæ aliàs vix facit semiplenam. vt no. c. præterea. de testib. Ant. de But. c. veniens. sl 1. eod. tit. Hinc est, quòd in antiquis, vbi est difficilis probatio, fama sola facit plenam probationem. Ita Innocen. c. veniẽs. de verb. signifi. Bal. l. cum super. C. de rei vend. & authen. quas actiones. vlt. colum. C. de sacrosanct. eccles. & dicit Bal. notabiliter l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negot. gest. quòd fama cum antiquissima possessione, de qua in contrarium memoria hic non existat, habetur pro plena probatione. Et idem tenet l. bonæ fidei. C. de reb. cre. vlt. col. Adde, quòd idem sentit Fel. c. veniens. sl 1. de testi. ver. prima conclusio. nu. 7. col. 539.

Fama non facit plenam fidem. Ista est regula firma. Casus est l. 3. §. eiusdẽ. ff. de test. & c. si testes. §. itẽ sæpe. & ibi gl. 4. q. 3. Fallit ista regula in aliquibus casibus, & primò, vbi vsus loquẽdi hominum aliter induceret, quia in isto casu fama, seu communis opin. faciunt, seu inducunt veritatem, & sic sufficit probare famam, videlicet quòd homines talis ciuitatis intelligunt aliqua verba tali modo. Ita Barto. l. Labeo. ff. de suppel. leg. i. colum. versi. quæro, vtrum. Idem tenet domin. Abba. c. veniens. sl 1. de testi. 3. colum. versicu. Barto. dicit. Vide Felin. d. c. veniens. versicu. prima conclusio. nume. 7. col. 539. Fallit etiam ista regula, quia fama probat, vbi versatur favor publicus, puta, quia iudex est excommunicatus, tamen si non habetur pro excommunicato, sententia sua valet. Idem in iudice, qui est infamis, si non habetur pro infami. Barto. l. si arbiter. C. de sentẽ. & interlo. Felin. cap. veniens. versi. idem vbi versatur. co. 540. Fallit etiam ista regula, vbi quid clare probari non potest, puta, quando cum difficultate probatio non potest haberi, tunc fama probat, de quo per Bartol. l. si quis. §. an verò ff. de edend. versicu. quidam sunt casus. Vide per Felin. d. capitu. veniens. versicu. fallit in casibus. colum. 539. nume. 7. & adde ad ista illa, quæ posui supra. §. fama sola per se, Fallit etiam ista regula, vbi agitur de paruo præiudicio, quia fama probat, domin. Abb. d. cap. veniens. 3. col. versicu. quædam sunt. & ibi Felin. versicu. idem vbi agitur. nume. 9. col. 540. Fallit etiam ista regula, quia fama probat semiplenè in causa ciuili ardua, ita tenet glossa. d. c. veniens. glo. 2. circa si. & glossa. d. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & gl. d. c. si testes. §. item sæpe. 4. q. 3. Spe. ti. de proba. §. videdũ. ver. 6. Idem tenet Bal. Ant. de Bu. c. veniens. Vide Fel. d. c. veniens. versi. secunda conclusio. nu. 10. col. ea. Adde, quòd contrariam opinionem tenet Dyn. l. 2. ff. de exc. tut. & Io. And. in Spe. titu. de notorio cri. §. fama. do. Abb. c. super eo. de consangui. & affi. & c. 2. de clandest. despon. & d. c. veniens. 4. col. versi. aut non probatur. Adde Fel. d. c. veniens. ver. sed contra istam cõclusionem. num. 11. col. 540. vbi post multa dicit, quòd non vult assirmare. nec primam, nec secundam conclusionem, sed relinquitur arbitrio iudicis. Fallit etiam ista regula, quia fama probat in factis antiquis excedentibus memoriam hominum. Inno. c. quid per nouale. de verb. sig. Bal. l. cum super. C. de rei vend. Spec. ti. de prob. §. 1. versi. hoc etiam no. Bal. l. non ignorat. 6. col. C. qui accus. non pos. Vide Fel. c. veniens. versi. quarta conclusio. nu. 16. col. 542. Contrarium tenuit do. Abb. d. c. veniens. 2. col. versi. secundò, quòd in factis antiquis. & c. inter dilectos. de fi. instr. 4. col. ver. no. Vide Fel. d. c. veniens. versi. nihilominus. col. 543. vbi finaliter dicit, q tenenda est prima opinio, tãquam cõmunis & ibi latissimè per eum. Fallit etiam ista regula, quia fama probat, quando habet ortum ab honestis personis, & hoc etiã sine alijs adminiculis. Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. 2. col. ver. tertiò quæro. Bald. l. ea quidem. pen. col. C. de accu. & Salice. d. l. ea quidem. 2. q. Vide dom. Abb. d. c. veniens. de testi. 4. col. versi. & his. vbi dicit, quòd fama vulgi non probat, nisi sit adminicula ex plurib. casib. qui habent inducere populũ ad sic credendũ, dic tu, q hoc est verum, quando fama habet ortũ à vilibus, vel inhonestis personis. Vide Fel. d. c. veniens, versicu. quinta cõclus. nu. 17. col. 544. Adde tu, q fama, q̃ habet ortum ab honestis personis, plenè probat sine alijs adminiculis, et sic notabis, q illud, quod dicitur a personis side dignis, est iusta causa credu

cr edulitatis. Ita Bar. l. de pupillo. § si quis ipsi. ff. de no. ope. nũc 3. colum. versicu. octauò quæro. domin. Alex. l. 3. C. de serui. Et communis opin. vilissimorum est nullius effectus. Specu. titu. de reo. §. sequitur. in fi.

Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem, ideo non coniunguntur cum vno teste ad faciendam plenam probationem, ita glo. singul. cap. veniens. il 1. de testi. 1. gloss. Barto. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. & ibi Dy. & Cy. do. Abb. d. c. veniens. in fi. quòd ibi Anton. de But. & Bal. Spe. tit. de no. crimi. § fama. versi. quid si agents. Vide Fel. d. c. veniens. versicu. tertia conclusio. nume. 12. col. 541. Adde & limita regulã istam, quòd si crimen esset probatum, plus quàm semiplenè, puta per vnum testem de veritate cum alio iudicio, tunc fama bene compeleret probationem, & iungeretur cum teste ad probandum in criminalibus. Ioan. And. in Specu. titu. de proba. § fi. versicu. 13. Fel. d. cap. veniens. versi. limita primo. nu. 13. col. 542. Item limita istam regulam, quòd fama probat in criminalibus, quando solum intentatur accusatio ad capturam, & etiã, vbi agitur ad purgandum, do. Abb. d. c. veniens. in fin. & Fel. ibi versicu. limita secundo. nume. 14. col. ead. Item limita, q fama probat in criminalibus, quo ad torturam, sed oportet, quòd sit vehemens. Bal. c. 1. § homicidium. de pac. iur fir. Io. And. c. si quis. de pur. vul. Bald. l. si. de quæsti. Adde Fel. d. c. veniẽs. versi. limita tertio. nu. 15. col. ead.

Fama quando sit sufficiens ad torturam. Vide supra. § fama in criminalibus.

Fama an probat excommunicationem, puta, agitur de probanda excommunicatione, vt quis repellatur a iudicio? & dic, quòd fama isto casu non probat excommunicationem. Spe. titu. de notocri. §. fama. versi. quid si agenti. Anton. de But. c. veniens. de testi. il 1. Dom. de sancto. Gem c. pia. de excep. in 6. dom. Abb. c. prudentiam. § sexta. de offi. deleg. 3. col. versi. extra gl. Vide per Fel. d. c. veniens. versi. tertia conclusio. nu. 11. col. 541.

Fama totius vicinię potest probari per duos testes, & sic non requiritur, quòd maior pars vicinia deponat. Ita Dom. ca. tertio loco de præsump. 5. no. Vide ibi Fel. nu. 5. col. 964.

Fama quis possit restituere? Vide, quæ posui in litera l. §. infamia facti.

¶ *Familia quando gaudeat priuilegio domini sui? Vide per Felin. c. 2. de fo. compet. versicu. generaliter. nu. 2. col. 151.*

Familia episcoporum an gaudeat priuilegio fori? Ponit Fel. c. 2. de fo. compe. in prin. col. 151.

Familia potestatis an debeat habere præmium ex captura bannitj? Vide, quæ posui in litera P. §. præmium an sit dandum.

Familia potestatis an possit capere clericum repertum in fragranti crimine? Vide, quæ posui in litera C. §. clericum repertum in fragranti.

Familiæ clericorum an gaudeant priuilegio fori? Ponit Felin. ca. 2. de for. compe. in prin. nu. 1. col. 151.

¶ *Familiaris & domesticus in quo differant? Posuit Bald. l. 2. C. de testi. Vide Fel. c. insinuante. de offi. deleg. versi. & quæ differentia sit. nu. 7. col. 1024.*

Familiaris an possit esse testis pro domino suo. Vide, quæ posui in litera T. § testis domesticus.

Familiaris an possit accusare dominum suum, dom. Abba. c. nulli. de accusat. versic. sed contra. dicit, quòd non, tamen dicit, quod hoc intelligitur de familiaribus nutritis domi iamdiu a primæua ætate. Item hoc non habet locum in familiaribus episcoporũ, quia ẽt si sint nutriti domi, admittuntur ad accusandum episcopum. Adde Fel. d. c. nulli versicu. secundò limita. nume. 2. col. 689. vbi dicit, quòd si isti familiares, qui accusant episcopum, sunt laici, quòd tunc repellerentur. Item si tales familiares sunt cubiculares episcopi etiam, repelluntur ab accusando. Adde, q̃ cubiculares episcopi etiam, repelluntur ab accusando. Adde, q̃ isti non intelliguntur in criminibus exceptis, in quibus etiam si illius potest accusare patrem. Fel. vbi supra.

¶ *Familiaritas magna est causa sufficiens, vt iudex possit recusari, dom. Abb. c. insinuante. de offi. deleg. 2. col. versicu. plus Host. Idem tenet Fel. d. c. insinuante. versic. tertiò no. nu. 4. col. 1023. Adde, quòd multæ sunt familiaritates, & aliquæ inducunt suspicionem, aliquæ non. Bald. posuit l. 1. C. de episc. & cler. Vide Felin. d. c. insinuante. d. ver. & col.*

Familiaritas parit contemptum, l. obseruandum. ff. de offi. præsid. Adde quòd glo. c. quando 86. dist. dicit, quòd istud habet locũ inter fatuos. & sequitur Fel. c. repellantur. de accu. in prin. nu. 1. col. 693.

¶ *Fatalia si sunt elapsa, si petatur restitutio in integ. propter lapsum fatalium, an sit necessaria contestatio litis. Ponit Fel. c. 2. de offic. iud. Sub num. 11. versi. dixit etiam Rota. col. 1156.*

Fatalia appellationũ possunt per partes suspendi, ita quòd currant, & sic possunt facere partes, quòd causa non tractetur coram iudice, sed non possunt prorogare fatalia, puta, addendo tempus, Vide per Fel. c. venerabilis. de iud. versicu. tertia declaratio, nume. 15. col. 138.

Fatalia iuris, vel statuti, an possint prorogari per partes, dom. Abba. c. ex ratione. de appe. 3. col. versicu. sed circa. tenuit, quòd solum possunt suspendi, & non prorogati Idem tenuit Io. And. in Spe. tit. de app. § nunc breuiter. versic. istud. Idem etiam tenet Lud. Ro. l. 2 ff. de rei iud. Bal. l. centurio. ff. de vlg. & pup. circa fi. Cy. auth. ei, qui. C. de temp. appel. Adde, quòd in contrarium communis est opi. Vide Bar. l. 1. § fi. ff. de temp. appel. Arc. c. anteriorum. 2. q. 6. Bal. extrauag. de pace. Cõstan. Imo. l. Senis. ff. ad l. Fal. Phil. d. c. ex ratione. ix. col. & Fel. in prin. ibi, secùdò dum firmat. nu. 2. col. 634.

¶ *FELINI parentes ab antiquo fuerunt ex Lucana ciuitate, postea auus paternus venit habitare Venetijs, & ibi habitauit per longum tempus, postea iuit Ferrariam, ita dicit Fel. c. Rodulphus. de rescri. versi. sed Imo. nu. 14. col. 884.*

¶ *Feriæ non impediunt causas ecclesiæ. Vide per Fel. c. fi. de iudi. versi. no. semper, quòd ista feria. nu 11. col. 146.*

Feriæ prosunt etiam non habentibus vineas. Vide per Fel. o. fi. de iudic. versicu. prosunt ista feria. nu. 12. col. 147.

Ferijs inductis ob necessitatem hominum renunciari potest, secus in ferijs repentinis, vel in honorem Dei. Ita Fel. ca. si diligenti. de fo. compe. ver. quartum corollarium. nu. 20. col. 185. Adde tu, quòd si persona esset suspecta de fuga, vel de alia causa, posset proceda contra eum die feriato in honorem Dei, imo cap. & incarcerari. Ita gl. l. si. C. de fer quam Bar. ibi, & alij sequuntur. & Pau. de Cast. l. eadem. ff. de fer. Adde etiam plus. quòd vbi iuris dictio iudicis esset peritura, potest iudex procedere, & sententiare die feriato in honorem Dei, secundum Spe. ti. de fer. & ibi Io. An. § sequitur. versi. pe & Bar. l. more. ff. de feriis.

¶ *Feudum pertinet ad solum episcopum, & in eo non succedit capitulum sede vacante, ideo non potest capitulum facere statutũ circa feuda. Ita Felin. c. cùm omnes. de constit. ver. aduertendũ est tamen. nu. 10 col. 89.*

Feudum an transeat in ecclesiam, quando vasallus feudatarius efficitur clericus, vel monachus, vide, quæ posui in litera V. §. vasallus ingrediens monasterium.

Feudum an possit dari in dotem, Ponit Fel. ca. quæ in ecclesiarum. de constit. ver. in ea. glo. ibi, nec feudum. nu. 75. col 145. Adde tu, nunquid res prohibita alienari per legem, vt in feudo, possit alienari ex causa dotis. Concludo. q̃ pater vasallus non potest feudum dare in dotem pro filia sine consensu domini, tex. c. 1. §. donare. præcipuè ibi Aluaro. quali. olim feud. po. alie. Et per illum text. dicit ibi Bal. quòd auth. res quæ. C. communia de lega. non habet locum in re feudali, tamen aduerte, quòd tex. ille non prohibet, quando pater non haberet alia bona vltra feudũ, ex quibus possit dotare filiam. Idem, quòd pater non possit feudum dare in dotem filiæ tenuit glo. no. c. imperialem. in gloss. 2. versicu. alienare & lac. de Bel. Bal. Nic. de Neap. de probi. feu, alie. per. Fri. glo. c. quæ in ecclesiarum. de consti. Io. And. in addi. Spe. tit. de loc. §. nunc alijs. versicu. 99. Inn. c. ex parte. 5 col. de feu. Ia. de Bel Nic. de Neap. c. 1. de inuest quam Titius accepit a Sempronio. Imò clarius Bal. d. c. imperialem. 4. colu. in fi. vbi quærit, an vasallus possit dare in dotem feudum profilia, cum forte non haberet aliunde bona, ex quibus posset filiam dotare. Primò dicit videri, quòd sic, fauore dotis. per d. auth. res, quæ. Contrarium determinauit per tex. d. §. donare. Et ad d. auth. res, qua. respondetur, quòd non loquitur, quando prohibitio alienationis procedit natura rei, vt est in feudo. Limita hanc communem opinionem, nisi ipsa mulier sit feudataria, tũc enim posset etiam sine licentia domini dare pro seipsa feudum in dotem, dummodo non det æstimatum, ne aliquod pactum de lucrando apponat. Ita singulariter tenet Bald. d. authen. res qua. & probatur cap. 1. de inuest. quam recepit. Titius a Sempronio. & capitu. 1. de eo, qui sibi & hared. & Andr. de Iser. Bald. Aluaro. d. cap. 1. § donare. & capitu. 1. an maritus suc. vxo. in benef. Secundò limita, nisi pater concederet feudum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotem vsque ad vitam ipsius, c. nuper. vbi Imo. & alij, de dona. inter virum & vxo. glo. c. ex parte. 1. glo. vbi Docto. de feu. Specu titu. de fend. §. 2. versi. 19. Cy. l. voluntatis. C. de fideicom. Ludo. Roma. consi. suo 457. incip. Circa proposita. vlt. col. Ad de domin. Abb. c. ex parte. de feud. ultra ista, quòd hoc quaritur videlicet an res, quæ per legem sunt prohibitæ alienari, possint dari in dotem, de quo dic, vt hic. sed quid dicemus de re prohibita alienari per contractum, an possit dari in dotem o gloss. l. nulla. C. de iure dot. dicit, quòd non poterit dari in dotem. Bal. eam sequitur ibi in fin. Adde Ange. leg. fi. C. de do. promis. Pau. de Castr. consilio 162. incip. Visa facti narratione. Mord. d. au then. res quæ. C. communia de leg.

Feudum an diuidi possit? Ponit Felin. cap. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. octaua declaratio. nu. 89. co. 151. Adde tu, quòd feudum diuidi potest inter fratres nolentes stare in communione. Bal. c. 14. col. de prohib. feud. alie. per Fride. Et hoc verum est, nisi feudum sit principatus, vel ducatus, & hoc, nisi consuetudo sit in contrarium. Ita Bal. c. imperialem. § præterea. de prohi. feu. alien. per Frid. Adde Bal. l. & ideo ff. de condi. fur. versi. vltimò teneamus.

Feudum, an in iudicio possessorio feudi agatur coram domino feudi? Vide Felin. c. cæterum. de iud. versi. in iudicio possessorio. nume. 14. col. 50.

Feudum si negatur, quod tamen erat, negans perdit feudum. Ita Felin. cap. cæterum. de iud. versicu. negans rem esse feudalem. nu. 18. colum. 52.

Feudum iudicatur secundum ius commune, & hoc, iure feudorum deficiente. Fel. c. cæterum. de iud. versicu. vide etiam ad hæc. nu nume. 21. col 53.

Feudum an diuidi possit, & sic iurisdictio feudalis, an possit diuidi? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio quam habet defunctus in fi.

Feudum vtrum transeat in monasterium, si vasallus efficiatur monachus? Tex. est, quòd non, c. 1. de ali. fea. & tex. c. quicleri cus. si de feu. fue. contr. inter do. & agna. Bal. c. 1. de mil. vasa, qui bella. arma depos. Bal. l. i. C. de legi. & l. si finita. §. de ne ctigalib. 2. col. ff. de dam. infect. Pet. de Anch. consi. 42. Io. An. c. in præsentia. de prob. domin. Abba. d. cap. in præsentia. versi. nunc dubitatur. Fel. versi. quinto quæro. nu. 44. col. 400. Adde, quòd conclusio ista fallit, nisi esset feudum francum, quia tunc transiret in monasterium. Bal. l si plures. C. de condi. inser. Fe. idem tenet d. c. in præsentia. versicu. fallit hoc primo. nu. 45. col. 401. Item fallit, vbi vasallus teneretur ad seruitia, quæ possunt præstari per monasterium, vt puta si esset annua præstatio. Io. An. Pet. de Anch. Ant. de But. d. c. in præsentia do. Abb. ibi. 26. col. versi. secundo casu. Bal. auth. nisi rogati. C. ad Treb. vbi etiam Sal. Io. An. in Specu. tit. de stat. mona. §. 1. versi. 45. Idem tenet Fel. d. c. in præsentia. versicu. fallit secundò. nu. 46. col. vt supra. Item fallit, vbi fœmina esset inuestita de feudo, quæ si ingrediturmonasterium, retinebit feudum, donec vixerit. Ita Fel. d. c. in præsentia. versicu. fallit tertiò. nu. 47. col. ea. Item fallit prædicta conclusio, vbi esset feudum paternum transitorum ad omnem hæredem, quia monasterium erit capax. Bald. c. quæ in ecclesiarum, de consti. Doct. d. c. in præsentia. & ibi etiam Feli. versi. fallit quartò. nu. 48. col. 402. vbi dicit, quòd istud procedit nisi in inuestitura fuisset dictum de filio, vel hærede, quia tunc intelligeretur de vero filio, vel hærede, & non ficto, quia monasterium nõ habetur loco filij, vel hæredis, nisi vbi est expressum à iure.

Feudum an potest præscribi respectu vtilis dominij, quòd est penes vasallum, do. Abb. c. ad audientiam. de præscr. 4. col. ver. ex hac glo. post multa tenet, quòd sic, quia possum effici tunc vasallus, & hoc non solum te sciente, sed etiam ignorante, tamen dicit ibi, quòd si dominus hoc ignorat, poterit petere restitutionem in integ. Idem tenet Ludouic. Roma. consilio suo 166. incip. Visa diligenter. 6. colum. Vide Angel. l. 1. C. de anna. excep. & l. quamuis. & l. vsucapionem ff. de vsuca. Bald. authen. quas actiones. C. de sacr. eccles. 6. colum. versicu. extra oppono. Adde Felin. d. c. ad audientiam. de præscr. versicu. dum autem Abb. nume. 18. colum. 256.

Feudum episcopi potest alienari per vasallum in capitulo ipsius episcopi, de hoc vide in litera V. §. vasallus episcopi.

Feudorum materia si non est decisa in feudis, est decidenda per ius commune, c. 1. §. Obertus. de feu. cog. Adde, quòd si occurrat, q discordant à legibus, potius est standum canonibus, etiamsi agetur de feudo laicorum, & hoc ratione iuramenti. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versicu. sexta declaratio. nu. 54. colum. 236.

¶ *FIAT, Istud verbum importat tempus præsens, & sic est præsentis temporis. Felin. c. Rodulphus. de rescr. versicu. fiat, est præsentis. nume. 26. col. 894. Et hoc no. pro signatura Papæ, qui dicit, Fiat, in suplicationibus.*

¶ *Ficta confessio an transeat contra hæredes? Vide, quæ posui in litera C. §. confessio in causa ciuili. titu. & quæ dicatur ficta confessio. Ibi etiam vide.*

¶ *Fictus quid est. Bal. titu. de pa. Constan. verb. persoluere, q fictus aliquando appellatur census, l. censualis. C. de dona. vide Felin c. ad audientiam. de præscr. versic. & dum remittit. Abba. nu. 20. in fi. col. 257.*

¶ *Fides plena est illa, quæ sit per testes, vel scripturam. Ita dicit glo. no. cap. cupientes. §. quòd si per 20. de elect. in 6. verb. fides & glo. clemen. constitutionem verbo, fides. eodem titu. Et idem tenet Angel. & Imo. l. licèt imperator. ff. de lega. 1. & est text. bonus c. veniens. de reg. Fallit hoc, vbi lex. quæ quærit fidem, esset contenta solo iuramento, vt c. statutum. §. cum verò de rescr. in 6. Fallit etiam, vbi res, de qua agitur, esset parui præiudicij, quia non requiritur plena fides. Ita Cardi. & Petr. de Ancha. dicta clemen. constitutionem. vlti. colu. Adde Felin. rubr. de probat. versic. tertia conclusio. numero 4. colum. 315. Et hoc not. pro statutis requirentibus plenã fidẽ, aut quando Papa mandat prouideri de aliquo beneficio alicui, si plenam fidem fecerit, quod sit natus ex legitimo matrimonio, quia tunc requiritur plena fides, vt hic.*

Fides est seruanda etiam rumpenti fidem, & no. istud ad regulã, quæ dicit, quòd frangenti fidem, fides frangitur eidẽ, quia imo frangenti fidem debet fides seruari, & hoc, quando promissiones non sunt respectiuæ ad inuicem, vt puta, quia non tenduntad idem factum, sed ad diuersum, quia promisi dare 10. & posteà tu promisisti librum, non est illa causa, sed ex te, licèt ego non adimpleam promissionem meam, tamen eris periurus si nõ adimples promissionem tuam. Ita dom. Abba. capitulo 3. de iureiurand. secunda columna, versic. venio ad secundam partem. Vide ibi Felin. nume. 5. versicu. modo sunt. col. 1009.

Fides data si est fracta a beneficiato, an sit priuandus beneficio, sicut si esset periurius? Vide, quæ posui in litera V. duob. §§. vide licet, §. violator fidei.

Fidei violator an sit priuandus beneficio? Vide, quæ posui in litera V. §. violator fidei.

¶ *Fideiubens pro aliquo, promittendo, quòd bene exercebit officium suum, non tenetur de falsitate, quam committit extra officium suum. Felin. cap. cum ordinem. de rescrip. circa fi. versic. fin. versicu. ibi, & dicit Bald. l. 1. nu. 5. col. 413. vbi multa similia accumulauit.*

Fideiussor promittens soluere liberè sine aliqua exceptione non intelligitur de iusta, puta, de excussione. Felin. cap. causam, quæ. de rescrip. versicu. non obstante ibi, similiter dicit Ludo. consi. 202. nume. 22. col. 555.

Fideiussor ad pias causas nudo pacto obligatur Ita Felin. capitulo 1. de pact. versicu. octaua declaratio. numero. 14. columna 1259.

Fideiussor an obligatur ex pacto nudo de iure canonico? Vide Fel. cap. 1. de pact. versi. nu. & col. supra dictis.

Fideiussor ad tempus, non tenetur ad tempus prorogatum. Vide per Fel. cap. de causis. de offic. deleg. versicu. limita tertiò. num. 3. colum. 931.

Fideiussor non obligatur ex pacto nudo, etiam de iure canonico. Felin. de pact. c. 1. num. 14. col. 1259.

Fideiussor pro reo in criminali causa fideiubere non potest, & hoc, quando reus est nocens. Ita dixit glo. sing. c. cum homo. 23. q. 5. Et illãm glo. sequitur Bald. cap. ex rescripto. 3. col. de iure iur. Sal. l. ad commentariensem. C. de custo. reor. Pet. de Anch. & Imo. rub. de fideiuss.

Fideiussor an possit esse testis in causa debitoris principalis, pro quo fideiussit. Io. An. in Spe. ti. de teste. §. 1. versic. quid si fideiussor. Ang. l. ab executore. §. 1. ff. de ap. Bar. l. quis ita ff. de reb. dub. & l. si cui legetur. §. si. ff. de leg. 1. Adde Fe. c. insup. de testi. ver. sexto queritur, quid de debitore. n. 15. co. 524. vbi dicit, q fideiussor non potest testificari, quia interest ipsius, vt debitor sit libera-

liberatus. Quod intellige, quando ipse principalis debitor non est soluendo, & fideiussor non renunciauit beneficio auth. præsente. C. de fideiuss. secus, si ad minus vnus ex istis non concurrat, quia poterit esse testis in causa debitoris principalis.

Fideiussor, qui non opposuit exceptionem discussionis contra creditorem, de qua in auth. præsente. C. de fideiuss. ante contestationem litis, an poterit opponere illam post contestationem litis. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio de discussionis.

Fideiussor an præscribat contra actionem in ipsum competentem, etiamsi sit præscriptio interrupta contra principalem? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio interrupta contra principalem.

Fideiussor de iudicio sisti liberatur, si reus perdit ciuitatem, fallit hoc, quando fideiussor procurauit reum bannirì, pro quo fideiussit. Ita Bald. l si verò. ff. qui satisda. cog. colum. versicu. vltimò scias. Adde Fel. c. si. de testi. ver. & hinc est, quòd si quis. num. 4. col. 757. & ibi posui additionem.

Fideiussor potest cogi ad soluendum, quando impossibile est quòd principalis soluat, ita etiamsi est valde difficile. Barto. l. penul. ff. si cert. pet. 1. colum. versicu. opp. & videtur. Adde Fel. ca. accepimus. de fide instr. ver. ad idem, quòd not. Barto. nu. 5. colum. 3. 6. & ibi posui additionem.

¶ *Filius natus ex vxore in domo, præsumitur filius mariti. Ita domin. Abba. capit. per tuas. de prob. 1. not. vbi dicit, quòd istud ita demum verum est, si tempore conceptionis maritus erat præsens, secus, si absens. Adde Felin. d. l. per tuas. in prin. num. 1. colum. 440.*

Filius natus ex concubina retenta in domo, præsumitur filius concubinarij, intellige sane, si concubinarius erat præsens, secus, si absens. Dom. Abb. c. per tuas. de proba. 1. not. gloss not. c. Michael. de fil. presbyt. Adde Fel. d. c. per suas. in prin. nume. & col. præallegat.

Filius regis, qui natus est ante adeptum regnum, an dicatur primogenitus regis. Fel. ponit per viam dubij, c. inter cæteras. de reser in prin. nume. 2. col. 389. vbi dicit fuisse decisum, quòd natus ante adeptum regnum, dicitur primogenitus regis, tamen remittit se ad gloss. & Doct. vt ibi. Adde tu, quòd contra hoc tenuerunt glo & Doctor. l imperialis. §. his illud. C. de nupt. videlicet quòd imo non succedit in regno tanquam primogenitus. Et idem tenuit Bald. d. l. cum satis. C. de agri. & censi. & colleg lib 11. Adde, quòd Bald. l. imperialis. §. his illud tenuit, quòd filius regis natus ante coronationem patris, non succedit in regno sed succedit qui natus est post coronationem. Idem tenuit Bald. l. in suas ff. de lib & posth.

Filius ex delicto patris punitur, c. vergentis. de hære. Adde si habet beneficium, an per dat beneficium? glo. tenet, quòd non, cap. satis peruersum 6. dist. dom. Abb. c cum laici de iure patro. Imo. l si iulianus ff. solut. mat. & habes multos casus numeratos, in quibus filius patitur pro patre, per gl. l. duo fratres. ff. de iure patro. verbo, fuisse Fel d. c. vergentis. versicu. not. casum, in quo. nume. 3 col. 998.

Filius primogeniti regis mortui ante patrẽ, an succedat in regno aui, patruis exclusis? Vide, quæ posui in litera P. §. primogenitus succedit in regno patris.

Filius regis, vel principis, qui venit priuandus regno, eo quia non adimplet voluntatem patris, an debeat ad minus habere legitimam? Vide, quæ posui in litera L. §. legitima non detrahitur.

Filius sacerdotis, qui est natus ante sacerdotium, potest vocari filius sacerdotis. Fel. c. inter cæteras. de rescr. in prin. nu. 2. colu. 389. Adde tex. c. ad extirpandas. de fil. presby.

Filius ex adulterio & incestu natus, si fuit legitimatus, tanquam spurius, & non fuerunt expressæ qualitates spuriet atis, non valet legitimatio. Ita Felin. c. postulasti. de rescrip. ver. seruit etiam ad præposita. nu. 2. col. 666. Adde, quæ sunt qualitates spuriet atis, & quis propriè dicatur spurius, & dic, quòd inter quas personas prohibetur matrimonium secundum ius canonicum, ex illis nascitur spurius, tex. est c. cum pridem. § persona. de renunn. Inter quas personas prohibetur concubinatus, licet non prohibeatur matrimonium, si quis nascitur ex illis, spurius est, exẽplum de clerico in minoribus constituto, qui potest habere vxorem, non tamen concubinam. Item in fratre conuerso tertij ordinis S. Francisci, qui potest contrahere matrimonium, & non potest tenere concubinam, vt eleganter disputando firmauit Richar. Mal um quem refert & sequitur Bartol. l. in concubinatu.

ff. de concub. & Bald. l. qui semper. ff. si quis in ius voc. non ier. Item adde quòd natus ex publica meretrice, vel publica fœmina, quæ palam se prostituit, spurius est, vt d. l. qui semper. & ibi Docto. Barto. & Bald. l. si. de his, quib. vt indig. & Bald. l. si qua illustris. C. ad Orficia.

Filius quantumcunque natus extra locum originis paternæ, vltra ciuitatem, quam habet ex persona patris, efficitur ciuis loci originis propriæ. Fel. cap. Rodulphus. de rescrip. versi. sed Imo. nume. 14. col. 883. In materia ista vide, quæ posui in litera N. § natus in aliqua ciuitate.

Filius non potest renunciare paternis alimentis, quæ debentur iure naturali. Ita Fel. c. si diligenti. de fo. compe. versic. quartum corollarium nu 5. col. 183.

Filius naturalis an excludat substitutum? Ponit domin. Abba. c. in præsentia. de probatio. 5 colum. versicu. & primò, quantum ad q. & post multa dicit, quòd aut illa verba, Si decesserit sine liberis, referuntur ad personam, quæ non potest habere, nisi naturales tantùm, vt ad furiosum non habentem vxorem, & tũc naturalis excludit substitutum, aut verba referuntur ad aliũ, qui non potest habere filios legitimos sine peccato, vt ad clericũ in sacris, & intelligitur de ecclesia. Adde, quòd Felin. indistinctè d. capitu. in præsentia. versi. gloss. 1. ibi, etiam si naturales. nume. 21. col. 384. part. 2. tenet, quòd substitutus per hæc verba, Si talis decesserit sine liberis, talem substituo, excludi tur, si ex hærede instituto existant naturales tantùm. Et per hoc tenet d. glo. d. cap. in præsentia. & glo. c. Ray. de testa. & Ioan. And. in Spec. titu. de testa. §. 1 versicu. quid si duobus. Et postea dicit, quòd fallit ista conclusio, vbi esset substituta ecclesia in defectum filiorum, quia naturalis filius non excludit eam. Ita Bal. d. cap. in præsentia. Fallit, etiamsi testator, vel rogatus esset in dignitate. Ita Felin. d. c. in præsentia. versicu. prædicto. colu. ead. Et idem tenet ibi dom. Abba. 5 colum. versicu. aut illa cõseruntur. Fallit etiam, vbi esset instituta mulier, quia si haberet filios naturales tantùm, non excluderent substitutum, quia hoc magis est horridum fœminis, quam masculis habere illegitimos. Ita Felin. d. c. in præsentia. prædicto versicu. col. vt supra Idem tenet domin. Abba. 6 col. versi. sed non videtur consonum. Fallit etiam, vbi testator diceret, si decesserit sine hærede, quia appellatione hæredis non comprehenditur, nisi hæres vniuersalis. Felin. d. cap in præsentia. prædicto versicu. col. 385. Adde tu, quòd Bart. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. dicit, quòd filij naturales non legitimi substitutum nõ excludunt, & sic sentit contra glo. allegatas, & contra Fel. Quia dicendũ in hoc passu difficili, Vide plenè per Doctor. & maximè per Imol. l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad Trebel. Et magis communiter tenetur opin. Azo. relata per glo. d. l. generaliter. Sed huic 9 accedunt alia dubia, pone, q aliquis sit institutus per hæc verba, si decesserit sine legitimis filijs & naturalibus, talis sit substitutus, contingit eum decedere cum filio legitimato, an excludatur substitutus Ioan. Cald. in consilio, ytu, qui filij sint legit. consil j. tenuit quòd non. Et idem tenet Bal. l. Lucius, la 2. & ibi aliquid per Imol. ff. de hære. instit. idem Bald. l si ita quis. §. is cuius. & ibi Imol, & Paul. de Castr. ff. de leg. 2. Idem Bal. l. si quis post humus. in prin ff. de lib. & posth. & sequitur Salice. d. l. generaliter. §. cum autem. 2. col. versicu. ego puto contrariũ, & Ioan. de Imo d. l. ex facto. in princ. Petr. de Anch. consi. suo 406. inci. In Christi nomine. circa primum dubium. Paul. de Castr. l cum acutissimi. C. de fideicom. Adde, quòd contrarium tenuit Ia. de Aret quem sequitur Ioan. Andr. in addi. Specu. titu. de succes. ab intest. §. si. in fin. Alberic. de Rosa. l. generaliter. §. cum autem. Barba. consil. suo incip. Viso instrumento locationis Bald. l. Gallus. § eius. ff. de lib. & posth. Angel. in disputatione, Nobilis quidam Anto. de But. ca. per venerabilem, qui filij sint legit. Petr. de Anch. in repe. c. canonum statuta. de constit. circa medium, & consi suo 215. incip. In Christi nomine videtur prima facie, & consi. 289. Paul. de Castr. consi. suo 218. incip. In Christi nomine videndum est. Et dicit Imo. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Et ista est communis opin. Adde tamen, quòd Doctor. præalleg. locis limitant prædicta, nisi testator dixerit, Sine filijs legitimè natis, quia tunc non comprehenderentur legitimati, quia non dicitur legitimè natus, & hoc maximè tenet Angel. & Anton. de Butr. locis præallegat. Et addunt etiam, quòd ista communis opinio non habet locum, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater esset nobilis, quia legitimatus non excludit substitutum.
Filius an possit conficere instrumentum pro patre, videlicet in contractu patris? Ponit Spec. titu. de instru. edi §. instrumentum. versi. item, quid si filius. & Bar l si pater ff. de fal. & l. qui testamento. §. 2. de testa. 2. col. ver. item facit, & Fel. ca. super eo. de testi. versicu. ultimò, in quantum Abb. num. 8. col. 604. vbi tenet, quòd sic. Adde tu, & dic, quòd verum est, quòd filius potest conficere instrumentum pro patre, si est emancipatus. Ita Bart. & Dyn. in locis prælleg. Adde an filius possit scribere instrumentum pro matre? & videtur, quòd non, quia pro ea testificari non potest. l. parentes. C. de testibus.
Filius spurius per ingressum religionis efficitur legitimus. Ita Felin. c. cum deputati. de iud. versicu. no. quatuor effectus. nume. 4. colum, 124.
Filius ingratus desinit esse ingratus per ingressum religionis. Ita Fel. c. cum deputati. de iudi. ver. & col. prælleg.
Filius accusatus à patre de crimine læsæ maiestatis, debet absolui. Vide quæ posui in litera P. §. pater si accusat.
Filius si cœpit studere de voluntate patris tacita, vel expressa, cogitur pater, etiam nolens, subuenire ei in necessariis ad studiu, gloss. l. Macedoniani. C. ad Maced. quam sequitur ibi Bal. tamen si ingenium filii esset adeo hebes, quòd aliter suaderet, tunc non cogeretur, vide Felin. capitu. 1. de magistr. in princi. nume. 1. col. 945.
Filius, qui habet patrem hæreticum & pauperem, an possit ei negare alimenta? imo præponere extraneum non hæreticum in eleemosyna fienda patri hæretico? vide glo. c. 1. 30. dist. & c. quiescamus. 42. dist. & c. non satis. 86. d. st. Specu. titu. quis filij sint legit. §. 1. ver. quid si pater. Cardin. c. cum haberet. de eo, qui duxit in matrimo. Est verum, quòd communis opinio est, quòd non debet præferre, tamen Bart. l diuus. ff. ad l. Cornel. de parrici. in fin. videtur sentire, quòd filius possit negare pari alimenta propter causas ingratitudinis, sed propter hæresim quis potest exhæredari, glo. c. Quintaallis. de iureiur. Vnde in foro contentioso puto communem opi. non procedere. Vide Fel. c. cum sit. de Iudæ. versicu. & per istum tex. nu. 2. col. 979.
Filius Iudæus conuersus ad fidem, per talem conuersionem omnis ingratitudo commissa erga patrem, aboletur. Item talis filius Iudæus potest petere legitimam in bonis patris viuentis, de quo vide quæ posui in litera 1. §. Iudæus filius conuersus.
Filius an possit occidere patrem bannitum impunè? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum an valeat, quòd homicida.
Filij paruuli Iudæorum an possint auferri violenter ab eis, & baptizari. Io. And. c. sicut. de Iudæ. tenuit, quòd sic, & idem tenet Arch. c. qui syncera. 45. dist. & ibi Dom. de sancto Gem. Vide Fel. d. c. sicut, in prin. col. 964. Adde, quòd contrarium tenet gl. c. Iudæorum. 28. q. 1. & dom. Car. & do. Abb. d. c. sicut. & Cal. titu. de Iudæ. consi. 3. incip. An filij Iudæorum. S. Tho. secunda secundæ. q. 10. art. vlt. do. Car. cle. 1. in fi. de Iudæ. Adde Felin. d. c. sicut. & Cal. in prin nu. & col. vt supra.
Filij an dicantur illegitimi, ex quo sententia est lata contra matrimonium? Vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata contra matrimoniam.
Filij an possunt capere bona patris ingredientis religionem, statim facta professione? & videtur dicendum, quòd sic, quia ingressus religionem habetur pro mortuo, cap. placuit. el 2. 16. q. 1. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. Cyn. Bart. auth si qua mulier. 3. col. gloss. tamen tenet contrarium, quòd imò expectanda est mors naturalis, & hoc, quando pater ingreditur religionem, quæ potest retinere bona, saltem in communi, si verò ingreditur religionem, quæ est incapax bonorum ingredientium, tunc pater habetur pro mortuo, & filius poterit statim capere bona patris professione facta. Istam opinionem tenuit etiam do. Abb. in c. in præsentia. de probat. 21. col. ver. quæro. Adde Fe. d. c. in præsentia. versicu. octauò quæro. nume. 55. colu. 407. vbi etiam tenet opin. Cyn. & dom. Abb.
Filius si nascatur, excludunt monasterium substitutum. puta, quòd pater instituit filium, & substituit monasterium, nascuntur filij ipsi filio instituto, tum monasterium excluditur propter filios, quorũ causa fauorabilior est. c. quicunque. 17. q. 4. Ita Bal. l. cum acutissim. C. de fideicom. Sed Petr. de Anch c. in præsentia, de probat. quærit de q. ista, sed nihil decidit. Adde Fel. d. c. in præsentia. de probat. in prin. col. 375. & inde. part. 2. vbi videtur sequi opin. Bal. propter tex. d. c. quicunque. Adde gloss. l. si quis. C. de episc. & cler. Tu dic tamen, quòd authoritas Augustini c. quicunque. 17. q. 4. procedit, quo ad legitimam, in qua magis fauetur filio, quam ecclesiæ. Ita probat tex. auth. si qua mulier. verbo, legitima nulli. vbi Bal. & Sal. ad hoc not. C. de sacro san. eccle. Sed excepta legitima magis fauetur ecclesiæ, & piæ causæ, quàm filijs. Istud probatur d. auth. versicu. fin. & Mod. ad hoc not. Istud etiam clarè probatur, nam testamentum ad pias causas nutu conditum tenet, & valet, vt glo. approbata ca. cum tibi. de testa quàm not. & sequitur Bal. l. 1. 2. col. C. de sacrosan. eccle. & Ang. & Mod. l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. Et tamen testamentum nutu conditum apertè inter liberos non valet, prout tenet Ang & Mod. d. l. iubemus. & l. in fraudem. §. 1. ff. de testa. mil. Vide pulchram decisionem Pet. de Anc. consi. suo 403. inci. Prima facie pro opinione ista. Adde, quòd Fesentit istud d. capit. in præsentia. de proba. versicu. quarò quæro. nume. 43. col 399.
Filiorum appellatione an veniant naturales? dom. Abb. c. in præsentia, de prob. 6. col. versi. ex his infero. dicit, quòd si eadem est ratio in naturali, quæ est in legitimo, quòd naturalis includitur, etiam si tractatur de pœna, siue de commodo, siue dispositio sit in vltima voluntate, siue in legibus, siue in statutis, siue in contractibus. Adde Fel. c. in præsentia. ver. in ea. gl. nu. 22. col. 385. part. 2. vbi extendit multũ istam opi. Ab. Et primò dicit, quòd statutum volens patrem teneri ex delicto filij pro legitima sua, includit etiam filium naturalem. Et idem tenet Ludo. Ro. l. filio la 2. ff. solut. mat. 17. q. Ioan. And in Specu. rubr. qui filii sint leg. Adde, quòd idem erit in sententia iudicis, quia comprehendit filium naturalem, glo. verb. nolumus. c. statutum. de hære. in 6. vbi omnes Scribentes, & Sal. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Item statutum, quod vult, q̃ filius cõpromittat, si litigat cum patre, comprehendit etiam naturalem. Pet. de Anch. consilio suo 183. incip. Apud me. Ro. l. parentis ff. de in ius vocan. Felin. d. c. in præsentia. colum. 386. num. 22. versi. idem in statuto. Item in actione iniuriæ facta patri, quia ita competit naturali filio, sicut legitimo. Bart. l cum sumus. C. de agri. & censi lib 10. Et ideo potest accusare de morte patris. Ita Bal. c. de cætero, in fi. de testi. Bar. l. 1. ff. de accusat. 1. col. Fel. d. c. in præsentia, de probat. col. ea versicu. idem in actione iniuriarum. Adde tu ista, pone, quòd statutum dicat, quòd pœna remittatur, si offendens habuit pacem a filijs offensi, vtrum spurius possit facere pacem? Concluditur per Docto. quòd naturalis possit, spurius non, & ratio est, quia ius vendicandi mortem defuncti spectat ad hæredes l. 1. & 2. C. de his quib. vt indign. Sed tales spurii non possunt esse hæredes, quia filii non sunt nominandi, vt auth. ex complexu. C. de incest. nup. Bar. l. 1. ff. de accusa. 1. col. versi. ego dico. Vide Cy & Bal. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestat. q. prædicta.
Filiorum appellatione in priuilegiis non veniunt adoptiui. Fallit hoc, quando istud verbũ. Filii, non posset verificari, nisi in adoptiuis. Ita Fel. c. 1. de rescr. ver. & dixit Bal. nume. 7. col. 330.
Filiorum appellatione in ll. continetur & filia l. si quis ita. ff. de testa. Tamen secus est in statutis, quia appellatione filiorum non veniunt liæ Vide per Fel. rub. de si instr. versi. similiter dicitur. nu. 4. & 5. col. 781. Adde an appellatione filiorum in ll. veniant bastardi. posui de hoc additionem ad Fel. d. rub. de si. instru. versi. allegato, col. ead. & seq.
Filios rixosos si quis dicat, quis debet probare illis negantibus. Vide, quæ posui in litera V. §. vidua, quæ dicit.
¶ *Filius familiàs sine consensu patris potest impetrare rescriptum ad lites. Fel. c. causam. de ind. in prin. col. 67.*
¶ *Filia nupta an dicatur de domo patris. Bar. l. quoties. C. de priuileg. schola. lib. 12. videtur tenere, quòd non, vbi dicit quòd priuilegium concessum patri pro se & filiis masculis & fœminis, non extenditur ad filias fœminas nuptas, vbi etiam Ange. & Rom. l. ff. ad Syllan. Tamen vide Felin. ca. super eod. el 2. de testi. versicu. an autem filia nupta. nu. 2. col. 600. qui tenet contra Bar. & alios.*
Filia nupta, seu maritata, quæ ex forma statuti non potest venire ad successionem, nõ intelligitur de filia desponsata per verba de præsents, pone, quòd sit statutum in aliqua ciuitate, quòd desponat, quod filia maritata non succedat cum aliis venientibus ab intestato, an tale statutum comprehendat filiam, quæ est desponsata per verba de præsenti. Baldus l. non sine. C. de bon. quæ libe. tenet, quòd non. Idem tenet domin. Abba. capitu. tertio loco, de præsumptio. in fi. Per. de Anch. cap. 1. de const. ver.

ver. quæro de quæstione, quæ mihi occurrit de facto. Adde Fel. d. c. tertio loco. nu. 2. col. 962.
Filia maritata exclusa à successione patris ex forma statuti, an intelligatur etiam de desponsata per verba de futuro, dom. Abb. rub. de spon. in fin. tenet, quòd non, quia modiosis appellatione maritatæ non venit sponsa. Idem tenet Pet. de Anc. c. 1. de consti. 8. col. Vide per Fel. d. rub. de spon. num. 1. col. 638.
Filia non potest renunciare doti, quia succedit loco alimentorũ. Ita Felin. c. si diligenti. de so. compe. ver. quintum corollarium. nume. 6. col. 184.
Filia facta monacha potest petere dotem suam a patre. Bal. l. si. C. de dotis prom. 2. col. Pet. de Anc. consi. suo 103. inci. In paucis verbis. Vide Felin. c. non satis. de simon. vers. item adde, q̃ filia. nume. 2. col. 869.
Filia impudica an possit exhæredari? Vide per Fel. c. pastoralis. de ind. ver. filia etiam. nu. 6. col. 109.
Filiam adulteram an pater hodie possit occidere. Imo. l. quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. 1. dicit, quòd de iure canonico correcta est omnis licentia interficiendi adulteram, vel adulterum, & etiã in foro seculari, & in terris ecclesiæ. Ita Arc. c. inter hoc. 33. q. 2. Et dic, quòd idem est in terris imperij, de quo vide Felin. c. si verò. de sen. exc. in prin. nu. 1. col. 1058. & vide in materia, quæ posui in litera P. §. pater non potest committere.
¶ *Filiatio quibus modis probatur. gl. 1. c. per tuas. de prob. Tangit dom. Abb. ibi 1. no. quòd filius natus ex vxore in domo viri, eo præsente, sine dubio dicitur filius marii. Et istud habet locum, etiam in filio concubinæ domi retenta, pone, quòd filius sit natus in domo, sed pater tractat, & nominat eum filium, dic. quòd hoc sufficit. Ita dom. Abb. c per tuas. 2. col. ver. venio tunc ad gloss. Vide Felin. ibi, versicu. glo. 1. in fi. num. 10. col. 443. par. 2. qui idem tenet & allegat dom. Car. Sed pulchrum est videre, an sola nominatio incidenter facta constituat quem in possessione filiationis, etiam in nato extra domum, domin. Abb. d. c. per tuas. 2. col. ver. item scias. dicit, quòd talis nominatio incidenter facta constituit quem in pos. filiationis, donec contrarium probetur, et hoc, quando fit in actu, qui magis conuenit filio, quàm extraneo. Idem tenet Bar. l. 2. §. idem. ff. de lib. agno. Tamen do. Abb. ibi limitat istud suum primum dictum, & dicit, quòd ista verba enunciatiua, ad hoc, ut probent filiationem, oportet, quòd sint probata in iudicio directè, si verò est extraiudicialis, talis denominatio debet esse directa, & præsente nominato. Et sic no. ex istis, quòd verba enunciatiua facta de filio ob aliam causam, quàm ad fi. probandi filiationem, non probant. Quod etiam tenet Anto. de Butr. cap. transmissæ, qui filij sint legit. & ibi dom. Abb. in fin. Felin. idem tenet d. cap. per tuas, versicu. alleg. col. ead. nume. 11. Adde tamen, quòd verba enunciatiua dicta filio præsente, probant filiationem. Ita dom. Abb. vt infra & Imo. l. quidã. ff. de prob. & Felin. d. c. per tuas, versi. prædicto, & colu. ead. nume. 12. Tamen ibi vide Felin. qui dicit, quòd communis opin. est in contrarium. Adde ad ista, quòd tractatus de aliquo tanquam filio, probat filiationem, etiam si non nominaretur, dom. Abb. d. cap. per tuas, de prob. versi. & not. & c. transmissæ, qui filij sint legi. circa fi. & ibi Anto. de Bu. Bar. l. 2. §. idem. ff. de libe. agn. Felin. d. c. per tuas, ver. secunda conclusio. nu. 13. colum. 444. dicit, quòd ista conclusio est adeo vera, quòd si parentes vellent negare filiationem, eis non crederetur, quia magis staretur tractatui, & sic ipse tractatus huic negationi præferretur, gloss. no. d. c. transmissæ, qui filij sint legit. verbo iudicij, & ibi domin. Abb. & Ant. de Bu. Adde Fel. d. c. per tuas. versicu. amplia. nume. 14. col. 445. vbi latissimè de hoc. Item sola fama sine probatione tractatus non probat filiationem, do. Abb. d. c. transmissæ. Fel. d. c. per tuas. ver. amplia secundò. ibidem. Adde tamen, quòd sola confessio parẽtum facta principaliter super filiatione, probat filiationem, nec talis confessio potest retractari per ipsos parentes, etiam cum iuramento. Ita do. Abb. d. c. per tuas. 4. col. versi. ego habeo. Vide Fel. ibi versicu. quarta conclusio. nume. 16. col. ead. Et istud etiam habet locum, si ante confessionẽ præcessit negatio filiationis, quia adhuc stabitur confessioni. Fe. vbi supra. Adde etiam, quod si pater facit aliquem actum, qui soli filio conuenit, probat filiationem. Barto. d. l. 2. §. idem. ff. de lib. agnos. Ant. de But. d. c. per tuas. Petr. de Anc. cle. si summus. de senten. exc. Vide per Fel. latissimè d. c. per tuas, versicu. vltima conclusio. nu. 17. col. 446.*
¶ *Filiatius an possit esse testis in causa patris spiritualis, Docto. c. cum nuncius. de testi. dicunt, quòd lex repellens filium a testimonio in causa patris, non intelligitur de spirituali, sed carnali, dicto, quòd in contrarium facit gl. c. pitatium, verbo, multò magis. 30. q. 2. quæ dicit, quòd magis diligendus est pater spiritualis, quàm carnalis. Et Gul. de Cug l. adoptiuum. ff. de in ius voc. dicit, quòd talis pater non potest vocari in ius sine venia. Et quòd filiatius non possit testificari, tenent Gul. de Cu. Bald. l. generaliter. ff. de in ius. voc. Adde tamen, quòd istis non obstantibus communis opi. est in contrarium, vt per scribentes d. c. cum nuncius, quòd etiam expresse tenet Bal. l. parentes. circa fi. C. de testi. Idẽ tenet Flo. l. testis. ff. de testi. Vide Fel. d. c. cum nuncius. versicu. & in quantum Doct. nu. 2. col. 557. par. 2. qui tenet quòd filiatius possit esse testis in causa patris spiritualis. Ego tamen pro clariori intelligentia istius q addam aliqua, per quæ videtur, q̃ filiatius non poterit esse testis in causa patris spiritualis, neque pater spiritualis in causa filiatij sui, & sic contra communem opi. Et primò inuenio quòd Gul. de Cug. Bald. Ang. Pau. de Ca. Roma et dom. Alex d. l. generaliter ff. de in ius voc. tenẽt, quòd qui aliquem ex sacro fonte baptismatis leuauit, non potest vocari in ius sine venia. Ex quo ibi Bal. infert, quòd pater spiritualis non potest esse testis, & sic compater in causa filiatij sui, neque ẽt filiatius in causa patris spiritualis, quòd est mentis tenendum secundum eum, & hoc solet sepe dubitari in practica. Adde, quòd idem tenet Salice l. testis. ff. de testi. Idem tenet Fulg. l. 3. §. prætor. ff. de in ius voc. Facit tex. o ita diligenter. 30. q. 3. & gloss. c. qui dormierit. 27. q. 2. Facit, quod vult Bal. l. 1. ante chur. C. vnde vi quòd sicut mulier non repellitur ab accusando pro iniuriallata personis sibi coniunctis ita pro iniuria illata compatri. Breuiter tene contrarium, videlicet quòd compater non repellitur a testimonio in causa filiatij, neque econtra filiatius in causa patris spiritualis, eo quia edictum de testibus est prohibitorũ certarũ personarũ. Vnde omnis persona, quæ expresse non est prohibita, potest testificari, l. 1. ff. de testi. Et dic, q̃ iura prælegata loquuntur, quo ad impediendum matrimonium. Et ita tenet Bar. consi suo incip. In q. vertente. Ro. & dom. Alex d. l. generaliter. & idem dom. Alex. consi. suo 408. incip. In causa & lit. et consil. suo 608. incip. Viso themate.*
¶ *Fines episcoporum & parochiarum non possunt præscribi, cap. licet. & cap. inter 16. q. 3. Tamen fines rerum temporalium ecclesiæ bene possunt præscribi, domin. Abba. c. quia indicante. de præscri. in fi. Vide Felin. cap. 3. de proba. versi. in tex. ibi, occupasse. nume. 3. col. 347. Et Adde Felin. d. c. quia indicante. versicu. attende circa glo. num. 5. col. 221. Adde etiam, quòd ea, quæ sunt intra limites diœcesium, vel parochiarum, possunt præscribi. Ita Felin. d. c. quia indicante. circa princi. §. ibi, ea verò, quæ sunt. nume. 5. col. ead.*
Fines diœcesium, ut est plebanatus, & episcopatus, an probentur per libros antiquos? Vide quæ posui in litera L. § libri antiqui. An autem probentur per instrumenta antiqua, etiam confecta inter tertias personas, vide, quæ posui in litera I. §. instrumenta antiquissima confecta.
¶ *Fiscus an sit in curia episcopali? Ponit Felin. c. irrefragabilis. §. caterum. de offic. ordi. versicu. quarta conclusio. nume. 11. colum. 1138.*
Fiscus non tenetur edere acta priuata ipsius fisci existentia penes fiscum, Bart. l. in fraudem. § neque. ff. de iure fisci. Falla in actis publicis, vt per Bar. ibi. Adde Felin. c. i. de prob. ver. quarto de clara. nume. 23. col. 331.
¶ *FOEMINA inuestita de feudo, si efficiatur monacha, an perdat feudum? Feli. dicit, quòd non, sed quòd retinebit feudum, donec vixerit. Ita dicit c. in præsentia. de prob. versi. fallit tertiò prædicta. nu. 47. col. 401.*
Fœmina an possit habere ius conferendi beneficium ex priuilegio? vel consuetudine, aut præscriptione? Vide, quæ posui in litera L. §. laicus an habeat ius conferendi. Adde, an in fœminam cadat ius patronatus? & sic hæredes, masculi, & fœmina pariter succedant in hoc iure patronatus, Vide dom. Abb. c. dilecto. de testi. in prin. Adde Scribentes cle. 2. de iure patronatus.
Fœminæ, si non possunt succedere ex forma statuti, existentibus masculis, an illud statutum habeat locum in bonis feudalibus, Vide Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const. versic. postremò vnum non omitto. nu. 95. col. 154.
¶ *Forensis, qui non habitat, potest dici ciuis, si soluit onera quæ vonuntur pro rebus, quas habet in loco. Ita Fel. c. quoniã. de offi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ord. versi. & adde, quòd etiam. nume. 3. col. 1140. Adde tu, q propter ista verba Fel. videtur, quòd forensibus possessoribus possit imponi collecta, quod est contra mentem Bar. l. libertus. § sola. ff. ad muni. vbi dicit, quòd collecta non potest imponi possessoribus forensibus, & ratio est, quia collecta est munus, quod imponitur personæ pro rebus, ergo si persona non est subdita rationi domicilij, vel originis, non potest eis imponi. Ita Barto. ibi. Adde Bar. l. rescripto. S. fi. ff. de mun. & ho. & ibi do. Alex. Adde, an per statutum possit collecta imponi possessoribus forensibus? et dic, quòd sic. Bal. l. j. in 6. col. C. de sen. quæ pro eo. Et de modo, & cautela prouidendi per statutum, vide Bal. l. fi. C. si sine censu, vel reli. Adde dom. Alex. d. l. rescripto. ff. de mun. & ho. & hoc modo susti nebis opi. Fel. ibi.

Forensis an possit accusare? Vide Fel. c. cũ P. Manconella. de accu. ver. nunquid forensis. nu. 3. col. 699.

Forenses an ligantur statuto ciuitatis, vbi habitant? Vide, quæ posui in litera S. § statutum ciuitatis nunquid ligat forenses.

Forenses an veniant appellatione populi? Ponit Fel. c. quoniam. de offi. ordi. in prin. col. 1140.

¶ *Foresta est locus, vbi feræ includuntur. gl. c. cum dilect. de don. alias dicitur latum nemus, de his ponit Fel. c. Rodulphus. de rescri. ver. quid autem sit foresta. nu. 21. col. 889.*

¶ *Forma in rescripto expressa, quando inducat nouum modũ procedendi, & an sit necessitatis, Ponit Fel. c. cum dilecta. de rescr. § primum signum forma. nu. 6. col. 615.*

¶ *Fornicatio simplex cõmissa si est clerico in sacris constituto, an sit commissum incestum. Vide Fel. c. cum dilectus. de acc versi. quartò no. nume. 5. col. 783. Vide eundem c. at si clerici. de iud. nume. 14. col 42.*

Fornicatio simplex an sit digna depositione, Ponit Fel. c. at si clerici. de iud. ver. quæ autem crimina. nu. 12. col. 41.

¶ *Fornicator vtrum toties committat adulterium, quoties actum reiterat cum eadem persona. Abba. c. sicut. de testi. 3. no. num. 2. col. 534 tenet, quòd sic, & idem tenet c. cum in ecclesijs. de maio & ob. in fi. col. 1200. Adde Feli. d. c. sicut. ver. no. quartò. nume. 3. col. 535. qui dicit, quòd absque dubio hoc procedit in foro conscientiæ, & per consequens toties pœnitentiam agere debeo de fornicatione, quoties committo fornicationem, etiam cum eadem muliere, de quo vide gl. c. imitare. 6. q. 1. Et idem tenet do. Abb. d. c. sicut. 4. no. Adde, quid dicendum in foro contentioso. Bal. l. quicunque. 2. col. C. de ser. fug. dicit, quòd si vna vice multiplicatur fornicatio, habetur pro vno delicto, secus, si ex intervallo. Et istud idem tenet domin. Card. clemen. 1. oppo. de priu. Et idem videtur tenere Felin. d. capitu. sicut. versic. prædicto. col. ea. Et pro opi. istorum videtur esse gl. l. mariti. §. sex mensiũ. ff. de adul. vbi glo. dicit, quòd pro quolibet adulterio potest accusari. Adde, quòd contrariũ videtur sentire gl. l. vulgaris. ff. de fur. vbi dicit, quòd si pluries accessi ad alterius vxorem, vna tãtum pœna imponitur. Quare pro solutione dubii dic, quòd fatendum est, quòd ex quolibet coitu nascitur accusatio. l. Iuli. ff. de adul. Sed quia pœna nõ est reiterabilis, quoniam pœna capitis punitur adulterium, ideo glo. d. l. vulgaris, dixit, q vna pœna tantum imponitur. Et in hoc vide Bar. d. l. vulgaris. 1. col. versic. secundò dicit gl. Et sic videtur dicendum, quòd in foro contentioso ex multiplicatione actus debet multiplicari pœna, de quo vide Bar. l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & l. nunqnam plura. ff. de pri. deli. Adde Felin. d. c. sicut. versi. antedicto. Adde ad ista Io. Cal. & Io. de Lig. consiliys suis inci. vnũ, An multiplicanda pœna. & aliud incipit, In huius thematis.

¶ *Fortè. Ista dicto non est nota dubitationis, sed assertionis. gl. notabilis. c. 2. de testa. gl. l. mutus. in prin. ff. de proc. & l. si duo. §. 1. ff de arb. & l. in commodato. § sicut. ff. commo. & l. in substitutione ff. de vulg. & pu. Adde, quòd An. Barb. c. 2. de testi. dicit, quod istud verbum Fortè, importat dubitationem. Vide per Felin. c. accedens il 1. vt lit. non contest. versi. vltimò, dum dicitur. nume. 10. col. 282. Limita tamen istud, quòd vbi lex in assignatione causæ ponit hoc verbum Fortè, illa causa non est finalis, sed impulsiua. glo. cle. 1. de appel. verb. appellandam. & ibi Imo. Adde Feli. d. c. accedens ver primò. q. vbi lex. nume. 11. col. 283. Vide de ista dictione Fortè. do. Abb. d. c. accedens in fi.*

¶ *Fortilitiũ propter rebellionem funditus desolatum, filij rebelliũ non possunt reædificare sine licentia superioris. Fel. c. cum accessissent. de contest. ver. per hanc primam limitationem. post nu. 3. col. 175. Adde tu, quòd si isti filij rebellium volunt reædificare illud fortilitium, quòd poterunt sine licentia Papæ, vel alterius superioris, data reconciliatione rebellionis, & hoc teneo procedere hodie per tex. c. Iudæi. il 1. de iudæ. Nõ obst. l. vt proprius. la 2. C. de nup. vbi Bal. tangit q. istam, & tenet, quòd non, quia dico, quòd illa lex poterat procedere, antequam esset facta decretalis illa, d. c. iudæi. nã ibi præmittitur. quod iudæi possunt reædificare synagogas veteres sine licentia superioris. Idem erit in casu isto. Et hanc opi. tenet Io. de Ana. d. c. iudæi. 2. co.*

¶ *Forrus domicilij est generalis, & nunquam amittitur. Fel. c. fi. de fo. comp. versi. circa forum. nume. 23. col. 226.*

Forus, qui competit clericis ex priuilegio, an Papa possit abolere cũ. Vide Felin. cap. 2. de ma. et obe. versi. secundo concludit Car. nu. 2. colum. 1171.

¶ *Fossatum fouea, quæ sunt inter viam publicam & fundum priuatum, de his vide Fel. c. Rodulphus. de rescr. ver. de fouea autem, siue fossa. nu. 23. col. 891.*

¶ *Fractor pacis non dicitur ille, qui offendit offendentem se post pacem factam. Io. An. regula, frustra. de reg. iur. in 6. & in addi. Specu. rub. de treu. & pace. Barto. l. cum pater. §. libertus. ff. de lega. 2. Adde Fel. cap. 3. de iureiu. ver. & per istam regulam. nume. 3. col. 1008.*

Fractor pacis non dicitur ille, qui offendit ex causa noua superueniente post factam pacem. Barto. l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis. Ant. de But. & Imo. cap. 2. de renun. Bald. c. 1. de pac. tenen. in prin. Adde Fel. c. 3. de iureiu. d. col. & ver. ibi, & hinc est ante. nu. 4. col. 4009.

¶ *Frater maior dicitur ille, qui diutius administrauit, non qui primò natus est. Felin. rub. de ma. & obe. in versicu. Et istis adde. colum. 1167.*

Frater, qui fecit pactum iuratum cum fratribus suis de se non diuidendo à fraternitate, eorum pacto etiam iurato non obstante potest diuidi. Felin. c. edoceri. de rescrip. verficu. limitat Inno. nu. 7. col. 603.

¶ *Hostiam non consecratam si quis petit ad communionem, an sit punendus, vt hæreticus. Cal. consi. suo x. tit. de hæ. tenet quòd non. Vide Felin. cap. ad abolendam. de hæ. versicu. idem Dominicus. num. 2. col. 994.*

¶ *HYPOTHECA anterior, quàm sit emptio, si allegatur, & ex aduerso negatur, quis debeat probare? Vide, quæ posui in litera C. § creditor, qui dicit.*

I.

IDONEVS Præsumitur quis, quo ad mores, non quo ad facultates, de quo vide, quæ posui in litera D. § diuus si quis dicit.

Idoneus præsumitur quis circa intrinseca, vt puta quòd sit castus sobrius, & c. licèt quis nõ præsumitur idoneus circa extrinseca, vt puta, quòd sit doctus, quòd scit cantare, legere, vel similia, quæ pertinent ad clericum, imo si opponitur contra aliquem, quòd non scit legere, debet supponi examini, vt est tex. cũ gl. c. si fortè. de ele. in 6. Et si nemo se opponit, tũc is, ad quem spectat prouidere, debet de omnibus inquirere. Ita do. Abb. c. fi. de præsump. 4. col. versicu. quare ego. Adde Fel. ibi, versi. est autem multiplex idoneitas. nu. 2. col. 973.

Idoneus facultatibus non tenetur cauere, imo ad nullam tenetur satisdationem, etiamsi a lege, vel statuto requireretur cauere fideiussore, de quo vide, quæ posui in litera S. § statutum quòd requirit aliquem. & in litera L. § lex quæ requirit aliquem.

¶ *IEIVNIVM pòt frangi, propter necessitatem. Fel. c. cum accessissent. de cõsti. ver. idẽ de obligato ad ieiunium. num. 22. col. 165. Adde tu, q obligatus ad ieiuniũ & cõstitutus in maxima necessitate famis, vel in aliquo casu, quòd ieiunare non possit, licitè per seipsum hõ pòt frangere ieiunium, sine alia dispẽsatione. Casus est c. pe. de obser. ieiu. Et hoc ita demum verum est, quando quis ita de facili, vel commodè superiorẽ adire non potest.*

Ieiunium si non est obseruatum, an obligat transgressorem ad peccatum mortale. Dom. Abb. tangit istud c. quoniam contra. de prob. versic. vltimò hic no. & melius rub. de obser. ieiu. versic. vltimò hic quæro. & vbicunque dicit, quòd si constitutio ligat ieiunantem per verba præceptiua, quòd tunc transgressor obligatur ad peccatum mortale, secus est, si verba constitutionis sunt communia. Vide dom. Card. c. ad nostram. ver. 2. de hæ. & cle. 1. 38. q. de priui. Adde Fel. latissimè c. quoniam contra. de proba. versi. vlti. no. ad fi. nu. 11. col. 453.

Iesuati an sint in peccato mortali, ex quo sunt in religione non approbata. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in prin. nume. 1. versi. no. primò, ibi, quod dictum. col. 215.

Iesuati an sint de foro ecclesiæ. Vide Fel. c. 2. de fo. compe. versicu. de Iesuatis. nu. 11. col. 154.

¶ *IGNORAMTIA iuris regulariter neminem excusat. gl. & Doc. c. 2. de consti. Fel. c. quoniam. de simo. ver. prima Ignorãtia iuris. n. 7. col. 928. Adde, quòd ista regula fallit, nisi agatur de damno euitando, quia hoc casu succurritur erranti per ignorantiam iuris. Bar. l. 1. ff. de bo. pos. Fel. d. c. quoniam. ver. fallit primò, nisi agatur. num. 8. Ibi. Item fallit ista regula in rustico, milite, & muliere. Fel. d. c. quoniam. versicu. secundo fallit in milite. nu. 9. col. ead. Item fallit ista regula quãdo quis potuit consulere peritiores. siue sit persona priuilegiata. siue nõ, etiamsi tractaretur de damno euitando, non excusabitur. Barto. l. 1. ff. de bo. pos. Fel. d. c. quoniam, versicu. tertiò fallit, nisi quis. nu. 10. colum. ead. Item fallit ista regula in his, quæ sunt inducta ad rigorem iuris obseruandum. Bal. l. iuris ignorantia. C. qui admit. Fel. d. c. quoniam. versi. quartò fallit. nu. 11. Ibi Item fallit ista regula, quando aliquis facit actum clam, quia non excusatur ab ignorantia iuris, quia perdit priuilegium. Lud. Ro. in singu. suo 725. Fel. d. c. quoniam. versicu. secunda conclusio. num. 12. col. vt supra. ignorantia an excusat a pœna statuti? Vide, quæ posui in litera S. § subditus delinquens contra statutum.*

Ignorantia iuris quando est sine omni culpa, tũc excusat delinquẽtem, imò euitat omnem pœnam legis. Ita do. Abb. c. 2. de consti. 2. col. ver. sed declara. Aut ignorantia non excludit omnẽ culpam. puta, quia delinquens est in lata culpa, quæ æquiparatur dolo, l. magna negligentia. ff. de reg. iur. Et tunc delinquens non excusatur, quia lata culpa est ignorare quod omnes sciunt. Ita do. Abb. loco præalleg. Fel. d. c. 2. versi. circa primam. num. 4. colum. 62. Adde, quòd ista regula non habet locum, vbi lex requirit dolum expresiè, vel tacitè, quia si delinquens est in lata culpa, non punitur, nisi per modum culpæ, non vt dolus, do. Abb. c. 2. 2. col. ver. & hoc casu. Adde Fel. d. c. 2. versic. fallit primò. nu. 2. ibi Item fallit ista regula in casibus, in quibus lata culpa non æquiparatur dolo. Fel. d. c. 2. versi. fallit secundò. num. 4. col. præalleg.

Ignorantia iuris procedens ex culpa leui, vel leuissima, an excusat a pœna criminali? Ponit do. Abb. c. secundo, de constitu. 2. colu.

versi. quandoque ignorans, vbi dicit quòd si quis est in leui culpa, vel leuissima, & potest puniri ciuiliter, quòd est puniendus, si autem crimen est tale, quod damnum non potest resarciri, & tũc talis delinquens debet puniri criminaliter, ne delictum remaneat impunitum. Adde Fel. d. c. 2. de consti. versi. secunda conclusio. num. 5. col. 62.

Ignorantia an possit probari per iuramentum, maximè quãdo præsumptio est in contrarium, vt puta quia est factum notorium in loco, do. Abb. c. quosdam. de præsum. ver. gl. 1. vbi dicit, quòd si non agitur de magno præiudicio, quòd tunc ignorantia potest probari per iuramentum. Idem tenet do. Card. consilio suo 33. inci. Lite in Ro. curia. & est gl. regula, præsumitur. de reg. iur. in 6. tex. c. cũ in tua. qui mat. acc. pos. gl. c. statutum. de sacr. in 6. verbo, proprium. Fel. d. c. quosdam. versi. in gl. 1. in fi. ibi, quãdo audiatur. nu. 5. col. 942. Adde tu, q verum est, q ignorãtia probari pòt per iuramentum, & hoc, quando ignorantia esset verisimilis, quia causatur ex probabilibus argumentis. Arch. c. vt animarum. de consti. in 6. Cal. consi. suo 40. tit. de sen. exc. Et ideo si quid est notorium in loco, vbi quis erat tempore publicationis, tunc ignorantia non probabitur per iuramentum, de quo vide Fel. d. c. quosdam. ver. tertiò est aduertendum. nu. 6. colu. 943. Adde ad ista illa, quæ posui supra. § ignorãtia iuris alleg.

Ignorantia non potest probari per iuramentum, imo non auditur allegans ignorantiam, & hoc, quando aliquis ex officio tenetur inuestigare, quia præsumitur scientia. Ita do. Abba. c. quosdam. de præsump. in fi. & ibi Felin. versicu. quintò est aduertendũ. nume. 7. col. 943.

Ignorantia excusat delictum. Ita Bal. c. 2. de exce. Bar. l. i. ff. de recep. vide Lu. Ro. l. si verò. §. de viro in 51. fallentia. ff. sol. mat. vbi ponit multa circa excusationem ignorãtiæ. Vide Fel. d. c. 2. in prin. col. 15. Adde, q ignorantia affectata dicitur pars scĩa gl. cle. 1. de consan. & affi. verbo, scienter. Adde ẽt, q si dicitur aliquid factum per ignorantiam, & replicatur per eum, quòd sciebat, tunc debet poni in replicatione, quòd scienter fecit. Bar. l. oẽs. C. de agri. & cẽs. li. 11. Vide Fe. d. c. 2. de exce, ver. & vbi allegatur aliquid esse factum. nu. 2. col. 16. vbi latè de hoc.

Ignorantia iuris allegans vtrũ sit admittendus ad probandũ ignorantiam? Ponit do. Abb. q istam. c. 2. de consti. col. pe. versi. venio ad quartum, & dic, quòd certum est, quòd allegans admittitur ad probandum. Tex. c. fi. qui ma. accu. pos. de quo vide Fe. d. c. 2. versi. circa quartum. nu. x. col. 67. Adde, quòd dubiũ est, quomodo probatur? dom. Abb. d. c. 2. loco præalleg. post multa dicit, quòd hoc est arbitrarium, sed tu dic, q regulariter probatur ignorãtia per iuramentũ. Ita Fel. loco præal. co. ea. Adde tamẽ, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus, & primò, quãdo ista ignorantia posset probari alio modo, quã per iuramentum. Fel. d. c. 2. ver. fallit primò. nu. 12. col. 67. Item fallit, quando præsumitur scientia, quia talis præsumptio legis non tollitur per iuramentum. Fel. d. c. 2. in ver. fallit secundo. nu. 13. col. ea. Item fallit, quando agitur de præiudicio tertij, quia ignorantia non probatur per iuramentũ. Fel. d. c. 2. versi. fallit tertiò. nu. 14. col. ea. Item fallit, quando statutum prohiberet allegare ignorantiam, quia tunc allegans ignorantiam, non admittitur. Fel. d c. 2. versi. fallit quarto. ibi nu. 15. col. 68. Item fallit, quando non solũ agitur de probanda ignorantia, sed iustitia ignorantiæ, quia iuramentum non sufficit. Fel. d. c. 2. ver. quintò fallit. nu. 16. col. ead. Item fallit, quando allegatur ignorãtia eius, quòd publicè scitur ab omnibus, & non est verisimile, quòd ignoratur, quia tunc non probatur per iuramentum. Fel. d. c. 2. ver. sextò fallit. Ibidem. nu. 17. col. ea. Item fallit, quando quis probasset ignorantiã per iuramentum, & aduersarius vellet probare contrarium per testes & legitimas probationes, quia tunc iuramentum non sufficeret. Fel. d. c. 2. ver. fallit septimò. nu. 20. col. 69.

¶ *ILLEGITIMVS dispensatus sup curato, intelligit de primò. Ita Fel. c. si. de treu. & pa. ver. dispensatio ad duo. n. 4. col. 1246.*

Illegitimus natus ex nobilibus parentibus non potest dici nobilis. Bal. l. cum legitimæ. ff. de sta ho. Imo. l. ex pacto. ff. ad Treb. Ad de Fel. c. super eo. ri 2. de testi. ver. & adde, quòd illegitimus natus. nume. 5. col. 602.

¶ *Illegitima persona non potest stare in iudicio, ideo de personis prius quærendum est, do. Abb. c. 1. de acc. in prin. Imo iudex nõ solum debet inquirere, sed etiam repellere. Hosl. c. quod sicut. de de ele. Fel. d. c. 1. in prin. nu. 2. col. 681.*

¶ *Illicita nõ veniunt in obligatione, seu promissione generali. Fel. c. cum iuramento. de homi. in prin. nu. 1. col. 1015. & idem est in promissione facta per iocum. ibi Fel. col. ead.*

¶ *Illiteratus potest esse iudex ordinarius, & delegatus. Fel. ca. sciscitatus. de rescr. ver. illiteratus potest esse iudex. nu. 9. col. 489. Adde, an debeat facere legi sententiam, per alium? Vide ibi Fel. d. c. sciscitatus. & d. versi. & col. vt supra.*

Illiteratus iudex debeat sequi consilium sapientis. quãdo statuũ simpliciter dicit, quòd iudex debet requirere consilium sapientis, nã in isto casu est arctatus sequi cõsiliũ, ex quo est illiteratus. Vide Felin. c. sciscitatus. de rescri. ver. illiteratus. nu. 10. col. 486.

Illiteratus an possit esse iudex in causa matrimoniali. Ponit Fel. d. c. sciscitatus. de rescr. ver. præallegato. col. ead.

¶ *Illustris p̃sona, an ei credatur sine literis credentiæ, do. Abba. tenet, quòd sic. c. quod super his. de fide instr. 3. col. ver. posset tamẽ dici. Adde glo. c. cũ olim. il 1. de pruil. in gl. magna, & vide Felin. d. c. quod super his. ver. prima conclusio. nu. 8. col. 835.*

¶ *IMMVNITAS cõcessa p principẽ, vel ciuitatẽ alicui, an facit cessare solutionem collectarum impositarũ tẽpore belli. Vide, quæ posui in litera P. § priuilegium generaliter concessum.*

¶ *Impedimentũ collectæ debet esse notum collegis, ad hoc, vt valeat eorum processus, nec sufficeret, quòd in veritate subesset impedimentum. Felin. de rescrip. c. sciscitatus. nume. 12. versic. oportet notum. col. 491.*

¶ *Impeditus agere non excusatur, solum allegans impedimentum, quãuis illud probet, sed oportet, quòd probet se adhibuisse omnẽ diligentiam, ad hoc, vt posset agere, & sic, vt actum expediret. Ita do. Abb. c. ex transmissa. de præscr. 2. col. ver. secũdus casus. Et ibi idem tenet Inn. c. cupientes. §. quod si per 20. de ele. in 6. verbo proposita. Bar. l. 2. §. & quod diximus. ff. si quis cau, et ibi Ang. Bar. l. præses. C. de app. Adde Felin. d. c. ex transmissa. in prin. nu. 1. col. 223. vbi ponit multa facientia ad istud propositum, & dic, quod ista est communis opi. quam tenent Canonistæ d. c. ex trasmissa. & Legistæ. d. l. 2. §. quod diximus. Adde & limita istam communem opi. quòd si esset notorium, quòd omnis diligentia fuisset fructratoria, quòd tunc sufficit probare impedimentum absque eo, quòd probet se adhibuisse diligentiam. Paul. de Cast. consi. suo 286. & consi. suo 290. & idem tenet Felin. d. c. ex trãsmissa. ver. quæ oĩa, & similia. n. 2. col. 224. Adde ad ista, quæ posui in litera D. § delegatus, qui dicit se impeditum.*

Impeditus agere debet & protestari coram honestis personis, qualiter per eum non stat, sed quia iudex non facit copiam sui, & hoc est vtile, imò necessarium, dom. Abb. c. sciscitatus. de rescrip. dom. Alex. consi. suo 190. incip. Inspectis & ponderatis. circa fi. Vide gl. c. cupientes. de ele. in 6. verbo, proposita, & ibi Im. & Dom. de san. Gem. dom. Alex. consi. suo 19. inc. Viso processu. vbi plus dicitur, quòd si appellans in prima vice non inuenit iudicẽ, & protestatus est coram honestis personis, & recessit, si postea iudex rediit, debet appellans redire & appellare coram iudice, aliter nõ valet sua protestatio, quia non dicitur fecisse diligentiã. Bal. Sal. l. fi. §. illud. C. de temp. app. Vide Fel. c. ex transmissa, de præscr. ver dum subdit Abb. nu. 5. col. 225. vbi dicit, quòd tempore suo do. de Ro. dixerunt contrarium. Tamen mihi plus placet opi. do. Alex. consi. suo. Adde & limita prædicta, quòd si impedimentum est notorium, & appellans nihil posset facere, & cum omni diligentia, vt puta quia in loco est semper guerra, & nunquam reddebatur ius, tunc non est opus protestatione coram honestis personis. Paul. de Cast. consi suo 286. inci. Visis his. 9. col. ver. nec obstat. & idem sentit do. Alex. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. Vide Fel. d c. ex transmissa. versi. limita tamen. nu. 6. col. 226. Item limita, quòd impeditus non tenetur protestari, si est impeditus ex facto suo, puta in propriam personam, vt quia infirmus, vel incarceratus. Phili. c. ex ratione. 7. col. de appel. dicit, si faceres etiam protestationem in isto casu, quòd bonum esset, & securius. Adde Fel. d. c. ex transmissa. de præscrip. versi. limita tertio? dummodo impedimentum. nu. 7. col. vt supra.

Impeditus, qui non comparuit in termino, si fuit excommunicatus, an teneat excommunicatio? Vide, quæ posui in litera E. § excommunicatio lata contra contumacem.

Impeditus debet protestari de impedimento, ad hoc, vt sit saluum ius suum. Ita Fel. c. venerabilis. de iudi. versi. communiter generaliter tenetur in omni impedito. nume. 7. colu. 135. Fallit in aliquibus casibus, vt per eum ibi, & vide, quæ posui in litera T. § tempus vtile.

Impeditus debet protestari, vbi tempus est continuũ, & non vtile.

Ita Fel.c.venerabili.de iud.vers.& col.præallegatis.

Impeditus, qui non fecit illud,ad quod tenebatur,excusando se impeditū esse,vtrum debet stari dicto eius,vel possit cogi ad faciendum sidem de impedimento? Vide, quæ posui in litera D.§. delegatus qui dicit se impeditum.

Impeditus impedimento ineuitabili qui citatus non comparuit, si lata est sua interlocutoria contra eū,aut diffinitiua, an sit ipso iure nulla,aut annullanda? Vide, quæ posui infra.§. interlocutoria lata contra absentem & in litera S.§.sententia diffinitiua.

Impedito an currat tempus, & si currit,quando sit restituendus? do.Abb.c.2.in fi.de eo,qui in pos.do.de Rot.in antiquis, tit. de rescr.26.& de præb.20.Ant.de Bu. & Imo. c.significante. de pig.do. Abb. consi.suo 2.uol.5.Lu. Ro,consi.suo 221. Barto.l.j. §.occisorum.ff.ad Syl. Fel.remissiue c.cum inter.de excc.ver. generaliter autem,quando impeditus.nu.21.col.45.

¶ *Imperator non dicitur imperator,nisi post coronationem.Felin. c.eam te. de rescr. ver.similiter dicit gl.nu.2.col.417.*

Imperator an possit congregare concilium data negligentia Papæ vel Card.Pont Fel.cap.1.de ma.& obe. versi. & dicta Innocentij hic.nu.3.col.1169.

Imperior ante coronationem an possit dici imperator? Vide glos. cle.1.de iureiu. verbo, futurus. quæ dicit,quòd debet dici Rex. An autem habeat administrationem,vel an possit cōcedere priuilegia, Vide Sal.l.bene a Zenone.1.col.C.de quadri. præscrip. Bal.in addi.Specu.tit.de rescrip.præsen. §.si.ver.item quòd obtentum. Adde Felin.c.eam te.de rescr. versicu. similiter dic.t glo.nume.2.col.427.

Imperator non ligatur legibus an autem ligetur respectu canonū? & tunc distinguendum est, an canon concernat spiritualia, vel non. Vide per Felin.cap. de consti.versi. quarta declaratio.nu. 30.colum.45.

Imperator est solutus legibus, non tamen est solutus dictamine rationis. Vide per Fel.c.1.de consti.ver. quinta declaratio.nu.3. Ibidem.

Imperator potest congregare concilium in casu necessitatis,data negligentia ecclesiæ, & sic Papæ, do.Car.in repe.c.licet. de ele. & Petrus de Monte in sua monarchia,11.col. & sequitur Fel. ca. querela.de iureiu.ver. & in casu necessitatis.nu. 12.col.1046.

Imperator quomodo iuuet Papa in installatione sua,vide text.cle.1. de iureiu.versi ego Henricus.

Imperator amittit ea,quæ sibi competunt in signum supremæ potestatis p præscriptionem,de quo vide,quæ posui in litera P.§.præscriptio currit contra supremam potestatem Imperatoris.

Imperator si concedit ecclesiæ omnem iurisdictionem, includit etiā merum imperium.Fel.c.quòd sedem.de of.or.nu.4.colu.1114.

Imperatorem inferior consulere debet, vbi dubitatur de intellectu iuris ciuilis, & sic interpretatio dubiorum legis ciuilis pertinet ad imperatorem, de quo vide, quæ posui in litera P. §. Papam super dubio.

¶ *Imperitia assessoris an excuset iudicem? Vide, quæ posui in litera A.§.possessor an iudex.*

¶ *Imperium vbi habuit originem? Ponit Io. An. in Spe.ti. de iur. om.iu. in prin.Old.consi suo 96.Vide gl.c.1.de pace iur.fir.& gl.l.digna vox. C.de legi.& do.Car.in c.venerabilem.de elec. 6.q. Adde Fel.c.cum non liceat.de præscr.versi. vndecimò & vltimò.nume.13.col.248.*

Impetrans, vel vtens rescripto surreptitio punitur pœna ca.super literis.de rescr. non autem incidit in pœnam c. ad falsariorum, de fal. Ita Felin.rub. de rescr. in fi.versicu. quintò & vltimò no nu.11.col.325.

Impetrans beneficium tenetur facere mentionem de illo, quòd obtinet violenter.Felin.c.in nostra.de rescr.ver spoliatus beneficio. nume.7 col.817.

Impetrans beneficium an debeat facere mentionē de fructibus alicuius altaris,quos possidet pro mercede sp. ritualium laborū suorum? Ponit Fel.c.in nostra.de rescr.ver.primum corollarium. nume.10.col.820.

Impetrās beneficium debet facere mētionē an fuit intrusus, & qualiter perceperat fructus.Ita Fel.c.in nostra.de rescr.versi.secundum corollarium.nu.10.col.820.

Impetrans beneficium non debet exprimere qualitates,quæ in sunt beneficio de iure communi,sed aliàs tantum,quæ sunt de facto ratione consuetudinis.Ita Fel. c.in nostra. de rescri. versi. quartū corollarium.nu.14.col.822.

Impetrans si in impetratione tacet ea,qua præsumuntur notoriè scire per Papam,nō nocet.Fel.c.in nostra.de rescr.ver. quintum corollarium.nu.15.col.823.

Impetrans aliud beneficium,debet facere mentionem de omni beneficio,quod habet in titulum,siue sit manuale,siue sit temporale,vel perpetuum, secus, si est beneficium temporale, quod non datur in titulum,sicut est vicaria.Ita Fel.c.in nostra.de rescr. versi.decimumnonum corollarium.nu.18.col.828.

Impetrans non tenetur facere mentionem,quòd habuit beneficium, quòd ei renunciauit. Fel. c.in nostra.de rescr.versi. vigesimum corollarium.nume. 19.ibid.

Impetrans debet facere mentionem,quòd beneficium, quod vacat p mortem talis,puta Titij,ille Titius erat familiaris vnius Cardinalis,& hoc in tantum verum est,quòd etiamsi ille desideraret esse familiaris tempore mortis,etiam est sienda mentio,aliàs impetratio est nulla. Ita Fel.c.in nostra.de rescr. versic.vigesimū primum corollarium.nu.20.ibid.

Impetrans hospitale debet exprimere,quòd sit hospitale,aliàs non valebit gratia.Fel.c.in nostra.de rescr.ver.vigesimumsecūdū. nume.21.col.829.

Impetrans beneficium,quod vnitum est ad collationem alicuius,debet hoc exprimere,aliàs impetratio est nulla.Fel.c.in nostra de rescr. ver.vigesimumtertium corollarium.nu.22.col.830.

Impetrans beneficium vnitum,an debeat facere mentionem de vnione facta,etiam quòd non sit sortita effectum.Vide,quæ posui in litera V.§.vnio beneficij,& §.vnio facta.

Impetrans an debeat facere mentionem de iure ad rem consecuto ex acceptatione sola expectantis.Fel.c.in nostra. de rescr.versi. vigesimumoctauum.num.25.col.832.

Impetrans præbendam debet facere mentionēm de natura præbē da,si sit sacerdotalis,vel electiua.Fel.c.in nostra.de rescr.versi. trigesimumprimum.nu.26.col.833.

Impetrans beneficium, debet facere mentionem beneficij annexi? Et quid de beneficio pariter vnito.Fel.c.in nostra.de rescr.ver. trigesimumtertium.nu.30.col.836.

Impetrans beneficium debet facere mentionem de beneficio, cui renunciauit, etiamsi renunciatio non tenuit.Fel.c.in nostra.de rescrip. versi.trigesimumquartum.nu 31.col. vt supra.

Impetrans beneficium debet facere mentionem de possessione colorata,quam habet alius in beneficio impetrato.Fel.ca. in nostra.de rescr.versi.trigemumsextum corollarium.nu.32.col.837.

Impetrans debet facere mentionem de possessione alterius, dummodò sit annualis, aliter non Fel.c.in nostra.de rescr.versicu. tertiò not.nume.33.col.838.

Impetrans non tenetur facere mentionem de modo vacationis beneficij,quia omnis modus vacandi comprehēditur per istud verbum Vacat.Fel.c.in nostra.de rescri.versic.trigesimumseptimū corollarium.num.37.col.841.

Impetrans debet facere mentionem de iure patronatus laicorum, etiamsi spectaret ad laicum & clericum simul.Fel.c.in nostra. de rescr. versi.trigesimumoctauum corollarū.nu.39. col.843.

Impetrans beneficia vacatura, non veniunt beneficia cathedralis ecclesiæ, nisi exprimatur ecclesia cathedralis.Fel.d.c.in nostra. de rescr.versi.trigesimumnonum corollarium. nu.40.col.844. Fallit istud in aliquibus casibus positis ibi per Fels. quos Vide.

Impetrans beneficium regulare,si est clericus secularis, debet facere mentionem de eius natura.Fel.c.in nostra. de rescr. versicu. quadragesimum & vltimum.nu.41.col.845.

Impetrans primam vacaturam in ciuitate, non continetur ecclesia naturalis, & sic not. quòd literæ ad vacaturam in ciuitate, non comprehendunt vacaturam in diœcesi,nisi exprimatur. Felin.c. Rodulphus.de rescr. versi.& istud ampliatur.nu.2.colu. 873.Sed quid econtrà,pone,quis habet expectatiuam in diœcesi, an poterit acceptare primam vacaturam in ciuitate? Dic, quòd non.Imo.c.fi.de præb.supra.gl.).ibi.

Impetrās beneficium.si negatur q̄ non expresserit verum valorē, quis probabit? Vide, quæ posui in litera V.§. valor verus.

Impetrās rescriptum nō tenetur probare oīa contenta in rescripto. Ita dom.Abba.cap.fi.de præsum.1.col.versicu.not.& tene menti. Vide ibi Felin in prin.num.1.ver.in textu.ibi, nulla necessitas.col.973.

Impetrans canonicatum cum derogatione numeri, licèt ecclesia nō sit numerata,non impetrat nulliter.Fel c.constitutus. de rescr. ver.dum autem dicunt.nu.2.col.560. Adde,quid si impetrat sibi

bi prouideri de canonicatu & præbenda,cum vacauerit, licèt non sit numerus præbendarum, quòd talis impetrans non impetrauit nulliter. Ita Felin. versicu. Adde etiam nume. 2. colum.561.

Impetrans beneficium simplex,si narrauit Papæ quòd erat curatum, vel quòd egebat residentia, propter hoc gratia non dicitur surreptitia, imo obtinebit beneficium. Ita Felin.capitu.super literis.de rescr. versicu. prima conclusio.nume.2.col. 574. Adde, quòd hoc verum est, quando per viam demonstrationis est,non taxationis. Ita Felin.versicu.limita quarto. nu. 3. colum.575.& hoc per text. qui videtur contrariari.c.susceptū. de rescrip.in 6.1.colum.

Impetrans pro aliquo beneficium, qui est absens,in eius absentia aliqua surreptio non imputatur absenti,licet supplicans tacuerit in supplicatione aliqua beneficia absentis. Rot.titu.de rescrip. 68.decis.incip. Dominus Vrbanus Papa.in antiquis.Felin.c. super literis.de rescrip.versicu.demum circa præmissa. num.7. colum.578.

Impetratio facta de beneficio, quod quis prius malè tenuit,puta sine titulo,si tacuerit, quòd male tenuit,talis impetratio non valet.Felin.c.postulasti.de rescr.versicu.circa quartum & vltimum.nume.14.col.682.

¶ *Impetrator secundi rescripti potest renunciare suo rescripto, potest etiam consentire, quod secundus iudex procedat cum primo.Felin.capitu. caterum.de rescrip.versicu.vt dicta regula. nume.12.col.380.*

¶ *Improbans rescriptum an possit se fundare super narratis, dicē do,impetrantem confessum narrata.Vide per Felin.c.examinata.de iudi.versicu.& notandum est, quòd hic dicit.nu.3.colu. 113. Et quid de libello,ibi etiam vide per Fel.*

¶ *Impugnans rescriptum, dicendo,illud surreptitium, an debet probare hoc,an verò impetrans,quòd non sit surreptitium? Vide Fel.c.constitutus.de rescrip.in prin.nume.1.col.559.*

¶ *Incapax beneficij an sit capax pensionis. Ponit Fel.c.ad audientiam.de rescr.versicu. ampliatertio.nu.2.col.470.*

¶ *Incarceratus pro vna causa, an possit recommendari pro alia? Vide per Felin.c.significauerunt.de iudi.versicu.limita etiam. nume.15.colum.148. Adde tu, vtrum incarceratus pro vna causa, vel ad tempus,possit recōmendari pro alia causa? Vide Barto.l.sed eximendi ff.ne quis eum,qui. Adde Bald.authen. ei, qui.C.de bonis authō.iudi.poss.4.colum. & l.legata generaliter.ff.de legat.1. Imò captus in domo propria pro debito fisci, & incarceratus pro debito priuato, poterit recommendari. Ita Barto.l.cum ex eo.ff. ad legem Iul. pec. Adde, an captus in die feriata pro vna causa, possit recommendari pro alia causa? Vide per Felin. vbi supra, colum.ead. & seq. No.cautelam ad hoc, vt quis possit facere capi debitorem suum, qui nunquam exit de domo.*

¶ *Incendiarij quando ipso iure sunt excommunicati, & quæ pœna puniātur? Vide gloss.c.cum deuotissimam.12.q.2.verbo, incendium.gloss.17.q.4.cap. omnes. Host.titu.de rapto.sub.rub. de incendiarijs verbo,quæ pœna.Inno.cap.sicut dignum.de homi. Barto.l.1.ff.de offic.præfect.vigi. Bald. ibi, & Sal.l.data opera.C.qui accusa. non pos. Felin.cap.tua nos.de sentēt.excom mu.in prin.col.174.*

¶ *Incendium, vtrum quis teneatur de incendio, etiam ex culpa leuissima? Ponit Felin.ca.tua nos.de sen.excom.colum.1075. numc.2. Adde tu, quòd Barto.l.si quis.§.an verò. & alij ibi, volunt,quòd in incendio præsumatur culpa,nam incēdium præsumitur fieri culpa inhabitantium,l.si vendita.ff. de peric. & commo.rei vend.l.3.§.1.ff.de offic.præfe.vigil. Et hoc sequitur in practica,quòd probato incendio est fundata intentio contra inhabitantes, nisi ipsi probent,quòd absque culpa sua,vel suorum, incendium sit secutum. Idem tenet Sal.l.si creditor.C.de pig.no. uctio.Imo.l.si domos.ff.de lega.1. Canonista cap.2. de depositio.Imo.l.si domos.ff.de lega.1. Canonista cap. 2. de depositi. Ang.consilio suo 197.incip. Incendium.Istud notabiliter limita,quia incendium in dubio non præsumitur interuenisse nisi leuissima culpa, nisi aliter probetur. Ideo non semper quis tenetur de leuissima culpa,nam doctrina Barto.d.§. an verò.procedit in casibus, in quibus quis tenetur de leuissima culpa, vt in cōmodatario glo.est de hoc singul. §. præterea. Instit. quibus modis re contra.obl.in verbo,debet.quæ etiam dicit idem in furto. Et etiam pro singul. not. Salic.l.quæ fortuitis.C.de pig.act.& l.iudicio.C.locati.& l.si vendita.ff.de peric.& commo.rei vendi. Latè domin. Alexan.d.§.an verò.& l.domos.ff.de lega.1.& consil.50.incip.Visis.Angel.de Are. d.§ præterea.vbi dicit,q̄ habuit casum de facto Ferrariæ. Illam gloss.pro singulari tenet. Ioan.de Ana consi.71.incip.Visis.vbi multa bona dicit in præsenti materia, & inter catera quærit, quando quis teneatur de incendio. Adde etiam, quòd egregie consuluit Pet.de Anch consi.suo 394.incip.conductor domus.vbi dicit, quòd si conductor domus in domo conducta,tempore noctis dimisit solū duos pueros,vnum annorum 12.& alium annorum 20.quod non dicitur in aliqua,saltem lata, vel leui culpa,ita vt teneatur de incendio.quamuis dicti pueri minus diligenter ignem custodierunt, quia consueuere patresfamilias diligentes habere familiam tā maiorum, quam minorum in domo,velut in tuto refugio.l.plerique.ff.de in ius voc. Ergo communis vsus culpam excludit, ff.de pig. act.*

¶ *Incola & accola qualiter differant. Felin.cap.quoniam. de offi. ordi.nu.5.col.1141.*

Incompetentia iudicis semper opponi potest,etiamsi dicatur nō posse dici de nullitate. Ita Fel. in rub. de foro compet. versicu. tertium fundamentum.nu.2.col.150.par.2.

¶ *Incontinenti,si quis debet probare intentionem suam, vel suum interesse,vt dicit c. veniens.el 2.de testi. quando dicatur incontinenti probasse? videlicet intra quantum tempus debet hoc facere? domin. Abba.d.c.veniens.5.colum.versicu. vlterius quæritur.dicit,quòd quando quis dicatur probare incontinenti, & relinquitur istud arbitrio iudicis,& quòd non expectabitur volens probare suum interesse,quòd producat testes, vt vltra montes, & sic tenet, quòd tempus erit arbitrarium secundum qualitatem & quantitatem causæ. Et idem tenet ibi Imo. Bal. l.si ex falsis.4.colum.C. de transact. Barto.l.is, a quo.ff. vt in poss. lega. Barto.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.versicu. vlterius procedo. Adde Felin.d.c.veniens.lo 2.versicu. sexta conclusio.nume.15.col.682.*

¶ *Inconuenienti vno dato,multa inde sequuntur.Fel.de Simo.ca.in tantum.num.1.col.921.*

Indebitum solutum per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatā, an repeti potest? Vide quæ posui in litera D.§. debitori condemnato per sententiam.

¶ *Indefinita non æquipollet vniuersali in testibus,& ratio est,quia dicta eorum debent de necessitate concludere, dom. Abb.c. auditis.de præscrip.4.col. versicu.si verò vbi dicit, si probo, quòd in ecclesia mea exercui iura episcopalia, non per hoc est probatū, quòd omnia iura exercui,quia dictum testis potest verificari in aliquibus iuribus,puta in duobus. Et vide dom. Alex. consil. suo 7.incip. Super hac dubitatione.& consi.110.incip. Visis accutissimis.& vide etiam Imo.capitu. quanto. de his, quæ fiunt à prælat.4.col. & vide Barto.l.curiales.C.de prædi. curia. lib. 10. Alber.l.rescriptum.ff.de pac.in prin. Adde Fel.c. auditis. versicu.gusta etiam quotidianum verbum.nu.24.colu.281. vbi multa ponit pro dilucidatione istius.q.*

¶ *Indicium quid sit. Felin.de accus.cap. qualiter & quando.lo 2. nume.8.col.817.*

¶ *Indicia quando sint sufficientia, vt quis propter indicia possit condemnari. Ponit domin. Abba.cap.tertio loco. de proba. 4. colum.versicu.vltimo no. Ioan.And.in addi. Specu.tit.de proba.§.si. versicu.13.tex.bonus.c.literas.de præsump. & c.1. de homi.in 6. Bal.& Sal.l.si qui.C.de adul.Bal. Ang. & Sal.l. sciant cuncti.C.de proba. Feli.c.tertio loco de proba. ver.in gl. si.num.8.col.362.*

Indicia probantur per probationem verisimilem, vide,quæ posui in litera P.§. probatio in genere.

¶ *Indignatio sedis Apostolicæ,quid important istæ verba? dic, amissionem beneficij ecclesiastici & temporalis, de quo vide Fel. c.quod olim.de Iudeis.nu.1.col.972.*

¶ *Indignus an sit promouendus ex præcepto Papæ. Fel. c. accepimus.de fid.instr.versi.& addit hic do. Abb.nu.3.col.815.*

¶ *Indictio an semper debet poni in instrumento? Ponit domin. Abba.c.inter dilectos. de fide instr.6.colum.versicu.glo.in verbo, indictionis & dicit Ioan. And. in data 6.lib. quòd de consuetudine potest omitti talis indictio, imò si in computatione esset error,non vitiatur instrumentum. Bald.l. 1.C.ad Colleia.in fi. Adde Felin.d.c.inter dilectos.in gl.verb.indictionis. num.11.col.828.*

¶ *Indulgentia concessa simpliciter, intelligitur secundùm regula-*

iuris communis. Ita Fel.c.quam sit de Iudais. versi. tertiò no. nume.3.col.969. Et hoc not. quia sæpe pontifices concedunt indulgentias, & dubitatur de viribus earum.

Indulgentia plenaria concessa per ecclesiam, quantum prosit Christianis, Vide dom. Abb.c.ad liberandum.de Iudais.1.col.versi. sed quia decisè. Vide Cald.in repe.c.noſtro.de pœni. & remiſ. Pet.de Anci in repe.regulæ, peccatum.de reg.iur.in 6.3.oppo. Adde Fel.d.c.ad liberandum.versicu. item circa indulgentiã plenariam.nu.7.col.978.

¶ *Infamia facti & iuris quomodo tollatur, & per quas personas. Vide latisſimè Fel.c.teſtimonium.de teſti.verſi. tollitur autem. num.15.col.742.*

Infamia facti in quo differt ab infamia iuris, tu dic, quòd infamia facti eſt, quando quis eſt notatus apud bonos & graues, de quo vide Felin. c.teſtimonium.de teſti. verſi. quomodo autem inducatur.num.14.col.742.

Infamia facti an repellat teſtem a teſtimonio? vide, quæ poſui in litera T.§.teſtis infamatus.

Infamia an priuet quem ipſo facto titu. ſui beneficij. dom. Abba. c. querelam.de iureur.2.colum.verſicu ſed ego dicit, quòd ſemper dubitauit de hoc, tandem concludit, quòd non priuat ipſo iure beneficio acquiſito per prius, tamen priuat bene quem aliis dignitatibus & honoribus, vt putà in milite, quia infamia priuat quem militia ipſo iure. Adde Felin. d. capitu. querelam. verſicu. ſimiliter de eod. numero.2.& ſequen.colum. 1042.& ſequen.

Infamia euitatur, quando accuſatus in actione famoſa, ante condemnationem ſoluit pœnam. Felin. capitu. teſtimonium.de teſti. verſicu.& aduerte quia. nu.29.colum.746.& ibi poſui additionem.

Infamia an irrogatur ex ſola confeſſione. Vide, quæ poſui in litera C.§. confeſſio ſola.

Infamia iuris indubitanter repellit teſtem a teſtificando, non ſolũ in criminali, ſed etiam in ciuili. Ita do. Abba.c.teſtimonium.de teſti.5.col.verſi. ego in hac materia. Tamen vbi veritas aliter haberi non poteſt, infamis infamia iuris admittitur in teſtem. Adde Fel.d.c.teſtimonium.verſicu. ſecunda concluſio. & ibi poſui additionem.nu.10.col.740.

Infamia canonica an repellat teſtem a teſtificando, Vide dom. Abba.c.teſtimonium.de teſti.6 col.verſicu ſecunda infamia. Et dic, q̃ iſta infamia canonica cauſatur ex quolibet peccato mortali, & iſta infamia ſufficit data per ſeuerantia. Adde Felin. dicto c.teſtimonium.verſicu.eſt alia infamia.nu.11.col.740.

Infamia facti ſine dubio repellit teſtem in cauſa criminali. Tex. eſt.c.teſtimonium.de teſti. Barto & alii l.j.C. de ſumma trin. & fide Catho. domin. Abb.d.c.teſtimonium.6.colum.verſi.tertia infamia. Adde Felin. d.c.teſtimonium.verſi. eſt alia infamia.num.12.col.740.

Infamia facti an repellat teſtem in cauſa ciuili. Bar.l.1.C.de ſum. tri. tenet, quòd non, ſed bene facit, quòd minus credatur. Idẽ tenet dom. Abb.c.teſtimonium.de teſti.6.col.verſi.tertia infamia. Eſt verum, quòd domin.Car.d.c. teſtimonium.tenet, quod infamia facti indiſtinctè repellat in ciuili. Tu vide Felin.d.c. teſtimonium. verſicu. prædicto. col. vt ſupra. & ibi poſui additionem.

Infamia facti quomodo poſſit aboleri. Ponit dom. Abba.c. cum te de re iud.3.col.ver. & primò ſcias, ſed glo.c.ex tuarum.de purg. cano. dicit, quòd ſolus Deus poteſt illam tollere. Vide Bal.l.Caſſius.ff.de ſenato. Adde Fel.latè de hoc d.c.cum te, verſi. Circa reſtitutionem famæ.nu.10.col.571.

¶ *Infamis eſt ille, qui eſt accuſatus de crimine infamante, etiamſi ciuiliter agatur, vide quæ poſui in litera C.§. condemnatus criminaliter de crimine.*

Infamis an repellatur ab accuſatione? & dic, quòd de infamia iuris non eſt dubium, quòd repellit ab accuſando, domin. Abb.ca. 1.de accuſa.2.col.verſi. circa ſecundam. Bar.l.qui accuſare ff. de accu.1.col.ver. ſic dicitur. Adde, quid de infame infamia facti, an repellatur ab accuſando. Barto loco præalleg.tenuit, quòd non repellatur ab accuſando, quia hoc non reperitur iure cautũ, do. Abb.d.c.1.1.col. ego dico, quòd infamis infamia facti non repellitur ab accuſando de iure ciuili, ſed bene repellitur de iure canonico. Vide Felin.d.cap.1.verſi.vtrum infamis.nu.3.colu. 681. Vbi tenet opi. dom. Abb. vno addito, quòd de iure canonico attenditur qualitas delicti.

Infamis, cui facta eſt collatio beneficii, an talis collatio ſit nulla? Vide, quæ poſui in litera C.§.collatio beneficii facta per iura.

Infamis non admittitur in teſtem contra famam.glo.c.teſtimoniũ. de teſti.verbo.in hoc caſu. Contrariam gl.habes.l.3.§. Iulia.ff. de teſti. Vide Felin.d.c.teſtimonium.verſicu.in ea.glo. ibi, dico. nu.37.col.749.

Infamis condemnatus de infamia, ſi appellat, & pendente appellatione teſtificatur, valet eius dictum, neque vitiatur, ſi ſententia condemnationis confirmetur per deſertionem appellationis. Barto. l.furti ff. de infam.1.col.ver. ſed hoc. Adde Fel. c. teſtimonium.de teſti. verſi. & iſtis adde.nu.17.col.742.

Infamis, de cuius infamia ignoratur, & poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto. Fel.c.teſtimoniũ.de teſti.ver. & vide ibi gl.2.n.36.col.742.

Infamis infamia facti non defertur iuramentum, & ideo ſi ſtatutũ ciuitatis requirit, quòd credatur damnum paſſo, intelligitur niſi ſit infamis, ita Fel. c. vlt. de teſti. in prin.n.2.col.756. & inde,

¶ *Infantes, quorum origo eſt ignota, an ordinari poſſunt. Vide per Felin.c.cum deputati.de iudi. verſic. Vltimò per iſtum tex. nume.10.col.126.*

¶ *Inferior poteſt mutare pœnitentiam iniunctam à Papa ex cauſa magna, in aliam pœnam glo.c.tempora.25.q.7. & gloſſ. caplatorem.33.q.2. Adde Felin.cap.1.de conſti. verſi.fallit ſeptimo.nume.49.col.51.*

Inferior a principe an poſſit reſtituere famæ, dom. Abb. c. cum te. de re iudic.7.col.ver.ad ſeptimum. dicit, quòd communiter inferioribus non competeret hoc ius reſtituendi. Idem tenet Fel. ibi, in verſi. circa alias. nume.13.col.574. Adde, quod iſta communis opinio fallit, vbi infamia eſſet irrogata per ſtatutum ciuitatis, quia ipſa ciuitas per contrarium ſtatutum poſſet tollere infamiam, & per conſequens, famã reſtituere, dom. Abba.c. cum te.7.col.verſicu. ſecus in infamia. Barto.l.acta §. de amplianda.ff.de re iud. & l.ſi.in fi. C. de ſen. paſ. Fel.nume.14. verſicu. fallit primò.col. vt ſupra. Item fallit in caſu c.cum P.ta bellio.de fid.inſtru. vbi Bald. vlt.col. Vide Felin. d.c. cum te. verſi. fallit ſecundò.nu.14.col.præalleg. Item fallit, vbi eſſet poteſtas, quæ non recognoſceret ſuperiorem, quia poſſet reſtituere famã, domin. Abb.d.c.cum te.7.colum.verſicu. ſecunda, in nõ recognoſcentibus. Et idem tenet ibi Anto. de But. & Imol. Ad de ibi Fel.verſicu. fallit tertiò.nume.15.col.ead.

Inferior a principe non poteſt etiam cauſa tollere rem vnius, & dare alteri, nec auferre alicui rem ſuam. Felin.cap.quæ in eccleſia rum.de conſti.verſicu. quarta declaratio.nu.32.col.125.

Inferior poteſt venire contra diſpenſationem ſuperioris, quod alias non poſſet, & hoc, vt res reuertatur ad ius commune, a quo per viam ſpecialem exierat. Felin. c.cum acceſſiſſent.de conſti.verſi. hanc declarationem.num.8.col.159.

Inferiores non poſſunt viuere contra ſuperiorem, qui vult reformare mores eorum. Vide, quæ poſui in litera C.§. correctio morum non poteſt tolli.

¶ *Infidelitas precedens an noceat conuerſo, vt non poſſit ordinari. Felin.cap. eam te.de reſcrip.verſicu. infidelitas precedens.nume.12.col.434.*

¶ *Infirmitas eſt ſufficiens cauſa delegandi talia, ideſt, merum & mixtum imperium, de iure ciuili, ſicut abſentia. Ita Felin. cap. quod ſedem.de offi.ordi.in prin.poſt nu.1.verſi. item infirmitas col.1112. Adde tu, quòd illa eſt communis opinio, quam tenent Docto. l.1.ff.de offi.eius, cui man.eſt iuriſdi. Idem tenet Bald. l.imperium.ff.de iu.om.iud. Sali.l.placet.C.de pœ.ind. Canoniſta.d.c.quod ſedem.quia cauſa abſentiæ & infirmitatis æquiparantur.l.ſi longius.ff.de iudi.l.ſi aut valetudine.ff. de procu. l.licet.ff.de arb. Bar.l.1.col.in fi.ff.de in integ.reſti.& l.quidã. §.nihil.ff.de eden. Hinc videmus.q̃ ſicut ſententia lata contra abſentẽ, eſt nulla, ita lata Contra confirmũ, l.quæſitum.ff.de re iudic. Facit, quod vult Bald.l.fin.ad ſi.C. de excuſa.tuto. quod ratione infirmitatis poteſt quis per ſubſtitutum ſeruire, vbi alias non poſſit. Idem tenet Bald. cap. ſi deceſſerit. ſi de fud. fue.contr.inter don.& aqn. Ad idem facit, quia in cauſis exceptuatis a regula licitum eſt arguere ex identitate rationis, c.cum dilecta.§. nos igitur. & ibi no. Imo. & do. Abb. de confir. vti. vel inuti. Et idem do. Abb.c.ad audientiam. j. no. de cler. non reſi. Facit bonus tex. c. poſt translationem verſi. quanquam, quem multum ibi not. Bald. de renun. Et ita teneas, quicquid dicat Fulgo. & Roma.d.l.1.ff. de offic. eius. & Ioan. Andr. titu. de iur. om. iu. verſic. ad primas. Nam eorum dicta magis limitant communem opi. quam impugnant. Fac ergo concluſionem, quòd ordinarius poteſt cauſas meri & mixti imperij delegare ex cauſa infirmitatis. ſicut ex cauſa abſentia. Extende non ſolum hoc propter infirmitatem ſuam, ſed etiam ſuorum, vt puta vxoris, vel filiorum. c. communis. & ibi glo. verſi. ſuorum. 23. diſtin. Limita, niſi eſſet infirmitas modico tempore duratura, l. ſi longius. ff. de iudi. in prin. ſecundum Fulgo. d.l. 1. ff. de offic. eius. & eſt tex. no. l. pen. § fin. ff. de vac. mu. Et ita in ſimili tenet Bar. l. 1. ff. de offic. conſul. Barto. & Doct. l. quidam. §. intereſt. ff. de re iud. Secundò limita, niſi eſſet leuis infirmitas, l. quæſtum. ff. de re iud. Tertiò limita, quando cauſa eſſe adeo grauis, quod non poſſet expediri ſine delegato. c. ſi pro debilitate. de offic. deleg. ſecundum Lud. d.l. 1. ff. de offic. eius. Quartò limita, niſi fuiſſet recuſatus, vt ſuſpectus, quia ſi poſtea ſuperueniret infirmitas, non poſſet ſubdelegare. c. ſi iudex. de offic. deleg. in 6. intelligendo tamen, vt per Gul. Albe. Ang. l. prætor. ff. de iur. om. iud.*

¶ *Infirmus renuncians beneficio ſuo, an præſumatur, quòd talis renunciatio ſit fraudulenta, vel ſimoniaca? Vide, quæ poſui in litera P.§. permutans beneficium tenue.*

Infirmus petens hoſtiam non conſecratam an ſit hæreticus. Feli. de hære. c. ad abolendam. nu. 2. col. 994. & inde.

Infirmus, qui renunciat, vel permutat beneficium ſuum, ad hoc, vt talis renunciatio, vel permutatio valeat, oportet, quòd iſte in firmus viuat poſt renunciationem, vel permutationem per 20. dies, alias dicitur beneficium vacare per mortem, non per renunciationem, de hoc eſt regula cancellaria. nu. 18. Adde Felin. c. quia verisimile. de præſum. verſi. ponit etiam Petr. de Anch. d. conſi. nu. 2. colum. 950.

Infirmus debet habere diſtributiones quotidianas, ſi in ſanitate frequentabat chorum. Ita ſcribentes c. ad audientiam. de cle. non reſiden. Adde Felin. c. apoſtolicæ. de excep. verſicu. ſuſpenſus autem. num. 12. col. 91. p. 3.

¶ *Ingrediens religionem propter crimen, & non ſponte, quia tunc non tollitur macula. Ita Fel. c. cum deputata, de iudic. verſi. item declara. nume. 2. col. 123.*

Ingrediens monaſterium an poſſit priuari bonis paternis per ſtatutum, videlicet quòd non ſuccedat parentibus, vide, quæ poſui in litera S.§. ſtatutum, quòd non ingrediens monaſterium.

Ingrediens monaſterium ſi facit teſtamentum, & nihil relinquat illi, teſtamentum rumpitur, ſicut natuitate poſthumi, ſi autẽ relinquit aliquid iure inſtitutionis, non rumpitur teſtamentũ. Ita Imo. c. in præſentia. de proba. Adde, quòd contrariam opinionem tenuit idem Imo. d. c. in præſentia. vbi dicit, quòd ingrediens monaſterium poteſt teſtari, quomodo ſibi placuerit, de quo vide domin. Abb. d. c. in præſentia. 18. col. verſicu. quæro igitur, & ibi Anton. de But. Adde Felin. d. c. in præſentia. verſicu. & exiſtis omnibus. nu. 54. col. 407. par. 2. Adde Bartol. authen. ſi qua mulier. 3. colum. C. de ſac. ſan. eccl. verſicu. aut ſit teſtamentum.

*Ingrediens monaſterium monialium exemptum, an poſſit puniri per epiſcopum loci. Cal. in diſpu. ſua incip. Sed quæritur, an ſubditus quam poſuit. tit. de fo. compe. dicit, quòd ſi statutum puniens viſitantes moniales ſine licentia, non ligat viſitantes moniales exemptas. Adde, quòd contrarium tenuit Dom. de ſan. Geo. 1. vlt. col. de ſta. reg. in 6. Ioan. de Ana. c. 1. de rap. 3. col. Vic

lendum in testem, vide, quæ posui in litera A.§. aduersarius.
Inimicus meus dicitur ille, qui mecũ habet causam odij sine signis, & etiamsi ostendat mihi amorem. Ita Inno c. cum I. & A. de re iu. tenet Bald. l. præscriptione. 14. col. C. si contra ius, vel vtil. pub. Adde Felin. c. cum super de offi. deleg. versi. sed caue. nume. 3. colum. 1008.
Inimicus meus dicitur ille, qui negat mihi actum humanitatis, vt puta osculum. Vide Felin. c. cum super. de offic. deleg. ver. secunda causa. num. 4. col. 1008.
Inimicus dicitur ille, qui contrahit amicitiam cum inimico meo. Ita Felin. c. insinuante. de officio deleg. versicu. dicit hic Imo. nume. 2. colum. 1022.
Inimicus non repellitur ab accusando de iure ciuili. Ita domin. Abba. capitu. 1. de accusa. 2. colum. versicu. circa tertiam, secus est de iure canonico, domin. Abb. vbi supra, qui dicit, quòd debent esse graues inimicitiæ, non leues. Vide Felin. d. cap. 1. versicu. vtrum inimicus repellatur. nu. 4. col. 981.
¶ Iniuria quantumcunque minima, pro ea datur actio iniuriarũ, quæ infamat. Ita domin. Abb. d. c. cum te. de re iud. 2. col. versicu. duo sunt examinanda. Idem tenet Bald. l. infamat. circa. si. ff. de pub. iud. Adde, quòd Salice. & Bald. videntur tene re contrarium, l. decuriones. C. ex quib. cau. infa. irrog. Tamẽ tene communem opin. Adde Fel. d. c. cum te. versicu. pro modica iniuria. nu. 9. col. 570.
Iniuria quo modo præsumatur esse remissa? Vide Gul. de Cu. l. si tibi. §. quadam. ff. de pac. Adde Fel. c. repellantur. de accu. ver. vltimò in materia huius. nu. 7. col. 694.
Iniuria illata ecclesiæ, an possit solus prælatus renunciare illi iniuriæ sine consensu capituli, gl. c. si is. 24. q. 4. tenet, quòd non. Tu Vide Felin. c. contingit. si 1. de senten. excom. ver. in eadem, ibi, non est. nu. 4. col. 1101.
Iniuria remissa in foro conscientiæ, an operetur in foro contentioso, puta, quis dixit suo sacerdoti, cõstitendo, ego remitto omnem iniuriam, vtrum per hoc sit perempta actio? Vide Fel. c. inter. de mario. & obe. ibi, adde Card. nu. 7. col. 1189. Adde tu, quòd remissio facta in foro conscientiæ non operatur in foro contentioso, & sic actio non est sublata. Quam opin. tenuit gl. c. qui prasulatus. 1. q. 4. & gl. 1. c. & qui 5. dist. & gl. 1. c. 1. de malefi. cõtra tenuit Io. An. in addi. Spec. titu. de insti. edi. §. nunc verò. Adde Ant. de But. & Imo. c. de his. de accus. & dom. Abb. cap. 1. de iniur. Pro concordia vide Bal. l. non solum. §. 1. ff. de iniur. & Ludouic. Rom. l. 2. ff. ad Syl. Adde Ioan. And. in addi. Spec. tit. de accus. 3. colum. & ibi Bald. in addi. sua.
Iniuriam suam, vel suorum, de iure canonico licitum est vindicare, dom. Abb. c. de cætero. de testi. in fi. & ibi idem tenet Anto. de But. Et Imo. ibi dicit, quòd istud ita demum verum est, si rancor remittatur, de quo vide Host. in sum. de malefi. §. 1. 1. col. do. Abba. c. 2. in fi. de malefi. sanctus Tho. 2. 2. q. 108. art. 1. Ioan. And. c. 2. de homi. in 6. gl. c. si qui. & c. si illic. 24. q. 4. Bart. l. non solum. §. iniuriarum ff. de iniur. Adde Fel. c. de cætero. de testi. ver. limita septimo. nu. 10. colu. 562. Vbi dicit, q. vltio iniuriæ per viam iuris non est in conscientia probita, & sic remittens in pœnitentia iniuriam simpliciter, potest adhuc agere actione iniuriarum. Adde tu, quòd Bal. d. l. nõ solum. §. iniuriarum. limitat istud dictum Fel. quòd quando est facta plena remissio iniuriarum in foro pœnitentiali cum iuramento, quòd prodest in foro iudiciali, quia potuit presbyter pro alio acquirere, ut not. Barto. l. 1. §. publicum ius ff. de iusti. & iur. 3. colu. versicu. vltimò inducit. Et dicit ibi Bal. quòd hoc maximè habet locum in liberatione, iuxta no. l. non solum. §. liberationis. ff. de lib. leg. quod no. diligenter, & vide ad hoc propositum, quæ posui supra §. iniuria remissa.
Iniuriam inferre alicui impunè, quando licet, dom. Abb. c. dilecti. de excep. vlt. col. versicu. recitat tamen. ibi, dicit. Spec. titu. de accu. ver. quid si vocante. dixit, quod si tu prouocasti me. dicto, vel facto, & fecisti mihi iniuriam, & ego postea intuli tibi iniuriam, quòd ex hoc non sum condemnatus, quia quod calore iracundiæ fit, calumnia caret. Adde, quòd ista opi. Specu. est reprobata. Vide Arch. & Dom. de san Gem. cap. neganda. 3. q. 11. in fi. Ang. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. 2. col. Bald. l. 1. C. vn de vi. dom. Abb. c. 1. de iniur. in prin. Fel. d. c. dilecti. de excep. versi. prouocatus de linquens. nu. 10. col. 82. Adde & declara ista superius dicta, quia apparet, quòd non in totum est approbata opin. Specu. Dic ergo, si mihi iniurianti dico, Tumentiris, non sum condemnandus. Barto. l. quæ omnia. ff. de proc. in prin. & ibi Ange. Cy. l. si non conuicij. C. de iniur. 8. col. Barto. l. eum qui nocentem. 1. col. ff. de iniur. Quod intelligo sano modo, dũmodo dicam verum, pura dixisti, quòd sum bastardus, dixi, mentiris, si dico veritatem, non sum condemnandus. Barto. d. l. eũ, qui nocentẽ. Old. consi. suo 53. incip. Consueuit dubitari. Pet. de Anc. cõsi. 322. Fel. d. c. dilecti. de excæ. ver. tribus tamen modis. nume. 11. colum. 83. Item dic pro sustentatione opin. Spec. quòd ego, qui sum iniuriatus, & prouocatus ad iram, si intuli iniuriã iniurianti mihi, licèt non sim excusandus in totum, tamen mitius debeo puniri, dom. Abb. d. c. dilecti. vlt. col. & d. c. de iniur. 1. col. Fel. d. c. dilecti. versi. secunda declaratio. nume. 12. ibidẽ. Item dic pro sustentatione opi. Specu. quòd si non apparet, quis ceperit iniuriari, neuter tenetur de iniuria. Ludo. Rom. l. cum mulier. ff. solut. mat. 31. col. Fel. c. dilecti. de excep. versicu. tertia declaratio. num. 16. col. 85.
Iniuriarum actio mota criminaliter, in ea non constituitur procurator. domin. Abb. cap. cùm te. de re iud. 2. col. versicu. dices tu. & ratio est, quia quando agitur criminaliter de iniuria, pœna est arbitraria. Fel. d. c. cùm te. versicu. limita hæc, dummodo. nume. 2. col. 567.
Innouata per partem pendente appellatione reuocantur de plano & sine libello ex solo officio iudicis. Ita Bal. l. 3. ver. quæro, virũ. C. de app. Adde Fel. c. dilecta in Christo. de excæp. versi. sed contra opi. Inno. num. 8. col. 103.
¶ Inquisitio criminum non est fienda, nisi præcedente fama, cap. qualiter. el 2. de accus. Adde, quòd hoc fallit, quando quis denunciatur a persona fide digna, quia tunc superior potest committere inquisitionem super infamia. Fel. c. licèt. de accu. versi. in gl. vlt. no. sing. nu. 3. col. 712.
¶ Inquisitio super crimine non potest fieri sine infamia præcedente. c. qualiter. de accu. Tamen iudex poterit inquirere super infamia, etiam ipsa non præcedente, domin. Abb. c. licèt. de accusa. Fel. ibi ver. Opponitur vlterius contra te. xx. nu. 3. col. vt supra.
Instrumenta antiquissima quæ dicantur. Bald. l. eum aliquis. C. de iur. deli. dicit, quòd illa dicuntur antiquissima, quæ excedunt memoriam hominum iuuenum. Fel. c. cum causam. de prob. ver. est verum, vt bene intelligas vbi supra ver. proxi. col. 484. nu. 4. transit cum ista opi. Bald. Adde tu, & dic, quòd tempus centum annorum communiter tenetur, quòd dicatur, longum tempus, & ista est finalis opi Inno. c. veniens. de verb. signi. & no. Spe. ti. de proba. §. 1. ver. valet etiã. Idem tenet Bar. l. si quidẽ. C. sol. mat. in fi. Io. de Imo l. 2. §. idem ff. de aqua plu arc. Et per ista est reprobata opi. Ant. de But. c. veniens, de testi. il 1. qui aliter sentit, & malè.

Instrumenta de nouo reperta licitè producuntur post conclusionẽ in causa, & etiam post renunciationem factam de producendo testes Bar. l admonendi. 1. col ff. de iureiu. Bal l. 1. C. de condi. indeb. Adde Felin. c. intimauit. de testib. versicu secundò aduerte. nu. 3 col. 586.

Instrumenta de nouo reperta, an faciant, vt sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, possit reuocari. Vide Bar. l j. C. si ad ver. fis. lib. 10. Tamen si ille, qui reperit instrumenta, probet se adhibuisse omnem diligentiam pendente lite, quia hoc probato reuocabitur sententia. Ange. l. imperatores. ff. de re iudi. Bal. l. si ex falsis. C. de transac. Vide per Fel. c. insinuante, de offi. deleg. ver si. quartò allego Bar. nu. 10. col. 1024.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Tex. c. cum dilectus. de fide instru. Adde & dic, quòd ille tex. habet locum etiam in arbitro & arbitratore. Ita Rom. l. 1. 3. col. ff. de arb. Vide Felin. d. c. cum dilectus, versi. & amplia primo istũ tex. nu. 11. col. 845.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa regulariter, tex. c. cum dilectus de fide instru. Adde, quòd ille tex. non procedit in dispensatione, imo in aliquibus casibus post conclusionem in causa licet producere instrumenta, vt per do. Abb. d. ca. cum dilectus. 1. col. versi. & primò. Vide infra. §. instrumentorum productiones. & in simili vide §. iudex, vtrum post conclusionem. Et dic conclusiue, quòd quando iudex viderit expedire se procedere ex officio suo, poterit post conclusionem in causa admittere productiones instrumentorum, quod tenuerunt dom. de Rota. decisi. 5. inci. si post conclusionem. do. Abb. c. cum clamor. de testi. Bal. l. 1. in fi. C. sen. rescin. non pos. Lu. Ro. consi. suo 175. inci. iste sunt responsiones. Et ex istis potes aperte videre, quòd conclusio in causa non ligat iudicem. Adde Fel. d. c. cum dilectus. ver. modò istum text limitat. nu. 13. col. 845.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Tex. est c. cum dilectus. de fid. instr. Adde, quòd fallit hoc in causa criminali, dom. Abb. d. c. cum dilectus. 1. col. versi. & primo. Bar. l. duo fratres ff. de pœnis, & Bar. l. vnius §. cogniturum. ff. de quæst. Ioan. And. cap. cum dilectus. de causa pos & propri. Bal. l. 1. 4. col. ver. quartò quærit. C. de condi. indeb. Abba. & Ang. l. pactum inter hæredem ff. de pactis. tenet contrarium, & malè. Vide per Fel. d. c. cum dilectus. de fide instr. versi. secundò limitat dom. Abb. nu. 15. col. 846.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Tex. c. cum dilectus. de fid. instr. Adde quòd ille tex. non procedit in instrumẽtis de nouo repertis, quia etiam si est conclusum in causa, poterunt produci. Ita domin. Abb. d. c. cum dilectus. 2. colu. versi. quartò, in casibus omnibus, & Barto. l. admonendi. ff. de iureiur. 2. col. versicu. & ex hac Bald. l. 1. 3. colum. C. de condi. indeb. Adde quòd contrarium tenuit Pau. de Castr. d. l. admonendi. Sed cum opin. Barto. d. l. admonendi. transit Bald. ibi Salice. & Fulgo. & domin. Cardin. consi. suo 74. & Moder. d. l. admonendi. Vide Felin. d. c. cum dilectus. versicu. tertiò limitat. num. 16. col. 846.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Tex. cap. cum dilectus. de fide instru. Adde, quòd ille tex. non habet locum, quando instrumenta sunt producta in iudicio post conclusionem in causa, & recepta à iudice præsentibus partibus, & non contradicentibus, quia videtur tacitè reuocata conclusio, & valet talis productio post conclusionem, dom. Abb. c. quoniam contra. de proba. 10. col. versi. no bene. Vide infra. §. instrumentorum productiones. Et addde Fel. d. c. cum dilectus. versi. quartò limitat dom. Abb. nu. 17. col. 846.

Instrumenta nõ possunt produci post conclusionem in causa. Tex. cap. cum dilectus. de fid. instrumen. Adde, quòd fallit in instrumentis ecclesiæ, vel pupilli, de nouo repertis, quia post conclusionem in causa possunt produci. Roma. l. admonendi. ff. de iureiu. Felin. d. cap. cum dilectus. versi. quintò limitat. nume. 18. colum. 847.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Tex. cap. cum dilectus, de fide instr. Adde, quòd ille tex. non procedit in causis summariis, per glo. clem. sæpe. de verb. sig. verbo, interrogauit. quæ vult, quòd iudex in talibus causis possit interrogare post conclusionem in causa, etiam ad instantiam partis. Et ita tenent dom. de Ro. in antiquis, decisio. 10. incip. item, ℔ post quam. Adde Felin. d. c. cum dilectus, versi. septimò limitat. num. 19. col. 847.

Instrumenta non possunt produci post cõclusionem in causa. Tex. c. cum dilectus, de fide instr. Adde, quòd iste tex. non habet locum, vbi iudex repulit partem, & non permisit probare ante conclusionem in causa, vel si pars est arctata à statuto concludere intra tantum tempus, tamen poterit producere instrumẽta post conclusionem in causa. Ant. de Bu. c. tam literis, de testi. Vide per Felin. d. c. cum dilectus, versi. vndecimò limitat. nume. 2. col. 848.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Tex. c. cum dilectus. de fide instru. Adde, quòd fallit hoc, quando per beneficium restitutionis in integrum subueniretur ecclesiæ, vel minori. Spec. tit. de instru. edi. §. nunc videndum. in princi. Adde, quòd idem potest dici de maiore, cui competere posset beneficium restitutionis ex clausula, Si qua mihi iusta causa, de quo vide per Felin. cap. cum dilectus, versicu. duodecimò limitat. nume. 23. col. 848.

Instrumenta non possunt produci post cõclusionem in causa. Tex. est. c. cum dilectus, de fide instr. Adde, quòd iste tex. non habet locũ in causa appellationis. quia cõclusio facta in causa principali, non obstat in causa appellationis, per regul. l. per hac. C. de temp. appel. Adde, quòd fallit hoc, nisi in conclusione facta in causa principali, fuisset renunciatum probationibus etiam in causa appellationis, & sic esset facta mentio de appellatione in renunciatione probationum. Ita dom. Card. d. c. cum dilectus, & ibi Fel. versi. tertiodecimò limitant. nu. 23. colum. 848. Et ibi vide additionem, quam posui.

Instrumenta adminiculantur ad maleficia. Ita Fel. c. cum in ecclesiis, de ma. & obe. versi. fallit septimò. nu. 8. col. 1200.

Instrumenta de nouo reperta, non faciunt, quòd reuocatur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam. Ista est regula firmissima, tradita per text. l. imperatores. ff. de re iud. & cap. suborta. eod. tit. Et ista regula habet locum etiam in causa criminali, domin. Abb. d. c. suborta, vlt. col. versic. & vltra alios. Et idem tenet Felin. ibi versicu. propter instrumenta. nume. 11. colum. 556. Est bene verum, quod beneficio principis restituitur, vt per domin Abb. loco præallega. & Felin. vbi supra, colum. ead. Item ista regula habet locum in testamento de nouo reperto, quia non retractabitur sententia. Felin. c. suborta. versi. amplia secundò. nume. 12. colum. proximè allegata. Item habet locum ista regula in sententia arbitri, quia non retractabitur propter instrumenta de nouo reperta. Felin. cap suborta. versicu. amplia tertiò. nume. 13. col. ead. Item ista regula habet locum in ecclesia, quia etiamsi reperta sunt instrumenta, non retractatur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, do. Ab. d. c. suborta. vlt. no. & ibi Fel. ver. amplia quartò. nu. 14. col. 557. Adde quòd ista regula

regula fallit in multis casibus, & primò, quando ille, qui habuit instrumentum, probat se fuisse impeditum vti illo. Vide Fel. d. c. suborta. versi. fallit primò dicta regula. nu. 15. colum. 557. Item fallit ista regula, quando sententia est lata contra rempublicã, quia si instrumenta de nouo reperiuntur, tunc fauore reipublicæ bene retractabitur. Fel. d. cap. suborta. versicu. fallit secundo. nume. 16. col. ead. Item fallit ista regula, quando sententia est lata contra pupillum, furiosum, & prodigum, quia retractabitur sententia, si instrumenta sunt reperta de nouo. Bar. d. l. imperatores. Felin. d. c. suborta. versic. fallit tertiò. nu. 17. col. ea. Item, fallit ista regula in d. l. admonendi. ff. de iureiu. quia retractabitur sententia propter instrumenta de nouo reperta. Fel. d. c. suborta. versic. fallit quintò. nu. 18. col. ead. Item fallit ista regula in sententia interlocutoria, quia retractabitur semper propter instrumenta de nouo reperta. Felin. d. c. suborta. versi. fallit septimò. nu. 19. col. 558.

Instrumenta possunt produci, vbi est data dilatio ad producẽdos testes, etiamsi aliud non sit dictum, dom. de Rota. tit. de teste. 16. deci. in nouis. Adde Felin. c. 1. de appel. versi. & data dilatione ad testes. nu. 5. col. 606.

Instrumenta cõtraria, producta in iudicio a diuersis partibus, non nocent, de quo vide, quæ posui in litera S. §. scripturæ contrariæ.

Instrumenta incerta ratione temporis, puta, quia nõ apparet, quòd Instrumentum factum sit antea nullum, ex ipsis instrumentis fidem facit, de quo vide, quæ posui in litera P. §. procuratores si duo sunt dati.

Instrumentorum appellatione continentur testes, do. Abb. c. peruenit. il 1. de testi. cog. 2. not. Vide Fel. ibid. in prin. nu. 1. col. 768. Adde ad ista, pone, quòd iudex dedit terminum parti ad producendum instrumenta, an possint produci testes? ibidem vide per Felin. num. versi. & col. præalleg. qui tenet quòd non. Sed tu intellige, istud sano modo, dummodo testes sint publicati, quia si daretur terminus parti ad producendum instrumenta, non possunt produci testes, sed si testes non sunt publicati, tunc testes possunt produci, quando terminus daretur parti ad producendum instrumenta. Ita Bar. l. admonendi. ff. de iureiur. in fi. Adde Fel. d. c. peruenit. in prin. col. vt supra.

Instrumentorum productiones post conclusionem in causa, an valeant. glo. c. quoniam contra. de proba. verbo, productiones, tenet, quòd non. dom. Abba. ibi d. c. quoniam contra. 10. col. versi. no. bene glo. tenet contrarium, quòd imò iudex post conclusionẽ in causa potest admittere productionem instrumentorũ, & hoc, quia videtur tacitè reuocare conclusionem. Fac ergo conclusionem, quòd valeat productio instrumentorum, facta post conclusionem in causa, si est facta ex ista causa, etiam parte contradicente, dummodo citata. Bal. l. 1. in fi. C. sen. rescin. non pos. Fel. d. c. quoniam contra. nu. 18. versi. productiones. colum. 458. & Fel. c. cum dilectus. de fide instrum. versi. octauò limitat Bald. nu. 20. col. 847. par. 2. Nec. obst. si dicatur, quòd iudex non possit reuocare suam interlocutoriam, qua est executioni mandata, iuxta doctrinam Bar. l. j. in fi. ver. antequam sit. ff. de præto. stipu. de quo vide Fel. d. c. quoniam contra. ver. prima conclu. valet admissio. nu. 19. col. 458. Adde, & pone, quòd productio instrumentorum post conclusionem sit facta sine causa, iudice permittente, parte præsente, & non contradicente, an valeat? dom. Abb. d. c. quoniam contra. tenet, quòd sic, in loco præalleg. Et idem tenet Fel. d. c. quoniam contra. versicu. secunda conclusio. Admissio productionis. nu. 20. col. 459. Secus est, si pars cõtradixit. ibi per Fel. plenè, col. præallegata. Adde dom. Abb. ca. series. de testi. ver. tertiò no. vbi plus dicit, quòd etiam post publicationem attestationum instrumentum potest produci.

Instrumentis non factis a notario, creditur ex consuetudine, etiam inter ecclesiasticas personas, de quo vide in litera C. §. consuetudo potest facere.

¶ Integritas, vel sanctimonia persona tollit omnem suspicionem, quando ex coniecturis dubitatur de mendacio in iudicio corrupto. Fel. de testi. c. in literis. nu. 5. col. 607.

¶ Intemperies aeris excusat citatum, si non comparet, tanquam locus non sit securus. Bar. l. recusare. §. si quis alio, in fin. ff. ad Treb. glo. cap. communis filius. 23. dist. Io. An. But. & dom. Abb. c. cum dilecti. de dol. & contu. vbi dom. Abb. 6. col. versi. & facit ad 9. Adde Fel. c. accedens. il 2. vt lit. non conte. versi. sexta conclusio. nu. 11. col. 290.

¶ Intentio instrumẽti elicita virtualiter, an sit de tenore instrumẽti? Vide, quæ posui in litera R. §. resultantia virtualiter.

¶ Interdictum non potest poni in loco, pro debito pecuniario, sine speciali mandato Papæ, de hoc est extrauag. Bonifacij VIII. in ci. proinde attendentes. Io. An. & Doc. c. præsenti. de sent. excom. in 6. Limita, vt non habeat locum in interdicto generali, quo non potest interdici tota terra, secus in speciali, quia bene potest propter debitum vnius interdici parochia. Adde Felin. c. sane. il 2. de offi. deleg. versicu. secundo nota, quòd pro debito nume. 3. col. 955.

Interdictum, ciuitas non potest subijci interdicto pro pecuniario debito, & ipso iure est nullum interdictum, dom. Abb. c. ex rescripto. de iureiur. 2. col. vlt. no. & est extrauag. Bonifacij VIII. Vide Arch. c sicut. 16. q. 7. Cald. in tract. De ecclesiastico interdicto, 2. membro, q. 16. Dom. de S. Gem. c. si sententia. de sent. excom. in 6. Fel. d. c. ex rescripto. versicu. in fine tex. no. totam. nu. 2. col. 1035.

Interdictum particulare certæ ecclesiæ, an in eo habeat locum absolutio ad cautelam? Ista est magna quæstio tacta a Scribentibus, c. præsenti. de senten. excom. in 9. & ibi Dom. de S. Gem. post multa tenuit, quòd absolutio ad cautelam potest fieri in interdicto particulari. Idem tenent do. de Rot. eo. tit. de sent. excom. de cisio. 9. Vide, quæ posui in litera A. §. Absolutio ad cautelam.

Interdictus potest agere. Ita Felin. c. intelleximus. de iudi. versic. nona declaratio. nu. 10. col. 64.

¶ Interesse damni emergentis & lucri cessantis, potest peti, adeo quòd debitor potest conueniri non solum, quòd soluat debitũ, sed etiam vt satisfaciat de interesse, in eo quòd non soluit in loco promisso & termino, & hoc addamnum emergens, & ad lucrum cessans. Ita dom. Abba. c. P. & G. de offic. deleg. not. Barto. l. j. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & est glo. c. conquestus. de vsur. & ibi Io. de Ana. 4. col. Inno. c. sacro. versicu. interesse. de sen. excom. Vide etiam Fel. d. cap. P. & G. de offic. deleg. in prin. num. 1. col. 1093.

Interesse, quod tertius comparens in iudicio, prætendit, qualiter probetur. Vide, quæ posui in litera T. §. tertius comparens pro suo interesse. ad fi.

Interesse lucri cessantis, potest peti etiam de iure canonico, vt puta in obligatione est dare pecuniam, si debitor erit morosus in soluendo in promisso loco & termino, in hoc habetur ratio, non solum ad damnum emergens, sed etiam ad lucrum cessans, vt si verisimiliter fuisset lucraturus creditor ex illa pecunia, si fuisset sibi soluta in promisso loco & termino. Et de hoc est tex. l. 3. ff. de eo, quod cert. loc. De hoc vide dom. Abb. c. P. & G. de offic. deleg. in prin. & c. cum venerabilis. de exce. 4. col. ver. aduerte, an vsura. & dom. Abb. consi. suo 55. inci. Visis compromisso & laudo. Pet. de Anch. consi. suo 144. inci. quæstio quæ vertitur. Salice. auth. ad hæc. C. de vsu. 3. col. Pau. de Castr. consi. suo 71. 4. vol. Fel. d. c. cum venerabilis. ver. dum dicit Abb. quòd etiam de iure Canonico. nu. 7. col. 50. Adde, & intellige, quòd interesse lucri cessantis potest peti post moram debitoris, non antè. Fel. d. c. cum venerabilis. versicu. intellige primò. nu. 8. col. ea. Item intellige, quòd interesse lucri cessantis potest peti, dummodo non fuerit facta promissio annuæ solutionis, adiecta debito quantitatis. propter futurum interesse, quia esset contractus vsurarius. Pet. de Anch. consi. supra dicto, Bal. l. rogasti §. si tibi ff. si cert. pet. Alex. consi. suo 511. inci. Viso themate. Adde Fel. d. c. cum venerabilis. ver. intellige quartò. num. 9. col. 51. Adde, quòd in quantum dixi, quòd interesse lucri cessantis potest peti, dummodo a principio non sit facta promissio annuæ solutionis, dic, quòd contrarium sentit Host. & Io. An. c. salubriter. de vsur. do. Abb. c. si. eo. ti. Vide additionem, quam posui ad Fel. d. c. cum venerabilis. de excep. ver. præalleg.

¶ Inter lineatura instrumenti quando valeat, adeo quòd instrumentum non reputetur vtiosum. Vide, quæ posui in litera N. §. notarius si faciz aliquem errorem.

¶ Interlocutoria quomodo cognoscatur a sententia diffinitiua. Vide, quæ posui in litera S. §. sententia diffinitiua quomodo cognoscatur.

Interlocutoria habens vim diffinitiuæ est illa, quæ per omnia facit, & potest, quòd etiam diffinitiua, tamen fertur sine solenitatibus requisitis in diffinitiua. Io. An. c. peruenit. il 2. de app. Vide Fel. rub. de re iud. ver. Circa interlocutoriam. nu. 3. col. 339. Adde,

an

Universidad de Deusto
Biblioteca

an in ista interlocutoria habeat locum cle. appellanti. de appel. Bal. tenuit quòd non l. minoribus. C. de his, qui. vt indig. Idem tenet do. Card d. cle. appellanti. 9. q. & consilio suo 74. incip. Titius. Vide late per Felin. d. rub. versicu. dubium est, quo ad effectum. nu. 4. col. eadem.

Interlocutoria est illa, quando pronunciat iudex appellationem de seriam, sed tamen habet vim diffinitiuæ sententiæ Feder. cap. sua de appel. 4. no. domin. de Rota tit. de appel. 22. decisin antiquis. Felin. rubri. de re iud. versicu. & si dicitur, pronunciamus num. 11. col. 345.

Interlocutoria est illa, quando iudex reuocat attentata, lite pendente, vel post appel. Fel. rub. de re iud. versicu. & si dicatur, Reuocamus. nu. 12. col. 345.

Interlocutoria est illa, quando iudex pronunciat super expensis, & potest reuocari Inno. cap. sacro de senten. excommu. Quod intelligesano modo, dummodo talis sententia sit lata per se, secus, si simul cũ diffinitiua, quia non posset reuocare illã iudex. Sali. l. potest. C. de sen. Pet. de Anc. consilio suo 178. Videtur prima. Ade Felin. rub. de re iud. versicu. & si dicitur, Pronunciamus taliter super. nu. 13. col. 346.

Interlocutoria est illa, per quam quis absoluitur ab obseruatione iudicij, sed tamen habet vim diffinitiuæ, domin. de Rota. titu. de dolo & contu. decisio. 3. in antiquis. Pau. de Castr. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Petr. de Ancha. clemen. fin. de appel. 5. colu. domin. Abba. capitu. ad disoluendum, de despon. impu. 1. not. Vide Felin. rubr. de re iudi. versicu. sententia absoluens. numero 16. colum. 348.

Interlocutoria est illa, per quam quis restituitur in integ. Fel. rub. de re iud. versicu. sententia concernens restitutionem. numero. 17. colum. 348.

Interlocutoria est illa, per quam iudex pronunciat reum torquendum. Bar. l. 2 ff. de appel. reci. Fel. rub. de re iud. versic. sententia pronuncians. nu. 19. col. 349.

Interlocutoria est illa, per quam assignatur terminus ad probandum consuetudinem. rubr. de re iudi. versicu. assignatio termini ad probandum. nu. 20. Ibidem.

Interlocutoria præiudicialis negotio principali, si non est discussa, facit, vt iudex nõ possit procedere in causa. Vide supra. §. iudex non potest procedere. Adde, quãdo dicatur interlocutoria præiudicialis. Vide domin. Abb. c. suam, de ord. cogni. 2. colum. versicu. sed aduerte.

Interlocutoria non tollitur per diffinitiuam, vt puta. quis appellauit ab interlocutoria, & postea appellauit a diffinitiua, an ista appellatio à diffinitiua, absorbeat appellationem ab interlocutoria? Bal. l. generaliter. circa fi. C. de rebus cre. tenuit, quòd non. Vide Felin. capitu. quod ad consultationem. de re iudi. versicu. tertiadecima conclusio. nu. 33. colum. 475.

Interlocutoria, per quam illatum est grauamen, si transiuit in rem iudicatam, an pars appellans à diffinitiua possit etiam petere reuocationem ipsius sententiæ interlocutoriæ, quæ transiuit in rem iudicatam. Vide, quæ posui in litera G. §. grauamen illatum.

Interlocutoria quando est ferenda, an requiratur citatio peremptoria, id est, triplex? an verò vna sufficiat. Bar. l. consentaneum. C. quomodo & quando iu. 2. colum. versicu. aduerte tamen. dicit, quòd si est talis interlocutoria, quæ habet inferre præiudicium, q̃ non potest succurri per diffinitiuam, neque per appellationem, quòd tunc requiritur trina citatio, alias non. Idem tenet Bal. in Specu. titu. de senten. 28. colum. Vide per Felin. c. in nomine Domini. de testi. versicu. puto hanc q. pendere. nu. 22. colum. 499.

Interlocutoria non leuis præiudicij, exigit citationem partis. Bart. & Imo. l. de vnoquoque. ff. de re iud. Barto & Bald. l. nec quicquam. §. vbi. de retum. ff. de offi. proconsl. dom. Abb. c. auditis. de procur. Felin. c. in nomine Domini. de testi. versicu. quintò quæritur. nume. 32. col. 502.

Interlocutoria bis confirmata, effecta est irreuocabilis, & non auditur appellans à diffinitiua super ea. gl. cle. fi. de appel. versic. super ea. & Felin. c. si cautio. de fide instru. versi. & hinc est, q̃ interlocutoria. nu. 43. col. 889.

Interlocutoria. An iudex possit reuocare suam interlocutoriam? no. quia est materia multum vtilis. Facias regulam, & dic, quòd iudex potest reuocare quamlibet interlocutoriam, siue concernat processum, siue emergentem, siue incidentem quæstionem, per generalitatem l. quod iussit. ff. de re iud. & cap. cùm cessante. de appella. Et istud expresè voluit Inno. c. quod ad consultationẽ. de re iud. & habet locum etiam in interlocutoria, quæ continet in se dare, vel non dare. Cy. l. pen. C. sentem. rescin. non pos. Bal. l. si debitori. ff. de iud. vbi dicit, quòd si iudex facit præceptum de soluendo in confessum, etiam quòd lis sit contestata, & lata sit sentẽtia interlocutoria, tamẽ poterit reuocare istud præceptũ, seu interlocutoriam. Vide Felin. c. qualiter & quando. il 1. de accu. versicu. in gloss. 1. in fi. post nu. 5. col. 732. Vbi firmat regulam istam. Adde, quòd ista regula fallit in multis casibus, & primò in interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quia illa reuocari non potest. Barto. d. l. quod iussit. Fel. c. qualiter & quando. fallit primò ista regula. num. 7. col. ead. Et quæ sit illa interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, ponit dom. Abb. c. peruenit. il 2. de appel. 3. col. Bald. l. 1. C. quando prouo. non est necess. Ant. de But. rubri. de iud. Vide Felin. prædicto loco, & colum. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, per quam finita est iurisdictio iudicis, puta, quando pronunciant se incompetentem, vel non esse procedendum, vel si iudex absoluit reũ ab obseruatione iudicij. Tex. est c significantibus. de offic deleg. domin. Abb. d. c. cum cessante. 3. col. Bald. l. pen. C. de pac. Im. & Roma. d. l. quod iussit. Fel. d. c. qualiter & quando. versicu. fallit secundò prædicta regula. nu. 9. col. 734. Dic tamen, quòd aliqui tenuerunt, quòd istud habet locum solum in iudice delegato, secus in ordinario. Ita Bald. d. l. pen. C. de pac. circa fi. & l. si. vt proponis. C. quomodo & quando iudex. in 1. opposi. Vide Felin. d. c. qualiter & quando. versicu. sed istam fallentiam. nume. 9. colum. ead. vbi videtur tenere contra Bal. Dic etiam, quòd ista fallentia non procedit, vbi pars appellat ab interlocutoria illa, quam facit iudex super incompetentia, quia non est finita iurisdictio. sed remanet in suspenso propter appellationẽ, dom. de Rot. in nouis, decisio. 71. incip. Item si auditor. & decisio. 73. incip. item si a pronuncia. dom. Abb. d. c. peruenit. il 1. de appel. & d. c. cum cessante. eo. tit. Fel. dicto loca qualiter & quando. versi. secundò limita. num. 10. colum. ead. Dicetiam, quòd ista fallentia habet locum, quando iudex pronunciat se iudicem incompetentem super principali, secus, si super aliquo articulo. Pau. de Cast. l. post. C. de sen. Fel. d. c. qualiter. versi. tertiò limita hanc fallentiam. nume. 11. vbi supra. Item fallit prædicta regula, si pars bis appellasset, quia si fuit confirmata, non poterit per iudicem reuocare, glo. sing. clemen. fi. de appel. verbo super ead. Barto. l. à dino Pio. ff. de re iud. domin. Abb. d. c. cum cessante. Felin. d. c. qualiter. versic. fallit tertiò prædicta regula. num. 12. colum. 735. Quod intellige, nisi appellatio esset deserta, vel tertius, qui comparet pro suo interesse, vellet appellare, quia liceret iudici reuocare interlocutoriam bis confirmatam. Felin. d. c. qualiter. versicu. sed hanc fallentiam. num. 13. colu. ead. Item fallit prædicta regula, quando iudex detulisset appellationi ab interlocutoria, quia tunc non posset eam reuocare, etiam de consensu partium. c. cum appellationibus. de appella. in 6. dom. Abb. c. interposita. §. ille. de appella. & Ioan. And. d. ca. cum appellationibus. Fel. d. c. qualiter. versicu. limita tamen, nisi ille tertius. nu. 13. col. 736. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, quæ esset executioni mandata, quia talem non potest iudex reuocare sine consensu partis. Barto. & alij l. 1. §. fi. ff. de prato. Ilipu. vbi etiam glo. & Barto. d. l. quod iussit. domin. Card. clem. fi. de appel. 3. oppo. Felin. d. c. qualiter. versicu. fallit quintò. nu. 15. col. 737. Dic tamen, quòd si iudex vellet reuocare talem sententiam ex causa, tunc posset. Et idem, quando interlocutoria esset nulla, quia licèt fuerit executa, poterit de facto reuocari sine citatione partis. Bal. l. post. C. de sen. Fel. c. qualiter. versicu. tertiò limita, dummodo post. nume. 15. col. ea. vbi ponit multa circa hanc difficultatem. Item prædicta regula in interlocutoria, quæ fuit per iudicem confirmata, quia talis reuocari non potest. Fel. d. c. qualiter & quando. versicu. fallit sextò. nu. 16. col. 738. Item fallit in interlocutoria, per quam iudex declarat verba ambigua suæ sententiæ, quia non poterit postea iudex reuocare talem sententiam. Angel. d. l. quod iussit. Bald. l. 2. C. de senten. ex breui. recit. Vide Felin. d. c. qualiter. versic. fallit septimò. nume. 17. columna 741. vbi ponit contrarias opiniones. Item fallit in interlocutoria, per quam factum est aliquid in iudicio de voluntate partium. Quoniam sine consensu partium non poterit iudex reuocare interlocutoriam. Bald. l. dicere. §. fina. ff. de arbit. Bald. in addi. Speculatiu. de senten. 2. col.

col. Vide Felin. d. c. qualiter. versicu. fallit nonò. nume. 19. colu. 742. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, a qua fuit appellatum, & fuit confirmata, quia si non præiudicat negotio principali, nec cum eo est connexa in causa appellationis a diffinitiua non potest amplius de ea cognosci. Fel. d. c. qualiter. versicu. fallit decimo. nume. 20. col. præalleg. Dic, quòd contrarium tenuit Io. And. d. c. cùm cessante. & Inno. c. sacro. de senten. excom. Vide Felin. vbi supra. col. ead. Item fallit prædicta regula in interlocutoria expensarum. Vide Felin. d. c. qualiter. versicu. fallit undecimò. Ibidem. nu. 21. col. 743. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, quam facit iudex pronunciando ad cusationem, puta, contra Titium, abolendam esse, quoniam reuocari non potest. Bald. l. 1. C. qui accu. non pos. 16. col. Fel. d. c. qualiter. de accu. il 1. versicu. secundò limita not. hanc fallentiam. nume. 25. colum. 744.

Interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quæ sit. Vide supra. §. interlocutoria, an iudex possit reuocare.

Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, regulatur, prout diffinitiua. Bald. l. hac edictali. C. de secun. nup. 6. col. ver. quæstio stat. & l. an minoribus. ff. de his, qui. vt indig. 2. col. versicu. attende. domin. Abba. c. fi. de iudic. 6. colum. versicu. dic tamen. Fri. de Se. consi. 188. incip. Casus talis est. dom. Car. clem. appellanti. de appel. 8. q. Ludo. Rom. repeti. rub. ff. de arb. pe. char. versicu. aduerte. Felin. cap. qualiter & quando. de accusa. il 1. versicu. adde tertiò. nu. 8. col. 733. Adde, quæ est illa sententia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ. Vide, quæ posui supra. §. interlocutoria, an iudex possit reuocare.

Interlocutoria, quæ est executioni mandata, est effecta irreuocabilis. Fel. c. quoniam contra. de prob. versi. prima conclusio. nu. 19. colum. 458. parte 2. Et propter hoc videtur, quòd quando conclusio est in causa, est irreuocabilis. Vide per Felin. loco prædicto allegato. col. ead. Adde Barto l. quod iussit. ff. de re iud. 2. col. versicu. tertiò potest.

Interlocutoria, per quam finitur iurisdictio iudicis, reuocari nõ potest. Tex. cap. significantibus. de offi. deleg. & c. cùm cessante. de appel. Ange. l. 1. C. senten. rescin. non pos. & Bal. l. post sententiam. in prin. C. de sen. & interlo. om. iu. & l. pe. in fi. C. de pac. vbi plus dicit, quòd si arbiter pronunciat se non arbitrum, compromissum expirat. Idem tenet Barto. l. dicere. ff. de arbi. Barto. & Imo. l. quod iussit. ff. de re iud. Adde Fel. d. c. significanti bus. in prin. nume. 1. col. 1089. Adde tu, & dic, quòd istud procedit in delegatis, quia postquam interlocuti fuerint non esse iudices, non poterunt reuocare interlocutoriam. secus est in ordinariis. Ita Bald. l. præses. 1. oppos. C. quomodo & quando iudi. & d. l. pen. C. de pac. Pau. de Cast. d. l. quòd iussit. Et ratio est, quia si delegatus pronunciat se incompetentem, nulla ei restat iurisdictio, secus in ordinario, quia illi remanet firma iurisdictio. Tamen contrarium tenet Ludo. Roma. sing. 131. incip. si iudex. Ego teneo primam opinionem. Vide Felin. d. cap. significantibus, prædicta. colum. Item istud verum est, quòd interlocutoria non potest reuocari. Fallit, nisi pars appellauerit, quia tunc delegatus reuocare potest suam interlocutoriam, & hoc quia per appellationem est extincta sententia, cap. venientes. de iureiuran. Domin. de Rota. decisio. 71. incipien. Idem, si auditor. in nouis, titu. de appella. & decis. 81. incipien. Item si a pronunciatione. titu. de appel. istud tenent Anto. de But. & domin. Abb. capitu. peruenit. el 2. de appel. 2. colum. versicu. nobene. dom. Abba. capitu. cum cessante. de appella. 4. colum. versicu. secunda ratio. & Imo. ibi. Felin. d. cap. significantibus. versicu. limita secundo. nume. 2. colum. eadem. Et dic, quòd ista nõ habent locum in executore dato in causa beneficiali, quia etiã si pronunciat non esse executorem, poterit reuocare suam interlocutoriam. Vide, quæ posui in litera E. §. executor datus in causa beneficiali. Et hoc modo limitabis tex. d. capitu. significantibus.

Interlocutoria lata contra absentem citatum, qui non potuit comparere in iudicio, quia impeditus impedimento ineuitabili, si iudex scit, hac sententia interlocutoria est ipso iure nulla. Ita Barto. l. fina. de restitu. in integr. 2. colum. versi. secundò quæro. Vide Felin. c. in nomine Domini. de testi. versicu. & ex hoc dicto. nume. 17. col. 498. parte 2. & vide quæ posui in litera S. §. sententia diffinitiua.

Interlocutoria an duret perpetuo? Vide, quæ posui in litera S. §. sententia interlocutoria.

Interlocutoria. Ad interlocutoriam an requiratur citatio? Ponit Felin. c. causam, quæ. de rescrip. versicu. transeundo cum prædictis. nu. 541. Adde tu, vtrum ad interlocutoriam requiratur citatio. Inno. c. auditis. de procu. dicit, quòd contra absentem nõ contumacem potest ferri interlocutoria. Adde Barto. l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsl. & leg. Specu. titu. de dila. §. 3. versicu. sed pone. & de senten. §. 8. versicu. quid de interlocutoria. Adde, quòd istud ita demum verum est, si parũ grauat interlocutoria, aliàs secus. Ita Bal. l. fin. C. de senten. ex breui. recit. Barto. l. diem proferre. in prin. ff. de arb. Fallit etiã, quando interlocutoria requirit causæ cognitionem. Ita Barto. d. l. diem proferre. de arbi. in prin. Adde Bar. l. recusare. in prin ci. ff. ad Trebel.

Interlocutoria regulariter potest reuocari. Fallit multipliciter. Felin. de accus. c. qualiter & quando. nu. 9. col. 734.

Interlocutoria iudex non potest reuocare, quæ trahit secum executionem, vt puta, quando declarauit non procedendum super libello tanquam inepto, & idem est, vbi facta est executio. Ita Felin. cap. at si clerici. §. de adulteriis, de iud. versicu. fallit primò. colum. 43.

¶ Interpretatio statuti, vel sententiæ, an possit fieri, & quotuplex sit? Ponit Barto. l. ab executore. 3. col. ver. quæro. ff. de appe. Bal. l. 2. C. de sen. ex breui. reci. vbi dicit, quòd interpretans non debet aliquid detrahere, vel addere. & Bald. l. vt proponis. C. de executi. rei iu. dicit, quòd interpretatio debet esse laudabilis. Ad de do. Abb. c. 1. de postu. prælu. 5. colu. Vide latissimè per Felin. c. super quæstionum. de offic. deleg in princi. col. 1032.

Interpretatio rescripti sit secundum ius commune. Felin. de rescr. c. causam, quæ. nu. 5. col. 545.

¶ Interrogans an videatur confiteri? glo. 2. cap. si 31. q. 1. tenet, q̃ sic. Arch. c. quod ait. 22 q. 2. Ant. de But. c. fin. de confes. Tamẽ communis opi. est in contrarium. Bart. l. 2. §. quod obseruari. C. de iure cal. do. Abb. d. c. fi. 6. col. ver. ego hoc dictum. Idem tenet Fel. c. quoniam contra. de proba. versicu. nota quarto ex eo. nume. 6. parte 2. col. 452. Adde, ad ista, illa quæ posui in litera. P. § positiones differunt.

Interrogans, vtrum videatur fateri id, de quo interrogat aduersarium ita se habere? ponit Fel. c. examinata. de iudi. versi. vtrũ interrogans. nume. 4. col. 113. Adde tu, quòd Bar. l. 2. §. quod obseruari. 3. col. versicu. iuxta prædicta. C. de iur. cal. & l. 1. ff. de interro. act. 1. col. versi. quæro, in quo differant. tenet, q̃ interrogans nõ videtur fateri. Adde Bal l. sicut. C. de rep. hæred.

¶ Interrogatoriorum copia non est danda parti, vt euitetur occasio malignandi, de quo vide domin. Abb. c. per tuas. de testi. 3. col. versicu. sed quæro. Vide glo. c. in primis. verbo, præsente. 2. q. 1. & Adde Felin. d. c. per tuas. versicu. item in quantum dicit Inno. nu. 4. col. 722.

¶ Interrogatus vt respondeat per verbum Credo, non debet habere terminum ad liberandum. Ita dicit gl. cap. quosdam. de præsump. verbo, credo. quam reputat singularem Roma. in suo sing. incip. Parti respondere debenti. Bal. ibi dicit, quòd istud est verum in facto notorio, vel proprio, de recenti, sed si esset interrogatus de facto alieno, vel etiam de proprio antiquo, quia tunc deberet habere terminum ad respondendum. Adde Felin. d. c. quosdam. versicu. in glo. 2. in fi. nu. 4. parte 2. col. 942.

¶ Intimatio est fienda, vbi requiritur notitia alicuius, nõ solum vt sciat, sed vt aliquid faciat, vel non faciat, puta, in causa appellationis, nunquid appellans debeat intimare appellationẽ appellato. Vide Felin. c. cum contingat. de rescrip. versicu. limita primò istam conclusionem. nu. 7. col. 645.

¶ Intrans possessionem beneficij, non leuatis bullis, perdit omne ius, etiam quòd habeat signaturam, regula cancellariæ 38. Felin. cap. veniens, de accusa. versicu. septimò dicitur esse intrusus. num. 3. colum. 714.

Intrantes religionem quando faciunt professionem, si protestantur se velle retinere bona propria, etiam quòd talis protestatio sit accepta per eos in manibus, quorum fit professio, dico, quòd nulla est talis protestatio. imò professio valet, & protestatio vitiatur. Ita Fel. c. cum M. Ferrariensi. de consti. versic. limita tertiò, nisi protestatus. nu. 75. col. 208. Adde, quòd idem tenet Imo. ibi, & Ioan. de Ana. c. fi. de condi. appos. Adde Ludo. Roma. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. 6. col.

Intrusus, confirmatio facta a superiore de intruso non valet, si ignorauerit de intrusione in beneficio. Felin. c. postulasti. de rescrip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

versi per dictam glo.nu.15.col.683.

Intrusus quot modis dicatur? Vide per Felin.c. in nostra. de rescr. versi quot modis. nu.11.col. 821.

Intrusus quando sit citandus, ante quam auferatur ei possessio. Vide de Felin.c. in nostra. de rescr. versicu. quintò no. quòd possidès colorate.num.34.col. 839. & vide ea, quæ posui in litera P. §. possidens coloratus.

Intrusus quomodo dicatur? Vide Dom. de S. Gem.c. propter. 19. dist. vult. col. Et dicitur etiam intrusus ille qui est positus in beneficio authoritate superioris non habentis potestatem conferendi, & ideo, si permutantes beneficia, & illa sunt reseruata, & inferior facit collationem inter permutantes, collatio est nulla, & illi sunt intrusi. Fel.c. in nostra. de rescr. ver. Item dicitur intrusus.num.12.col.821. Et ibi vide Fel. quia enumerat multos modos, per quos quis dicitur intrusus.

Intrusus quot modis dicatur? Adde, & dic, quòd ille, qui nullum colorem in titulo beneficij habet, dicitur intrusus, item, qui habet beneficium sine authoritate superioris. Item, qui est depositus a beneficio, & remanet in eo. Item dicitur intrusus ille, qui est electus, & ministrat ante confirmationem c.2. de resti. in integ. & ibi dom. Abb. 1. col. Item est intrusus ille, qui commisit crimen depositione dignum, gloss. 2. capitu. cùm super de causa poss. & prop. Item est intrusus ille, qui habet beneficium ablatum alteri iniustè, cap. tanta. de excess. prælat. Item est intrusus ille, qui primò intrauit beneficium authoritate principis secularis, etiamsi postea impetrat illud à Papa, quia nisi hoc narrauerit Papæ, litera confectæ super beneficio non valent, Io. An. cap. dudum. de electio. el 2. domin. Abb. d.c. ad aures. de rescri. & c. cùm iam. de præben. & c. præterea. de iure patro. vl. not. dom. Card. & ibi Pet. de Anc. clemen. per literas. de præben. Adde Fel.c. veniens. de accusa. versicu. Quod modis dicatur quis intrusus. nu.2.col.713.

¶ *Inuentarium debet fieri ab hærede, ante quàm adeat hæreditatem, aliter tenetur vltra vires hæreditarias, l. sancimus. C. de iure delib. §. & si præfatam. vbi Barto. & Aly. Adde tu, quòd hoc fallit in multis casibus, in quibus, etiamsi hodie hæres adit hæreditatem, & non conficit inuentarium, tamen non tenetur vltra vires hæreditarias, de quibus vide Alexan. de Imo. d. l. sancimus. §. & si præfatam. in prin. Adde, quæ posui in litera H. §. hæres non tenetur.*

¶ *Inuestitura an præsumatur, quòd sit facta in præsentem. do. Abba. c. tenor. de re iud. vlt. col. ver. an præsentia tenet, & sic. Bart. in l. 2. C. de statu. & imag. & dicit, quod in dubio non præsumitur, quòd inuestitura sit facta in præsentia partis & iudicis. Adde Felin. d.c. teneor. versicu. ad illud de inuestitura. num. 3. colum. 418.*

Inuestituræ duæ si sunt factæ eodem die, & non apparet, quæ prima & quæ secunda, prævalet illa, quæ plenior est. Ita Felin. cap. pastoralis. de rescrip. versicu. & scias, quòd quando apparent. num. 8. col. 499.

¶ *Inutus & reclamans in quo differant? Vide per Fel. cap. 1. de offi. deleg. in prin. nu. 1. col. 913.*

¶ *Inuocatio diuini nominis in instrumento an sit de necessitate solennitatis, ad hoc, vt si aliter sit factum, sit nullum? Vide Felin. c. si scripturam. de fide instr. versi. sed quòd non sit de essentia inuocatio. num. 2. col. 783.*

¶ *IPSO iure, quid important ista verba? dic, quòd sententia est nulla absque alia informatoria hominis. Felin. c. Rodulphus. de rescri. versicu. verba latæ sententiæ. num. 24. col. 892.*

¶ *IRACVNDIA quando excusat ab iniuria illata? vide supra §. iniuriam inferre.*

¶ *Irregularis an licitè teneat beneficium suum, & an faciat fructus suos, vsque quo deponatur? vide, quæ posui in litera C. §. clericus dignus priuatione.*

Irregularis an præsumatur clericus, qui vulnerauit aliquem, qui mortuus est, an autem tempus excuset ab irregularitate, vide Fel. c. presbyteram. de homi. in prin. col. 1024. & quæ posui in litera C. §. clericus, qui vulnerauit.

¶ *Irregularitas oritur ex homicidio secuto ex causa propinqua, etiã si clericus det operam rei licitæ? vide, quæ posui in litera C. §. clericus efficitur irregularis, quando præstat causam.*

Irregularitas in dubio in foro contentioso non præsumitur, ideo clericus dubius, cum non sit irregularis non debet abstinere à celebratione. Felin. c. ad audientia. de homi. in prin. nu. 1. col. 1030.

Irregularitas, quæ prouenit ex homicidio voluntario, an sit de iure diuino? domin. Abba. c. ad audientiam. de homi. tenet, quòd sic, 2. not. contrarium tenet Inno. ibi, & c. nisi cùm pridem. de renun. vbi dicit, omnem irregularitatem, etiam ex homicidio voluntario, inducta ma lege canonica, & idem tenet dom. Abba. c. ego N. de iureiur. sibi contrarius. Et quamuis dom. Abb. allegat illud, Non ædificabis mihi templum, tamen in contrarium habes multa iura, et primò Moyses fuit homicida, vt in tex. 23. q. 3. c. non inferenda, & tamen edificauit templum, capitu. 1. de consecr. dist. 1. & etiam sunt summus sacerdos. c. per venerabilẽ. qui filij sint leg. Et propter hoc gloss. 21. dist. in summa, dixit, ꝙ in veteri Lege homicida non repellebatur a sacerdotio. Et videmus etiam in nouo Testamento, quòd Paulus, qui præbuit opẽ lapidantibus Stephanum, & Petrus, qui mutilauit Iudæum, fuerunt tamen primi fundatores ecclesiæ. Et ideo opin. Innocent. est vera, quam tenet Arch. c. si quis. & cap. excommunicatos. 11. q. 3. & cap. 1. 21. distin. & cap. omnes. 1. colum. 17. q. 4. & dom. Card. c. petitio. de homi. & ibi Ioan. de Ana. & videmus etiam, quòd a Papa, & per officiales suos ecclesiasticos quotidie committuntur homicidia iusta, quæ non committeretur, si de iure diuino hoc sacerdotibus non liceret. Adde & fac conclusionem, quòd ius positiuum hoc nouum induxit, quòd etiam pro iusto homicidio induceretur irregularitas. Vide Imo. d. ca missi cum pridem. de renun. Et dic, quòd Papa cum omni irregularitate, etiam homicida voluntario, dispensare potest. Ita eleganter tenet Hosti. c. sicut dignum, de homi. & ibi domin. Abba. 3. col. versi. eandem glo. An autem Papa dispensat cum homicida? Vide quæ posui in litera P. §. Papa an dispensat cum homicida? & in litera D. §. an dispensatio homicidij. Adde Felin. in ista materia irregularitatis, an sit de iure diuino, vel non. d.c. ad audiẽtiam. versi. Sed aduerte. nu. 2. col. 1030.

Irregularitas cõtrahitur ex lethali percussione, etiamsi alius postea talem vulneratũ extinguit, habui casum de facto in clerico Bergomensi. Idem est, si non appareat, quòd vulnus sit lethale, & ab alijs talis vulneratus occidatur. Item irregularitas contrahitur, quando quis non percussit lathaliter, sed habuit animum occidendi, quia si alius eum occidit, irregularis est, vide, quæ posui in litera C. §. clericus irregularis censetur.

Irregularitas tribus modis tollitur, primò per baptismum. domin. Abba. cap. gaudemus, de diuor. vndecunque veniant, præter quam ex defectu sacramenti. Vnde bigamus ante baptismum non potest promoueri baptismo subsecuto. Tex. cap. si quis. 34. distin. Quamuis. domin. Abba. fuerit dubius de irregularitate, quæ contracta est sine peccato, vt d. c. gaudemus, vbi cum videas. Adde Scot. 4. dist. 33. q. qui tenet, quòd omnis irregalaritas, vbicunque contracta ex homicidio, tollitur per baptismũ. Idem tenuit gl. c. si quis viduam. 50. distin. Secundò tollitur per ingressum religionis, gloss. capitu. 2. de apost. ad quam te remitto cum ibi no. Tertiò tollitur per dispensationem Papæ, nam in omni irregularitate potest dispensare quia omnis irregularitas est de iure positiuo, 2. q. 7. §. c. nos. item Daniel. Ponit Fel. c. quæ in ecclesiarum de consti. versicu. secunda conclusio. ibi, idem in irregularitate. col. 118. nu. 19. Vide, quæ posui infra. §. irregularitas ex homicidio. vbi habes, an Papa possit dispensare in omni irregularitate.

Irregularitas ex homicidio voluntario, an sit de iure diuino, ponit Felin. c. fin. de maio. & obe. versicu. extra materiam. num. 6. colum. 1223. Vide dom. Abb. c. clerici el 2. de vi. & hone. cleric. 2. colum. versicu. sed circa hoc vbi videtur tenere, quòd cũ clerico homicida voluntario Papa dispensat, quia irregularitas est de iure positiuo. Et istud idem tenet dom. Abb. clarius, c. sicut dignum. de homi. 3. col. versicu. in eadem glo. Adde Felin. d. c. fi. de maio. & obe col. ead. vbi concludit, quòd Papa possit dispensare cum clerico homicida, & etiam dispensat aliquãdo contra ius diuinum. Adde ad ista, quæ posui supra. §. irregularitas tribus modis.

Irregularitas tollitur per ingressum religionis secuta professione, & hoc quantum ad irregularitatem ortam sine culpa, tamen talis non poterit promoueri, licèt possit ordinari sine dispensatione. Ita Felin. cap. cum deputati, de iudic. in princi. numero 2. colum. 123.

Irregularitas quando contrahitur ex consilio dato per clericum, Vide quæ posui in litera C. tribus. §. §. incipiendo a §. clericus in

curris

currit irregularitatem cum duobus. §§. seq.

Irregularitas non reddit electionem ipso iure nullam, sed annullandam. Ant. de But. c. auditis. de elect. vlt. col. Felin. c. dilectæ. de excep. ver. sed tenco. nu. 4. col. 99.

Irregularitas causatur aliquando ex ipso scandalo, etiam sine culpa. gl. c. ex literis. il 1. de homi. verbo, scandalum. Felin. c. 2. de præscri. versi. tertiò solum scandalum. nu. 2. col. 166.

¶ *ITEM, ista dictio est continuatiua. Barto. posuit l. 1. de pub. & l. in repetendis. ff. de leg. 3. 1. colum. Fel. c. pastoralis. §. item. de offic. deleg. in princi. nu. 13. col. 1048. Adde tu Bald. l. fin. C. de indic. vid. tollen. & notatur per Docto. l. item veniunt. in princi. ff. de pets. hære. Bar. l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Barto. consil. suo incip. Quidam Thadeus. Pau. de Castr. consi. suo 75 incipi. Viso puncto supra scripto.*

¶ *IVBEMVS, istud verbum Iubemus, importat necessitatem Vide, quæ posui in litera P. §. præcipio.*

¶ *Iudæus, qui est in ciuitate, vel castro, ibi stans, & dans ad vsuram, non dicitur ciuis, sed incola. Ita Felin. c. quoniam. ff. de offi. ordi. ver. vnde Iudæus. nu. 4. col. 1142.*

Iudæus ligatur iuramento, & ideo text. c. quamuis. de pac. in 6. habet locum Iudæi. Ita Fel. c. cum sit. de foro comp. versi. septimò limita. nu. 10. col. 172.

Iudæus baptizatus sine responsali, an sit baptizatus? Petr. de Ancha. consi. suo 191 incip. secundum ea. dicit, quòd Iudæus baptizatus sine responsali, non imminente necessitate, non est baptizatus. Adde Felin. c. fin. de iudæ. versicu. vltimò vide Pet. de Anch. nu. 6. col. 982.

Iudæus, vel infidelis, an possit denunciari? vide per Felin. c. noui. de iudic. princi. numero 1 colum 90. Adde tu, quòd tenco, quòd etiam infidelis, & sic iudæus, potest puniri, si deliquerit, vt puta circa spiritualia, si deliquit, quòd puniatur per iudicem ecclesiasticum, si autem in temporalibus, per iudicem laicum. Ita scribentes capitu. gaudemus. de diuor. Adde, quid de crimine mexto, an possit in foro ecclesiastico, & foro seculari puniri? Vide per domin. Anton. de Butr. capitu. tuæ. de procur. & per Bartol. leg. senatus. ff. de accusa & l. quidã ego. §. pœna grauior. ff. de infam. Adde Salice. l. qui de crimine. C. de accusation.

Iudæus non potest esse testis contra Christianum, 2. q. 7. cap. si hæreticus. Non obstat text. cap. iudæi. de testi. quia de facto, vt per Scribentes ibi, & sic, quòd istud habet locum etiam in iudæo nouiter conuerso. Felin. c. iudæi in princi. col. 598. parte 2. Fallit hoc, quando iudæus produceretur in testem contra iudæum reuersum ad Iudaismum. Gl. cap. contra Christianos. de hæreti. in 6. & Felin. d. cap. Iudæi, versi. hoc autem, quod iudæus. nume. 2. colum. ead. Item iudæus potest esse testis in testamento, & aliis contractibus inter viuos. Barto. & alii l. quoniam. C. de hære. Bald. l. cunctos populos. C. de sum. trì. & fide Catho. Felin. d. c. iudæi. versicu. fallit tertiò. nume. 2. colum. eadem. Itẽ iudæus potest esse testis in probando interruptionem præscriptionis. Rom. d. pactum, quod dotali. C. de colla. Felin. d. capitu. iudæi. versicu. fallit quarto. nume. 4. colum. 599. Item iudæus potest esse testis contra Christianum, & hoc, quando Christianus renunciaret huic fauori. De veritate istius dicti. vide Fel. d. capitu. iudæi. versicu. fallit quinto. numero 5. columna. ead. Item iudæus potest esse testis in criminalibus exceptis, vide per Felin. d. capitu. iudæi, versic. fallit sexto. nume. 6. column. prælegæ.

Iudæus an possit esse hæres Christiani? glo. magna cap. iudæi. il 2. de iudæis. tenuit, quod non, & eam tenet Angel. l. 1. C. de iudæis. Contrarium tenuit Barto. l. 1. C. de sac. sanct. eccles. circa prin. vbi Bald. & Sal. 4. col. Vide Fel. c. iudæi il 2. de iudæ. versicu. non obstat. nume. 3. col. 958.

Iudæus an possit Christiano opponere aliquod crimen, si producatur contra eum in testem. Fel. de testi. c. iudæi. nu. 7. col. 599.

Iudæus an ligetur statutis municipalib. ciuitatis, vbi habitat? Bal. tenet, quòd sic, l. spadonem. §. iam. ff. de excusa. tuto. Et idem tenet. capitu. 1. de noua. for. fideli. & Do. de san. Gem. c. ius quæsitum. 1. dist. Adde Felin. c. iudæi il 2. de iudæis. versi. subdit tamen hic. nu 4. col. 959.

Iudæus an ligetur legibus canonicis? Vide per Ioan. An. cap. super his de voto. Dom. de S. Gem. c. mulier. 3. colum. 2. q. 1. Fel. c. iudæi il 1. de iudæis versicu. & de hac materia, verum iudæi. nume. 5. colu. 959. Et communiter tenetur, quòd non ligatur lege canonica in spiritualibus, in alijs autem ligatur lege canonica, nisi habeant ipsi casum decisum in lege sua.

Iudæus an habeat filios in potestate, Arc. tenet, quòd non, c. quia syncera. 45. dist. Adde, quòd contrarium tenet Io. Ant. de Bu. dom. Abb. c. 2. de conuer. infideli. Bald. & Pet. de Anch. l. qui in potestate. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Adde Fel. c. iudæi. il 2. de iudæ. versi. & ista inducuntur. nu. 6. col. 959.

Iudæus non potest esse doctor, quia est incapax dignitatis. Vide Fe. c. 1. de iudæ. nu. 4. col. 953.

Iudæus an possit purgare moram Vide, quæ posui in litera R. §. rigor præfertur æquitati in causa iudæorum.

Iudæus fugiens ad ecclesiam, an sit tutus ibi, & gaudeat immunitate. Tex. videtur dicere, quòd non, l. 1. C. de his, qui ad ecclesiam confug. & ibi Sal. firmat hoc, & idem tenet glo. authen. de man. princi. §. publicorum. verbo, cogentur. Cy. l. præsenti. 1. q. C. de his, qui ad ecclesiam confu. Io. de Ana. c. iudæi. de iudæ. Adde, quod contrarium tenet Gui. de mon. Lau. Pet. de Anch. domin. Card. & Imo clem. 1. de pœniten. & remiss. Arch. & Ioan. de Fan. c. diffiniuit. 17. q. 4. dom. Abb. c. inter alia. de immu. eccles. versicu. extrahendus. & ibi Anto. de But. Adde Felin. d. c. iudæi lo 1. nu. 1. col. 956.

Iudæi filius si fuerit conuersus ad fidem, per talem conuersionem aboletur omnis ingratitudo, quam commisisset erga patrem. Ita Host. & alij c. iudæi. il 1. de iudæ. Facit tex. c. non licet. 19. q. vl. vbi dicitur, quòd per ingressum religionis aboletur omnis ingratitudo filij Christiani, fortius iudæi conuersi. Et idem tenet Felin. d. c. iudæi. lo 2. nume. 1. colum. 957. Adde etiam, quòd talis filius iudæus conuersus poterit petere legitimam in bonis patris viuentis, quamuis regulariter secus. l. 1. §. si impubers. ff. de col. bono. de quo vide Felin. d. c. iudæi. versicu. & per istum tex. nu. 2. col. ead.

Iudæum esse, an sit delictum. Felin. de iudæis. c. multorum. num. 4. col. 954. Iudæum quis debet punire de delictis. Vide Fel. c. postulasti. de iudæ. versicu. extra gl. facit. nu. 4. col. 974.

Iudæi an possint habere nutrices Christianas, Vide Fel. c. at si clerici. de iudic. §. de adulteris. versicu. episcopus non potest. nume. 10. col. 45.

Iudæi paruuli an inuiti possint baptizari? Vide, quæ posui in litera F. §. filii paruuli iudæorum.

Iudæi non tenentur seruare canonem. Ideo tex. cap. 1. de consti. nõ habet locum in iudæis & paganis, quia de his, quæ foris sunt, nihil ad eos, c. multi. 2. q. 1. Et ideo in successionibus vtuntur legibus veteris Testamenti. Cal. titu. de testa. consil. suo 13. Fallit hoc in tribus casibus, quos enumerat Domin. de san. Gemi d. c. multi. Adde alium casum, quando iudæi, vel pagani delinquunt contra legem suam, illam non obseruando, quia canones puniunt eos. Vide Felin. d. capitu. 1. de consti. versicu. fallit quinto. nume. 37. col. 46. Et ibi posui vnam apostillam circa successionem iudæorum, videlicet quomodo succedant hodie ab intestato.

Iudæi in successionibus bonorum ab intestato non tenentur sequi canones, neque leges ciuiles, de quo vide, quæ posui supra. §. iudæi non tenetur.

Iudæi an ligentur iuramento, & dic, ꝙ sic. si iurant secundum legem suam. Formam iurandi Specu. ponit titu. de iura. cal. §. restat. ver. sed pone, dom. Abb. c. 1. 10. col. de iur. cal. Fel. c. fin. de iudæ. versic. vltimò tangit Io. de Ana. nu. 5. col. 982.

Iudæis, quibus concessum est priuilegium retinendi res furtiuas si bi pignoratas, donec pretium restituatur, an afficiat clericos & non subditos, & vtrum intelligatur, quòd hoc habeat locum, quãdo ipsi iudæi sciant, quòd res sunt furto sublatæ, Vide, quæ posui in litera P. §. priuilegium concessum iudæis.

¶ *IVDEX cognoscit regulariter, an sua sit iurisdictio, quando de ea dubitatur, vide in materia istã, quæ posui in litera D. §. delegatus cognoscit regulariter. Fallit hoc, quando exceptio, quæ est opposita contra ipsum iudicem, haberei notare, id est sigillare ipsum iudicem. Ita Fel. c. super literis. de rescrip. versi. fallit sexto nu. 26. colum. 590.*

Iudex qui absoluit a iuramento interposito super contractu simulato, debet postea esse iudex super ipsa simulatione. Ita Felin. c. super literis. de rescri. ver. amplia secundo. nume. 19. col. 585.

Iudex sicut non tenetur exprimere causam, ita nec doctor faciens iudici consilium ab eo petitum, secus, si a parte. Fel. de sen. & re iud. c. sicut. nu. 11. col. 484.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudex licet non teneatur exprimere causam in sententia, tamen debet pronunciare ex animo non ficto. Felin. ibi. nume. 12. colum. præallega.

Iudex an debeat exprimere causam in rescripto, quando non condemnat victum in expensis. ibi. nu. 17. col. 485.

Iudex qui habet iurisdictionem super principali, exercet etiam illã in connexis. Ita Felin. c super literis. de rescrip. versicu. quarto facit. nu. 20. colu. 586. Et no. tu ista pro commissionibus, quæ quotidie fiunt, quia iudex potest se intromittere vltra, quam sit dictum in commissione, dummodo sit de connexis, vel sine quibus causa commissa non potest expediri, & multoties seruari in practica, cum esse iudex delegatus, contra opinionem aliquorum aduocatorum imperitorum, qui ignorant ius.

Iudex an possit cognoscere, si sua sit iurisdictio, quando opponitur ei de tali fundamento iurisdictionis, vel proprietate ipsius, puta, quia opponitur, Vos non istis potestas, vel capitaneus, ponit Felin. c super literis. de rescrip. versicu. fallit tertiò, cum opponitur. nu. 23. col. 589. Adde, quæ posui in litera D. §. delegatus non cognoscit.

Iudex non potest cognoscere, quando agitur de proprietate subiectionis, vt puta, ciuatus dicit se exemptum, & iudex negat. Adde, an hoc sit verum? Vide Felin. c. super literis. de rescrip. versi. fallit quarto. nu. 24. col. præalleg.

Iudex qui scit se non esse iudicem, vt quia notorium est aliter ipse scit, tamen non potest procedere in causa, secus, si partes scirent, & iudex ignoraret, quia cognoscere potest. Adde, quid erit de processu illius iudicis. Vide Felin. in omnibus istis c. super literis. de rescrip. versi. fallit quintò. nume. 25. col. 590.

Iudex propter sententiam nullam an faciat litem suam. Fel. c. ex tenare. de rescrip. nu. 6. col. 525.

Iudex qui se ingerit pro defensione suæ iurisdictionis. videlicet tenẽdo opi. partis. quæ stat pro iurisdictione, non potest eam cognoscere, quia fecit se suspectum. Ita Fel. c. super literis. de rescr. versicu. fallit sexto. nu. 26. col. 590.

Iudex an cognoscit, si sua sit iurisdictio, quando excipitur, quòd locus contractus, vel delicti, non est iurisdictione ipsius iudicis ciuitatis? Vide Felin. c. super literis. de rescrip. versicu. fallit septimò. nu. 27. col. 591.

Iudex an cognoscit, si sua sit iurisdictio, vbi vertitur commodum sportularum applicandarum sibi. Fel. c super literis. de rescr. versicu. fallit quartò. nume. 24. colum. 589. & versicu. fallit octauo. nu. 28. col. 591. Sed tu dic, prout dixi in litera D. §. delegatus cognoscit regulariter.

Iudex qui non habet iurisdictionem, nisi super causa notoria, & cuius accidens est dubius, & non notorius, an possit cognoscere, si sua sit iurisdictio super incidenti. Fel. c super literis. de rescrip. ver. fallit decimo. nu. 32. col. 586.

Iudex qui nõ pronunciat se competentem expresè, sed tacitè, talis pronunciatio non valet? Vide, quæ posui in litera D. §. delegatus, qui non pronunciat se.

Iudex qui tulit sententiam iniquam ad consilium sapientis, an teneatur in syndicatu? Vide Fel. c. cum contingat. de rescri. versi. prima conclusio. nu. 3. col. 641.

Iudex, qui tulit primam sententiam in causa appellationis, non est necessariò cistandus. Ita Fel. c dilectus. de rescrip. versi. regulariter in causa. nu. 3. col. 637.

Iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam, si ipsa magis timetur. Fel. c. irrefragabilis. de offi. ord. nu. 5. col. 1135.

Iudex ecclesiasticus si imponit pœnam per statutum, an possit sibi illam retinere. Fel. de offi. ord. c. irrefragabili. nu. 6. col. 1127.

Iudex ecclesiasticus si imponit pœnam damnificanti alium, nõ applicatur iudici, neque pauperibus, sed damnificato. Fe. c. irrefragabili. de offi. ordi. nu. 10. col. 1138.

Iudex datus in causa appellationis, an statim faciat inhibitionẽ iudici a quo? vide, quæ posui in litera D. §. delegatus datus.

Iudex pendente iudicio super sua competentia coram eo, an possit assignare terminum partibus ad proponendas dilatorias? vel ẽt possit videre, si procuratorium sit validum, vel inualidum? vide quæ posui in litera D §. delegatus pendente iudicio.

Iudex debet ferre sententiam declaratoriam contra illum, qui incurrit in pœnis ipso iure incursis. Felin. c. Rodulphus. de rescri. versicu. sed declaratoria. nume. 35. & seq. colum. 900. & seq. fallit hoc, vbi pactum esset adeo notorium, quòd nulla esset opus declaratione. Ita Felin. d. capitu. Redul. versicu. limita primo. numero. 37. colum. 902.

Iudex excommunicatus occultè si fert sententiam, valet. Felin. capitu. Rodulphus. de rescrip. versicu. & gusta vnum nouum. nume. 4. colum. 906.

Iudex an possit delegare ea, quæ sunt meri & mixti imperij. Fel. ponit c. quod sedem. de offi. ordi. in prin. nu. 1. col. 1112. & ibi dicit, quòd sic, quando ipse iudex impeditus, vel infirmus. Vide Felin d. c. quòd sedem in prin. num. 1. col. præalleg. Adde ista, quæ posui in §. infirmus est sufficiens.

Iudex, qui procurauit causam sibi committi, potest ex hoc recusari. Ita Felin. c. irrefragabili. de offi. or. in fi. col. 1139.

Iudex conuenire non potest pendente officio. Felin. ca. legebatur. de maio. & obe. circa prin. nume. 3. versicu. regulariter non potest. col. 1175. Adde tu, quòd regula Felin. est adeo vera, quòd non potest conueniri officialis, vt saltem procuratorem mittat, quia aliàs priuilegium. l. 2. ff. de in ius voc. nihil operaretur. Ita Bar. to. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. versicu. aut non teneatur venire priuilegio temporali.

Iudex non potest conueniri durante officio, vbi a iure imponitur pœna remotionis ab officio. Fel. c legebatur. de maio. & obe. versic. idem, si conuenitur. nume. 4. col. 1176.

Iudex finito officio poterit conueniri de gestis in officio in propria prouincia. Felin. capitu. legebatur. de maio. & obe. versi. & col. allegatis.

Iudex an possit compellere partes ad concordiam? ponit Fel. rub. de treu. & pace. in prin. col. 1224. Adde, quæ posui in lite. P. S. princeps, qui non recognoscit superiorem.

*Iudex ordinarius non potest esse iudex in causa suæ familiæ, vel filiorum suorum. Ita Felin. c causam, quæ. de offic. deleg. versic. tertiò no. nume. 3. col. 982. vbi ponit 8 fallentias. Adde tu pro ampliatione istius regulæ, quòd sicut non potest quis esse iudex in causa propria, vel familiæ suæ, ita nõ potest esse arbiter. Tex. l. pen. ff. de arbi. secus est in arbitratore, l. Libertus ff. de oper. liber. Adde etiam, quòd non valet consuetudo, quòd offendens potest se in manibus inimici, qui habeat sententiare, qua pœna sit puniendus offendens. Tex. c. cum contingat. de sentẽ. excommun. Et quamuis ille tex. loquatur in clerico, tamen indistinctè tenetur. Vide Barto. l. 1. §. 1. in fi. ff. de iniur. & Ludo. Rom. l. qui iurisdictionem. ff. de iurisdict. omn. iu. in §. si. Adde tamen, quòd regula illius c. causam non procedit, nisi opponatur a parte, vt tenet Fel. ibi 7. fallentia, versicu septimò fallit. nume. 3. col. ead. quam opi. tenuit Albe. d. l. qui iurisdictionem. Fulgo. Pau. de Castr. & dom. Alex. Sed Anto. de But. c. dilecti. de appel. tenuit contrarium, videlicet quòd nullo modo valet sententia in causa propria, vel filiorum, etiamsi non opponatur exceptio. Tamen tene primam opin. quia communis. Adde etiam, quòd regula istius capitu. procedit in ordinario, secus in delegato, & hoc de iure ciuili, glo. & Barto. d. l. qui iurisdictionem. Adde etiam, quòd Felin. ibi dicit d. c. causam, quæ. 1. fallentia, col. vbi supra. Adde, quòd istud non procedit in iurisdictione voluntaria, quia in ipsa ordinarius potest esse iudex suæ familiæ. Adde, quòd pro sua opi. facit dicti sing. Arch. post glo. ibi c. omnes. 30. q. 1. quòd facerdos potest absoluere concubinam propriam. Et adde etiam illud, quòd dicit Bald. l. si consul. 4. q. ff. de adop. videlicet quòd comes Palatinus potest legitimare filium proprium naturalem coram seipso, & multò fortius filium fratris. Et idem tenet Io. de Ana. consi. 29. incip. Visa imperiali. Adde tamen, quòd in contrarium est tex. c. per venerabilem. §. insuper. qui fil. sint legi. ibi gl. ver. gratiam, quæ dicit, quòd rex non potest legitimare filium proprium. Tamen considera. Adde etiam, quòd Fel. ibi 3. fallentia, vbi supra in prin. huius versicu. col. proximè allegat. dicit, quòd ordinarius potest procedere in causa propria, vbi lis esset peritura. Intelige istud vsque ad contestationem litis. l. senatusconsulto. §. 1. ff. de offi. præsi. Adde etiam, quòd iudex ordinarius potest. l. 1. ff. de appel. reci. & Ang. ibi idem tenet, Ang. Sali. & dom. Alex. d. l. qui iurisdictionem. Adde etiã, quòd ordinarius poterit esse iudex in causa propria, & familiæ suæ, in casu c. 1. de pœnis in 6. Adde etiam quòd episcopus, qui est ordinarius, poterit esse iudex in causa suæ ecclesiæ, glo. est c. si quis ergo. in fi. 2. q. 7. & c. cũ venissent. de iud. Inno. cap. nosti. de elect. Adde etiam, quòd episcopus ordinarius, qui vendidit rem ecclesiæ suæ, si vult talem venditionem retractare, poterit coram eius vicario litem mouere, quamuis sit idem confessorium. c. 2. de consue. in 6. De hoc vide Bald. l. 1. C. ne quis in sua causa, & i. si quis ad diclinãdã. C. de epi. et cle-

clem. quamuis Inno. contra c. ex parte. de verb. signifi. & male. Adde tu, quòd in quantum Felin. ibi tenet in 6 fallentia. versi. nume. & col. præalleg. quòd si persona iudicis esset talis, quòd omnis suspicio cessaret, quòd tunc potest esse iudex. Fallit hoc in impetratione rescripti surreptitij, quia nõ præsumitur bonitas. Bal. cap. 1. insti. vltite penden. Adde ad ista, quæ posui supra. §. iudex vtrum possit esse iudex.

Iudex quando possit imponere pœnam suo arbitrio. Felin. de accus. c. qualter & quando. nu. 9. & 11. col. 734. & sequentibus.

Iudex ordinarius, qui iudicat in causa feudi, non data negligentia domini feudi, ipso tamen sciente & tacente, an valeat sententia? vide Fel. c. cæterum. de iudic. versicu. autem si ordinarius iudex. num. 5. colum. 48.

Iudex ordinarius loci potest iudicare inter vasallum & vasallum, de quo vide, quæ posui in litera D. §. dominus feudi non potest cognoscere.

Iudex ordinarius potest cognoscere in materia feudi, vbi vasalli non cognoscunt vnum dominum, sed plures inuestitores pretendunt. Ita Felin. c. cæterum. de iudi. versi. septimò fallit. nume. 9. colum. 49.

Iudex ordinarius cognoscit, quando quæstio est inter dominum & vasallum, & hoc, vbi pares curiæ deberent esse testes in illa materia. Ita Felin. c. cæterum. de iudi. versicu. octauò fallit, quando est quæstio. nume. 10 col. præallega.

Iudex ordinarius est competens in causa libellariorum. Ita Felin. c. cæterum. de iudi. versi. nonò fallit. nu. 13. col. 50.

Iudex ordinarius an possit punire alium aquè ordinarium delinquentem in loco. Barto. l. inter tutores ff. de admi. tu. tenet, quòd non. Et idem tenet do. Abba. d. c. prudentiam. 4. col. ver. ex quo infertur. Sed dom. de Rot. tenent contrarium in decis. 254. inci. nunquid, si duo. Prima opi. est communis, quam tenet Gul. Barto. Bald. l. si ff. de re. dim. Bald. l. cætera. §. si duobus ff. de leg. 1. Pau. de Castr. l. est receptum ff. de iu. om. iud. Adde Fel. d. cap. prudentiam. de offic. deleg. versic. no, tamen, quòd diuisa administratione. nume. 4. col. 995. qui respondet ad Ro. & ad Ang. d. l. est receptum, quia ibi tenet opi. Barto. & Bald. & do. Abb.

Iudex ordinarius an possit sententiare vltima die iurisdictionis? Vide quæ posui in litera S. § sententia ordinarij.

Iudex ordinarius recusatus, etiamsi de consensu partium subdelegat partem causæ, si appellatur, debet ad ipsum appellari. Felin. cap. si quis contra. de fo. compet. versicu. si iudex recusatus. nu. 5. colum. 167.

Iudex ordinarius an possit reuocare sententiam suam? Vide, quæ posui in litera O. §. ordinarius iudex an possit reuocare. Adde, quid delegato? Vide in litera D. § delegatus an possit se impedire.

Iudex si pronunciauit vltra quàm extendatur iurisdictio sua, contra sententiam semper potest opponi, de quo vide quæ posui in litera E. §. exceptio, quæ prouenit ratione defectus.

Iudex ante præsentationẽ rescripti nullam iurisdictionem habet. Felin. c. cæterum. de rescrip. versicu. valet processus factus. nu. 11. colum. 379.

Iudex delegatus nõ debet exequi literas Papæ iniustas statim. Ita Fel. c. si quando. de rescri. in prin. col. 397. Adde glo. l. puniri. C. si contra ius, vel vti. pub.

Iudex delegatus super appellatione datus potest pronunciare desertam appellationem, & condemnare in expensis. Felin. c. ex parte. si 2. de rescrip. versicu. limitatur etiam dicta cle. ibi, & ideo Pet. de Ancha, nu. 8. col. 479.

Iudex delegatus, qui tulit sententiam, potest etiam illam mittere executioni, quando confirmata est per cursum fatalium, videlicet quando appellatio est deserta citato appellante ad contradicẽdum, cur non sit executioni mandanda, & si non comparet, vel non docet, potest ad executionem deueniri, nec est opus q̃ pronũciet super desertione. Ita Felin. c. ex parte. si 2. de rescri. versic. declara. tamen dupliciter. nume. 9. co. 480. Adde tu, quòd istud etiam tenuit Barto. l. tale pactum. §. qui prouocauit. 2. col. versi. item aduerte. ff. de pac. Sed aduerte, quòd Bar. ibi dicit, quòd si sententia prima manet firma propter cursum fatalium, quòd iudex primus, si esset ordinarius, exequitur, & sic vult, quòd hoc non habeat locum in iudice delegato, prout videtur ibi d. c. ex parte. col. vt supra tenere Felin. motus ex l. si contra maiores. Considera, quia multum stringit illa l. si contra maiores. quæ loquitur indistinctè, & sæpius de hoc fui interrogatus, dubitabam propter dictum Barto. d. l. tale pactum. § qui prouocauit, & etiam videtur, quòd iudex functus sit officio suo, post quam tulit sententiam. Considera, quia pulchrum, & sæpius habebis in facto.

Iudex delegatus cognoscit de personis non comprehensis in rescripto, de quo vide, quæ posui in litera T. §. tertius comparens pro suo interesse potest proponere.

Iudex delegatus si procedit ante præsentationem rescripti, processus est nullus, vide quæ posui in litera D. §. delegatus datus & hoc scit.

Iudex delegatus, qui non potest interesse, eò quia impeditus, an possit committere vices suas? Circa istam clausulam impotẽtia, vide Felin. cap. scisciatus. de rescri. versic. circa istam clausulam. nume. 16. col. 493.

Iudex delegatus repellitur propter crimen. Fel. cap. scisciatus. de rescri. versi. & colum. allega.

Iudex delegatus, an possit recusari ex eo solo, quòd est oriundus de terra aduersarij. Ponit domin. Abba. c. accedens. il 2. vt lite nõ contest. versi. venio ad glo. Adde Felin. d. c. accedens. versi. & dum super glo. nume. 2. col. 286.

Iudex delegatus suspectus, quando non potest recusari, quia suspectus, vide, quæ posui in litera P. §. Papa, vel alius princeps, an possit tollere recusationem.

Iudex ecclesiasticus an possit tradere carceri laicũ accusatum de crimine, quorum cognitio ad ipsum iudicem spectat. Vide Fel. cap. cum sit. de foro compe. versicu. & adde, quòd ecclesiasticus. nume. 20. colum. 174.

Iudex laicus potest esse iudex clerici, quando clericus habet feudum a laico. Ita Felin. c. cæterum. de iud. versi. no, vbi, possessiones. nume. 3. col. 47. Adde quòd hoc verum est, & ratio est ista, quia vbi a lege ciuili datur iurisdictio respectu certæ causæ, comprehendit etiam clericos actiuè & passiuè, in quibus viget illa qualitas super qua fundatur iurisdictio, & hoc priuatiuè ad iurisdictionem episcopi, Ita dom. Abba d. c. cæterum. de iudi, 2. colum. versi. fateor tamen. Et hoc no, quia communiter tenetur, quamuis Barb. ibi aliter teneat, & malè.

Iudex laicus non potest cognoscere de causa spirituali incidenti coram eo, sed quid econtra, an iudex ecclesiasticus poterit de causa temporali incidenti coram eo cognoscere? vide, quæ posui in litera C. §. causa spiritualis.

Iudex laicus an possit cognoscere de causa decimarum? vide, quæ posui in litera D. § decimarum causa.

Iudex laicus an possit cognoscere de vsuris? Vide, quæ posui in litera V. §. vsuræ cognitio.

Iudex secularis potest vnire simoniacum lata sententia ab ecclesiastico. Ita Felin. c. cum sit. de fo. compe. versicu. Io. de Imo. bic. nume. 4. colum. 170.

Iudex secularis non tenetur exequi præceptum ecclesiasticum de cuius iustitia suspicatur. Ita Fel. c. cum sit. de fo. compe. versi. limita quintò. nu. 8. col. 171.

Iudex secularis, seu ecclesiasticus, an possit compellere partem ad compromittendum, vel componendum? Vide in litera P. §. Papa an possit compellere.

Iudex secularis regulariter non potest cognoscere, quando tractatur de materia iuramenti. Est gl. fi. c. venerabilem. de elect. Hosti. c. tuam. de ord cog. super gl. fi. do. Abb. c. significante. de pig. 1. no. Vide Fel. c. 2. de spons. ver. tertia cõclusio. nu. 28. col. 671. Adde & limita regulã istã multis modis, primò, quando agitur, vel excipitur in foro contentioso de ipso iuramento, non disputando de eius vinculo, an sit licitum, vel nõ, sed de eius obseruantia, quia tunc iudex secularis pot esse iudex. Fel. c. 2. de spons. ver. sed hanc cõclusionẽ, eo. nu. & col. Et no. quòd datur optio in istis ipsi actori, coram quo iudice velit conuenire reum, an coram ecclesiastico iudice, vel seculari. Ita Felin. colum. præallega. Et hoc habet locum etiam in terris imperij. Item limita prædictam regulam, nisi agatur in foro contentioso ad pœnam transgredientis iuramentum licitum, quia iudex secularis potest esse iudex, etiam ecclesiasticus, d. Abb. c cum sit. de fo. comp. Fel. d. c. 2. de sponsa. ver. secundò limita. nu. 29. col. 672. Item limita prædictam regulam, nisi agatur ad compellendum illum, qui recipit turpe iuramentum, vt illud relaxet, quia hãc compulsionem poterit facere iudex secularis. Ita Fed. consil. suo 166. Ludo. singul. suis 408. Felin. d. c. 1. versicu. tertiò limita. nume. 29. col. ead. Item limita prædictam regulam, nisi iudex secularis vellet declarare quem incurrisse periurii, casu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo de hoc non esset dubium. Ita Ro. sing. suo 403. Felin. d.c. versicu. quarto limita. col. ead. Item limita, nisi iudex secularis vel let cognoscere de nullitate absolutionis a iuramento factæ per iudicem ecclesiasticum, quia erit iudex competens. Pet. de Anc. consi. suo 385. incip. Retento ordine dubiorum. Fel. d.c. 2. de spon su. versi. quintò limita. nu. 31. col. præallega.

Iudex secularis an possit absoluere iurantem a iuramento, & dic, quòd non. Fel. cap. 1. de iureiu. versi. tertiò quæro num. 21. colum. 997. par. 2. Adde, quòd iudex secularis potest bene compellere recipientem iuramentum turpe, vt ipsum relaxet. Ita Fri. de Senis consi. suo 272. inci. In nomine domini, tamen statutum ciuitatis circa fi. Vide Fel. d.c. 1. versicu. posset tamè iudex. num. 22. col. ead.

Iudex secularis debet obedire inquisitori hæresium im remissione hæretici accusati de hæresi omissa omni discussione processus. Ita Fel. c. si. de fo. compe. versi. dum dicitur iudicem petentem. nu. 10. col. 220. Addetamen, quòd quando iudex secularis poterit supersedere in remissione, & hoc, quando episcopus loci dicit processum non fuisse sibi communicatum. Ita Fel. versicu. & colum. præalleg. quod not. perpetuo.

Iudex secularis, qui habet solum exequi sententiam contra hæreticum, quæ est facta per inquisitorem hæreticæ prauitatis, an possit cognoscere de iniusta processus, & videtur, q. sic, per §. si vero crimen. Auth. de san. epis. est glo. verb. per episcopum. authen. clericus. C. de epis. & cle. Bar. l. diuus §. 2. ff. de custo. reo. Bar. Bal. Pau. de Castr. l. magistratibus. ff. de in. om. iud. Bald. l. nam dubium. ff. de cust. reo. Barto. l. si ff. si quis ius dic. Anto. de But. capitu. 15. colum. de obl. ad ratio. & cap. 3. de offi. ord. Et ista est communis opi. Legistarum. Vide Felin. c. ad abolẽ dam. de hæreti. versicu. extra glo. nume. 4. colum. 995. Adde quòd contrarium tenet Imo. & domin. Abba. d.c. ad abolendã. vlt. colum. versi. in glo. in verbo, laicus. Ang. d.l. diuus. Pet. de Ancha. c. at si clerici. de iudi. in prin. Bald. d. authen. clericus. Ange. d.l. magistratibus. dom. Abba. cap. si. de stat. mon. circa si. Adde Felin. d.c. ad abolendam. versi. sed contrarium. vbi supra. col. 996. num. 5.

Iudex domicilij ad petitionem iudicis cõtractus potest citare reũ. Felin. c. si. de fo. compe. versicu. de effectu fori contractus. nume. 21. colum. 229.

Iudex domicilij, vel originis potest punire subditum delinquentẽ extra territorium, & sic de delicto commisso alibi, de quo vide, quæ posui in litera D. §. delinquens potest puniri.

Iudex delicti poterit punire delinquentem secundum statuta sua, & etiam secundum statuta loci origimis, vel domicilij ipsius delinquentis. Ita Felin. cap. si. de fo. compe. versi. dum dicitur iudicem delicti. nu. 12. col. 221.

Iudex delicti an possit citare extra territorium? Vide Felin. c. sin. de fo. compe. in prin. nu. 1. col. 216.

Iudex qui vult remittere delinquentem ad iudicem delicti, debet prius præmittere aliqualem cognitionem causæ. Ita Fel. c. si. de fo. compe. versi. dum dicitur de cognitione. nu. 9. colu. 219. Adde dom. Abb. c. si. versi. tertio concludit illa glo.

Iudex si ex forma statuti habet suam iurisdictionẽ, puta circa mercantias, nõ poterit eius iurisdictio prorogari ad alias materias. Felin. c. P. & G. de ossic. deleg. versi. potest as officialium. nume. 12. colum. 1096.

Iudex est suspectus, quando est consanguineus inimici mei, vide de hoc quæ posui in litera R. §. recusare possum iudicem tanquam suspectum.

Iudex suspectus an semper possit recusari, puta, quòd suspicio supernenit post conclusam in causa, an talis suspicio possit opponi? Domin. de san. Gem. c. iudex. de ossic. deleg. in 6. in si. tenet, quod nõ. Adde, quòd Felin. c. insinuante. de ossic. deleg. tenet contra Domin. versi. no. modo vnum. nu. 15. col. 1026.

Iudex incompetens non efficitur competens ratione notarij. Fel. c. at si clerici. de iud. versi. no. optimum tex col. 26. nu. 3.

Iudex qui pronunciauit se iudicem incompetentem, an possit facere condemnationem expensarum? ponit Fel. c. 1. de iudi. versi. ex quo sequitur, quòd ille, qui non est, nu. 6. col. 9.

Iudex incompetens an possit capere debitorem fugitiuum ad preces creditoris? Vide, quæ posui in litera D. §. debitor fugitiuus.

Iudex incompetens potest examinare testes, vbi periculum est in mora, vide, quæ posui in litera T. § testes possunt examinari.

Iudex appellationis ab interlocutoria, etiam quòd Papa committat totum negotium, non poterit ipse iudex de causa principali cognoscere, nisi in euentum legitimæ appellationis. Fel. c. causam quæ. de rescri. versi. & dicit Oldra. nu. 6. col. 547.

Iudex a quo, si non detulit appellationi, quando præfixit terminum appellanti ad respondendum, vtrum appellatio sit admittenda, vel non, vel si præfixit terminum ad apostolos recipiendos, pendentibus istis terminis quiescit eius officium, adeò quòd nihil potest facere. Bald. l. appellatione. C. de appella vlt. colu. Felin. capilu. personas. de appella. versi. pendentibus istis terminis. nume. 4. col. 617.

Iudex a quo, non potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem & finiendam, quia esset imponere legem superiori. Ita domin. Abba. c. cum sit. de appe. 7. colu. vernam annus. Vide Felin. d.c. cum sit. versicu. limita primò num. 2. colum. 619. vbi latè de hoc.

Iudex a quo, appellatione deserta reassumit iurisdictionem, adeò quòd poterit mittere sententiam suam executioni. Ang. l. si contra maiores. C. de appel. Felin. c. ex parte. Io 2. de rescrip. versi. declara tamen. nu. 9. colum. 480. Adde & limita, quòd hoc verum est, nisi appellans, qui non fuit prosecutus appellationem, recuset ipsum iudicem a quo, quia si recusat, non poterit exequi. Vide, quæ posui in litera A. §. appellans, qui non fuit prosequtus. Et adde, quæ posuit Barto. l. eos. C. de appel. 2. colum. versi. secundò, vbi dicit.

Iudex a quo fuit appellatum, si successit in locum iudicis ad quem, non debet ipse iudex cognoscere de causa sed illam alteri delegare. Ita tenet gl. 2. c. infamis persona. §. tria. 3. q. 7. & ibi Do. de San. Ge. qui dicit, quòd si talis iudex a quo, vult cognoscere, & non delegare, poterit recusari. Idem tenet Fel. c. ad hæc. de app. versi. per istum tex. nume. 5. col. 628.

Iudex qui nullam habet iurisdictionem, si procedit contra absentem, an processus sit nullus? Vide, quæ posui in litera P. §. processus factus contra absentem.

Iudex habens iurisdictionem ordinariam & delegatam, si procedit simpliciter, videtur procedere principaliter ex delegata. Felin. de præscrip. c. cum ex officy. versicu. sexta conclusio. nume. 31. colum 305.

Iudex qui habet iurisdictionem, sed elidibilem per exceptionem, si procedit contra absentem, an processus sit nullus? Vide, quæ posui in litera P. §. processus coram iudice, qui habet iurisdictionem elidibilem.

Iudex a quo, an potest recusari in alia causa vt puta appellaui ab vno iudice, cui fuit commissa alia causa, vel per viam reconuentionis est fictus iudex, an possum ipsum recusare? Vide quæ posui in litera A. §. appellans, qui non fuit prosecutus.

Iudex a quo, potest præfigere terminum appellanti, quo elapso ita erit deserta appellatio ex lapsu illius termini, sicut per lapsum terminiuris. Ita dom. Abb. c. personas. de appel. vlt. not. Adde ibi Felin. in prin. col. 614.

Iudex qui præfixit terminum. appellanti ad appellationem prosequendam, propter hoc non dicitur appellationi detulisse, & sic appellatore non prosequente potest iudex reassumere causam, gloss. cap. cùm appellationibus. de appella. in 6. verb. remittenda. domin. Abba cap. cùm causa. de re iudic. 2. not. Vide Felin. d. cap. cùm causa. versicu. ad illas duas. nume. 3. colum. 398. Adde domin. de Rot. titu. de appella. 32. in nouis. & vide Felin. d. cap. cùm causa. versicu. ad illud, quòd per assignationẽ. nume. 8. colum. 399.

Iudex qui præfixit terminum appellanti ad appellationem prosequendam, licèt non videatur appellationi detulisse, tamen pendente illo termino non poterit procedere. domin. Abb. c. cum causa. de re iud. 5. colum. versicu. venio ad glo. Et hoc modo limita bis tex. c. eum, qui. de dolo & contu. in 6. Vide Fel. d.c. cùm causa. versicu. ad illas duas limitationes. nu. 3. col. 398.

Iudex an teneatur dare copiam inquisito Felin. de accusc. qualiter & quando lo 2. nume. 9. col. 818.

Iudex non potest procedere pendente articulo appellationis interlocutoriæ præiudicialis negotio principali. Bal. l. arbitro. ff. qui sacog. versic. sed hic requiritur. vide Dom. de san. Gem. c. eum, qui. de dol. & contu. in 6. in si. Adde Felin. c. cum causa. de re iud. versi. limita secundò vltra Abba. nume. 5. col. 399.

Iudex qui præfixit appellanti terminum ad appellationem prosequendã. si terminus lapsus est, iudex potest reassumere cãm. do.

Abb. d.c. cum causa. de re iudi. versi. an autem, & ibi Fel. verdum dicit Abba nu. 7. col. præalleg. 399.

Iudex vt sit competens, oportet, quòd sciat se esse iudicem. Fel. de foro compe. c. si clericus laicum. nu. 3. col. 159.

Iudex qui non detulit appellationi, an possit præfigere terminum appellanti, intra quem se præsentet superiori. Innocen. c. si. de accus. videtur tenere, quòd non. Adde, quòd communis opin. est in contrarium. Vide dom. Abba. c. peruenit. il 2. de appe. vlt. not. Inno. & Ioan. de Ana. d c si. de accus. Dom. de san. Gem. c. cum appellationis, de appe. in 6. Phi. c. personas. de app. 8. colu. versed dubitatur. Vide Felin. c. cum Bertholdus, de re iud. versicudo. Abba. alleg. Inno. nu. 16. col. 515.

Iudex secularis an possit apprehendere clericum data vna incorrigibilitate. Fel. de iudic. c. cum non ab homine. nu. 9. col. 72.

Iudex criminaliter puniens potest condemnare ad restitutionem rei, licèt causa criminalis & ciuilis non possint simul intentari. Fel. de Iude. c. post ulasti. nu. 2. col. 973.

Iudex appellationis non solum potest pronunciare simpliciter, bene, vel malè appellatum, vt l. eos. C. de appel. sed etiam potest primam sententiam reformare, declarando melius iura partium, & hoc, quando ex nouiter deductis in causa appellationis apparet primam sententiam mutandam, dom. Abb. c. cum Ioannes. de fi. instru. 3. col. versi. & not. quòd in causa appellationis. Adde etiam, quòd potest condemnare, vel absoluere ex primis actis. Ita glo. l. ex summa. ff. de re iud. Et dic, quòd iudex appellationis potest reformare sententiam, vbi vidit eam de iure reformandam, etiamsi partes nihil de nouo allegent, dom. Abb. c. Raynutius, de testa. 1. colum. Vide per Felin. in d.c. cum Ioannes. versicu. in tex. ibi, pronunciamus. nu. 13. parte. 2. col. 857.

Iudex appellationis, qui est, datus contra reum, qui habuit sententiam pro se in prima instantia, si vidit, quòd sententia est iniusta, adeò quòd pronunciat pro actore, an sufficit, si dicat, bene appellatum, per l. eos. C. de appel. & dic, quòd sic, quia non debet addere, condemno. Ita tenuit Cyn. Barto. & Bald. d.l. eos, & Imo. l. in summa. ff. de re iud. Adde, quòd Bart. tenuit contrarium l. cum apud. In princi. ff. iud. Solui. vbi dicit, quòd quando iudex appellationis vidit, quòd sententia absolutoria lata in fauorem rei, est iniusta, debet addere in sua sententia, condemno. Et idẽ tenuit Ioan. An. in Specu. titu. de senten. §. 11. versicu. in iudice. & Specu. eo. titu sed pone. Idem tenet Anto. de But. c. cum causam, de re iud. Sed dom. Abba. ibi tenuit contrarium. Et istam opi. sequor, per d.l. eos. C. de appe. Vide Fel. d.c. cum Ioannes. versicu. quod autem. nume. 14. col. 858. Et ista adde ad ea, quæ supra dixi. §. iudex appellationis non solum, quia videtur, quòd semper est licitum iudici appellationis dicere. Bene appellatum, vel dicere Malè appellatis, absque eo, quòd addat Condemno.

Iudex appellationis, si inuenit primam sententiam nullam, qualiter debeat pronunciare? Vide gloss. & scribentes l. 1. C. quando prouo. non est necess. Barto. l. si expressim. ff. de appel. 4. colu. Adde Felin. c. cum Ioannes. de fi. instru. versi. quid autem, si iudex. nume. 15. col. 858.

Iudex appellationis in sententia sua debet exprimere causam. glo. c. sicut. de re iud. & ibi Bald. & Anto. de But. Dom. de S. Gemi. c. tantum. 21. dist. Specu. titu. de sen. §. qualiter. versic. verum. Adde Fel. c. cum Ioannes. de side instru. ver. in text. ibi, cum huius exceptio. nu. 16. col. præalleg. 858.

Iudex appellationis a diffinitiua, coram eo potest probari quòd non fuit probatum, & deduci, quod non fuit deductum in causa principali. Et istud habet locum etiam in appellato. Adde tamen, q. fallit in aliquibus casibus. Vide ad plenum de materia in litera A. §. appellationis causa a diffinitiua.

Iudex appellationis ab interlocutoria, coram eo non habet locũ regula, non probatum probabo, non deductum deducam. Fallit tamen in aliquo casu. De materia vide, quæ posui in litera A. §. appellatio ab interlocutoria.

Iudex qui aliàs dicitur bonus vir, qui habet videre arbitramentũ, quando pars dicit se lasam, coram eo potest probari, quod nõ fuit probatum, & deduci, quod non fuit deductum coram arbitratore de quo vide, quæ posui in litera A. §. appellationis causa a diffinitiua.

Iudex appellationis potest sententiam primi, iudicis infirmare pro parte, & pro parte confirmare, de quo vide, quæ posui in litera S. §. sententia potest pro parte valere.

Iudex appellationis si facit præceptum appellato, vt exhibeat suam sententiam latam pro eo, & est contumax, poterit facere declarationem per sententiam, quòd sit vnquam talis sententia lata pro tali appellato apparuerit, sit nulla, de quo vide latè, quæ posui in litera A. §. appellatus iussus a iudice.

Iudex appellationis an debeat condemnare reum absolutum iniuste in prima instantia? an verò sufficit, quòd dicat bene appellatum, & malè sententiatum? Barto. l. 1. §. libelli. ff. de appe. circa si. tenuit, quòd iudex appellationis, qui mutauit absolutoriam iniustè latam in fauorem rei, debet ipsum reum condemnare expresè, & quòd non sufficit dicere bene appellatum, & malè sententiatum, do. Abba. c. cum causa. de re iud. 3. col. ver. & ad hoc dicit, quòd sibi plus placet, quòd iudex appellationis, quando præcessit absolutoria in fauorem rei, quòd dicat ipse in sententia sua, bene appellatum, quia satis per ista intelligitur reus condemnatus. Idem tenuit dom. Car. c. significauerunt. de excep. 2. col. Bald. Sal. l. eos. C. de appel. dom. Alex. l. si expressim. ff. de appe. 40. col. versi. quæro de forma. & idem tenet Fel d. c. cũ causa. versi. satis est pronunciare. nu 2. col. 398. Et dic, quòd ista est communis opin. Adde, tamen, quòd ista communis opi. fallit in aliquibus casibus & primò vbi iudex appellationis dicendo bene appellatum, & malè sententiatum, non bene satisfaceret parti. Fel. d.c. cum causa versi. fallit primò. nu. 3. co præal. Item fallit ista communis opin. vbi prima sententia absolutoria indiget reformatione. Ita Barto. l Titius ff. quod cum eo. Bald. l. fraternitatis. de testi. 3. colum do. Abba c. Ray. de testa. 3. col. Fel. d.c. cum causa. de re iud. ver secundò fallit. nu. 3. col. ead.

Iudex appellationis, qui in sententia sua non dicit bene appellatũ, & malè iudicatum, sed simpliciter absoluit, vel condemnat, quòd valet eius sententia. Salice. l. eos. C. de appel. versi. iuxta prædicta quæro. Adde Fel. cap. cum causa. de re iud. versic. & & adde istis. nu. 3. col. 398.

Iudex appellationis si confirmat primam sententiam, & dicat simpliciter victum victori in expensis condemnamus, intelligitur etiam de expensis primi iudicis, de quo vide Felin. c. significauerunt de excep. versi. dum Abb. post multa. nume. 8. col. 111.

Iudex an dicatur aggrauare partem, si non facit, quòd ex mero officio facere possit, & vtrum pars propter hoc possit appellare. dom. Abba. c. exceptionem. de exce. 1. col. versi. nunquid tenet, quòd iudex non grauat partem, si non facit, quod ex mero officio facere potest, neque pars potest appellare. Idem tenet Specu. titu. offi. iud. §. impedit. Bald. plenè l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & leg. 8. col. versi. pro vberiori. Ant. de But. c. super hoc. de renun. 3. colum. Pe. de Anc. c. pia. de excein 6. pe. col. dom. Abb. c. prudentiam. §. sexta. in si. de offi. deleg. Inno. c. 1. de consti. 11. colum. vbi dicit, quòd si committitur alicui iudici, quod est in facultate sua facere, & non facere, puta, quod non facit, quòd pars propter hoc non potest appellare. Io. de Imo. d.c. exceptionem. in si. & Pet. de Anc. c. 1. de confes. in 6. Pau. de Castr. l. vbi pactum. C. de transa. vlt. col. versi. quid si iudex. Vide Fel. d.c. exceptionem. de exce. ver. item dum Abba. pulchrè. nu. 2. col. 115. Adde contra do. Abba. & Spe. & alios, quòd imò iudex dicatur grauare partem, si non facit, quod ex mero officio suo facere potest. Et quòd dicta pars possit appellare, tenuit do. Car. d.c. exceptionem. Et pro opi. dom. Car. videtur esse gl. d.c. 1. de confes. in 6. de quo passu vide Fel. d. c. exceptionẽ. versi. sed contra Spe. num. 3. col. 113. Adde tamen, quòd in aliquibus casibus ista opi. do. Car. posset sustentari, & primo, quando iudex potest facere aliquid ex officio suo, & illud facit, sed minus bene, quia isto casu pars potest appellare. Fel. d.c. exceptionem. ver. nihilominus pro concordia. Ibidem. nu. 4. col. 116. Item potest sustentari d. opi. domin. Car. quando pars petit a iudice, quòd ius sibi concedat, puta, actionem, vel exceptionẽ, quia tunc, si iudex negat potest appellare pars. Fel. d c. exceptionem. versi. tertius casus. num 5. col. præalleg. Item sustentatur ista opi. Car. quando ius non ponit illud, quod debet facere index in sua mera facultate, sed vitur verbis præceptiuis, tunc si iudex non facit, quòd facere debet ex mero suo officio, etiam non petitus pars potest appellare, ratio, quia iudex in hoc necessitatur. Felin. d. cap. exceptionem. versicu. quintus casus. nume. 6. col. 117. Et ibi multa ponit ad probationem istius difficultatis. Adde, quòd in alijs casibus remanebit firma opi. do. Abb. & Spe. & aliorum, vt puta quãdo ius ponit aliquid in mera facultate iudicis, tunc, si non facit ex officio suo, siue etiam requisitus non vult facere, pars non poterit appellare, de quo vide Felin. dicto cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exceptionem.de excep.d.ver. tertius casus.nu.5.col. 116.

Iudex appellationis,si tulit sententiam non visis actis primi iudicis,sententia est nulla. Idem, si acta non fuerint coram eo presentata. Fel.c.ecclesia S.Mariæ.de consti.versi.decimoterzio et vltimò.col.224.nu.16. & col. 225.ibi,ad idem, quod no. Bal. in Specu.Vide Bar.l.2.C.de eden. & ibi glo.Bald.in addi.Specu. tit.de appe.7.char.ver.not.quod iudex.

Iudex appellationis,qui non detulit appellationi, dicitur aduersarius meus.Specu.titu.de lega.§.superest.versicu. idem Io. Andr.legitima.de appe.in 6.Vide per Felin.c.cum super. de offi. deleg.2.no.nu.3.col. 1007.

Iudex appellationis si non est, ad quem appellabitur? domin. Abb. rub.de app.4.col.versi.ad quintum.dicit, quòd si istud euenit, eo quia ille princeps non recognoscit superiorem,quòd putat, q a tali principe non possit appellari,etiam ad Papam. Vide ibi Fel. versi. ad quintam. in qua ponit. nume. 4. colum. 600. & ponit multa circa materiam istam.

Iudex vtrum possit esse iudex familiæ suæ,ponit Felin.c.cum contingat.de fo.compe.col. 197.insi. nume. 9. Adde tu, quòd Alber. Pau.de Castr. & dom. Alex. & Ias.l.qui iurisdictioni.ff.de iur. om.iud.dixerunt, quòd non potest. Et hoc verum , si opponatur per partem. Si non opponatur, valet iudicium, quòd illa lex, qui iurisdictioni.dicit, non debet, non autem , non potest. Ita dicunt Scribentes ibi. Adde,quòd idem tenent Io. An. & Canonistæ.c. postremo.de appel.Sed Ang. ibi dicit, quòd hoc procedit in causa ciuili, secus in causa criminali.Et ita Arch.c.statutum.§.1. de rescrip.in 6.Car.c.quia contingit. de reli. dom. Ego tamen inuenio,quòd do. Anto.c.dilectus,de appel.tenet, quòd nullo modo valet sententia in causa filiorum,vel suorum de familia,licèt non opponatur per partem.Tamen prior sententia est communis,& illam tenet. Adde Felin.in materia ista,c.cum venisset, de iud.ver. prælatus in causa.num.7.col.89.

Iudex qui citauit partem ad audiendam sententiam in vna, & postea tulit sententiam in alia hora , talis sententia non valet . Ita Felin.capitu.de iudic.versicu.vtrum recedens a iudicio.nu mo.21.col.16.

Iudex qui præcipit debitori,ne soluat creditori , an sit obediendum ei, etiam quòd nulla causa euidens , vel apparens sit allegata per ipsum iudicem. Vide Felin. c.cum M.de consti.nume. 39. colum.198.Sed videtur, quòd Bart.aliter dixerit l.non solum. §.morte ff.de ope.no.nun.7 colu.versicu.circa primũ , & idem Bald.& Ang. & Imo.l.hæres. la 1.ff. ad Treb. In quibus locis dicitur,quòd parendum est protestationi , ne soluatur , puta creditori,ita demum, quando protestatio sit facta cum causa vera & apparenti. Dic tu hoc procedere in protestatione facta a priuato, & quòd dictum est supra intelligitur in tu iice .

Iudex si tulit sententiam festinanter , an talis sententia sit nulla? Vide,quæ posui in litera S.§.sententia lata intra breue tempus.

Iudex si tulit sententiam,& non vidit acta , vel nullam cognitionem causæ, an sententia sit nulla? Vide,quæ posui in litera S.§. sententia lata.

Iudex ratione incidentiæ potest cognoscere de re, de qua non poterat principaliter. Ita Felin.c.caterum,de iud.in princi. nume. 2.colum.46.

Iudex non debet mittere sententiam iniustam executioni , latam in causa criminali. etiamsi princeps mandet ei,q omnino eam de bet exequi, & quomodo consuleturipsi iudici? Vide quæ posui in litera S.§.sententia iniusta lata in causa criminali.

Iudex an possit abbreuiare, seu prorogare, quadrimestre tempus, quod datur condemnatis ad soluendum? dom. Abba. ponit ca. quod ad consultationem, de re iud.7. col. versi. soluto. vbi dicit,q iudex sine causæ cognitione potest prorogare terminum, nõ autem abbreuiare sine cognitione causæ. Est verum , q si iudex artat terminũ absolutè, & pars non appellat,q est magnũ dubium, si præiudicat sibi. Ita do. Abba loco prælleg. Adde Felin.d.c.quod ad consultationem.versi. limita secundo.nu.7. col. 460.Vide,quæ posui in litera Q.§.quadrimestre tempus.

Iudex potest opponere exceptiones dilatorias post terminũ, & hoc, si pars non opposuit.Vide,quæ posui in litera E.§. executionem dilatoriam iudex .

Iudex si tulit sententiam cum petitione allorum vnius partis, an valeat? Felin.c. ecclesia S. Mariæ, de consti. versicu. limita igitur primo.nu.18.colum.225.

Iudex si tulit sententiam contra absentem non citatum, an sit nulla? Vide,quæ posui in litera S.§.sententia lata contra absentem

Iudex si spoliauit Sempronium beneficio suo , & is petebat ante omnia restitui, ac si esset spoliatus a priuato,queritur, quid agendum? Vide Felin. c. ecclesia S. Mariæ.de consti.versi.sextò no. quòd licèt spoliatus a iudice. nu.30.colum. 229. Adde tu,quòd spoliatus a iudice , non potest petere restitutionem ante omnia . Tex. est optimus c.præsentium.7.q.1.& ibi bona gl. Et ad hoc allegat ille tex. Sed hoc procedit , quando iudex processit iudicialiter,secus, si spoliauit sine causæ cognitione.Ita dom. Abba. c.conquerente.de restit. spol.vlt.not.

Iudex qui cognoscit,quòd vna pars fouet iustitiam , an peccat inducendo eam ad concordiam.Ponit Felin rub. de treug.& pa.ver si.fallit septimò.nu.9.col.1229.

Iudex potest inducere partem ad concordiam,quãdo agitur de crimine ciuiliter,vel de crimine iniuriarum.Ita Fel.rub.de treu. & pa.versi. fallit primo.nu.2.col.1225.

Iudex potest compellere partes ad concordiam , quando lis magno tempore durauit, & est adeo intricata , quòd de facili extirpari non potest.Felin.rubr.de treug.& pa.versi fallit tertiò,quando lis.nu.5.col.1226.

Iudex potest compellere partes ad concordiam,quando est dissensio inter personas insignes.Fel.rub.de treu & pa.ver.fallit quinto. nume.6.col.1227.

Iudex debet formare punctum quæstionis,super quo est consilium accipiendum, quando partes non concordant in formando punctũ.Fel. rub.de treug.& pac. ver. fallit sextò.nu.7.col.1228.

Iudex an possit habere ratam sententiam latam ab alto iudice non suo nomine.Vide per dom.Abb.c.prudentiam.de offic.deleg.versi.quo ad tertiam q. Adde Fel.d.c.prudentiam.versi. nunquid vnus possit habere ratam.nume.12.col.998.Et vide, quæ posui in litera D. §.delegatus an possit habere .

Iudex qui remittit articulum superiori pro habenda instructione super dicto articulo, potest partibus præfigere terminum,intra quem se præsentent etiam coram superiore. Ita Inno.c.fi. de acc. Et dic,quòd talis remissio deoluit causam ad superiorem, etiã quòd nulla sit facta appellatio, de quo vide Fel.c. cum Bertholdus, de re iud.ver. Dum Abb. allegat Inno.nu.16.col. 515.

Iudex qui est inhabilis ex defectu suo,puta quia excommunicatus, reddit processum nullum,quod non est sic in parte , quia etiam, quòd pars sit excommunicata , processus non est nullus.Ita Bal. l.si procuratorem.ff.de procur.4.colum. versicu. respondet , Et adde quòd si coram iudice ad quem, pars opponit , quòd processus & sententia est nulla,eò quia lata a iudice excommunicato, ipsa iudex non debet admittere istam exceptionem , nisi pars in suo capitulo dicat , quòd iudex,qui tulit sententiam. erat publicè excommunicatus,domin. Abba.c.fraternitatis.de testi.pen. colum. & ibi Ioan. An. Adde Felin.c. ad probandum.de re iudi.in prin.num.1.col.577.

Iudex , qui ex forma statuti potest imponere pœnam arbitrariam in delictis,an poterit imponere pœnam mortis, vel pœnam perpetuam ex arbitrio? Vide quæ posui in litera P.§. pœna delicti .

Iudex qui procurat,vt sibi causa committatur,potest recusari,vt suspectus. Arch. c.si contra.de offi.deleg.in 6.

Iudex an possit imponere mulctam in primo præcepto sine noua citatione,etiam data contumacia? Vide, quæ posui in litera M. §.mulctam a iudex.

Iudex qui ignorat iurisdictionem suam , est tamen competens in causa beneficiali , & sufficit iudicare pro veritate , licèt ignoret se iudicem. Aegi. Belle.decis.459. incip. Condemnatus per errorem. Adde Felin.c.cum ex officij, de præscrip. versi. secundus casus. nu.19.col.304.

Iudex si erraut in sensu legis, secundum quam tulit sententiam , an sententia sit nulla? Vide, quæ posui in litera O. §. ordinarius , qui erraut.

Iudex delegatus an possit vti iurisdictione ante præsentationem rescripti? Vide quæ posui in litera D. §. delegatio an confirmatur .

Iudex an possit interrogare testes ex officio post publicationem, & quid ad instantiam partis , de quo vide Felin. capitu. per tuas. de testi. versicu. item in quantum dicit hic glo. nume. 5. colum. 722. part. 2. Et si iudex potest facere aliquid ex officio suo & non vult facere, an pars possit appellare, & quando ipsa pars non potest implorare officium iudicis , Vide, quæ posui in

litera A.§.appellare potest pars,quando iudex non facit .

Iudex potest repetere testem etiam post publicationem , vt declaret dictum suum obscurum.de quo vide in litera T.§. testes possunt iterato.& §.testis potest iterum interrogari .

Iudex, an possit reuocare suam interlocutoriam,quando sibi placuerit? Vide quæ posui supra.§ interlocutoria,an iudex possit reuocare suam interlocutoriam.

Iudex ordinarius,vel delegatus,an possit reuocare,corrigere , vel declarare suam sententiam diffinitiuam ? Vide, quæ posui in litera S.§. sententia diffinitiua,an iudex ordinarius, vel delegatus possit reuocare .

Iudex an possit immutare pœnam.Iuno.c. qualiter & quando. de accus.il 2.dicit,quòd si iudex in sententia imponit certam pœnã non potest postea eam alterare,sed bene tempore sententiæ potest eam ex causa moderari , si verò iudex nullam pœnam exprimit in sententia,sed simpliciter declarat,crimen esse commissũ, tunc venit imponenda pœna iuris,& iudex non potest moderari,& si nulla pœna esset expressa in iure pro illo delicto,tunc imponenda est pœna arbitraria,quæ solet imponi.Vide Bald. l. 1. C.de sum.tri.& fide Catho.8.col.versi.opponitur vltimò. Vide Felin.d. c.qualiter.§.ad corrigendos.ver.circa quartum, vtrũ iudex.nume.29.col.833. Adde, quòd quantum dixi , quòd iudex potest tempore sententiæ moderari pœnam,istud est de mente Inno.vt supra.& aliorum.Ita etiam tenuerunt d. c. qualiter & quando.Sed dic, quòd istud fallit in multis casibus,et primò in iudice delegato,quia non potest moderari pœnam. Arch. §. notandum.2.q.1.vbi etiam Dom.de sanct.Gem. Ant.de But.c. quoniam.§.fin.2.colum.vt lit.non contest. Felin. d. c. qualiter. §.ad corrigendos.versicu.sed aduerte,in quantum.num.31.col. 834.Item fallit,vbi lex imponeret certam pœnam, & nullam aliam.Bald.l.non dubium.C.de leg.11.col.Felin.d.c qualiter. d.§.versicu.fallit secundò.nu.32.col.ead. Item fallit, quando esset talis iudex,qui non posset super crimine dispensare,glo. c.licet.de pœnis.Felin.d.c.qualiter.§.prædicto.versic.fallit tertiò. nume.33.colum.ead. Item fallit,vbi lata est sententia, quia amplius iudex non potest se impedire.Inno.d.c.qualiter.vbi Fel.§. alleg.versi.fallit quartò.nume. 34.col.ead. Dic tamen , quòd in causa hæresis bene possit mutari,etiamsi lata esset sententia,cap. vt commissi.§.vlt. de hære.in 6. Dic etiam , quòd in foro pœnitentia pœna potest mutare,glo. c.super his.de voto. verbo, impotens. Felin.vbi.supra.versicu. num. & col.prælleg. Item fallit, quando minuens pœnam ordinariã minuat in eodem genere delicti.Abba.cap 2. de deli.pue.Felin.d.c.qualiter d.§ versicu. fallit quinto.nume.35. colum.ead. Item fallit,nisi pœna, quam mutat iudex , si esset applicanda parti. Domin. de san. Gem. d.§. notandum.Felin.d.c.qualiter.d.§. versicu.fallit sextò, nume.36.col.ead.

Iudex ex qua causa potest mutare pœnam delicti , vel alterare ? & certè de hoc dubitari potest. Adde, & dic, quòd iudex potest mutare pœnam,& sic alterare ex magnitudine delicti. Ita Inno.c.1. de consti.Bal.c.1. quib.mo. feu. amit. & authen.sed no uo iure.C.de ser.fug.Io.de Ana.cap. 2. de adult. Ang. & Sali.l.Gracchus.C.de adult.Fel. cap. qualiter & quando. de accus.il 2.§. ad corrigendos.versi. sed pulchrè.nu.7.col.vt supra. Item iudex potest mutare pœnam ex consuetudine,domin. Abba.c.ea quæ.de stat. mo.4.not.Felin. sequitur d.c.qualiter. versi.secunda causa.nu.38.col.ea.Item iudex potest mutare pœnã, quando proceditur ex præsumptionibus. Bal.l.sciant cuncti. circa fi.C.de prob. Felin.d.c.qualiter.versicu. tertia causa. nume. 39.col.ead. Item iudex potest mutare pœnam delicti, quando proceditur ex sola fama.Bar.l.1.de excep.Felin. d.c.qualiter. versi.quarta causa.nume.40.col.835.Item iudex potest mutare pœnam delicti,quando condemnatus est.Vide per Fel. c.qualiter.versi.quinta causa.nu.41.ibi,colum.alleg. Item iudex potest minuere pœnam delicti, quãdo quis commisisset homicidiũ ad sui defensionem. Ioan. And.c.significauit.de pœn. & remiss. Felin. d.c.qualiter.versicu.sexta causa.num.42. col. ead. Item iudex potest mutare pœnam delicti ratione euitandi scandali, gl.cap.2.de tempo.ordi.in 6. Dom.de S.Gem.c. conuersationes. 44. distin. domin. Abba.d.cap. qualiter. vbi Felin. versicu.septima causa.nume.43. vbi supra. colum. prælleg.

Iudex qui sine causa minuit pœnã iuris,in delictis,efficitur infamis. Ita Host.c.de causis de offi. del. Lud. Rom. sing.suis sing.79. Felin.c.qualiter & quando.de accusa.il 2.d.§.versicu.& pro complemento.colum.835.nu.44.

Iudex qui alterauit pœnam iuris communis in delictis,& non apparet causa,tamen in dubio præsumitur,quòd hoc ex causa fecerit.Spe.ti.de accus.§. 1.versi.quid si iudex.Fel.d c.qualiter & quando.il 2.de accu.versi. no.secundò.nu.45.col.835.

Iudex an faciat litem suam.gl.c.excommunicamus.de hære. dicit, q sic, quando iudex est negligens. Idem tenet gl.c.hoc etiam. 2. q.6.Inno.c.sæpe.de appel. Vide Fel. d.c.excommunicamus.versicu.in glo.in verbo,neglexerit.nu.5.col.1006. Adde, quòd cõtrarium tenet Barto.l.si.ff.de vari. & extraord.cog. Barto. & Ang.l.mancipia.C.de ser. fugi. Tu dic,quòd quando non est determinata pœna iudicis delinquentis, debet attendi,an per imperitiam laserit partem,& tunc tenetur ex quasi delicto, Insti. de obliga.quæ ex deli.in prin. Fallit,quando errasset in articulo valde dubio,glo.ibi,Bal.d.l.mancipia. Aut dolosè negat facere iustitiam,& tunc tenetur ad verum interesse , sed non facit totam litem suam. Specu. titu.de disput.& alleg.§.fin.versicu.sed quid.Vide Felin.laie d.c.excommunicamus. versicu.conclude, quòd vbi.nume.6.col.prælleg. Adde, an quæstio ista habeat locum in iudice delegato, seu compromissario , gl. dicit, q sic,l.si quis in conscribendo C.de pac.Et idem tenet Barto.l.si. ff.de var. & extraor.cog. Adde , quid in arbitratore? Bar.d.l. si.dicit,quòd arbitrator tenetur de dolo & lata culpa. Adde, an iudex faciat litem suam,si nõ sequatur consilium sapientis? Angel. l.filius.ff.de iudi. tenet,quòd sic, & hoc,quãdo a statuto coarctatur sequi consilium.Item iudex,qui negligit, punitur criminaliter,imò potest puniri,seu priuari toto salario. Ang.l.si vacãtia.C.de bonis vac.lib. 10.8.col.Itẽ iudex,qui amittit instrumentum non solenne , facit litem suam. Inno c. venerabilis. de excep. Bald.l fin.C si cer.pet.Item iudex accipiens non idoneũ fideiussorem , tenetur ad interesse.auth.generaliter.& ibi Bald. C.de episc.& cle.

Iudex debet iudicare secundum acta & probata , omissa conscientia,& ista est regula.Vide domin. Abba.c.pastoralis.§. qua verò.de offi.delega.versicu. in glo.in verbo,tenetur. Vide Bald.in præludys.2.libri. Decretalium, S. Tho. secunda secunda.quæst. 77.articu.2.Felin.d.c.pastoralis.§.quia verò. versicu. glossi. in verbo.tenetur.nume.23.col.1052.Limita tamen, nisi conscientia iudicis esset informata a notario , quia illam sequi debet. Ita Dom.de sanct.Gem. c.iudicet.3.quæst.7.In hoc vide Fel.d. ca. pastoralis.§. quia verò.antedicto versicu.col. ead. Limita etiã, nisi iudex,qui habet iudicare, esset supra leges , quia iste posset præponere conscientiam suam probationibus & actis. Ita Bart. & Bald l.1.C.vt quæ desunt aduoc. Et adde quod idem est in quocunque domino, cuius dictum habetur pro lege in suo territorio.Ita Inno.c.cùm inter , de electio.Adde Felin.d.c.pastoralis.§.quia verò.versi.& col prælleg. Limita etiam in criminalibus,quia debet sequi conscientiam suam Inno.d. §. quia verò, & etiam domin. Aba.ibi in verb glossi.in verbo.tenetur. Angel. l. a diuo Pio.ff.de re iudic.Per.de Ancha.cap.1 de senten.& re iudic.in 6.Vide per Felin.d.cap pastoralis. §. quia verò. nu. 34. versi. Tertiò limita colum. ead. Limita etiam nisi esset iudex, qui posset pronunciare in scriptis,& sine scriptis,quia iste potest sequi conscientiam suam. Bario. authen.nisi breuiores. C. de senten. ex breuic.recitan. Bald.l iubemus.§.sanè.C.de sacrosanct. eccles. Felin. idem tenet d. §. quia verò. versicu. quintò limita. colum.1053. nume.25. Adde in materia ista Pet. de Ancha. in repe.cap.1.de senten. & re iudi.in 6.char.6.& in regula possessor. de reg. iur.in 6. Arch. qui resistit.11.q.3. Bald. Salice.l.1.C.vt quæ des. aduoc. Bal. l.sed & si restituatur.§. fi. ff. de iudic. Ioan. And.c.ex tuarum.de fortileg. Innocen.c. venerabili.de censi. Ant.de But.c.veram.de coha.cle.& mu.vit.char. Arch.cap cùm quis.de sen excom.in 6.Vide Fel.d.c.pastoralis. §. quia verò.de offi.deleg. ver.& col prædictis & ibi posui multa in materia ista .

Iudex potest esse criminosus,glo c.cùm R.de offi.deleg.versicu.cùm sint.& ibi Fel.in fi.col.1081.nu.4.

Iudex cuius iurisdictio prorogata fuit, si tulit sententiam , non potest illam exequi. Tex.& gloss.& ibi Bald l.episcopale.C. de epi.audi.Io. And.in addi. Specu.tit.de compens.§.1. & ibi dicit,quòd ordinarius hoc debet facere ad nutum illius. Ludo.l. 1.§ & post operis. ff. de no. oper. nunc. Adde Felin latè cap. P.& G. de offic.deleg.versicu.iudex vero, cuius iurisdictio.nume.8.colum.1096.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudex, qui tulit iniquam sententiam, tenetur ad interesse, dom. Abb. rub. de appel. vlt. col. ver. ad septimum. de quo vide latè per Fel. d. rub. ver. circa septimam. nu. 5. col. 603.

Iudex potest ex causa magna transgredi legem & canones vtputa in pupillo, qui hominem interfecit, iudex potest mutare pœnam mortis in aliam pœnam, de quo vide Felin. qui multa cumulauit in isto passu, capitu. 1. de constit. versicu. fallit septimò regula. nu. 48. col. 51.

Iudex qui potest procedere via regia, omisso iuris ordine, non debet hoc facere, nisi prius notificet parti, de quo vide, quæ posui in litera C. §. clausula posita in rescripto seu compromisso, etiamsi vigore illius.

Iudex an possit diuidere rem, de qua litigatur? dic, quòd si hincinde sunt opiniones probabiles, & materia est diuisibilis, laudare tur iudex, qui diuideret. Pet. de Anc. consi. suo 204. inci. inter cõ traria. Vide Fel. c. 1. de constit. ver. secundò no. num. 52. col. 58.

Iudex qui in iudicando & consulendo imitatur opinionem magistri sui, excusatur in syndicatu. Fel. c. 1. de constit. ver. quintò no. nu. 56. col. 59.

Iudex non potest recusari, vt suspectus, post conclusionem in causa. Fel. c. cum dilectus. de fi. instru. ver. & non dicitur iudex suspectus. nu. 6. col. 844.

Iudex potest inuita parte recipere probationes, vbi vertitur periculum animæ, vtputa quia agitur de beneficio curato, quia isto casu iudex ex officio suo potest recipere testes, & post conclusionem in causa. Domi. de Ro. decis. 5. in nouis. Adde Felin c. cum dilectus. de fi. instru. versi. modò istum tex. nu. 13. col. 845.

Iudex potest vsque ad sententiam, & sic post conclusionem in causa partes interrogare ad clarificanda dubia circa merita causæ, & hoc, si procedit ad vtilitatem priuatam. Ita domin. Abb. c. cum Ioannes, de fi. instru. 3. col. ver. no. & tene menti. Quod tamen intellige, dummodo interroget circa dubia eorum, quæ sunt acta ante conclusionem, domin. Abba. vbi supra & not. q hoc fuit dictum Inno. d. c. cum Ioannes. Et istud tenet Spe. titu. depositions. §. 4. versi. sed si ante. Bal. l. per hanc. 1. col. C. de tempo. appel. Pet. de Anc. cap. 1. de confes. Et dic, q ista intelligitur in iudicijs ordinarijs, quia in summarijs iudex interrogat partes quandocunque etiam ad instantiam partis, glo. clem. sæpe. de verb. sig. verbo, interrogabit. Ita domin. Abba. d. c. cum Ioannes. loco prælegato, & ibi vide Fel. versi. no. accuratè, secundum omnes. nume. 11. parte 2. col. 857. Adde tamen, quod et in iudicijs plenarijs iudex poterit interrogare partes post cõclusionem in causa, etiam ad fundandam nouam intentionem, & sic vltra acta, quæ sunt facta ante conclusionem. Et per istà tollitur dictum Inno. Istud tenuit dom Abba. d. c. cum Ioannes. 3. colum. versi. potest tamen dici. Et idem tenuit ibi Io. An. Ant. de But. & Imo. c. 1. de iud. vbi etiam Ant. de But. 3. col. Et ratio est, quia non concludunt iudici, sed partibus tantum. Addetamen quòd authoritas Inno. est magna. Ideo eius opinio in practica est substentabilior, quamuis opi. aliorum sit æquior. Vide per Fel. latè d. c. cum Ioannes. versi. sed etiam in plenarijs. nume. 12. col. ead. Et adde ad ista §. instrumenta possunt produci post conclusionem in causa regulariter.

Iudex quantumcunque nullus, si per arbitros electus, de consensu partium pronunciandum est, quòd si iudex, poterit cognoscere, & valebit iudicium. Ita Felin. capitu. pastoralis. de rescrip. versic. dicas etiam. nume. 10. colum. 501. Adde tamen, quod ibi Felin. non firmat pedes.

Iudex potest ad commodum partis se fundare ex officio super his, quæ constant sibi ex actis, etiamsi pars non opposuerit vel non petierit, & sic in fauorem partis pronunciare vltra, quàm petitum est, & hoc quando ex actis constant sibi. Text. est de hoc c. ex tenore. de rescrip. & ibi Felin. versi. vltimò ponderat hic. nume. 20. col. 534.

Iudex ad cõmodum partis potest se fundare ex officio suo super his quæ constant sibi ex actis, licèt pars non opposuerit, neque petierit. Felin. ponit cap ex tenore. de rescript. versicu. & col. alleg. Adde tu, quòd communis opin. est in contrarium, quæ dicit q si pars non petit, iudex ex officio suo non debet supplere. Et primò tenuit Barto. l. admonendi. ff. de iureur. vlti. colum. versi. quærò, vtrum per l. 3. §. hoc autem. ff. de dam. infect. qui sequitur Angel. ibi in princ. d. l. admonendi. Anto. de But. c. fi. de iureiu. vlt. colum. quamuis dom. Abb. ibi d. c. tenuit contra Bar. Et ad motiua domin. Abba. Sal. respondet l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. vlt. colum. Adde tamen, quòd contrarium tenuit domin. Alex. de Imo & secutus fuit opi. domin. Abb. de quo multum miror, licèt de Barto. & alijs nullam faciat mentionem, consi. suo 53. inci. In causa vertente inter Michaelem. colu. vbi dicit, quòd iudex potest ex officio suo deferre iuramentum, etiam parte non petente. Vide ibi latius. Ego autem teneo opin. Bart. & eam probo pulchro fundamento, & valde vtili ad infinita. Nam omnes leges & omnia statuta, quæ verbis præcisis cogũt iudices aliquid facere, respicientes priuatum commodum, debẽt intelligi, si petatur à parte, alias iudex ex officio suo non potest facere, gloss. est & Cano. c. fin. de rescr. & ibi domin. Abba. qui expressè tenet contra aliam opi. suam, quam tenuit d. c. fi. de iureiu. Et per illam gloss. dicunt. Anto. de But. domin. Abba. & alij, ibi, quòd statutum disponens, quòd capitaneus, qui est signarus iuris, teneatur ferre sententiam cum consilio sapientis, tale statutum intelligitur, parte petente, vel si statutum dicit, quòd potestas teneatur compellere agnatos ad compromittendum, intelligitur, si pars petierit. Eodem modo si statutum dicit, quòd iudex teneatur terminare causas intra certum tempus, intelligitur parte petente, alias non. Sequitur dom. Alexan. consi. 82. inci. In causa vertente. & consi suo 264. inc Viso processu vtriusque partis. Pau. de Castr. l. properandum. 2. col. C. de iud. Et ad idem facit tex. l. peto. §. fi. versicu. quòd si cautio non fuit desiderata. ff. de leg. 2. quem tex. multum no. Pau. de Castr. ibi, ad fin. & dicit, quòd aliquando allegauit ad q. statuti Pataurini disponentis, quòd appellans, vel petens restitutionem, debet cauere cũ fideiussore de restituendis expensis aliter processus nõ valet, quòd tale statutum debet intelligi si talis cautio fuit petita à parte, tunc non præstita, processus postea factus esset nullus, alias secus, quòd dicit tenendum menti, quia pluries habuit de facto. Sequitur domin. Alexan. consi. 589. inci. visis narratis circa princi. Ad idem facit. l. debitoribus. in prin. versi. petentibus. ff. de re iud. per quem tex. no. Ang. Are. ibi, quòd quadrimestre tempus, quod l. iubet condemnatis indulgeri, sta demum indulgendum est, si ab eis petatur. Ad idem quarto facit, quod egregiè consuluit Ang. consi. suo 140. inci. Quidam Matthaus, quòd statutum disponens, quòd priores teneantur causam appellationis committere sub certa pœna, intelligitur, si fuerit postulatum a parte. Ad idem facit tex. l. 1. §. fi. ff. de iure delib. vbi licèt tempus statutum hæredi, sit arbitrarium ad deliberandũ, tamen requiritur, quòd à parte petatur, & est bona gl. c. cupientes. versic. contempserit. de elect. in 6. Facit bene tex. l. si quis filius. §. stipulatur. ff. de colla. bo. & tex. l. 2. §. quod ait. ff. quo lega. & tex. l. 1. §. non exigit. ff. vt leg. no. cap. Hinc videmus, q licèt l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. dicat, quòd offerre debet emptor pretium, ille tex. intelligitur, si petatur a venditore, alias secus. Sic intelligit Bald. l. 2. C. de his, quæ pœna no. & l. vnica. 3. col. C. ne li. ter. prouo.

Iudex qui habet pronunciare de iure, poterit etiam iudicare secundum statuta. Ita domin. Abba. cap. licèt. de proba. 2. not. & rubric. de consue. Pau. de Castr. l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. pub Bald. l. constitutionis. de bon. quæ lib. Vide Felin. d. cap. licè. versic. not secundò. ibi, de iure. nume. 2. col. 413. part. 2. qui idem tenet. Adde tu, quòd Felin. ibi tangit q. quotidianam & vtilem, tamen nimis succinctè & breuiter loquitur, quare pro clariori intelligentia ad vtilitatem legentium annectam aliqua vtilia, pone, fuit compromissum in quosdam arbitros hoc addito, vt pronuncient secundum iura, nũquid poterũt procedere secundum consuetudinem, vel statuta loci? Primo dicendum est quòd non, quia appellatione iuris intelligitur de digniori, & sic de iure communi, vt est tex. Insti. de iure na. gen. & ciui. §. quoties. Item verba in dubio debet intelligi in proprio significata, l. 1. §. in perpetuum. ff. si ager vect. vel emphyt. pet. Secundò ad idem facit, quod signanter dicit Bald. l. quicunque. 3. col. C. de ser. fug. vbi quærit, stante statuto in ciuitate, quòd existentibus masculis filius fœmina non succedant patri ab intestato sed dotentur, pone, pater habet filios masculos, & filias fœminas, in testamento dixit, instituo filios in eo quod eos tangit de iure, an intelligatur de iure statutario, an de iure communi, determinauit, quòd debeat intelligi de iure communi tanquã de digniori. Item quia statutum loquitur ab intestato, ergo non habet locum isto casu, quo pater testatus est, & sic filia succedunt æqualiter cum fratribus. Tertiò facit, quòd dicit Io. An. post Gui. de Suz. in addi. Spe. tit. de arb. §. excipitur. ver. item

item quod est. quòd si feci compromissum in aliquem, vt pronuncies secundum iura, intelligitur secundum iura communia. Vnde arbiter non poterit pronunciare secundum statuta iuri communi contraria. Idem tenet Aug. q per eum disputata, quæ incipit, duo ad inuicem litigantes. 17. col. dom. Card. c. fi. de consue. Alb. de Ros. 1. par. statut. q. 134. inci. si compromissum factum est. Tamen istis non obstantibus tene contrarium, quòd imò appellatione iuris intelligitur potius statutarij, cùm illud derogat iuri communi. Pro ista opin facit tex. no. c. 1. in fi. cùm glo. vbi etiam domin. Abba. vt li. pen. vbi dicit, quòd si princeps in rescripto se refert ad ius simpliciter, intelligitur de iure specialis & statutario. Ad idem facit, quod dicit in proœ. Cle. verbo, iuris. Per quæ no ibi domin. Abba. quòd appellatione iuris non solum venit ius commune, sed etiam municipale, & per hoc infert, quando causa mandatur decidi secundum ius, intelligitur non solum de iure communi, sed municipali & consuetudinario. Ad idem facit, quod no. Bald. rub. de reg. iu. in 6. quòd cõpromittẽs in aliquem, vt iudicet de iure, videtur cogitasse de omni specie iuris. Ad idem facit, quod in terminis latè decidit Bald. l. illa institutio. vlt. colum ff. de ha. insti. vbi quærit, pone, quòd factum est compromissum in aliquem, prout tota die fit de iure, & de facto in procedendo, sed in pronunciando de iure cõmuni tantum, an iste arbiter debeat pronunciare de iure communi, an secundum statuta illius loci, concludit, per statuta, ex quo statuta sunt confirmata a iure communi in illo loco, & derogant ipsi iuri. Et ibi vide plenius per eum. Et sequitur Anto. de Butr. c. Quintauallis de iureiur. ad fin. Late dom. Abb. rub. de consue. & d. c. 1. vt lit. pend. & c. cum venissent. 1. col. de eo, qui mit. in poss. & c. Cumana. ante pen. colu. & c. cùm nobis. de ele. Pau. de Castr. l. ius pluribus, & l. in præscriptione. C. si contra ius, vel vti. pu. Ro. l. post dotem. 17. colu. ff. sol. matr. & consi. suo 25. inci. Clarissimè vir. quamuis aliter distinguat idẽ Ro. repe. rub. ff. de arb. 6. colum. Ita etiam tenet domin. Alex. d. l. post dotem. remissiue, 23. colum. Ad idem facit, quod dicit Bald. l. maximum vitium. C. de lib. præter. 6. colum. versi. vltrius quæritur. Cuius decisio contradicit his, quæ tenuit d. l. quacunque. Et illud in specie reprobat Pet. de Anch. commento cacannonum statuta. de consti.

Iudex qui potest sine scriptura procedere, eò quia partes se contenta runt, videtur, quòd ipse partes contentæ fuerunt stare simplici relationi ipsius iudicis. Ita domin. Abba. c. quoniam contra. de proba. 3. no. Felin. ibi. nume. 1. versicu. subdit etiam. par. 2. colu. 448. dicit, quòd ista opi. do. Abba. communiter non tenetur. Ad de, quid in arbitro? Vide, quæ posui in litera A. §. arbiter, qui ex potestate.

Iudex an post contestationem litis teneatur docere de iurisdictione sua? Vide quæ posui in litera P. § procuratores post lit. contesta. quia quæ dicuntur in procuratore, habent etiam locum in iudice, domin. Abba. cap. quoniam contra. de proba. 15. colum. versicu. venio nunc.

Iudex ex officio suo potest præfigere terminum parti non petenti, & sic etiam dare dilationem. Vide, quæ posui in litera T. §. terminum iudex.

Iudex ex officio suo potest repellere testem inhabilem, etiam parte non opponente. Tamen vide, quæ posui in litera T. §. testes inhabiles.

Iudex, qui habet similem causam, recusatur, vt suspectus. do. Ab. c. personas. de testi. & ibi Feli. in prin. nu. 1. par. 2. col. 597.

Iudex potest procedere ad sententiam diffinitiuam ex præsumptione violenta, etiam quòd non sit talis præsumptio allegata, neque probata per partes. Ita domin. Abb. c. afferte. de præsum. 2. co. versi. ex prædictis. Idem tenet Felin. ibi versi. no. tertiò, iudicẽ posse procedere. nu. 3 par. 2. col 925. Adde & intellige istud, dummodo ista præsumptio oriatur aliunde, quam ex facto ipsius, de fauore cuius agitur, videlicet pro quo lata est sententia diffinitiua. Ita do. Abb. loco prælle. Facit doctrina Bar. l. cum quid. ff. si cert. pet. vlti. col. versi. si enim libello. Vide Fel d. c. afferte. versicu. primus est, quando præsumptio. nu. 4. col. 926. Item intellige istud, dummodo præsumptio surgat ex actis, etiã quòd sit ex facto partis, tamen ex quo præsumptio apparet ex processu, potest iudex fundare intentionem suam ex ipsa præsumptione, etiam non allegata per partem. Ita Anto. de Butr. cap. vestra. de coha. cler. & mul. penul. colum. versi. per hoc dicebam. Neque obstat glo. cle. appellanti. de appella. versi. aliàs. vbi dicitur, quòd notorium debet allegari, quia respondeo, fallit in notorio, quod constat ex actis, acta enim inducunt notorium, c. cũ illud. de verb. sing. Imo. d. clemen. appellanti. 2. colum. Vide latè de hoc Felin. d. cap. afferte. versicu. secundus casus. nume. 5. colum. 927.

Iudex vbi sentit commodum, non potest cognoscere de causa illa, neque videre, an sua sit iurisdictio, & hoc habet locum etiam in causa hæresis. Vide Felin. cap. literas. de præsump. in prin. nume. 1. colum. 667.

Iudex potest esse arbiter & arbitrator de iure canonico. secus de iure ciuili. Vide, quæ posui in litera C. §. compromitti potest in iu licem.

Iudex vtrum post conclusionem in causa possit interrogare testes ad finem fundandi intentionem partis. Fel. ponit cap. 1. de iud. versi. vtrum iudex. nume. 3. colum. 8. Addetu, & dic clarius, quòd post dicta testificata iudex potest ex officio suo testem iterum interrogare, & hoc, quando obscurè deposuit. Ita tenuit gl. cap. per tuas. de testi. in gloss. 1. versicu. & iudex. Adde aliam glo. c. cum Ioan. de fi. instr. verbo, post quam. dom. Card. clem. sæpe. de verb. sig. 22. colum. & Practicam Papien. fol. 39. versi. deinde quid si testis. Adde Specu. titu. de teste. §. satis. in fi. Vide supra §. instrumentorum productiones. Adde, quòd iudex potest in causa beneficij curati inuita parte recipere testes, de quo vide infra §. iudex potest inuita.

Iudex an ex officio suo possit repellere procuratorem non habentem mandatum, etiamsi pars hoc non petat? Vide per Felin. c. causam. de iudi. in prin. nume. 1. colum. 67. Et ibi post multa tenet, quòd sic, in tribus casibus vt ibi per eum, & hoc, quia obstat communis opin. quæ tenet, quòd iudex non potest procedere ad commodum priuatum. si illud non petatur. Ego addo quartũ casum, videlicet quòd si agitur non solum de commodo priuato, sed etiam publico, vel de honore iudicis, quòd iudex ex officio suo potest procedere ad commodum priuatum, etiamsi non petatur a parte. Et hoc modo limitabis communem opin. quæ tenet, quòd iudex non debet imperturi officium suum si illud nõ petatur a parte. Et istam opin. tenuit dom. Abb. capitu. 1. de accus. 3. colu. Et ista adde ad illa, quæ posui supra. §. Iudex ad commodum partis.

Iudex quando teneatur parti læsæ, quæ coram eo litigauit ex sua negligentia, vel imperitia. Ponit Feli. c. pastoralis. de iudi. versi. quantum Abb. hic. nu. 7. col. 109.

Iudex laicus quando supplet negligentiam iudicis ecclesiastici. Ponit Fel. c. qualiter. de iudi. in prin. num. 1. col. 127.

Iudex potest ferre sententiam in hunc modum, Absoluo, vel Condemno, prout quisque est condemnandus, vel absoluendus ex actis, & hoc ita demum iudex potest facere, quando labitur instãtia tempus, adeò q iudex non potest se informare de meritis causa propter brevitatem. Vide Fel. c. venerabilis. de iudi. versi. signa cautelam. nu. 12. col. 137. Et adde do. Abb. d. c. venerabilis. vlt. col. versi. item no & aliud singulare dictum.

Iudex an possit ferre sententiam diffinitiuam de nocte? dic quod nõ. Tex. est c. consuluit. de offi. deleg. gl. d. more. ff. de iurisd. om iu. Fallit hoc, vbi res, vel iurisdictio esset peritura die sequenti, quia posset ferre de nocte. Ita Barto l. non minorem. C. de transac. & ibi Bal. Adde Bar. l. more Rom. ff. de fer. Felin. d. c. consuluit. versicu. glo. in verbo, tenebra. nu. 18. col. 1019. Secundò fallit, quãdo iudex esset occupatus multitudine causarum, quia tunc posset ferre sententiam de nocte. Ita Bald. 1. consti. ff. §. sed. 3. col. & auth. hodie. 3. col. de appel. Vide per Fel. d. c. consuluit. versi. secundò fallit. col. 1020. Tertiò fallit, quando partes consentirent, quia tunc iudex posset ferre sententiã de nocte, & valeret, & hoc habet locum tam tacitè, quam expressè, vt puta partes sunt præsentes, & nihil dicũt, quando iudex tulit sententiam de nocte. Ita Io. An. & Ant. de Bu. d. c. consuluit. Sal. & Moder. d. l. non minorem. C. de transact. Vide Fel. d. c. consuluit. ver. tertiò fallit. col. ead. Quartò fallit, quando esset consuetudo, q sententia posset ferri de nocte. Io. And vbi supra. & Sa. vbi supra. Vide Fel. d. c. cõsuluit. qui idẽ tenet, 4. fallen. nu. & col. prædictis.

Iudex an possit ferre sententiam interlocutoriam de nocte? Inno c. consuluit. de offi. deleg. tenuit, quòd non, & idem tenet Fel. d. c. consuluit. versi. dicit Inno. q iste tex. nu. 19. col. 1020.

Iudex an potest recusari si vicarius eius est suspectus? Vide, quæ posui in litera V. §. vicarius si suspectus est, & etiam ibi posui, quid econtra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudex datus in causa vnius ecclesiæ potest recusari, si rector ipsius ecclesiæ est amicus eius. Fel.c.insinuante.de offi.deleg.a.versicu. secundò no.nume.3.colum.1022. Adde tu, quòd hoc etiam tenet dom. Abb.d.c.insinuante.de offi.deleg.versi sed dubium est.

Iudex potest admittere ex officio suo partibus inuitis exceptionē dilatoriam superuenientem, post quam est conclusum in causa. Specu. titu. de renun. & alleg. §.1.1.col.Bald.l.1.pen.col.C.sen.rescin.non poss. Vide per Felin.c.insinuante. de offi. deleg. versicu. tertius casus.nu.14.col.1025.

Iudex an possit esse testis in causa, in qua iudicauit, pone quòd pars vult producere iudicem, qui retulit sententiam in testem coram iudice appellationis, & an possit? dom. Abba.c.cùm a nobis. de testi.2.colum.versicu. quo ad nudum verbum dicit, quòd aut iudex vult testificari super negotio principali, aut super actis, & dicit, quod in primo casu sunt opiniones, videtur inclinare, quòd non possit esse testis.in secundo casu, videlicet super actis. Dicit domin. Abb. Aut quæritur, nunquid possit esse testis super actis? & in hoc videndum est, An sint facta coram se, aut per se, & in primo casu tenet, quòd sic. Eum vide ibi 4. colum. versicu. sed concorda. In secundo casu de actis gestis per se, tenet quòd non. Tamen limitat hoc. Eum ibi vide, versicu.sed aduerte. Adde tu, & dic, quòd in casu isto dubio & vario post multa Inno. Host. Anto.de Butr. & alij ibi d.c. cum a nobis. faciunt conclusionem, quòd iudici producto a parte in testem coram alio iudice secundæ instantiæ non creditur in pertinentibus ad causam, in qua sent ntiauit. Imò ponunt scribentes istud ibi pro regula. Idem tenet Cyn.Bart.l.ne in arbitris.C.de arb.& dom. Abba.capitu.1.vt eccle.benefi.5.no.Bal.l.iubemus.la 2.§.sane.C.de sacr.san.eccle.in fin. Et ista conclusio habet locum, etiā vbi ageretur ad iustificationem sententiæ. Anto. de But. d.c. cū a nobis. Et sequitur Felin.ibi versicu. & procedit conclusio. nume.5.col.623.parte 2. Item procedit ista conclusio, quando iudex vellet testificari in eadem causa, in qua est iudex lite pendente, quia non potest, domin. Abba.d.c.cùm a nobis. de testi. 2.col.versicu.in primo casu.& Fel.ibi versicu. Item procedit. nume.6.col.eadem. Adde, quòd fallit ista conclusio, quādo quis fuit iudex, sed non sententiauit, puta, quia recusatus fuit, vel quia per ipsi instantia, quia potest esse testis in illa causa, sicut possunt & alij, do. Abba.d.c.cùm à nobis. de testi nu.2.colum.5.in alia vero. Vide Fel. d.c.cùm a nobis.versi.fallit tamen prima. nu.7.col.624. Item fallit ista conclusio, quando iudex secundæ instantiæ examinaret iudicem primæ instantiæ, non vt probaret, sed vt ipsum iudicem secundæ instantiæ instrueret. Arch. & Domin. c.de consilijs.28.dist. Inno.c.cùm dilecti. de accusa. versicu. in responsione. Est verum, quòd Anto.de But.tenet contrarium d.c.cùm a nobis. Fel.versi. fallit secundò. nume. 8. colum. vt supra. Item fallit ista conclusio, quando ambæ partes cōsentirent, quòd iudex, qui sententiauit, ferret testimonium in secunda instantia, quia valeret eius dictum. Ant.de But.& Imo. c.non sine.de arbi. Fel.d.c.cùm a nobis.versicu. fallit quartò.nume.9.colum. vt supra. Item fallit ista conclusio, vbi iudex, qui sententiauit, procederet ad declarandum sententiam suam obscuram, quia posset testificari, domin. Abba.d.c.cū a nobis.3.colum. versicu quando vero. & Bald. ibi, & d.l. ne in arbitris. de quo vide Felin. d.c.cùm à nobis. vbi multa dicit pro intelligentia istius dubij, versicu.fallit quintò.nume.10.colum.ea. Itē fallit ista conclusio, vbi iudex, qui sententiauit, vult testificari in secunda instantia contra se, dom. Abb.d.c.cùm à nobis.3.col. versicu. aut de gestis.& ibi Anto.de But.& Imo & Felin. latè versicu. fallit septimò.nu. 11.col.præalleg. Item fallit ista conclusio, quando iudex vult testificari in secunda instantia super eo, super quo non est sibi laus, dedecus, vel vituperium, de quo passu vide dom. Abba.d.c.cùm a nobis.3. col. versi. sed concorda. & Fel.ibi, versicu.fallit octauo.num.12.col.625. Item fallit ista conclusio, quando iudex vult testificari in secunda instantia super eo, super quo alij testes non possunt haberi, vel res ista non est nota aliis. Feli. pulchrè d.c.cum a nobis. versi. fallit nonò.num.eo.col.ea. Alia multa sunt in materia illa, quæ poteris videre per Fel.d.c.cùm a nobis.est pulchrum consilium domin. Card.in materia ista consi.suo 144.inci.In Christi, factum est tale, magister Bartholomæus.2.col.

dici suspetto an Papa possit committere causam recusatione remota? Vide quæ posui in litera P. §. Papa vtrum possit committere causam.

Iudici procedenti iniustè, vtrum licitum sit restituere, & videtur, quòd non. Ponit Felin.c.si quando, de offi. deleg.versi.sed faciamus.num.2.colum.941. Adde, quòd hoc fallit primò, nisi esset appellatum. Secundò fallit, quando iudex procedit extraiudicialiter, grauando.quia licet non sit appellatum, dummodò gramen sit irreparabile, indistinctè potest resisti. Tertiò fallit, vbi grauamen est irreparabile, quia tunc indistinctè potest iudici resisti. Quartò fallit, vbi sententia est iniusta notorie, tunc licitum est resistere iudici. Vide per Felin.de his omnibus, d.c. si quando.colum.præalleg.& seq.

Iudici procedenti iniustè an licitum sit resistere? tex. c.si quando, de offi.deleg. dicit, quòd non, dom. Abb.ibi.1.col.versicu.no.secundò.dicit, quòd si iudex procedit post appellationem, quòd licitum est ei violenter resistere, & postea dicit, quòd Inno.c.dilecto.de sen.excom.in 6.dixit, quòd si iudex iniuriatur alicui suris ordine non seruato, potest ei violenter resisti. Adde tu, & fac regulam, quòd iudici non est licitum resistere, vt d.c.si quādo, & c.qui resistit.11.q.3. De quo vide Felin. d.c.si quando. in prin.nume.2.col.eadem. Adde, quòd ista regula fallit, vbi esset appellatum. Inno. d.c.si quando, & Bald.l.addictos. C. de epis. Vide Felin. d.c.si quando.col.cad.vbi dicit, quòd Barto. l. prohibitum.C.de iurefisc.tenuit contrarium, sed respōdet, quòd hoc est verum, quando præiudicium est irreparabile. secus, si est reparabile. Item fallit ista regula, quando iudex procedit extra iudicialiter grauando, quia licet non sit appellatum, potest ei resisti violenter, & hoc, quando damnū est irreparabile, de quo vide dom. Abba. d.cap.si quando.1.colum.versicu. sed concordando. Item fallit ista regula, quando iudex procedit iudicialiter, sed iniustè, & grauamen est irreparabile, tunc indistinctè potest iudici resisti, etiamsi non est appellatum, de quo vide Cyl.ab executione.C.quo appel.non recip.& dom. Abb.d.c.si quādo.1.col.d.versicu.sed concordando, & ibi Felin.versicu.tertiò fallit, nnme.2.col.943. Item fallit vbi grauamen, & sic sententia iudicis est notoriè iniusta, tunc licitum est resistere iudici violenter, do. Abb.d.c.si quando.2.colum.versi. & tunc. de quo est gl. c.non debet.n.q.3.& ibi Arch. Adde Fel.d.c.si quādo.versicu. quartò fallit.eo.nu.col.ead.

Iudicis ordinarij si habent dubium inter se de iurisdictione eorum, an in eos habeat locum tex.c.pastoralis.de rescr. Vide Fel. d.c. pastoralis.versi. limitatur iste tex.nu.2.col.496.

Iudices ordinary plures in vna causa deputati si sint, an vnus sine alio possit ferre sententiam interlocutoriam, glo. videtur sentire, quòd sic, l.si vni.ff. de re iud. & ibi Barto. qui dicit secus in delegatis. Et idem tenet Bald.l.cum magistratibus.C. quando prouo.non est necess. Pau.de Cast.& Imo.d.l.si vni. Limita hoc habere locum in interlocutoria mera, secus in interlocutoria habente vim diffinitiua, quia tunc vnus solus ordinarius non posset ferre sine alio, vt per Doct.locis prædallegatis. Adde Fel.c.causam matrimonii, de offic.deleg.in prin.nu.1.col.974.

Iudices ordinarii plures, habentes iurisdictionem in solidum, an vnus possit procedere sine alio, aut omnes debent simul conuenire, do. Abb. c.prudentiam, de off.deleg.3.col.versi. primò prosequar.dicit, quod vnus ex pluribus ordinariis procedere potest, quia habet insolidum iurisdictionem. Idem tenet Bald.l.1.ff. de offi consul. Et idem videtur sentire Fel.d.c.prudentiā. in prin. col.994. Adde, quòd hoc fallit, quando esset commissum aliquid omnibus. Ita Bal.d.l.1.4.q.& idem sentit Fel. loco prædalleg.col. ead. Secundò fallit, vbi statutum, vel consuetudo dicit, q omnes concorditer iudicent, quia tunc vnus sine alio procedere non potest. Ita Bal.l.1.& idem tenet Felin.d.c. prudentiam. colu. ead. Adde, & vide Fel. d.c.prudentiam. & d.versicu.col.ead. vbi ponit multas alias fallentias, vt puta, an facientes collegiū possint separatim procedere? dic, vt ibi per Fel.

Iudicis malefic orum, qui promittunt impunitatem reo, si confitebitur delictum, an teneantur seruare promissionem? Vide, quæ posui in litera S.§.saluus conductus an potest rumpi.

¶ *Iudicium plurium personarum quod quis requirit per viam cōsilij, non tenetur ipsum sequi. Barto l.1.§.si plures. ff. de exercito. Vnde poterit minorem partem præferre maiori, nec actus vitiabitur. Ioan. An.& But.c.nec episcopi.de temp.ord. Fel.c.cum omnes, de consti.versicu. vndecimò fallit.nu.18.col.98.*

Iudicium dicitur inchoatum, tanquam coram competenti, si in libello allegatæ sunt qualitates tribuentes iurisdictionem, etiamsi non sunt veræ, dummodo hoc non constet. Felin.cap.si clericus laicum

laicum. de foro compe. versi. prima conclusio.nume.2.col.159.

Iudicium agitatum contra præsentem non citatum, valet. Felin. cap.1.de iudi.ver.valet iudicium præsente non citato.num.18. colum.14.

Iudicium summarium dicitur illud, quod fit contra contumacem: De quo vide, quæ posui in littera A.§.acta facta contra contumacem.

Iudicium summarium si parat præiudicium reparabile in alio iudicio, ibi non requiritur plena probatio. Ita Barto. l.j.§.quòd si sit aliqua.ff.de prato.stipu.1.colum.versicu.tu dic. Et idem tenet Barto.extrauag. ad reprimendum.versicu. summariæ, & Barto.l.nam & postea.§.si minor ff.de iureur. in fi. Barto. & Bald.l.iudices.C.de iudi. Felin.c.veniens.sl 2.de testi.versicu. adde plenius.nume.14.parte.2.colum.682. Limita conclusionem istam non procedere in legitimatione personæ, cum qualiscunque gatur, quia debet talis persona plene legitimari, etiamsi causa requirat summariam cognitionem. Ita Barto.l.2.C.de edi. diui.adri.tol.in fi.& ibi Sal.& Bal.l.3.§.ibidem ff. ad exhib. Adde Felin.c.veniens.de testi.d.versicu.colum.ead. & vide, quæ posui in litera T.§.tertius comparens pro suo interesse, ad finem, vt impediat.

Iudicium vt inchoetur, tanquam coram competenti, sufficit allegasse in libello qualitatem tribuentem iurisdictionem, etiamsi non sit vera, dummodo hoc non constet. Fel.de fo.compe.c.si clericus. nume.2.col.159.

Iudiciorum quot sunt species. Flin.in rub. de iudi.nume.3.part.2. colum.6.

¶ *Iuramentum an sit seruandum, & implendum in forma specifica, an per æquipollentiam? vide dom. Abba.c.ad nostram.de iureiu.3.col.versi. oppo.secundò. & ibi Fel.latè versicu. in glo. pen. & versi.propterea.num.10.col.1027.& seq. par.2.*

Iuramentum in damnum salutis corporalis non est seruandum, si seruari non potest sine interitu salutis æternæ, quod intellige, si directè vergit in damnum, secus, si occasionaliter, quia tunc est seruandum, gloss. 2.c.si vero.de iureiu. & ibi domin. Abba.2.col.ver.oppo.tertiò Vide ibi Fel.versicu glo.2.ibi, corporalis.num.3.col.1031.par.2.vbi limitat illam glo.2. in eo, quod dicit, secus si occasionaliter, & facit pro fratribus Carthusiensis ordinis.

Iuramentum, quod obligat ad peccatum veniale, non est seruandū. Ita domin. Abba.c.si vero.de iureiur.versic.& aduerte. & ibi Anto.de But.Imo. Arc. & Ioan. An.c.quamuis. de pac.in 6. Bald.c.1.§.sacramenta.de pa.iu.fir. Adde Felin.c.si verò versi.in ea.gl.ibi, deteriorem.nume.4.col.1032.

Iuramentum, quod vergit in peiorem exitum, non est seruandum, quod potest contingere sex modis, vt per dom. Abb.c.si verò.de iureiu.3.colum.versicu.tertio casu. Et primo, quando iuratur aliquid, quod est mortale, secundo, quando iuratur, quod est venale, tertio, quando iuratur aliquid, quod in se est indifferès, sed ex circunstantijs efficitur veniale, vel mortale, vt si quis iurat, quòd non erit negociator, miles, vel quòd non recipiet feudum, vel quòd recipiet mutuum, si veniret casus, quòd talis iurans non posset aliter viuere, nisi veniat contra iuramentū, tunc non teneturillud seruare. Ita dom. Abb loco prælleg. Quartò, quando iuratur, & iuramentū excludit opus bonum ex necessitate faciendum, & quando quis iurauit, vt nihil ex charitate dabit. Quintò, quando iuramentum excludit opus de genere bonorum, vt si quis iurat, quòd nunquam erit episcopus, quamuis aliqui teneant, quòd istud iuramentum valeat. Vide do. Abba.d.c.si verò.3.col. versi.in contrarium tamen. Sextò, quando iuratur, quòd non loquatur Titio, vel & non intrabit domum eius, quia non tenetur iurans obseruare tale iuramentum, quando vult contrarium facere pia intentione, vt puta, subuenire ei, vel dare illi bonum consilium, de quo vide dom. Abb.d.c.si verò.3.col.versi.sextò dicitur in materia ista. Vide Bald l.si ad ostendendam.C.de reb.cre. Vide Fel.d.c.si verò. versicu.idem dic de iuramento.nu.5.col.1032.

Iuramentum. In iuramento authoritas Papæ est excepta. Ita Fel. capitu.constitutus.de rescript. versicu.authoritas. Papæ est excepta.nume.9.colum.564. Adde tu, quòd iuramentum non obligat subditum iurantem in præiudicium iuris, seu authoritatis cuiuslibet superioris. Text.c.venientes. de iureiur. Vnde dic, quòd superior potest dare licentiam inferiori veniendi contra iuramentum proprium. Quod an sit verum indistinctè, vide Pau. de Castr. & Rom.l.si. ff. qui satisda.cog. Gul. de Cu. Ibidem. Frid.de Sen.consi. suo 191. quòd inci. Quæstio talis est. Imo.c.cùm contingat.de iureiur.vlt.col. Adde domin. Abba.d.c.venintes.de iureiur.1.col.qui facit limitationem ad omnia, quæ fuerunt superius dicta, vt puta si inferior, vel filius est in studio de licentia superioris, vel patris, & non potest quærere sibi victum, & sic creditorem misi iuret, quod ante quàm exeat ciuitatem, quòd soluet pecuniam sibi mutuatum, superior non potuit reuocare inferiorem, nec per filium sine periculo, quia videtur contraxisse de licentia superioris, siue patris, cum ibi sit in studio de eorum licentia. Ita pulchrè domin. Abba. d.cap.venientes.de iureiu.1.colum. Et sic limitabitur tex. d.c.venientes. & omnia, quæ dicta sunt per Felinum d.cap.constitutus, loco superius allegato.

Iuramentum non tollitur per Papam, nisi Papa sit certificatus de illo. Felin. cap.constitutus.de rescrip. versicu. limita quadrupliciter.nume.13.colum.566. Adde, quòd non solum de iuramento est fienda mentio in supplicatione, sed etiam, quòd iurauit absolutionem, vel relaxationem non petere, & si eam petierit quòd ea vti noluerit, & sic nota, quòd de omnibus istis est fienda mentio. Ita Felin.dicto capitu. constitutus. versicu. amplius dicas in hac prima.nume.14. colum.567. Et hoc, quando ista fuerunt posita in renunciatione relaxationis iuramenti.

Iuramentum an possit relaxari per Papam, vide, quæ posui in litera P.§. Papa ex causa.

Iuramentum, an Papa possit absoluere a iuramento in præiudiciū tertij? Pau.de Castr. consi suo incip. Præsupposito. Fel.c. constitutus. versi. generaliter autem.nume.18.col.568. & c.quæ in ecclesiarum.de constitu.nume.25.col.121.vbi dicit, quòd Papa absoluit simpliciter, & nihil dicit de tertio.

Iuramentum an videatur remissum, quando creditor dat maiorem dilationem illi, qui iurauit sibi soluere, puta a intra mensem, & dedit ei dilationem vsque ad duos menses, an per hoc dicatur remissum iuramentum? domin. Card. tenuit, quòd sit remissum iuramentum. Eum vide clemen.1.§.nos itaque.5.q. de iureiur. de quo vide latè per Felin capitu. 1. de iureiur. versic. vtrum autem creditor.nu.4.par.2.col.992. Adde, quòd in contrarium est veritas, & ista est communis opi. videlicet, q imo etiam in secundo termino prorogato durat vinculum iuramenti, & non dicitur remissum. Ita Barto. eleganter. l.1.§. & post operis ff. de oper.nou.nunc. Bald.c.venerabilem. de elect. & facit glo.cap fi. de precario. in glo. quæ dicit, quòd tempus prorogatum non mutat conditionem. Fel.d.ca. 1. de iureiur.nume.5. versi. secundò facit, quod vbi per vnam col. prosequitur materiam istam.col. ead.

Iuramentum præstitum parti, ab ipso Papa non absoluitur in præiudicium partis. Felin.c.constitutus.de rescri.versi.generaliter autem.nume.18.col.568.

Iuramentum præstitum de obediendo alicui, restringitur, nisi præceptum repugnaret ordini iurantis. Felin.de sim.c. ne Dei. nu. 8.col.935.

Iuramentum præstitum episcopo transit in successorem. Felin. de simo.c.ne Dei.nu.9.col.ea.

Iuramentum imperatoris, quòd præstatur papæ, ponit Fel.c. dilecti.de maio. & obe.in prin.nu.1.col.1205.

Iuramentum regis quod præstatur Papæ, ponit Felin.c. dilecti. de maio.& obe.in prin.col.ea.

Iuramentum reuertentis ab hæresi, ponit Felin.c. dilecti. de maio.& obe.in prin.col.ea.

Iuramentum notarij, ponit Felin. c.dilecti.de maio.& obe.in princi.colum.1204.

Iuramentum tutoris, ponit Felin.c.dilecti.de maio. & obe.in princi. Ibidem.colum.ea.

Iuramentum introductorium obligationis præstitum sine causa, an inducat obligationem. Vide quæ posui in litera P.§. pactum nudum sine causa.

Iuramentum an potest annullari per statutum, aut legem. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum, aut lex an possit annullari.

Iuramentum proprium, non potest quis authoritate propria venire contra tale iuramentum, c.præsentandum. 22.q.1. Et hoc habet locum etiam in iuramento præstito per metū, qui possit cadere in constantem virum. Arch.cap.qui sacramento. 22.q.4.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item istud habet locum, etiam si per dolum præstitum esset iuramentum. Item istud procedit in temerario iuramento. Vide Fel. cap. 2. de spon. versi. quinta & vltima conclusio. nu. 35. colum. 677. Adde & limita ista, quòd si immineret necessitas, & non posset recurri ad superiorem pro absolutione habenda, quia etiã contra iuramentum licitum, quòd plus est, licèt venire propria authoritate. Ita Anno. c. venerabilem. de elect. vbi alij, & dom. Abb. c. quanto. de iureiu. 6. col. Bal. l. non dubium. C. de legi. Felin. d. c. 2. versi. modò hanc conclusionem. num. 36. col. ea. Item limita vbi esset magna vtilitas specialis, quia licèt venire cõtra proprium iuramentum authoritate propria. Inno. vbi supra. Fel. d. c. 2. versi. secundò limita nu. 37. col. 678.

Iuramentum fidelitatis potest præstari pro spiritualibus. dom. Abb. c. ex diligenti. de simo. versicu. in gl. 1. ibi vide Fel. nu. 1. colum. 881. Et dic, q. homagium non potest præstari pro spiritualib. de quo vide, quæ posui in litera H. §. homagium non potest.

Iuramentum, quòd quis tenetur soluere in termino, an si ante aduẽ tum termini creditor simpliciter prorogat tempus, adhuc remanet iuramentum? dic, quòd sic. Ita Barto. l. 1. & l. post operis. ff. de no. ope. nun. Bald. l. acceptam. 7. q. C. de vsu. Et dic in excommunicatione, quia prorogato termino adhuc durat excõmunicatio. Host. & alij cap. præterea. de appella. Felin. capitu. ad aures. de simo. versicu. quid autem, si ante aduentum. nume. 2. col. 891.

Iuramentum non extenditur ad ius de nouo superueniens, & vide consilium domin. Car. quòd est. nume. 51. vbi dicit, quòd dispositio cap. 2. de pac. in 6. non habet locum in filia succedente ex testamento. Vide Fel. c. ex insinuatione. de simo. versicu. in glo. si. ibi, cum inter. nu. 5. col. 894.

Iuramentum metu extortum & præstitum per laicum, an sit obligatorium? Ponit domin. Abba. cap. 2. de iureiu. 1. col. ver. primum, nunquid. & dic, quòd regulariter tenetur, quòd iuramentum sit obligatorium, quia metus non excludit consensum. Arc. c. authoritatem. 15. q. 6. Felin. d. cap. 2. versi. pro intellectu. glo. num. 1. col. 1006. par. 2. Fallit ista regula, vbi esset talis metus, qui posset cadere in constantem virum, quia tunc iuramentum non esset obligatorium, de quo vide Felin. d. c. 2. ver. adde aliud singulare. num. 3. col prædicta. Et istud iuramentum intelligitur super rebus prophanis.

Iuramentum præstitum per prælatum super rebus ecclesiæ an sit obligatorum? Ponit domin. Abba. c. 2. de iureiur. 2. col. versi. venio ad secundum. vbi concludit, quòd nullum iuramentum potest ligare prælatum in damnum ipsius ecclesiæ. Idem tenet Fe. d. c. 2. versi. ad secundum de iuramento. nume. 4. colum. 1006. Limita istud dummodo res ecclesiæ per alium recuperari non potest. Ita Inno. Bald. Ant. de Bu. dom. Car. & Imo. d. c. 2. Verum est, quòd dom. Abba. vbi vit. col. versi. ego dico tenet contrarium. Tu vide Fel. d. c. 2. versi. hanc conclusionem. nu. 5. colu. ea. Iterlimita, quòd si ageretur de præiudicio solius prælati, quia tunc iuramentum non obligat. Fel. c. 2. versi. & limita, nisi ageretur. nu. 5. col. 1007.

Iuramentum, quòd potest seruari sine turbatione maioris boni, an quis possit venire contra ipsum iuramentum propria authorita te? Vide dom. Abba. c. 3. de iureiu. 1. col. versi. sed quando, & ibi Felin. versicu. aliquando non potest seruari. nume. 2. par. 2. colum. 1008.

Iuramentum præstitum de seruandis statutis, intelligitur de validis. Fel. de rescr. c. ex tenore. nume. 7. col. 526.

Iuramentum non defertur actori in causa criminali ciuiliter mota, quamuis habeat probationem plus quam semiplenam. Fel. de testi. c. veniens. num. 4. col. 539.

Iuramentum præstitum super statuto de vsaris, an valeat, Fel. de iureiu. c. debitores. num. 8. col. 1022.

Iuramentum aliquando defertur in supplementum probationis, puta, quòd actor habet vnum bonum testem pro se, tunc defertur iuramentum actori in supplemẽtum semiplenæ probationis. Ita dicit Felin. c. in omni negocio. de testi. versi. secundò modo. nu. 5. parte 2. col. 508. Adde tu, quòd est vtile scire, quando deferatur iuramentum in supplementum semiplenæ probationis, & primò dubitatum est, quid in iuramento necessario, pone, quòd actor semiplenè probauit per vnum testem, nunquid iudex debet sibi deferre iuramentum necessarium in supplementum probationis, & ita condemnare reum accusatum, & in hoc communis conclusio, glo. Barto. & Docto. l. 3. ff. de testi. est, quòd non. Item gl. l. maritus. ff. de quæstio. & Barto. l. admonendi ff. de iureiu. 14. colum. gloss. cap. cum sunt. in glo. si. de reg. iur. in 6. do. Abba. c. fin. de iureiur. 8. colum. versicu. si vero quæritur. Quãuis solus Bald. aliter tenuerit, & malè, l. qui accusare. circa 4. not. C. de eden. Istam communem conclusionem ego confirmo tribus mediis. nam primò considero, quòd tex. l. sciant cuncti. C. de proba. canonizatæ 2. q. 8. requirit in criminalibus causis, q. probationes sint apertissimæ, & quòd sint luce clariores. Sed ego habeo, quòd in omnibus causis, etiamsi essent ciuiles, in quibus requiritur apertissima probatio, in illis non potest deferri iuramentum necessarium in supplementum probationis. Ita gloss. notabilis l. fin. in prin. ff. quod me. cau. eodem modo, vbicunque requiritur probatio luce meridiana clarior, vt ibi, secundum Bald. l. si. 1. not. C. si minor se maio. dix. Item vbicunque requiritur plena probatio, vel liquida, secundum Bald. l. si. C. de secun. nup. Facit gl. c. cupientes. verbo, plenam. de elect. in 6. Itervbi requiritur manifesta probatio, secundum Bal. l. 1. in si. C. de fid. instru. Secundò confirmo, quia in causis magnis & arduis non habet locum illud iuramentum necessarium in supplementum probationis, secundum glo. l. admonendi ff. de iureiu. & Bald. l. in bonæ fidei. C. de rebus cre. domin. Abba. 9. colum. versicu. quid enim. c. si. de iureiur. Sed causa criminales sunt huiusmodi, l. in seruorum ff. de pœn. Tertiò facit, quod vult Salice. d. l. sciant cuncti, quòd licèt testis non teneatur assignare rationem sui dicti, si non est interrogatus, glo. l. solam. C. de testi. & c. causam, quæ inter. de testi tamen fallit in causis criminalibus, in quibus non valet dictum testis, nisi assignet rationem dicti, etiam non interrogatus. Sequitur domin. Alexan. consil. suo 15. incip. Viso processu in forma per potestatem Parmæ. 8. colum. Istam communem opin. limitat Ludo. Roma. l. ait prætor. ff. de testi. vt procedat in causis criminalibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, secus si esset causa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniarib. Ad hoc dicit ibi, quòd solus ponderauit illum tex. versicu. pœnali. Sed ante eum ponderauit Ant. de But. d. c. si. Sed Ioan. de Imo. d. l. ait prætor. & domin. Alexan. etiam in eo loco reprobant generalitatem. d. l. sciant cuncti & ille tex. d. l. ait prætor. versicu. pœnali. nihil facit, quia loquitur, quando ciuiliter agebatur, vt patet in versic. actione. nam si criminaliter accusatur, actio non competeret. In sti. de pub. iud. in prin. Item tex. d. c. si. de iureiu. loquitur in iuramento voluntario, vel iudiciali, non autem in necessario. Et idem tenet Card. c. cognoscentes. 6. oppos. de consti. Sed tu adde, quòd limitationem Ludo. Roma. expresse sequitur do. Alex. sibi contrarius consi. suo 66. inci. Viso processu vertente inter Elisæum. vbi fortius, quòd ista est magis communis opi. & quòd ab ea in iudicando non est recedendum, & refert idem tenere. Hostien. & Ant. de But. d. c. si. & Bald. l. ait prætor. Sed dic, quòd Bald. ibi non firmat pedes. Tu adde, quòd idem tenet Angel. d. l. admonendi. circa si. Sed magis placet alia sententia negatiua propter generalitatem d. l. sciant cuncti. ex fundamentis prælegatis. Et sic amplia conclusionem, vt procedat in causis criminalibus, non solum, in quibus imponitur pœna corporalis, sed etiam si solum imponitur pœna pecuniaria. Sed limitat prædictam conclusionem Ludo. Rom. d. l. admonendi. in gl. verb. exacto. ad si. nisi accusator vltra semiplenam probationẽ aliquid plus haberet, & esset persona honesta, nam arbitrio iudicis posset deferri iuramentum necessarium in supplementum probationis, & reum condemnare, per tex. d. c. si. de iureiur. vbi in causa famosa Papa ibi sic decidit, & dicit Lud. Roma se admirari, quòd Legista aut Canonista non aduerterunt ad illũ tex. d. cap. si. Sed ante eum idem expresse tenuit Salice. d. l. admonendi. 1. colum. per d. c. si. de iureiur. & sequitur dom. Alexan. d. l. ait prætor. 7. colum. circa si. ego, si essem iudex, admitterem iuramentum in supplementum probationis in causa criminali, vbi imponitur pœna pecuniaria, sed vbi veniret imponenda pœna corporalis, nunquam admitterem tale iuramentum in supplementum probationis. Ex ista limitatione notpulchram limitationem ad regulam, quam statim dedi, quòd in causis arduis & magnis non defertur iuramentum in supplementum probationis, limita signanter ex prædictis, & est quotidianum, nisi plus aliquid haberet vltra semiplenam probationem, puta, aliquam præsumptionem, vel iudicium bonum. Ita domin. Alexan. d. l. ait prætor. d. l. admonendi. 16. colum. & consi. suo 264. incip. Viso processu vtriusque causæ. 3. colum. & vid

vide glo. in simili, c. vidua. de regula. in glos. Et pro opin. ista facit glo. l. si duo patroni. ff. de iureiur. verbo, authoritatis. quæ vult, quod quando probationes vtriusque partis sunt pares, præsertim illæ, pro quibus plus quam semplene est probatum vel est aliquod iudicium bonum. Et illam glo. ad hoc summè commẽdat ibi Barto. & alij.

Iuramentum in supplementum probationis non defertur actori, etiam in causa criminali ciuiliter mota, & etiamsi habet actor plus quam semiplenam probationem. Ita Inno. c. veniens. de testi. Adde Fel. d. c. veniens. versi. vltimò no. nu. 4. col. 539. Et adde ista adnotata supra. §. iuramentum aliquando defertur in supplementum probationis.

Iuramentum de non mutando testamento, an valeat? Vide per Sali. l. sancimus. C. de testa. vlt. col. versi. quæro septimò. Io. And. regula, quòd semel de reg. iur. in 6. Imo. c. cùm contingat. de iureiur. Adde Felin. c. in præsentia. de proba. versi. hinc est. num. 6. colum. 378 parte 2.

Iuramentum præstitum ab aliquo, qui iurauit non ferre testimoniũ contra aliquem, est nullum, & non eget absolutione, dom. Card. consi suo. 38. inci. Quidam habens vnum filium. Et adde Fel. c. intimauit. de testi. versi. glo. si in si nu. 4. parte 2. col. 587. vbi late prosequitur materiam istam.

Iuramentum potest remitti testibus per partes, & non requiritur authoritas iudicis. Item requiritur consensus vtriusque partis, & non solum aduersarij. Iterr an tabellio possit de consensu vtriusque partis recipere iuramenta testium sine licentia iudicis. De omnibus istis vide quæ posui in litera T. §. testis non iuratus potest deponere.

Iuramentum testis an possit remitti per statutum? Vide quæ posui in litera T. §. testis non iuratus, dictum suum valet, & hoc quãdo statutum disponit.

Iuramentum testis an possit remitti per partes in causa matrimonij? Vide quæ posui in l. tera T. §. testis non iuratus in causa matrimonij.

Iuramentum in supplementum probationis non potest deferri post conclusionem in causa. Bal. l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Felin. c. cùm dilectus. de fide instru. versi. & post conclusionem in causa. nu. 5. parte 2. col. 844.

Iuramentum calumniæ non potest deferri post conclusionem in causa, Fel. c. cum dilectus. de fide instru. versi. allegato, col. eadem.

Iuramentum extraiudiciale promissorium parit actionem. Ita domin. Abb. c. 1. de iureiu. 2. no. Et hoc intelligas de iure canonico. secus de iure ciuili, vt sentit domin. Abba. loco prælleg. & Barto. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. 1. colum. versi. sed quæro. Ad de Felin. d. c. 1. in prin. nume. 1. col. 991.

Iuramentum meticulosum an obligat iurantem? glo. c. authoritatem. 15. q. 6. Ioan. And. c. verum de iureiu. Inno. c. veniens. de testi. Vide Felin. c. si verò. de iureiur. versicu. gloss. in verbo, iuramentum. nume. 8. par. 2. col. 1033.

Iuramentum præstitum per minorem, vel mulierem, in contractibus, an excludat eos ab auxilio restitutionis in integrum etiam si minor non sit circumuentus de ætate, vel mulier de beneficio Velleiani sibi competentis? Vide, quæ posui in litera M. §. mulier, quæ iurauit.

Iuramentum temerarium an sit sufficiens ad priuationem beneficij. Ponit domin. Abba. c. tua nos. de iureiu. 2. colum. versic. & ex his habes. Vide Felin. d. c. tua nos. versicu. in gloss. 2. in prin. nume. 9 colum. 1050 parte 2.

Iuramentum, quod quis iurauit de non loquendo patri, matri, vel alij consanguineo, aut proximo, an sit nullum, an verò egeat absolutione? domin. Abba. c. cum quidam. de iureiu. vlt. versi. venio ad secundam partem. dicit. quòd tale iuramentum non valet, sed quòd est fienda absolutio ad cautelam. Innocen. ibi tenet contrarium, quòd imo est opus vera absolutione. Adde Fel. latè de hoc d. c. cum quidam. versicu. in gl. pen. ibi, ad cautelam. nume. 12. parte 2. col. 1057.

Iuramentum aliàs licitum si emanat calore iracundiæ, an obliget? domin. Abba. c. sicut. de iureiu. 1. col. versicu. & facit hoc dicit, quòd ibi Ioan. An. tenuit, quòd non obligat, postea dicit quòd Anto. de But. ibi dicebat, q. opin. Ioan. And. est vera, quando esset tantus calor iracundiæ, q. deliberatè non iurasset. Adde Fel. d. d. c. sicut. ver. in tex. ibi, iracundiæ. col. 1058. nu. 2. Adde, quòd dom. Abba. d. c. sicut. non tenet opin. Anto. de But. sed imò dicit expresse ibi, quòd iuramentum præstitum calore iracundiæ non obligat. Vide Felin. d. c sicut. versicu. est verum, quòd domin. Abba. nu. 4. col. 1059.

Iuramentum illicitum si est præstitum fauore hominis, compelitur homo, vt illud relaxaret. Felin: c. si de testi. cog. versi. in text. ibi, absoluant. nu. 4. parte 2. col. 779.

Iuramentum præstitum de non reuelando aliquid, non extenditur ad testem, & sic non ligat illum, qui iurauit, quòd non possit testificari, si producitur in testem. Fel. d. c. si. de testi. cog. versicu. allega. colum. ead.

Iuramentum an tollat actum factum contra ipsum iuramentum. vide, quæ posui in litera A. §. actus factus contra iuramentum.

Iuramentum proprium quod requiritur ex l. vel statuto, puta, ex forma, non sufficit iurare per procuratorem, do. Abb. c. licet ex quadam. de testi. 2. col. versi. ex hoc infero. Adde Fel. ibi versi. in tex. ibi, proprio iuramento. nu. 1. col. 712 parte. 2.

Iuramentum quando sit mixti fori, videlicet quòd iudex secularis possit de eo cognoscere. Ponit Felin. cap. cùm sit. de fo. compet. versi. optimè facit. col. 170. nume. 5.

Iuramentum præstitum in causa feudali facit, vt ipsum feudum sit de foro ecclesiastico. Felin. in c. cùm sit. de foro compe. versicu. amplia secundò nu. 7. col. 171.

Iuramentum defuncti non facit heredem esse de foro ecclesiæ. Ita Felin. c. cùm sit. de foro compe. versic limita sextò. num. 9. col. 171. Adde, quod tantum potest agi contra heredem, vt exoneret animam defuncti iurantis. Ita Fel. loco prælleg. colum. ea. Quod no. pro ampliatione tex. c. si. de sepul.

Iuramentum appositum in actu aliquo, tantum importat, quantũ si opponeretur clausula, Si non valet vt ago, valeat vt valere potest. Tex. est l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & ibi Burto. Adde Bar. l. si quis pro eo. ff. de fi instr. 3. colu. versi. septimò prohibetur. Et adde, q. hoc habet locum etiam in testamẽto. vt ibi per Bar. Adde domin. Abba. c. si. de eccles ædifi. 1. col. & eandem c. ex literis. il 2. de sponsa. Vide per Felin. c. cùm super. de offi. deleg. versi. no. etiam, quod vbi. nu. 9 col. 1010.

Iuramentum primò interpositum in casu licito, derogat secundo. Felin. c. cùm M. de consti. versi. & pro hac fallentia. nu. 79. colu. 211. Adde tu scribentes l. duobus. §. item Pomponius ff. de iureiu. qui dicũt standum esse vltimo iuramento, quod verum est, dicunt ipsi, in iuramento litis decisiuo? sed in iuramento confirmatorio contractus standum esse primo. Allegant glo. c. licèt. de iureiur. in 6. Profectò credo, quòd isti doctores malè dicant, si ita simpliciter intelligatur, quia credo, quòd semper primum iuramentum sit seruandum, si est licitum, & præiudicat secundo, quando ab vna eademq. persona sit præstitum. Vnde non puto distinguendum, an sit iuramentum litis decisiuum, an confirmatorium contractus, quia quam primum ab vna persona est iuratum, non potest venire contra sine causa, ideo seruandum. Et hoc bene probat illa no. glo. d. c. licèt. de iureiu. in 6. Sed si essent diuersæ personæ, quæ iurent, puta, reus defert actori, qui iurat sibi deberi, postea actor defert reo, qui iurat sibi deberi, in isto casu credo doctrinam istorum Doctorum procedere, quos vide l. duobus. § item pomponius. Et hoc pro declaratione gl. d. cap. licèt.

Iuramenti taciturnitas inducit tacitam surreptionem. Ita Felin. c. constitutus. de reser. versi. statuta iurata. nu. 3. col. 561.

Iuramenti obseruantia semper potest peti in foro ecclesiastico, etiam lite pendente super tractatu in curia secularium, & de hoc vide quæ posui in litera L. §. lite pendente in curia seculari.

Iuramenti relaxatio non potest fieri, nisi pars sit citata, cui est iuratum. Ita Ioan. And. an Spe. super rub. de iureiu. Pe. de Anc. consi. suo 503. inci. Prædictis subtiliter. Fel. c. 2. de spon. in versicu. secundò limita. nume. 25. col. 671.

Iuramenti materia pertinet ad iudicem secularem in aliquibus casibus, de quibus supra. versiculo. iudex secularis regulariter.

Iuramenti materia est fori ecclesiastici, non secularis. Ita Felin. c. cùm sit. de fo. compe. versi. materia iuramenti. nume. 4 col. 170. Adde, quòd pulchrum est videre, an cura Papam alij prælati possint de hoc iudicare? Adde, quòd inuenio Doctores cap. venerabilem. de elect. qui ponderant illum tex. ibi, ad nostrum iudicium pertinere, vbicunque dubitatur, an iuramentum sit licitum? & sic videtur, quòd non solum princeps secularis sit exclusus ad ista cognitione, sed etiam alij prælati sunt excluſi de hoc iudicare. Adde pro veriori intelligentia, quòd inuenio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Specu.titu.de legato.§.nunc ostendendum.versicu.24.dicit,quòd etiam episcopus potest interpretari iuramentum. Et ad tex.c.venerabilem. de elect. respondet dupliciter, primò, quòd ille tex. procedit in negotio arduo, & inter magnas personas,secundò,quòd procedit ille tex. quando Papa vult dare licentiam contrauenendi iuramẽto sine permutatione in melius, quod tenementi, pro limitatione illius tex. d.cap.venerabilem. Et pro illa opin. Specu. vide Imo.& domin.Abba.cap.debitores.de iureiur.

Iuramenti relaxatio potest fieri per Papam, tam per viam commutationis, quàm dispensationis, vel totalis relaxationis, de quo vide, quæ posui in litera P.§.Papa potest dispensare super quolibet iuramento.

Iuramenti relaxatio an possit fieri per episcopum? Vide, quæ posui in litera E.§.episcopus.

Iuramenti relaxatio si est dubia, an concedenda, vel non concedenda,tunc solus Papa potest concedere dictam relaxationem. Ita Inno.c.venerabilem.de elect.Vide Felin. cap. 2. de sponsa. ver.modo limitatur.nu.24.col.670.

Iuramento authoritas Papæ intelligitur excepta, hoc verum est in his, quæ spectant ad Papam, secus est, si iuramentum est præstitum super re ipsius iurantis, quia tunc non intelligitur excepta, & sic absolutio in materia non spectante ad Papam, non valet sine causa. Felin. cap. constitutus.de rescr. versicu. limitasecundò.nume.15.colum.567.

Iuramento authoritas Papæ intelligitur excepta.Fallit hoc, quando essent duo Pontifices contendentes de Papatu.Fel.c. constitutus.de rescri.versi.limita quarto.nu.17.col.631.

Iuramento quæ sit potestas Papæ Vide, quæ posui in litera P.§. Papæ potestas.

Iuramento,quod ex forma statuti disponitur,vt stetur, an contra illud potest probari? vide, quæ posui in litera S. §. Statutum quod disponit,quòd stetur iuramento.

¶ *Iurans aliquid facere,vel soluere ad vtilitatem alicuius, puta intra 10.dies, si ille,in cuius fauorem iuratur, obligationem remittit,iurans non indiget alia absolutone. Ita domin. Abba.c. 1.de iureiu.vlt. no.Vide Fel.d.cap. 1.2.notabili.nume.2.part. 2.col.991. Adde,q istud debet intelligi, nisi ille qui iurauit, iam incurrisset periurium, puta, quia nõ soluit in termino,quia ipso casu amplius non prodest remissio, etiam facta ab illo,in cuius fauorem est iuratum.Barto.l.pen. ff.de iureiur.Vide Felin. d.c.1.versicu.item intellige.colum.992.nume. 3. Adde, quòd istud etiam habet locum,vbi iuramẽtum esset remissum per partem taciè,de quo vide Felin.d.c.1.de iureiur.versi. vnum etiã relatione.num.6.col.993.*

Iurans si petit absolutionem a iuramento, non est audiendus, nisi prius pars sit citata,de interesse cuius agitur.Vide, quæ posui in litera A.§.absolutio iuramenti.

Iurans existens extra ciuitatem suam tempore, quo iurauit, si petit absolutionem à iuramento, a quo episcopo debet absolui? an verò ab episcopo loci, vbi iurauit? Vide per Felin.d.capit. 1.de iureiur.versicu. vndecimò quæro. nume. 31. parte 2. colum.1005.

Iurans non petere absolutionem à iuramento, an possit petere à iuramento præstito de soluendis vsuris.Felin.de iureiur.c. debitores,nume.9.col.1022.

Iurans contractum esse de pura & vera sorte,& ipsum obseruare, an possit petere absolutionem à iuramento. Felin. de iureiur.c. debitores.nume.11.col.præalleg.

Iurans si non recepturum restitutionem vsurarum, an poterit recipere? Fel.de iureiu.c.debitores.num.13.col.203.

Iurans quòd nunquam erit episcopus,vel clericus, vel monachus, & sic aliquis iurauit,quòd non acceptabit promotionem, an iuramentum sit seruandum? domin. Abba.c.si verò.de iureiur. 3.colum.versicu. quod dicitur.dicit,quòd tale iuramentum valet. Alleg. text. cap. Florentinum Archidiaconum.85. distin. & glo.cap. innocens.22.queſt.4.verb.ar Tamen Archid. dicto cap.innocens.sentit contrarium,& c.si aliquid ea q. & causa. & ibi etiam domin. Abb.Vide Felin.d.c.si verò.versi.sngl: in verbo,iuramentum.nume.8.colum.1033.

Iurans non fideiubere pro aliquo,an tale iuramentum valeat? domin.Abb.c.si verò.de iureiu. 3.colum.versicu. ex his, dicit, q tale iuramentum vallet.Idem tenet Ioan. And.c. fi.de for. compe.in 6.Adde & limita,quòd si salus proximi periclitaretur,q tunc tale iuramentum non est seruandum.Ioan. And.in addi. Specu. titu.de iureiur.in rub. domin. Abba. loco præallegato. Adde, & dic etiam de mente domin. Abba. vbi supra. quòd si proximus verè indiget,etiam quòd salus sua non periclitetur, tamen iurans tenetur fideiubere pro eo, non obstante iuramento.Idem tenet Old.consil. suo 90.incip. Quædam iurauit. Archi.c.sicut.11.q.1.Vide Felin.d.c.si verò,versicu. ex quo infertur, quòd iurans.nume.6.col.1032.

Iurans si non sperat consequi iustitiam in partibus, suo iuramento creditur. Ita domin.de Rot. titu. de rescrip. decis. 55. & titu. de proba. 20. decis. in antiquis, & titu. de rescrip. 7. in nouis. Adde Felin.c.accedens.il 2.vt lit.non contest. versicu. octaua conclusio,nume.13.colum.291. Adde tu, quòd ista doctrina dominorum de Rota est bona, quando ille, qui vult iurare,non est periurus,per tex.cap. paruuli.22.q. vlt. quia talis amisit omnem facultatem probandi per iuramentum.Ita Rom.l. admonẽdi.7.colum.& 28.de iureiur. Et no. quia istud seruiet tibi ad multa, quando iuratur.

Iurans soluere aliquid intra tantum tempus, non est periurus,si nõ soluat, quia iudex ei ex causa præcepit, ne soluat, & hoc, quia in omni iuramento authoritas superioris excepta est.Felin c constitutus.de rescr. ver. authoritas Papæ.nu.9.colum.561.

Iurans non petere absolutionem a iuramento, an possit petere absolutionem ab ipso iuramento.Ludo. Roma. consil. 327.incip.In præsenti consultatione.tenet,quòd non,sed bene dicit,quòd denũciare potest.Vide Felin.c.debitores, de iureiur.versicu.tertio quæro, vtrum iurans.nume.9.parte 2.colum.1022.

Iurans non recipere restitutionem vsurarum, an poterit recipere, iuramento non obstante? Host. dicit,quòd non,sed fiet restitutio pauperibus.Ita Host. in summa.titu.de iureiu.§.qua censea tur.versicu.quamuis soluam. Vide Fel.c. debitores, de iureiur. versicu.septimò quæro.nume.13.col.1023.

¶ *Iurare non debet plus, quam bis, quis in vna materia, & hoc, quando debet stari iuramento alicuius, de quo vide Felin. c pastoralis,de excep.versi.limita nouissime.nu.27.col.29.*

¶ *IVRISDICTIO ordinaria an possit esse sine territorio? Vide per Felin.c.Rodulphus,de rescrip.versicu. territorium.nume.15.colum.884.& vide hic infra.§.iurisdictio vtrum inhæreat. in fi.*

Iurisdictio ordinaria excitata per commissionem, non expirat morte mandantis, re integra, de quo vide, quæ posui in litera D. §.delegata iurisdictio.

Iurisdictio delegata an restringatur solum ad expressa in rescripto? Vide, quæ posui in litera R.§.rescriptum impetratum,vbi causa fuit delegata.

Iurisdictio delegata an potest prorogari de tempore in tempus? Vide, quæ posui in litera P. §. procurator vtrum possit prorogare.

Iurisdictio delegata non potest prorogari de persona ad personam. Tex.est c.P. & G.de offic.deleg.& ibi domin. Abba. 4. colu. versicu.in tertia specie. Limita istud, nisi causa tangat aliquo modo illas personas, quæ volunt prorogare iurisdictionem, etiã quòd non sint comprehensæ in rescripto. Ita domin. Abba. loco præallegato Barto. l.si qui ex consensu.C.de episco.aud.Inno. & domin. Abb.c.veniens.il 2. de testi.idem tenent,vbi dicit,quòd tertius potest comparere coram delegato pro interesse suo,etiam quòd iste tertius non sit comprehensus in rescripto. Dom.de Ro. decisio.296.incip. Item si causa committitur. Adde Felin. d. cap.P.& G. versi.glo in verb.nulla.nume.5.colum.1095. Limita etiam, quo ad personas principales, secus, quo ad accessorias, puta,fideiussores, quia isti possunt prorogare iurisdictionem delegatam.Felin. d.c.P. & G.versi. tertiò limita. nume. & colum.præalleg.Tamen ibi videtur dubitare. Limita etiã, quando partes comprehensæ in rescripto prorogant iurisdictionem delegati,& iurisdictionem ipsius delegantis potuissent prorogare, quia prorogando iurisdictionem videntur prorogare iurisdictionem delegantis. Ita domin. Abba. consi.suo 61.inci. Saluatoris, eius q, 2.colum. Limita etiam, quando esset persona,quæ succederet personæ comprehensæ in rescripto, capitu. 1. de alie.iudi. & tex.c.quia V. de iudi.Fel. idem tenet. versicu. quintò fallit.nume.6.colum.1095.Limita in delegato ad vniuersitatem causarum gl.l.1.ff.de iudic.dom.Abb.d.c.P.& G. ver.in tertia specie.dubitat.Vide per Felin.ibi d.c.P.& G. verdebito tamen de hoc.nu.6.col.vt supra.

iurisdictio

Iurisdictio delegata non perit per lapsum trienni. Ita Felin.cap. venerabilis. de iud.versicu.iurisdictio delegata.numero. 3. colum.134.

Iurisdictio delegata non perit, etiamsi iudex delegatus ex aliqua causa absoluit partem ab instantia iudicy propter ineptã actionem propositam. Ita Felin.capitu. venerabilis, de iud.vesicu. alleg. & colum.ea. Adde dom. Abba.d.c.venerabilis.3.colu. versi.venio nunc ad secundam lect. & c.examinata.de iud.ver si.vltimò quæritur,vlt.col.

Iurisdictio delegata an expirat statim post mortem delegantis, re integra.Fel.c. cæterum.de rescri.& versicu.septima restrictio. nume.23.colum.386.tenet,quòd sic. Adde tu, nunquid iurisdictio delegata expirat post mortem delegantis re integra, & an valeat processus licèt delegatus ignorauerit mortem delegãtis, & an iurisdictio iudicis delegati expirat ipso iure post mortem delegantis, an sit opus executione? Adde, quòd contra istam optimonem,quòd non sit opus executione,sed expirat ipso iure, tenuerunt glo.& Docto.c.cum venissent.de testi.Tenuit Specu. titu.de offic.deleg.Tenuit Bart.l.& quia.ff.de iurisdom.iu. Docto. c.gratum.post glo.ibi, de offic.deleg. Angel.l.1.C. de iurisdom.iu.Tenuit gl.l.eius.ff.si cer. pet.Et ista est communis opin. pro qua opi.facit tex.c.si.§.offi.versi.ipso iure.de offi.deleg.in 6. & c.si cui nulla.de præb.in 6.versi. omnino, quæ dictio importat idem,quod ipso iure,vt no.glo.l.1.§.si pecuniam.ff. depositi. Et istam opi.tenuerunt Docto.moderni,c.a subdelegato. de offi. deleg.in 6.Nec obstat lis sortem.ff.de offi.præ.quia respondent. Gul.de Cu. Albe.Bal.& Pau.de Castr. l.eius.ff.si cer. pet. & Doc.c.gratum.de offi.deleg. quòd illa l.loquitur de iudice ordinario,cuius iurisdictio fauorabilior est, sed nos loquimur de iudice delegato,cuius iurisdictio est odiosa,vt no.glo.cap.1. de rescrip.in 6.Vnde videmus,quòd iurisdictio delegata non ita de facili ampliari,vel prorogari potest sicut ordinaria,vt l.1.& ibi Bar.ff.de iud.Potest etiam secundo responderi ad d.l.si sortem. secundum Gul. Iac. Bu.& Albe.d.l.eius quòd ibi agitur de retinenda iurisdictione firmiter acquisita.sed in q.nostra non erit statim acquisita firmiter iurisdictio delegata, ante quàm iudex cœpisset vti iurisdictione,l.more.ff. de iurisdom. iu. Ergo aliud debet esse in vno casu, quàm in alio,argu.l.pater ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iu. Ex quo infertur,quòd vbi iudex delegatus cœpisset vti iurisdictione, & sic firmiter acquisita est, esset iurisdictio, quamuis superuenisset aliud, quòd impediret iurisdictionem, tamen valeret processus gestus iudice ignorante defectum superuenisse.Et ita est de mente Doc. quos proximè retuli. Ad de ad hoc domin. Alex.l.eius.ff.si cer.pet.Adde Felin.c.gratũ. de offi. deleg.in fi.super gl. in verbo,maximè.co.993 qui etiam ibi tenet, q statim expiret. Idem tenet cap. cum venissent.de testi.supra.gl.2.colum.611.

Iurisdictio delegata reuocata propter delictum iudicis operatur ipso facto ante notitiam. Ita Fel.c.cæterum.de rescr.versi. octaua restrictio.nu.24.col.386.

Iurisdictio an sit concessa concesso territorio,vel castro? Ponit Fe. cap.Rodulphus.de rescrip.versic.territorio,ibi quia territorum. nume.15.col.885.

Iurisdictio concessa generaliter si est, an videatur concessum merũ & mixtum imperium? Ponit Fel.c.quod sedem.de offi.or. ver. item dum dicit Abb.nu.3.col.1114.

Iurisdictio competens inferiori,an dicatur competere priuatiue ad superiorem,an accumulatiuè. Felin. ponit c. pastoralis. de offic. or.versi.dum autem tangit.nu.2.col.1116.

Iurisdictio acquisita ab inferiore per præscriptionem, an sit acquisita priuatiue ad viatorem, vel accumulatiuè? Ponit Fel.c. pastoralis.de offi.or.versi.limita octauò.nu.1118.

Iurisdictio,quæ datur non habenti, quomodo cognoscitur? an detur ordinaria,vel delegata? Ponit Fel.c.licet.de offi.or. versic. prædicta omnia.nu 5.col.1129.

Iurisdictio iudicis si est expiratura, iudex potest procedere & sententiare die feriato in honorem Dei. Vide de hoc capitu. si diligenti.de foro compet. per Felin. versicu.quartum corollarium. num.20.colum.188. Et Adde,quæ posui in litera F.§. feriis inductis.

Iurisdictio feudi potest prorogari de persona ad personam, ex quo est ordinaria. Ita Felin.c.cæterum. de iud. in prin.num. 1. colum.46.

Iurisdictio specialis, puta supra feudum,tributa a lege, vel ex privilegio,an intelligatur concessa priuatiuè,aut accumulatiuè, ad iurisdictionem ordinariam? Vide Felin.c.cæterum.de iudi.versi.quando detur iurisdictio.num.2 col.47.

Iurisdictio in habitu. An habens iurisdictionem in habitu possit illam subdelegare. Vide Fel c.pastoralis.§.quoniam.alias est c. nu.1.col.503.de rescrip.versi.habitus iurisdictionis.

Iurisdictio perpetuata,quo ad expressa in rescripto,non operatur regulariter,quo ad non expressa.Felin.cap.pastoralis. de rescrip. versi.perpetuatio.nu.2.col.505.

Iurisdictio an acquiratur consuetudine? Vide quæ posui in litera.C. § consuetudo an tribuat.

Iurisdictio an potest acquiri ex consuetudine,Vide quæ posui in litera C.§. consuetudo an tribuat.

Iurisdictio vtrum inhæreat territorio, & non personis, Fel.c. Rodulphus.de rescrip.versi.territorium.nume.5.colum.884.videtur sentire,quòd inhæreat territorio. Adde tu,quòd Ioan. And. c.cum contingat.de foro compe. supra.glo.dicit, quòd licèt quis non habeat territorium,si tamen habet potestatem in certas personas, propter illas dicitur habere territorium. Adde, quòd idem tenet Barto.l.1.de iur.om.iu.in fi.vbi dicit, quòd iurisdictio non cohæret proprio territorio, sed dicitur, quòd cohæret territorio,quia terminatur territorio,sed si diceretur,imò ei cohæret, nam videmus, quòd ciuitates & castra habent iurisdictionem, dic, quòd imò populus eorum, & communitates eorum, quia sunt personæ representatæ, quæ habent iurisdictionem, & sic dic,quòd iurisdictio inhæret personis, & non glebæ personarum,vt est casus de hoc in l.qui furere.ff.de stat.hom.secundum Gul.de Cu.& Barto.d.l.1.ff.de iurisdom.iud.in fi. Et sic soluta est q.qua quæritur,quomodo iurisdictio ordinaria possit esse sine territorio,de qua vide Felin.d.capitu. Rodulphus.d.versicu.colum ead. In materia ista vide per Felin.capitu.licèt.de probatio. versicu. & districtus. vbi de hoc plenius dicit,nume.1.colum.412.parte 2.

Iurisdictio, quam habet defunctus in ciuitate, Castro, vel villa an trnseat ad filios, seu heredes in solidum, an verò vnusquisque possit eam separatim exercere. Guil.de Cu. l.1.ff. ad offi. consul.tenet, quòd filij, seu heredes non possint separatim eam exercere in ciuitatibus, castris,aut villis,sed simul.Idem tenet Bald. in 6.& Moder.cap. prudentiam. de offic. deleg. Idem sentiunt, quòd isti filij, seu hæredes succedant tanquam representantes vnum solum. Adde Felin.d.c.prudentiam.versicu. filij, seu hæredes defuncti.nume.2.colum.994. Adde, quòd imò isti filij dicuntur habere iurisdictionem separatim. Ita Barto. l.si vnis ff.de re iud.& domin.Abba.d.c.prudentiam.4.colum. versi.dubium est. Et verum est, quòd iura indiuidua transeunt ad hæredes in solidum,l.2.§.ex his ff.de ver.ob.Tamen dic tu, quòd diuisa administratione iurisdictionis diuidi non potest ipsa iurisdictio. Ita Bart.l. inter tutores. ff. de admi. tu. Et idem tenet Anto.de But. Imo.& domin. Abba.d.c. prudentiam. & Bald.c.vno delegatorum.de offi.deleg. Et adde Fel.d.c.prudentiam.qui videtur idem sentire, versi.sed quòd.colum. vt supra. Adde,quòd istud verum est in iurisdictione feudali, seu dominicali,aut marchionali,quia ista iurisdictio diuidi non potest, vt supra dictum est,sed in alijs bene cadit diuisio.Ita do. Abba. d.cap.prudentiam.4.colum.versic. aduerte tamen.& Bald.c. imperialem.§.præterea.de prohib. feu. alie.per Fri. Et idem tenet Barto.l.Lucio.in fi.ff.de aqua quoti,& astri. Adde,quòd Felin.idem tenet d.c.prudentiam.versi. fallit,vbi competit.nu.3. col.ea.& ibi per ipsum habebis alia circa materiam istam. Adde,quòd domin. Abba. consuluit, quòd iurisdictio feudalis diuidi potest, dummodo non sonet in nomen dignitatis, cum vide consi.suo 82.vlti.col.

Iurisdictio ordinaria respectu certi generis non potest prorogari ad vniuersas causas & dissimiles causis expressis.Felin.cap. cæterum.de iudi.nu.2.col.46.

Iurisdictio acquisita per præscriptionem, non inducit potestatem coharedi, & sic ille,qui habet iurisdictionem in certo loco præscriptam,non poterit punire delinquentes. Bonus tex. cap.cum contingat.de foro compe.vbi domin.Card.4.colum.versicu. oppono. Vide Felin.capitu. auditis.de præscrip. versicu. præscriptio super iurisdictione.nume.17.colum.275. Adde tu, quòd propter illum tex.d.c.cum contingat.domin.Card.ibi, & dom. Abba.6.col.& dom.Car.& Imo.c.pastoralis.de offic. deleg.in prin. & dom. Alex. de Imo.l.2 ff.de iurisdom.iud.1.colum.

dicunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt, quòd est dare iurisdictionem sine modica coercitione, & hoc, quando quis iurisdictionem præscripsisset, quia non intelligitur præscripsisse modicam coercitionem in corpus. Adde, quòd hoc fallit, quando quis haberet iurisdictionem in loco ex priuilegio sine concessione illius, de præiudicio cuius agitur, quia si habens iurisdictionem ab eo, qui habet ius concedendi, vtitur iurisdictione in vno actu, tunc retinet iurisdictionem in omnibus aliis actibus. Ita Bart. l. 1. §. si quis hoc interdictum. ff. de itin. actu. priua. & Paul. de Castr. l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. domin. Abba. c. cum olim. de præscr. 3 col. Vide Felin. d. c. auditis. versicu. prima declaratio prædictorum. nume. 18 col. 276. vbi dicit, quòd aliqui tenuerunt contrarium. Sed tu dic, quòd ista est communis opin. Item, quando quis præscriberet iurisdictionem in certo loco, vbi nullus haberet iurisdictionem, si vsus fuisset vno actu iurisdictionali, tunc esset præscriptum, quo ad omnia. Innocen. c. delicto. de offi. Archi. domin. Abba. c. cũ inter. de re iud. 5. col. versi. quarto. & vltimò dom. Alex. consi. suo 209. 8. col. inci. An forensibus. dom. Abba consi. suo 71. incip. Casus talis est, quidam clericus. 2 volum. Vide Fel. d. c. auditis. de præscr. versi secunda declaratio. nu. 19. col. ea. Item fallit in connexis inseparabilibus à principali, & hoc quando principale non potest stare sine connexis, quia præscripta iurisdictione in principali, erit præscriptum in accessoriis & connexis inseparabilibus a principali. Bal. l eos. C. de vjur. & est bonus text. l. si in aliena. §. 1. ff. de vsur. vbi dicitur, quòd præscriptio extenditur ad connexa. Vide Oldra. consil suo 182. Quod intellige sano modo, si ista connexa inseparabilia fuerunt semper a principio præscriptionis, Ludo. Roma. l. ei, à quo. §. 1. ff. de acq. pos. Et idem sentit domin. Abb. c. dilecti. de arb. 2. col. vbi dicit, q̃ si pars includitur sub toto præscripto, totũ præscribitur, & pars. Vide Fel. vbi ponit multa exempla in materia, d. c. auditis. versi. quarta declaratio. nume. 20. col. 278.

Iurisdictio acquisita ex consuetudine, & hoc per scientiam illorum, de quorum præiudicio agitur, an extẽdatur ad coercitionem de lictorum in corpus, Inno. c. dilecto. de offi. arch. tenuit, q̃ sic, & ibi Anton. de Butr. in fi. Adde Felin. d. c. auditis. de præscr. versi. quinta declaratio. nu. 21. col. 279. Et hæc notabis pro limitatione eorum, quæ dicta sunt supra. §. iurisdictio acquisita per præscriptionem.

¶ *IVS Diuinum est de necessitate salutis, non sic ius humanum. Fel. c. nam concupiscentiam. de consti. nu. 8. versi. quarto limita. col. 81. Adde, quòd princeps illud in totum non potest tollere, sed in parte sic, & tunc ex causa rationabili, glo. l fi. C. si contra ius, vel vti. pub. & l. 1. ff. de consti. prin. & glo. c. sunt. 35. q. 1. Adde dom. Abb. c. literas. 4. col. de restit. spo.*

Ius Diuinum potest interpretari per principem, de quo vide, quæ posui in litera P. §. princeps secularis.

Ius faciens mentionem de ordinarys, an extendatur ad capitulum sede vacante? Felin. c. cum olim. de maio. & obe. num. 8. colum. 1214.

Ius ciuile seruatur in foro canonico, si non contradicit canoni, non solum in decisione, sed etiam in ordinarijs processus, domin. Abba. in c. in causis. de testi. 3. not. Bar. l. priuilegia. versi. quaro ergo. Pet. de Anc. in repe. c. 1. versi. si itaque. de consti. domin. Abba c ecclesia S. Mariæ. il 1. vt lit. pen. vlt. col. versi. si enim. Adde Felin. d. c. in causis. in prin. nu. 1. par. 2. col. 563.

Ius canonicum si statuit rigorem, & ius ciuile aquitatem, standum est iuri ciuili, etiam in foro canonico, do exemplum, pone, quòd clericus iurauit dare decem vsque ad 15. dies, dico quòd dies vltima est incipienda a media nocte, secundum ius ciuile. Arch. c. partibus. 89. distin. Bald c. ego N. 3. col. de iureiu. Ad de Felin. cap. in causis. de testi. in prin. vbi supra. versi. Et vide de Arc. col. 564. post med.

Ius iniquum impetratum ab aliquo si fuerit, an omnes possunt vti retorsione contra impetrantem pro clara intelligentia? Reassumam istud in dubium, pone, aliquis impetrauit, vel a principe, vel a iudice, ius iniquum cõtra Titium, an vltra Titium omnes alij possunt vti retorquutione contra impetrantem, glo. Bar. 10. & alij. l. 3. §. hæc pœna. ff. quod quisque iur. tenẽt, quòd non, sed solum Titius vti poterit. Ita tenet glos. d. l. 3. §. hæc pœna. & l. 1. in prin. & ibi Cyn. 16. q. ff. quod quisque iu. & omnes Scribentes d. §. hæc pœna. & plene Cyn. l. ratas. C. de rescin. ven. Prosita parte facit text. d. l. 1. verb. aduersario postulante ff quod quisque iur. Et tu fortius stringe text. illum, cum illi ablatiui absoluti resoluantur in conditionem. l. à testatore. ff. de condi. & demon. Et perinde est ac si text. diceret, si aduersarius postulauerit, sed conditio debet impleri in forma & persona specifica, l. qui haredi. in prin. & l. Mæuius. ff. de condi. & demon. Allegat etiam Cyn. tex. l. apud Cesum. §. si aduersarius. ff. quib. ex cau. in pos. ea. Sed tu tene contrarium, prout tenuerũt Az9, Pla. Mar. de Fano, & And de Pisis, vt refert Cyn. d. l. ratas, & Fulgo d. §. hæc pœna. Et ista opin. proculdubio est vera, contra communem per tex. clarum ad literam d. §. hæc pœna. Nec est verus intellectus glo. & Doct. quòd intelligatur, quando impetratio fuit facta generaliter contra omnes, quia destruxit tex. Item hoc modo tex. §. hæc pœna, esset de indubitabili, quia si impetrasset rescriptum contra omnes, proculdubio omnes vterentur retorquutione contra eum, dato quòd contra vnũ solum uteretur, quia etiamsi contra nullum uteretur, habet locum retorquutio, vt d. l. 3. ff. quod quisque iuris. Secundo stringit tex. ineuitabiliter, d. l. ratas. Nec duæ solutiones datæ ibi per Cyn. aliquid valent, nec stringunt illum tex. Minus etiam valet solutio Sal. ibi d. § hæc pœna. qui dicebat, quòd milites ibi volebat imponere ius iniquum per modum legis generalis. Tertiò inducit illũ tex. d. §. hæc pœna. Raphael in verbo, in edictum incidit. Istud enim potest multis modis contingere, statuendo, vel sententiando. Si ergo iudex incidit in edictũ sententiando, impossibile est, quòd generaliter contra omnes sententietur, tunc tex. dicit ibi d. §. hæc pœna. & quilibet vtitur retorquutione contra eũ. Tu quartò põdera tex. §. illud quoq; l. 3. ff. quod quisque iur. intelligendo realiter tex. prout iacet, & ibi Fulgo. ad hoc no. quamuis glo. & Doc. ibi intelligunt, quando impetratio fuit facta generaliter super omnibus actionibus. Quintò pondera tex. ad idem. §. si is, pro quo. d. l. 3. ff. quod quisque iur. vbi ius iniquum fuerat impetratum contra debitores, & tamen in eo vtiuntur retorquutione, non illi debitores tantum, sed alij creditores impetrantis. Et istam partem tenet glo. expresse l fin. ff. quòd quisque iu. quamuis Alber. & do. Alex. ibi, & Cyn. d. l. ratas. dicant, quòd illa glos sit corrupta, tenendo istam partem, quæ est contra communem. sed puto, quòd sit verissima. Restat solum respondere ad tex. qui fortiter stringit l. 3. verbo, aduersario postulante. ff. quod quisque iur. Sed respondeo, quòd loquitur de aduersario, non de illo, contra quem est impetratum ius iniquum, sed de illo, qui est aduersarius tempore retorquutionis, cum terminus aduersarii debet intelligi secundum tempus participij, cui adiucitur l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Et sic iste, qui non vult vti retorquutione, est aduersarius, & ideo dicit, postulante, quia iudex non potest facere retorquutionem, nisi petatur a parte, per regulam l. 3. §. hoc autem. ff. de dam. infe. Et tex. verb. aduersario postulante. non intelligitur, contra quem est impetratum, sed de illo aduersario, qui nunc vult vti retorquutione. probo subtiliter, nam etiam in primo capite edicti prætoris ponitur, Aduersario postulante. tunc sic primum caput loquitur, quando magistratus ius iniquum facit statuendo, sed faciendo statutum generale, nullum per hoc habebat aduersariũ. Ergo ex aduersario postulante intelligitur de eo, qui fit aduersarius mediante retorquutione. Pondera etiam, quòd primum caput prætoris declaratur l. 1. §. si. ff. quod quisque iuris Secũdũ caput prætoris declaratur l. 3. eo. titu. in prin. Verum est, quia in vtroque capite declaratur aduersario postulante. §. hæc pœna. d. l. 3. propriè declaratur, quomodo intelligatur illud. Aduersario postulante, positum in vtroque, & dic, quòd intelligitur, quicunque vult vti retorquutione, & tenendo istam partem vana videtur q. formata per Barto. & alios, d. §. hæc pœna. ff. quod quisque iuris. Vide Fel. rub. de reser. in prin. colum. 321.

Ius alteri quæsitum non potest tolli per papam sine causa tamen potest concedere dilationem super illo. Fel. c. constitutus. de reser. ver. generaliter autem. nu. 18. col. 568.

Ius publicum authoritate & vtilitate an tollatur per consuetudinem? Vide, quæ posui in litera C. §. consuetudo an tollat ius publicum.

Ius reuocandi domum quale sit, & quando locum habeat? Felin. de fo. comp. c. vlt. nu. 25. col. 229. par. 2.

Iuri pro se introducto quilibet renunciare potest, fallit in iure naturali, vt est ius sanguinis. Ita Fel. cap. si diligenti. de foro cõpe. in prin. col. 182. parte 2. Adde, quòd illa doctrina est tota verissima, quam ponit etiam Bar in duobus locis, primò inl. ius publicũ. ff. de pac. & in l. pen. C. eo. de verbo ad verbum, vbi etiã

Bald.

Bald. Fulg. & Sal. formaliter sequuntur. Sed vt istam materiã clarè & mundè habeas, considera duos casus principales, aut loquens in iure publico, aut in iure priuato. Circa primum fac regulam, quòd iuri publico non potest pactis priuatorum derogari, vt d. c. si diligenti. & d. l. ius publicum. Nec etiam pactis publicarum personarum. l. 2. §. ius rei. ff. de admi. re. ad ciui. perti. & l. 2. C. de comme. fisc. lib. 10. Intelligitur autem ius publicum altero de 4. modis. Primo ius naturale, vel sanguinis. l. ius agnationis. ff. de pact. & l. abdicatio. C. de pa. po. Secundo illud, q̃ principaliter publicam vtilitatem respicit, puta, quòd de licta puniatur, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. l. licitatio. § quod illicitè ff. de publ. Tertio illud, quod remp. tangit, l. iuris gentiũ. § si paciscar ff. de pac. Quartò, vbicunque l. disponit, dando formam, vel solennitatem actui, l. testamenti factio. ff. de testa. l. nemo potest. ff. de leg. 1. l. prolatam. C. de senten. Circa secundum in iure priuato, quod principaliter ad priuatam alicuius vtilitatem inductum est, fac regulam contrariam, quòd ea regulari ter renunciari potest, vt l. paciscī. ff. de pac. l. pen. C. eo. Fallit in 5. casibus, Primo quando illud ius esset inductum propter imbecillitatem ætatis, l. index. ff. de mino. Secundo fallit, quando talis renunciatio induceret aliquid contra bonos mores, vel inuitaret ad delinquendum, l. si vnus. §. pactis, quæ turpem. ff. de pact. Tertio fallit, quando est ius prohibitorium. glo. l. 1. vbi Barto. C. ne fid. do. dem. Bal. auth. si qua mulier. C. ad Velle. Ideo statuto prohibitorio renunciari non potest, secundum Bal. l. 13. oppos. C. de edi. di. Adri. tol. Quinto fallit, vbicunque in aliquo actu opponitur clausula annullatiua, puta, quia dicatur, si secus actũ esset, irritum & inane, tunc etiam de communi consensu partiũ renunciari non potest. glo. c. statutum. verbo, committatur. de rescrip. in 6. & tex. c. dilecto. vbi Canonista, de prab. Facit, quod vult gl. l. a diuo Pio. ff. de rit. nup. Et ideo, quia vbicunque apponitur clausula annullatiua, illud censetur inductum pro forma, secundum Bal. Ang. & Moder. l. 1. ff. de li. & posth. Pe. de Ancha. c. canonum statuta. de consti.

Iuri prohibenti lucrum cum aliena iactura, renunciari potest. Ita Fel. c. si diligenti. de foro compe. in prin. nu. 2. col. 182.

Iuri reuerentiali renunciari non potest. Fel. c. si diligenti. de fo. compe. versicu. quartum corolarium. nu. 5. col. 185.

Iuri publico an renunciari potest? Vide supra. §. iuri pro se introducto. vbi posui, quid de iure publico, & quid de iure priuato.

Iura quæ imponunt pœnam ipso facto, nunquam habent locum, nisi præcedat declaratio, & sic sententia. Ita Fel. c. cum non ab homine. de iud. versi. & vide Dom. nu. 9 col. 78. post med.

Iura spiritualia vnius ecclesiæ possunt præscribi per aliam ecclesiã spatio 40. anno. Vide quæ posui in litera B. §. bona eccles. pos. præscribi.

Iura spiritualia nunquam sunt diuisa inter episcopum et capitulũ, vnde est, quòd iuramentum præstitum ecclesiæ, intelligitur præstitum episcopo, & capitulo, tex. est c. cum clerici. de verb. sig. Adde bo. tex. c. cum non liceat. de rescrip. Vide Fel. c. edoceri. de reser. in prin. nu. 1. col. 599. Adde, an per cõsuetudinem possit fieri diuisio? Vide Fel. versi. sed consuetudo. nume. & colum. præallegat.

¶ *Iuspatronatus acquiritur in fundatione hospitalis, sicut fit in fundatione ecclesiæ, c. inter dilectos. de dona. Quod intellige, si est hospitale religiosum, secus, si est hospitale priuatum, dom. Abba. in dispu. sua inci. Sempronus. 15. col. ver. cum de secundo. Fel. c. de quarta. de præscr. versi. quinto, ille, qui fundat. nume. 5. colum. 175.*

Iuspatronatus, quod habet patronus clericus & laicus. non potest conferri per legatum, do. Abba. c. si. de iure pa. Adde Fel. cap. multorũ. de Iudæis. versi. & ideo singulariter. nu 3. col. 954.

Iuspatronatus licèt sit ius, quod competat pluribus, vt singulis, vbi est dissensio inter patronos, statur maiori parti, quamuis competat ius patronatus, vt singulis, & hoc fauore ecclesiarum, de quo est tex. c. 3. de iurepa. Adde Fel. c. cum omnes. de consti. ver. in ea. glo. ibi, nihil valeat. nu. 15. col. 94.

Iuspatronatus potest donari per patronum alteri compatrono. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti versi. secundò cofirmatur ista consideratio. nu 5 col. 133.

Iuspatronatus potest tolli in totum per episcopum loci sine consensu hæredum, & hoc ex causa, puta, quòd adeo depauperata est ecclesia, quòd non inueniatur, qui velit deseruire illi ecclesiæ. Fel. c. cum accessissent. de consti. versi. secundus casus. nu. 19. col. 165

Iuspatronatus potest tolli etiam per episcopum, quando vtilitas ecclesiæ hoc postularet. Fel. c. cum accessissent. de consti. versi. tertiò restringitur. nu. 20. col. 165.

Iuspatronatus potest resici per patronum sine licentia episcopi, quando ecclesia est destructa. glo. 1. c. 3. de iure pat. & ibi scribentes. Fel. c. cum accessissent. de consti. ver. glo. si no. bene istam. gl. nu. 33. col. 174. Adde tu, quæ posui in simili in litera F. §. fortilitium. & in litera S. § synagogas.

Iuspatronatus an possit dari in pignus? Bar. l. si is, qui. ff. de pig. in fi. dicit, quòd ius patronatus ecclesiæ si ab eo commodum pecuniarium non habetur, non potest pignorari. Adde Fel. c. ad audientiam. de præscr. versi. an autem iurisdictiones præeminentiæ. nume. 5. colum. 251.

Iuspatronatus an potest præscribi a laico, ponit Fel. c. quantò. de iudi. in prin. nu. 2. col. 21. Adde tu, quòd contra ecclesiam liberã non potest laicus præscribere ius patronatus, quia esset acquirere istud ius annexum spiritualitati contra ecclesiam, quòd esse non potest. Intelligas ergo, quòd si ecclesia habet patronum, tunc potest laicus cõtra patronum præscribere istud iuspatronatus, quia ex quo istud ius cõpetit laico, videtur præscriptibile per aliũ laicũ. Ita tenuit Io. An. regula, quòd alicui. de reg. iur. in 6. Et idẽ tenet domin. Abba. an dispu. sua quæ incip. Augerius. Et ista est communis opi. quam Moderni in variis locis communiter sequuntur, vt c. quantò. de iud. & c. querelam. de ele. Adde Fel. c. causam. de præscr. versic. dum tangit Abba. nume. 7. col. 204. domin. Abba. consi. suo 76. inci. Plura sunt. 2. volum. Fel. consi. suo 222. inci. Super primò. Adde, an præscribens vniuersitatẽ bonorum, præscribat etiam iuspatronatus, quòd est annexũ vniuersitati. Vide, quæ posui in litera P. §. præscribens vniuersitatem bonorum.

Iuspatronatus an possit confiscari per laicum in confiscatione aliorum bonorum temporalium? Ponit Fel. c. quantò. de iudi. versi. vtrum sententia. nu. 3. col. 22.

Iuspatronatus non est ius spirituale, sed annexũ spiritualitati. Ita tenuit Fel. c. quantò. de iud. in prin. nu. 2. col. 21.

Iuspatronatus, in eius præsentatione cadit simonia, si pro illa præsentatione promittitur aliquid ipsi patrono, de quo vide do. Abba. c. veniens. il 1. de testi. & ibi Fel. nu. 1. col. 537. par. 2.

Iuspatronatus probatur per famam antiquam. Vide, quæ posui in litera F. §. fama inducit tustam causam credendi. in fi.

Iurispatronatus causa potest deci. per iudicem laicum. Vide, quæ posui in litera L. §. laicus iudex potest cognoscere.

¶ *Iuxta. Ista dictio an importat conditionem? Ponit Fel. c. ex parte. de reser. versi. scias etiam. nu. 10. col. 346.*

L.

LABORATORES In aliena domo, vel possessione conducti ab alio, non tenentur. Felin. c. constitutus. de reser. versi. per istam ampliationem. nu. 11. col. 565.

¶ *Lacerans instrumentum aduersarij sui, statur iuramento ipsius aduersarij de contentis in dicto instrumento lacerato. Fel. c. accepimus. de fide instr. versi. & de isto lacerante. nu. 13. col. 818. par. 2.*

Lacerans instrumentum sui aduersarij coram iudice, ita pro eo iudicatus ac si plenè fuisset probatum. Vide in litera I. versi. instrumentum laceratum.

Læsio enormissima, per quam ecclesia læditur, potest semper opponi, etiam post quadriennium datum ad petendam restitutionem in integrum. Dom. Abb cap. 1. de restit. in integ. 2. not. Ludo. consi. suo 33. & consi. 407. in fine. Adde Felin. c. 1. de præscr. versic. & adde. nu. 13. col. 165. Adde, quòd puto idem dicendum in minore facto maiore, qui habet quadriennium, quia post quadriennium poterit petere restitutionem in integrum ex causa ista, quia læsio enormissima. Cogita tamen.

Laicus habens decimas in feudum, an possit eas alteri infeudare? Ponit Felin. capitu. quæ in ecclesiarum. de consti. tu. versicu. quinta declaratio. nume. 48. colum. 132. Adde tu, quòd laicus detinens in feudum decimas, illas detinet cum periculo animæ ipsius, & hoc probat text. cap. prohibemus. de decimis. Fallit in laico detinente ab antiquo. Ioan. An. & Anto. de But cap. cum Apostolica. de his, quæ fiunt, à præla. Pan. de Castr. consilia suo 136. Adde, an talis laicus possit eas transferre in alium laicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum? Dico, quod non. Et ista est communis opin. scribentium d.c.prohibemus. & d.c.cum Apostolica. Vnde dico, quòd opin. Car. capitu. 2. de feu. non est bona, qui tenuit, quòd laicus feudatarius possit transferre in alium laicum, quia hoc modo ecclesia amitteret feudum, quòd ad eã peruenire posset ex morte primi laici feudatarij, vt dicit dom. Abba. d.c. prohibemus. in fi.

Laicus potest habere præbendam in ecclesia, sed non canonicam. Felin. c. cum M. de consti. versicu. in glo. in verbo, receperunt. nume. 13. col. 187.

Laicus non potest iudicare clericos, imò nec Papa posset facere legem, vt laici iudicarent clericos. Felin. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. nu. 6. versi. subdit hic. col. 217. Vide, quæ posui in litera P. §. Papa non potest facere.

Laicus ex pacto nudo potest agere coram iudice ecclesiastico, de quo vide quæ posui in litera P. §. pactum nudum. il 2. & in terris subiectis ecclesiæ, quod no. ibi.

Laicus potest esse delegatus Papæ in causis clericorum. Vide Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi subdit hic dom. Abba. nu. 6. colum. vt supra. 217.

Laicus quis & quando possit compelli ad obseruandas laudabiles consuetudines? Felin. de simo. c. ad Apostolicam. versicu. in glo. fi. in fi. nu 2. col. 932.

Laicus effectus clericus, in quibus casibus non potest amplius connumeri coram seculari iudice, etiam de causis cœptis, vide Fel. c. ex tenore. de rescr. versicu. fallit nonò. nume. 19. colum. 532. Adde tu, an l. vbi cœptum. ff. de iud. vel l. cum quædam puella. ff. de turis. om. iu. habeat in clerico locum. Vnde videndum est, an de gestis ante clericatum possit clericus conueniri coram iudice laico? Vide per Io. An. c. vnico, de obli. ad ratioci. & domin. Abb. c. proposuisti. de fo. compe. in fi. Adde Barto. l. s. ff. de pœn. vbi dicit, quòd si secularis commiserit delictum, & post condemnationem efficiatur religiosus, non mutat forum, sed iudex secularis potest exequi. Intellige tamen prius facta degradatione ab episcopo. Bar. d. l. 1. Sed cautela est, quòd episcopus nõ faciet degradationem, & sic erit in protectione ecclesiæ. Limito tamen, nisi iste fecisset votum intrandi religionem ante commissum delictũ isto casu non potest puniri a laico, quia voti retrotrahitur. Ita Bal. l. 1. C. an ser. ex suo facto. Et si non posset probari, stat iuramento suo, quod etiam procedit in eo, qui est intra annum professionis. Ita Ang. l. 1. ff. de pœ. Maius dubium est, laicus cõmisit delictum, & ante quàm feratur sententia, intrat religionem, an laicus eum condemnare possit? Barto. d. l. 1. de pœnis. dixit, quòd sic, ita Bald. l. officiales. & l. qui crimen. C. qui accusa. non possunt. Adde ad illa, quòd clericus in minoribus duxit vxorem, sed fuit priùs citatus per iudicem ecclesiasticum? de quæstione ista vide dom. Abba. d.c. proposuisti, in fine.

Laicus commisit delictum, & tempore sententiæ mutauit statum, quia factus est clericus, in puniendo quæ iura debent attendi, an ius ciuile, an canonicum? Adde tu, quòd Barto. l. cium quadam puella. ff. de iuris. om. iud. tenet, quòd si secularis commiserit delictum, & post condemnationem efficiatur religiosus, non mutat forum, sed iudex secularis potest exequi. Intellige facta priùs degradatione ab episcopo. Ita Barto. l. 1. ff. de pœ. Ergo tamen limito singulariter, nisi iste fecisset votum intrandi religionem ante commissum delictum, isto casu non potest puniri a laico, quia votum retrotrahitur. Ita Bal. l. 1. C. an ser. ex facto suo. Et quando non posset probari, stat iuramento suo. Et, istud intellige etiam in eo, qui est intra annum probationis. Ita Ang. l. 1 ff. de pœn. Maius dubium est, laicus commisit delictum, & antequàm feratur sententia, intrat religionem, an laicus possit eum condemnare. Bartol. d. l. 1. dicit, quòd sic. Ita Bald. l. officiales. & l. qui crimen. C. qui accus. non pos. Et quid sit in illis fratribus tertij ordinis, ponunt Canonistæ. cap. perpendimus. de senten. excom. In q. ista. vide Anto. de But. cap. vnico, de obliga. ad ratio. Et ista no. pro amico, quia alibi non ita ordinatè habebis.

Laicus potest recipere professionem monachi de mandato abbatis. Ita Fel. c. fi. de offi. ord. in prin. col. 1150.

Laicus potest esse iudex delegatus in causa merè laicali clericorũ. Vide, quæ posui in materia ista in litera E. §. episcopus potest cõmittere laico.

Laicus an ex consuetudine vetustissima possit acquirere iurisdictionem in clericos, adeò quòd clerici sint de foro ipsius laici? ponit Fel. c. 2. de maio. & obe. in prin. nu. 1. col. 1170.

Laicus potest excommunicare, & suspendere clericos, & hoc, si habet priuilegium à Papa. Felin. c. ex parte decani. de rescrip. in prin. nume. 1. col. 848.

Laicus an possit audire confitentem peccata sua in casu necessitatis & si talis confitens est excommunicatus, an intelligatur absolutus, adeo quòd possit sepeliri in cœmeterio? Vide Felin. c. pastoralis. §. præterea. de offic. ord. versicu. licitum est confiteri laico. nume. 13. col. 1125.

Laicus potest astringi sub sigillo confessionis, vt non reuelet secretũ sibi dictum, sicut si esset sacerdos. Inno. cap omnis. de pœn. & remis. 3. col. Postea subdit statim ibi Inno. quòd tale iuramentum est temerarium, & non seruandum, de quo vide domin. Abb. cap. intimauit. de testi. 2. colum. versicu. in 2. electi. & ibi Felin. versi. gl. fi. in fin. nu. 4 parte 2. col. 587. Adde ad ista proclara intelligentia, quòd quando quis reuelat amico suo in secreto aliquid causa consilij, vel auxilij etiamsi dicat ei, quòd hoc dicit in pœnitentia, tamen ex quo non facit in forma confessionis, tunc non tenetur ille tenere secretum. Hoc modo intelligas Inno. vbi supra. & dom. Abba. loco prælegato. Et istud tenet dom. Abba. c. qualiter. il 1. de accusa. in fi. & d.c. omnis. de pœn. & remis. in fi. Vide consilium dom. Car. in materia ista. 38. incip. quidam habens vnum filium. Vide Felin. d.c. intimauit. versi. & pro hoc vltimo. nu. 5. col. 588. Adde tamen, quòd si laicus est assumptus loco sacerdotis, puta, quia in necessitate sit ei confessio, sicut sacerdoti, vt tex. c. sanctum. de cõse. dist. 4. & talis tenetur occultare, quòd ei dictum est. Imò si produceretur in testem, posset iurare, se nihil scire. Ita beatus Tho. 4. dist. q. 3. artic. 1. in fi. Adde Felin. d.c. intimauit. de testi. versi. alleg. colum. ea. Et vide, quæ posui in materia ista in litera T. §. testes, qui promiserunt. & §. testis an possit.

Laicus cui reuelata sunt secreta in forma confessionis, non tamen in casu necessitatis, si producatur in testem, an possit licitè iurare, se nihil scire? de quo vide Felin c. intimauit. de testi. versic. & pro hoc vltimo. nume. 3. vbi supra. ver. prox. col. ead.

Laicus an habeat ius conferendi beneficium. dom. Abb. ponit hoc cap. dilecto. de testi. 1. no. vbi primo dicit, quòd ex priuilegio Papæ hoc posset laicus, etiam fœmina, sed ex præscriptione, vel consuetudine, etiam de initio cuius non est memoria, hoc non potest. Host. Ioan. An. & alij. d.c. dilecto. tenent, quòd laicus potest habere collationem beneficiorum ex priuilegio Papæ. Vide glo. c. imperium. 10. dist. & glo. summæ. 15. q. 7. Ioan. An. addi. Specu. titu. de delegato. §. nunc tractemus. versicu. sed nunquid Inno. Ioan. An. domin. Abba. cap. quod sicut. de electi. domin. Abb. ca. dilectus. il 3. de præben. circa fin. Adde, an laicus possit habere collationem beneficiorum ex consuetudine antiqua, vel præscriptione? Vide Ioan. An. capitu. 2. de præb. in 6. domin. Car. consi. suo 8. incip. Proposita q. Felin. d cap. dilecto, in prin. nume. 1. parte 2. col. 694.

Laicus potest conferre beneficia ex potestate Papæ. Ita Felin. cap. 2. de maio. & obe. versi. videtur etiam quòd ex causa. nume. 3. colum. 1171.

Laicus potest conueniri a clerico agente rei vendicatione pro re propria, vel ecclesiæ. Felin. c. si clericus laicum. de foro compe. versi. secunda conclusio nume. 4. colum. 1602. parte.

Laicus conuentus à clerico coram iudice seculari, an possit reconuenire clericum coram eodem iudice seculari. Vide quæ posui in litera C. §. clericus, si conuenit.

Laicus tanquam arbitrator, cognoscere potest de usura. Ita Felin. c. cum sit. de foro compe. versicu. septima declaratio. num. 3. col. 169. parte 2. Adde tu, quòd ex istis videtur, quòd possit compromittiin laicum, tanquam in arbitratorem, de re spirituali quam opi. tenuit Spe. tit. de arbi. §. restat. versi. item sententia, excommunicationis. Pau. de Castr. consi. suo 71. Bald. c. sacro san. de electio. Lud. Ro. consi. suo 299. incip. In proposita consultatione. Lap. alleg. 171. do. Alex. l. Titia. ff. sol. mat. Et quòd de quacunque re spirituali possit cõpromitti, addo in terminis Bal. propriè loquentem de quacunque causa spirituali, titu. de pace Const. versi. posse. Bald. l cum allegas. C. de usur. Adde, quòd credo, quòd istud habet locum in rebus quas clericus potest alienare, quia compromittere potest in arbitratorem, sed si alienare non potest sine solennitate iuris, non poterit compromittere. De quo vide do. Abba. & alios. c. cum tempore. de arbit. Adde tu, quòd do. Abb. c. contingit. de arbit. in prin. tenuit, quòd de re spirituali in laicum compromitti non potest.

Laicus

Laicus cognoscens monialem, velut sacrilegus, est vtriusque fori. Felin. c. cum sit. de foro compe. versi. subdit Maria. in fi. num. 12. colum. 173.

Laicus trahens clericum coram iudice laico, debet perdere causam. Vide Felin. c. si diligenti. de fo. compe. versicu. glo. in verbo, causam. nume. 34. colum. 192. Adde, quòd domin. Abb. c. si diligenti. 1. col. versi. quid autẽ, si laicus expresiè tenet, quòd laicus, qui trahit clericum coram iudice laico, debet perdere causam, & allegat auth. statuimus. C. de epi. & cle. Adde, & hoc fallit in casu l. fin. §. penul. C. de bon. author. iudic. poss. videlicet quòd si sequestrum fiat penes personam ecclesiasticam, quòd iudex secularis, potest ei præcipere, quòd illud restituat, & sic laicus trahendo clericum, qui habet sequestrum coram iudice laico, non incidit in pœnam istorum iurium. Vnde per illum tex. dicit Bal. l. sideiussor. la 2 ff. qui sat. cog. in lect. antiqua. si iudex facit fieri sequestrum seu deponi apud sacristiam fratrum, quòd licèt sit iudex secularis, tamen mandabit ei sequestrum reddi, ad quem spectat. Adde, quod no. Bal. l. accepta 1. col. in fi. C. de usur. per illum tex. in verbo, sacratissimas ades quòd si clericus sit depositarius, potest cogi ad restitutionem depositi, officio iudicis secularis, quia non proceditur propriè contra eum per modum iudicij, sed executiuè in consequentiem officij suscepti. no. prædicta, per quæ datur magna limitatio ad iura canonica, scilicet ad cap. nullus. de foro compet. & tex. cap. si diligenti. eod. titu. & ad authen. statuimus. C. de episco. & clericis.

Laicus habet domicilium principale, vbi habet maiorem partem bonorum suorum. Ita Felin c. postulasti. de fo. compe. in prin. nu. 1. col. 198.

Laicus subditus, non ratione nudæ iurisdictionis, sed alterius subiectionis, puta tributi, tunc irrequisito superiore non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis. Ita Felin. c. significasti. de fo compe. versicu. fallit tertio in laico. nu. 2. col. 209.

Laicus non potest prorogare iurisdictionẽ alterius iudicis in perpetuum, & sic per prorogationem recedere a iudice proprio non potest, puta principe, vel populo libero. Fel. c. significasti de foro compe. versi. fallit quinto. nu. 3. col. 209.

Laicus non potest prorogare iurisdictionem non sui iudicis in spiritualibus sacramentalibus. Felin. cap significasti. de fo. compe. in prin. nume. 1. col. 209. & inde.

Laicus contraxit, & post contractum a se celebratum efficitur clericus, an possit conueniri coram primo iudice seculari, ratione contractus præcedentis? Vide per Felin. c. proposuisti. de fo. compe. nume. 2. col. 215.

Laicus potest esse iudex delegatus in causa ciuili clericorum, & hoc si per episcopum delegata est sibi causa. Fel. cap. 1. de iudi. in prin. num. 2. col. 17.

Laicus an possit esse administrator vniuersalis bonorum ecclesiæ, vt œconomus? Vide Felin. cap. 2. de iud. versicu. procurator laicus. nume. 4. colum. 18. Adde dom. Abb. d. cap. 2. col. versi. an autem possit esse.

Laicus an possit esse principalis collector oblationum ecclesiæ? aut deputatus ad officium fabricæ? aut habere potestatem destribuẽdi reditus ecclesiæ inter clericos? Vide per Fel. cap. 2. de iud. versi. vtrum laicus. nu. 5. col. 19.

Laicus est incapax beneficij. Felin. c. cùm adeo. de rescri. versic. ad idem, quod no. nume. 5. col. 537. Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus. si imdetrat canonicatum.

Laicus qui non est de temporali iurisdictione Papæ, non tenetur eì obedire in non concernentibus animam, de quo vide quæ posui in litera P. §. præceptum Papæ durum.

Laicus iudex potest cognoscere de causa iuris patronatus, & hoc, quando beneficiatus agit contra patronum ad liberationem ecclesiæ. puta, vt excludat patronum a iure patronatus? Vide Fel. c. significauit. de testi. in prin. nu. 1. col. 696. parte 2.

Laicus notarius potest esse rogatus de negocijs spiritualibus. dom. Abb. c. cum dilectus. de fi. instr. pen. col. versi. venio ad secundã. Et idem tenet Io. An. Bal. Ant. de But. c. Messana. de elect. Ad de Fel. d.c. cum dilectus, versicu. quarta declaratio. nume. 42. colum. 852.

Laicus non potest esse vicarius episcopi. Ita Feli. c. 2. de iud. nume. 6. versi. laicus non potest esse. colum. 19. Adde, quòd fallit hoc in episcopo habente iurisdict. temporalem, quia tunc laicus potest constitui vicarius episcopi. Ita dom. Abba. d.c. 2. de iud. 3. colum. versicu. quæro, nunquid laicus.

Laicus an possit esse assessor episcopi, vel alterius iudicis ecclesiastici? Vide per Felin. cap. 2. de iud. versicu. laicus non potest esse vicarius. nume. 6. col. 19. Adde tu, quòd illud tenet Fel. ibi, tenuit ante eum arc. c. plures. 16. q. 1. Ro. l. 2. ff. de offi. assess. Et ita est communis opi. quamuis Gemi. c. statutum. §. assessorem. de rescr. in 6. aliter dicat, & malè.

Laicus an possit prædicare cum licentia episcopi? Vide per Fel. c. 2. de iud. versi. an laicus possit prædicare. nu. 7. col. vt supra.

Laicus an possit præscribere ius patronatus? Vide, quæ posui in litera L. §. ius patronatus an potest præscribi a laico. Et adde, an laicus præscribens vniuersitatem bonorum, possit præscribere ius patronatus illi vniuersitati annexum? Vide, quæ posui d. §. ius patronatus.

Laicus an possit confiscare ius patronatus in confiscatione vniuersali aliorum bonorum temporalium laicorum? Ponit Fel. c. quanto. de iud. versi. vtrum sententia laici confiscantis. nu. 3. col. 22.

Laicus an possit cognoscere de iure funerandi, vel de iure patronatus? Vide per Felin. c. quantò. de iud. versi. vtrum laicus possit cognoscere. nu. 5. col. 24.

Laicus est conueniendus coram episcopo, quando simul cum clerico obligauit soluere aliquid alicui. Vide ad plenum de materia ista in litera E. §. episcopus, qui cognoscit de causa temporali.

Laicus purus propter eminentem scientiam potest eligi in episcopum. Ita Felin. c. clerici. de iud. versicu. secundò pro hoc allego. nume. 4. colum. 67.

Laicus an sine licentia sui episcopi possit prorogare iurisdictionem alterius episcopi, & submittere ei, ac obligare se ad pœnam ex communicationis, dom. Abba. c. P. & G. de offic. deleg. 2. col. versi. glo. in verbo, sententias. dicit, quòd Anto. de But. dixit quòd laicus, si expresiè vult se submittere, quo ad excommunicationem non potest, aut accessorie, & potest & ibi videtur, & dom. Abb. teneat, quòd laicus possit se submittere alteri episcopo sine licentia sui episcopi. Felin. d. cap. P. & G. transit cum opi. domin. Abba. ibi, quem videas versicu. glo. in verbo sententias. nume. 2. col. 1093.

*Laicus an possit accusare clericum de crimine ciuiliter. Abb. tangit hanc difficultatem c. ex par. de testi. 2. colum. versicu. an clericus possit accusari per laicum, vbi prosequitur materiam istã per tres columnas. Tu verò fac regulam, & dic clarius, quòd laicus non potest accusare, vel denunciare clericum de crimine etiam ciuiliter. Tex. est d.c. ex parte, de testi. Et ratio est, quia ille debet hoc facere, cuius interest, c. non solent. 2. q. 6. Sed hoc non competit laicis. cap. 2. de electi. dom. Abba. hoc tenet expressè d.c. ex parte. 5. col. versi. alios autem laicos. Et idem tenet. Felin. d.c. ex parte. versicu. in ea glo. fi. de materia huius glo. nume. 6. par. 2. col. 526. Quamuis Fri. de Se. consi. suo 23. incip. Titius electus. tenuerit contrarium & male, vt per do. Abb. d.c. ex parte. 4. col. versi. reliqui autem. & ibi per Felin. versicu. secunda differentia. nume. 7. colum. 527. Adde, quòd ista reg. fallit in quinque casibus, & primò in patrono & parochiano, quia patronus & parochianus laici possunt accusare clericum de crimine ciuiliter, quia ipsorum interest. Ita glo. 1. d.c. ex parte. de testi. & glo. c. Maximianus. 81. dom. Abba. & quod Dei timorẽ. de sta. mo. 2. no. & ibi Host. do. Abb d.c. ex parte. 5. col. versic. aut quæritur. & ibi idem tenet Fel. versi fallit. n. nu. 8. col. 602. vbi adducit multas rationes. Item fallit ista regula, quando laicus vellet accusare clericum de crimine ante promotionẽ, quando inducit priuationem ipso iure, quia admitteretur. Ita dom. Abba. c. ex parte. 4. col. versi. d. Anto. dicit. Et idem tenet Fel. ibi versi. fallit secundò. nume. 9. col. ead. par. 2. Tamen si laicus etiam parochianus vellet accusare clericum de crimine commisso post promotionem, etiamsi sit crimen, quod inducit priuationem ipso iure, non potest. Ita dom. Abba. d. versi. dom. Anto. dicit. & Fel. d. versi. col. ead. Item fallit ista reg. vbi agitur de crimine dilapidationis rerum ecclesiæ, quia quilibet laicus admittitur ad accusandum clericum. Ita do. Abb. d.c. ex parte. 5. col. versi. aut quærit vbi etiam Fel. ver. fallit tertiò. nu. 10. col. ea. Item fallit ista reg. quãdo ageretur de crimine famoso, vel scandaloso, quia tunc admitteretur quilibet laicus ad accusationem clerici Fel. tenet istam opin. secutus dom Iunm, quem videas d.c. ex parte. ver. fallit Quarto. nisi. nu. 11. col. præalleg. Et cogita, an bene dicat. Item fallit ista regula in casibus notatis. cap. cum P. de accusatio. & per glo. in summa. 2. quæstio. 7. & etiam, vbi

M quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis prosequitur suam aut suorum iniuriam, quia laicus isto casu posset accusare clericum de crimine criminaliter, de quo dicetur Deo concedente, c. de catero. de testi. Adde, quid in causa simonia, an admittantur laici ad accusandum clericos? Vide §. laici an possunt accusare clericum.

Laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus. glo. c. Apostolicæ. de excc. dicit, quòd qui possidere non potest in materia illa, non potest agere per se, vel per alium, tamen contra gloss. illam videtur, quòd sit text. c. 1. de procu. in 6. Adde tu, quòd gl. c. 1. de procu. in 6. verbo, spiritualibus. tenet, quòd in actibus spiritualibus laicus non potest esse procurator. Adde Fel. d. c. Apostolicæ. versi. tene menti doctrinam. glo. nu. 5. colum. 90. Adde quòd contra glo. d. c. 1. facit dictum Io. An. & aliorum, c. accedens. de præb. vbi dicunt, quòd laicus potest pro clerico accepta re beneficiũ, vt procurator. Et idem in simili dicũt do. de Rot. si. de rer. permu. 11. in antiquis, vbi tenent valere permutationẽ beneficij factam per procuratorem laicum. Vide Fel. col. prædicta & seq. nõ habere locum in laico, pcuratore constituto in actibus spiritualibus quia habet expedire illos actus ex iudicio suo, vt puta eligere prælatum, quia isto casu non posset laicus esse procurator. Io. An. regula, quod alicui. vlt. colum. de reg. iur. in 6. do. Abb. c. 2. de iud. 3. co. versi. dic etiam, quòd laicus. Adde tamẽ, quòd si laicus haberet in mandato, quòd deberet eligere talẽ personam expressam in prælatum, tunc bene posset esse procurator. Fel. d. c. Apostolicæ. de excc. versi. Cæterum limitabis. nu. 6. col. ead. Adde ad ista multa, quæ posuit dom. Abb. d. ca. 2. de iud. videlicet, quando laicus possit esse procurator in actibus spiritualibus vbi latissimè tangit materiam istam.

Laicus an possit constitui procurator ad acceptandum beneficium pro clerico? Vide supra §. laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus.

Laicus an possit constitui procurator ad permutationem beneficij faciendam? Vide supra. §. laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus.

Laicus constitutus procurator ad eligendum prælatum in certa ecclesia, an talis procurator valeat? & dic, quòd non, nisi ei expressè mandaretur, vt eligeret certam personam, de quo vide supra § laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus.

Laicus an possit accusare laicum? dicas, quòd si crimen est publicum, quilibet de populo potest accusare. Tex. l. 1. ff. de pub. iud. Stantem crimen est priuatum, tunc auditur solum ille de interesse cuius agitur. Felin. c. cum P. de accu. versicu. quæro quid de laico, nume. 2. col. 699.

Laicus, qui fugiendo mortem euitare potest, an licitum sit ei agressorem occidere? Videtur dicendum, quòd non, l. sciendum. §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. De hoc vide Barto. l. vt vim ff. de iusti. & iu. Bar. Bal. Ang. & Sali. l. 1. C. vnde vi. Et cõmunis opi. Legistarum est, quòd si persoña est talis, quòd sit dedecus aufugere, non debet fugere, sed potius aggressorem interficere, de quo vide Felin. capitu. suscepimus. de homi. in notabilis. colum. 1028.

Laicus, qui percutit mulierem prægnantem, & sequatur abortio, adeo quòd mulier parit abortiuum animatum, an debet puniri pœna mortis? Bald. dicit, quòd non, l. cùm inter. C. de fideiu. quia ille, qui est in vtero, non est homo. Idem tenet Paul. de Castr. l. quod dicitur. ff. de li. & posthu. Vide Fel. c. sicut. de homi. versicu. in laico videtur dubium. nume. 2. col. 1049. Adde, quòd ista procedunt, quando quis interficeret infantem nondum natum ex percussione mulieris facta sine dolo, sed si quis data opera ad interficiendum nondum natum & existentem in vtero mulieris, percuteret, teneo, quòd debeat puniri pœna mortis. Ita dicit Ang. & Sal. l. pen. C. de sica. Adde Fel. d. c. sicut. versicu sed aduerte. quia licet. nu. 4. col. ead.

Laicus, qui percutit clericum inuadentem, proximum suum, an sit excommunicatus? Vide, quæ posui in litera C. §. clericum inuadentem proximum.

Laicus, qui percutit clericum pro conseruatione rerum suarum, an sit excommunicatus? & quid, si percutit pro conseruatione rerum proximis? Vide, quæ posui in litera C. §. clericum inuadentem.

Laici an possint occidere furem, vel alium agressorem, pro defensione rerum tantum, & hoc de iure ciuili. Vide, quæ posui in litera C. §. clerici, vel laici an possint.

Laici an possint impunè occidere hominem pro defensione patrum, vel vxoris? Vide Felin. c. 2. de homi. in si. numero. 5. colum. 1013.

Laici an possint liberare se à solutione decimarum, tam prædialiũ, quàm personalium, per consuetudinem, aut præscriptionem. Vide, quæ posui in litera D. §. decimarum solutione.

Laici an possint acquirere decimas per præscriptionem? do. Abb. c. causam. de præscr. 1. colum. in prin. dicit, quòd laicus in istis spiritualibus non præscribit, etiam per tantum tempus, de initio cuius non sit memoria in contrarium, quia cùm spiritualia possidere non possunt laici, ergo nullo temporis cursu possunt præscribere. Idem tenet Io. An. cap. 2. de prab. in 6. dom. Abb. cap. quanto de consue. 1. no. Anto. de Bu. c. peruenit. de censi. 6. colu. Bal. l. omnes. in si. C. de præscr. 30. an. Dom. de S. Gem. c. Catholica. 11. dist. Fel. d. c. causam. versicu. signa theoricam. nu. 2. colum. 219. Adde & limita prædicta, quòd si laicus fuit in possessione spiritualium per tantum tempus, de cuius initio non existit memoria, & etiam habet famam priuilegij, quia concurreret. possessio diuturna cum fama priuilegij, tunc laicus posset retinere & possidere spiritualia, quia hoc non inducit præscriptio solum. sed præsumptio priuilegij probata ex fama longa. domin. Car. Bald. & Imo. c. cum Apostolicæ. de his, quæ fiu. a prela. 9. colum. versicu. nec obstat. Do. de S. Gem. c. 2. §. sanè. de deci. in 6. Vide Felin. c. causam. versi. limita duplicitèr. num. 3. col. 202. Item limita, quando laicus esset inuestitus de decimis ante concilium vt in glo. d. c. causam. quia alius laicus posset præscribere illas decimas contra ipsum laicum sic inuestitum, dom. Car. consi. suo 166. inci. notum sit. Vide Fel. d. c. causam. versi. limita secundò. nu. 4. col. 203.

Laici contendentes de decimis, inter se an possint transigere. Io. de Ana. c. post miserabilem. de vsu. in si. tenet, quòd sic, & hoc, quando laici fuerunt inuestiti de decimis ante concilium. Vide Fel. c. causam. de præscr. ver. demum ad prædicta. nu. 4. in si. col. 203.

Laici ex priuilegio Papæ possunt possidere decimas, possunt conferre beneficia, & possunt excommunicare, de quo vide, quæ posui in litera P. §. Papa per priuilegium suum potest concedere.

Laici possunt præscribere contra ecclesiam per 40. annos cum titulo, vel per tantum tempus, de initio cuius memoria non existit, quòd ecclesia soluat eis, puta in festo Purificationis, candela albas, vel in festo resurrectionis vnum agnum, vel plaustrum vini. Frid. consi. suo 155. Adde Felin. c. causam. de præscr. ver. dicit hic dom. Car. nu. 14. col. 209.

Laici an possint se liberare à solutione decimarum consuetudine, aut præscriptione? Ista est maxima difficultas. Vide, quæ posui in litera D. §. decimarum solutione, an consuetudine.

Laici non subditi Papæ an possint appellare ad Papam, Vide, quæ posui in litera P. §. potestas secularis non subiecta Papæ.

Laici possunt esse in concilio generali pro petenda iustitia, & etiam pro interesse fidei, domin. Abb. disputatione sua inci. Episcopus & quidam rector. Pet. de Mon. in sua monarchia, incip. Sæpe numero. 18. colum. Et vide latius de materia ista, quando laici admittantur, & quando non, per Innocen. c. vestra. de loca. & cap. si. de offi. leg. Domi. de S. Gem. c. decernimus. 18. distin. Arch. c. quadam. 96. dist. Felin. capitu. 1. de spon. nume. 1. colum. 645.

Laici an sint excommunicati, qui fecerunt statutum, quòd clerici non possint apprehendere possessiones beneficiorum sine licentia ipsorum laicorum. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum & istorum duorum.

Laici an possunt accusare clericum de crimine simoniæ, Vide, quæ posui in litera C. §. criminosus, & etiam vilis persona.

Laici non possunt esse testis in causa criminali contra clericum, etiã laico prosequente suam, vel suorum iniuriam. Tex. est cap. de cætero. de testi. dom. Abb. versicu. no. secundò. Tamen domin. Abba. ibi limitat hoc, quòd quando clericus committeret delictum in loco vbi non essent clerici, quia tunc esset impossibile probare delictum, & admitterentur laici in defectum testium, ne delictum remaneret impunitum. Vide Felin. d. cap. de cætero. versicu. modo istam. nume. 4. colum. 361. Adde tu, quòd ista opinio domin. Abba cum difficultate seruaretur in practica, ex quo ius canonicum expressè prohibet, vt laici testificentur contra clericos, & maxime hoc verum est, cum solus dom. Abb. tenuerit istam opinionem, vt ipsemet dicit in loco præallegato. Et vide pro clariori intelligentia ibi Fel. versi. sed credo, quòd difficilius. nume. 5. colum. ead.

Laici

Laici possunt esse testes contra clericos in causa criminali, & hoc, quando delictum est notorium, & hoc modo limitabis tex. c. de catero. de testi. vide dom. Abb. ibi, versicu. secundò limito. Et adde Fel. d. c. de catero. versi. limita secundò istum tex. nu. 6. colum. 562. Adde etiam dom. Abb. c. cum non ab homine. de iudi. 6. col. versi. ad secundum membrum.

Laici non possunt esse testes regulariter contra clericos in causa criminali, & hoc intelligas, quantum ad plenam probationem faciendam, sed bene laici possunt testificari contra clericos ad iudicium faciendum, vt subyciantur tortura, dom. Abb c. de catero, de testi. versi. tertiò limita. Adde Fel. d. c. de catero. versi. limita tertiò. nu. 7. col. 562.

Laici non possunt esse testes contra clericos, & hoc, quando agitur de crimine criminaliter, secus, si ciuiliter, & hoc procedit, etiãsi agitur ad priuationem beneficij, nam tunc dicitur agi ciuiliter, per tex. c. per tuas. de simo. & tex. cap. 3. de testi. Ita dom. Abb. c. de catero. de testi. ver. quartam limitationem. Adde Fel. ver si. limita quintò, nisi. nu. 9. col. 640. Adde etiam, quòd si agitur per inquisitionem, vel denunciationem, quia poterunt laici esse testes contra clericum, Ita dom. Abb. d. c. de catero. versi. quartam limitationem:

Laici quare statuere possunt contra leges, & non clerici contra canones. Fel. de maio. & obe. c. quod super his. nu. 3. col. 1190.

Laici, qui sunt in concilio vniuersali, vbi Papa & Imperator, an habeant vocem in decisionibus causarum, & dubiorum? Vide per domin. Abba. dispu. sua inci. Episcopus & quidam rector. 28. colum. Adde Felin. c. Apostolicæ. de excc. ver. scias etiam. num. 8. col. 91.

¶ *Lapsus terminus ad aliquid faciendum, an impediat, vbi imminet periculum animarum. Fel. de excep. c. exceptionem. nume. 1. colum. 115.*

¶ *Laudum arbitratoris an partes possint emologare, ante quam feratur? Ponit Fel. c. fi. de maio. & obe. versi. sed quando partes. colum. 122. nu. 2.*

Laudum non transit in rem iudicatam spacio x. dierum. Ita Bar. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. 4. colum. versicu. quæro. Bal. l. fi. C. de contrahen. emp. versi. quæro, vsque. Adde Fel. c. quod ad consultationem. de re iud. versi. decimaquarta & vltima conclusio. nu. 34. col. 475.

¶ *LEGATARIVS an possit statim capere legatum, si hæres ingressus est monasterium, vtputa, hæres non tenebatur dare legatum, nisi eo mortuo, pone, quòd ingrediatur monasterium, an legatarius possit petere legatum? Vide, quæ posui in litera F. §. filij an possunt.*

Legatarius an possit esse testis in causa testamenti? dom. Abb tangit hanc difficultatem, c. insuper. de testi. 6. colum. versi. ex prædictis. Vbi, post multa dicit, quòd si testamentum apparet inscriptis, ita & non capit totaliter essentiam a dictis testium, tunc admittitur legatarius ad probationem & confirmationem testamenti. Adde, quòd idem tenet Fel. d. c. insuper. de testi. versic. secundò quæritur, nunquid legatarius. num. 11. par. 2. col. 522. De materia vide Inno. & Bal. cap. 2. de testi. Specu. Io. And. titu. de testi. §. 1. versi. item quòd talis. Cyn. & Bal. l. omnibus. C. de testi. Barto. Bal. Ang. & Sal. l. aictantibus. C. de testa. vbi ad plenum per dom. Alex.

¶ *Legatum factum ad pias causas, quod non potest exequi, nisi cũ magna difficultate in loco destinato per testatorem, episcopus poterit illud mutare. Fel. c. ecclesia S. Mariæ de consti. versicu. confirmari potest istud notabile. nu. 86. colum. 257.*

Legatum factum ad pias causas, testator mandauit illud fieri in loco, in quo sine difficultate fieri non potest, poterit episcopus mutare legatum. Ita Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. supra alleg. col. eadem. Adde tu, an legatum factum pro anima ad certum vsum, vtrum possit ad alium vsum conuerti. Inuenio, quòd Pet. de Peru. in tractatu de canonica portione episcopi, dicit, quòd aut ipse vsus potest impleri de iure & de facto, & isto casu solus Papa poterit facere commutationem, propter tex. & not. c. nos quidem. de testa. & clemen. quia contingit de relig. do. Si verò subest legitima causa, vt quia cum difficultate legatum non potest impleri, episcopus isto casu poterit facere commutationem, etiamsi de iure & de facto legatum possit impleri, sed solum adest difficultas. Adde hic, quòd fallit quando testator prouidisset quòd in casu difficultatis, vel impossibilitatis, puta, quia mandasset aliquid fieri, quia isto casu adimpleda esset eius voluntas. Ita Barto. l. liberto. §. Lucius ff. de annu. leg. Cessante isto casu, episcopus diœcesanus poterit commutare legatum in alium pium vsum ex causa. Et in simili tenuit Anto. de But. c. verum. de condi. oppo. Idem tenuit Ang. & Imo. l. 1. ff. de const. prin. Facit etiam, quòd no. Barto. l. si. ff. de ope. publ. Vnde conclude, quòd legata ad pias causas, causa non subsistente, solus Papa potest commutare in alium pium vsum, iuribus allegatis, sed per episcopum causa subsistente tantum, quamuis scribentes d. cle. quia contingit. de relig. dom. communiter teneant contrariam opi. de episcopo, quam opi. limito, quando sine causa episcopus vellet facere commutationem.

Legatum factum ecclesiæ in dubio præsumitur perpetuum, Vide quæ posui in litera C. versi. confessio facta ecclesiæ.

Legatum factum canonicis, an intelligatur factum capitulo. Fel. de præscr. c. auditis. post num. 24. versicu. secunda responsio. colum. 281.

Legatum factum episcopo ab extraneo, videtur factum contemplatione ecclesiæ. Ita Fel. c. dilectus. de offi. or. versicu. ex his infertur. num. 2. col. 1145.

Legatum relictum mulieri, si nupserit cum consilio, puta Titij, pone, quòd nubat sine eius arbitratu, an legatum debeatur? Adde quid si Titius mortuus est, antè quàm nubat, an debeat habere legatum? Ponit Fel. c. ex parte. de consti. versi. & ampliatur prædicta conclusio. nu. 1. col. 293.

Legatum factum pro alimentandis pauperibus in certo hospitali, vel pro officiali in certa ecclesia, si destruatur hospitale, vel ecclesia, non debetur legatum. Fel. c. cum dilecta. de rescr. versic. & eadem ponit Alex. num. 21. colum. 637. Adde tu in materia ista Barto. l. pater filium. §. Tusculanus. ff. de leg. 3. & Bal. l. post mortem. C. de fideicommiss.

Legatum factum miserabilibus personis, dicitur factum ad pias causas. Specu. tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. 16. col. versicu. & scias, quòd relicta. Fel. c. significantibus. de offi. delega. versicu. Item no. quòd legatum, seu relictum. nu. 7. col. 1090.

Legatum factum incarcerato ad perpetuos carceres, an valeat? Vide, quæ posui in litera D. §. damnatus ad perpetuos carceres.

Legatum impeditum vitæ contemplatiuæ, non valet, pone, quòd legatum sit factum vni puellæ, videlicet mille, si nupserit, & centum, si ingressa fuerit monasterium, dic, quòd istud legatum non valebit, imò, si ingreditur monasterium, habebit mille, quia non potest poni aliquod impedimentum religioni. Ita Io. An. in Specu. super rub. de stat. mo. Anto. de Bu. c. in præsentia. de proba. Ludo. Ro. l. stipulatio hoc modo concepta. 7. col. versicu. vltiff. de verb. oblig. Bar. l. 2. ff. de his, quæ pœnæ no. dom. Abb. in repe. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. 31. col. Bal. d. c. in præsentia. 6. col. versi. sed nunquid testator. Adde Fel. d. c. in præsentia. ver. & ex istis remanet expedita alia q. nu. 37. par. 2. col. 396.

Legato facto hospitali, episcopus non potest deducere de ipso legato canonicam portionem, sicut non potest etiam delegatis relictis ad pias causas, c. fi. de testa. Vide Fel. c. de quarta. de rescr. versicu. decimoquarto. nu. 8. col. 175.

Legata ad pias causas relicta in præiudicium filiorum, puta quia absorberent maiorem partem bonorum, an valeant? Vide quæ posui in litera S. § statutum laicorum, quod prohibet.

¶ *Legatus Papæ an dispensat contra concilium? Ponit Fel. c. nonnulli de rescr. versi. ratio huius dicti potest esse. nume. 2. colum. 690.*

Legatus Papæ est honorandus, sicut Papa, gloss. c. qua de causa. 2. q. 5. Vide Felin. c. mandata. de præsump. in princi. nume. 1. par. 2. colum. 940.

Legatus Papæ non potest reseruata in signum vniuersalis dominij attentare, neque etiam non reseruata, si sint ardua, do. Abb. c. mandata. de præsum. in si. Specu. titu. de legato. §. nunc ostendendum. & versi. legatus igitur. Et hic est, quòd non potest dare literas ad beneficia vacatura, nec potest committere causam tractan tam simpliciter de plano sine strepitu. Ita do. Abb. d. c. mandata. in si. Adde Fel. ibi, versicu. in glo. 3. par. 2. colu. 941. & ibi posui additionem.

Legatus Papæ non potest dare ius ad vacatura beneficia, & ideo si concedit gratiam ad beneficia vacatura, non valet, Vide supra §. legatus Papæ non potest reseruata.

Legatus Papæ non potest committere causam tractandam de plano sine strepitu. Vide supra. §. legatus Papæ non potest reseruata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legatus de latere an possit absoluere iurantem à iuramento? & dic, quòd si probabiliter potest dubitari, an sit concedenda absolutio, vel non, quòd non possit. Vide, quæ posui in litera E.§. episcopus non potest absoluere.

Legatus etiam quòd sit functus officio suo, tamen ei debetur reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis. Felin. cap. quæ in eccle siarum. de consti. versicu. fallit quintò. ibi, & hinc est. num. 18. colum. 148.

Legatus de latere non potest committere causam sublato iuris ordine, puta, cum clausula, Simpliciter & de plano. Fel. cap. 1. de rescr. versicu. legatus non committit. nume. 2. colu. 326. Ad de tu, quòd hoc fallit, quando hoc expressè fuisset ei commissum. Ita Pau. de Castr. consi. suo 94. Specu. titu. de lega. §. superest. versicu. sed nunquid legatus.

Legatus de latere non potest committere causam appellatione remota. Felin. cap. 1. de rescr. versicu. & col. alleg. Adde etiam, quòd non potest attentare aliquid contra canones, neque contra generalem consuetudinem, domin. Abb. c. nisi specialis. de offic. leg. & vide eundem. c. fi. de confir. vti. vel inuti. & c. mandata. de præsum. Item non potest dispensare contra concilium, Ita do. Abb. c. dilectus filius. il. 1. de præb.

Legatus de latere non potest committere causam, quæ alibi pendet. Fel. cap. 1. de rescr. versi. & col. præalleg.

Legatus, qui habet potestatem procedendi clausula, Appellatione remota, an poterit concedere hoc suo delegato. Fel. cap. 1. de rescri. versi. præalleg. num. 1. col. ea.

Legatus de latere potest committere causam appellatione remota, videlicet à sententia inter locutoria Fel. cap. 1. de rescr. versicu. tertiò declara, vt non habeant locum. nume. 2. col. 327.

Legatus de latere reuocatus per Papã in publico consistorio si post reuocationem & ante notitiam sibi datam facit aliquid, tenent gesta per eum. Ita Felin. cap. caterum. de rescr. versi. valet processus nu. 1. col. 379. Pone, quòd excommunicet aliquos rebelles, an teneat excommunicatio? Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatio inflicta.

Legatus de latere non potest dispensare contra constitutionem concily vbi non est facta mentio de dispensatione. Ita Fel. c. ati si clerici. §. de adulteris. de iud. nu. 5. col. 37.

Legatus punit iniuriam factam sibi & suis. Ita Fel. c. cùm venissent. de iud. versi. prælatus in causa. nu. 7. col. 89.

Legatus de latere, cui facta est commissio sub nomine dignitatis si est mortuus, vel reuocatus, vtrum successor possit cognoscere? Dicit Abb. c. quoniam. de offi. deleg. 7. col. quòd non, quia poterit esse, quòd Papa non dabit alium legatum. Vide per Felin. d. cap. quoniam abbas. versicu. vlterius quærunt hic Doc. num. 8. colum. 970.

Legatus de latere an possit committere causam de plano, & sine strepitu iudiciorum. glo. c. si. de har. in 6. tenuit, quòd non, & glo. clemen. sæpe. de verb. sig. verbo mandamus. Idem tenet Imo. l. nemo potest. de leg. 1. Sal. l. si. C. de sen. & interlo. om. iudi. domin. Abba. cap. 1. de offi. deleg. & c. dilecti. de iudi. 2. colum. & c. cæterum. in fi. de iura. cal. Ludo. Rom. rub. de arb. 5. colu. Adde Fel. c. olim. de accus. versi. no, quòd ex rescripto. nu. 3. colum. 844. vbi dicit, quòd alias habuit hunc casum de facto, & allegauit omnia ista, & non potuit obtinere, quia fuit sibi respondum, quòd hodie ex moderno stylo hoc licèt ipsis legatis. Et ideo vide, quæ dicit Bal. & Imo. l. ex duob. §. fi. ff. de vulga. & pup. Ant. de But. & Imo. c. fin. de transact.

Legatus de latere an possit absoluere excõmunicatum pro enormi læsione? Host c. ad eminentiam. de sen. excom. tenet, quòd sic. Tamen contrarium tenuit ipsemet Host. c. pen. de offi. dele. & Specu titu. de leg. §. non dicam. 3. col. versi. quod autem dicit, & ibi tenet contra Host. Vide Fel. d. c. ad eminentiam. ver. & colli ge. nu. 2. col. 1076. & Dom. de S. Gem. c. si abbatem. de elect. in 6. vbi dicit, quod in casu arduo, qui non solet communiter concedi legato, tunc censetur exclusus. Tu dic post multa, quòd legatus de latere potest absoluere ab omni excõmunicatione, etiã reseruata Papæ. De hoc est tex. d. c. ad eminentiam. & Fel. ibi, versi. in glo. 1. col. ead. Adde & limita, nisi quis essit excommunicatus propter casum arduum. Fel. d. cap. ad eminentiam. ver si. limita, nisi esset propter casum. col. prædicta. Item limita, nisi in commissione diceretur, dummodo duntaxat Papa. Do. Car. clem. grauis. de sen. excom. vlt. q. Fel. d. c. ad eminentiam. versi. limita secundo col. ea. Item limita, quado ipsemet legatus fuisset percussus, quia non posset suum percussorem absoluere. Tex. c. fœlicis de pœnis. in 6. Quod intellige, quando esset vulneratus grauiter, secus si leuiter, glo. c. si quis. 94. dist. Fel. c. ad eminentiam. versicu. limita tertiò. col. vt supra. Item limita, quando quis excõmunicatus visus voce Papæ esset. Ita Spe. tit. de legato. §. nunc dicamus. ver. ecclesiæ autè. Fel. d. c. ad eminentiam. versicu. limita quartò. col. vt supra. Item limita quando Papa reseruasset sibi excommunicationem. Fel. vbi supra. ver. limita quintò. col. vt supra. Item limita, quando quis esset excommunicatus à statuto confirmato à Papa. Fel. d. c. ad eminentiam. versic. limita sextò. col. vt supra. Item limita, quando quis esset excommunicatus à delegato Papæ, qui tunc solus Papa potest absolure. Felin. d. c. ad eminentiam. versic. limita septimò. nu. 2. colu. vt supra. Adde in ista materia legatorum, an possint absoluere excommunicatos per enormi læsione, dom. Abb. d. ca. ad eminẽ tiam. ver. sed quæro.

Legatus de latere an possit absoluere excommunicatum pro homicidio clericis do. Abb. c. ad eminentiam. de sent. excommu. ver. sed quæro. tenet, quòd sic, & ibi Io. And. & Anto. de Bu. Adde Fel. d. c. ad eminentiam. versi. Host. hic. nu. 1. colum. 1075.

Legatus de latere non potest absoluere excommunicatum à delegato Papæ. Spe. titu. de lega. §. nunc ostendendum. versicu. 26. Anto. de But. c. prudentiam. in fi. de offic. deleg. Dom. capa. 3. col. de excess. præla. Adde Fel. d. c. prudentiam. §. si verò. versi. vltimò no. hic. in fi. nu. 20. col. 1002.

Legatus de latere potest absoluere non subditos ab excommunicatione, & tamen non potest illos ligare. Ita Fel. c. cum inferior. de maio. & obe. versi. fallit secundo. nume. 5. col. 1220.

Legatus de latere non potest alterare pias intentiones testatoris. Vide Felin. c. cùm accessissent. de consti. nu. 15. col. 162. Vide in litera V. §. voluntas testatoris est seruanda.

Legatus de latere non potest deponere episcopum, vel amouere episcopum ab episcopatu, & hoc, maximè si episcopus est consecratus, glo. c. si qui autem. 94 dist. & glo. c. decreto. ii. q. 1. dom. Abb. cap. 1. de offi. deleg. Arch. § cuius in agendo. 3. q. 8. c. accusatore. Adde Felin. c. non potest. de re iudi. versi. Et adde, q omnia iura, in quibus requiritur. nn. 4. col. 367.

Legatus Papæ non potest conferre beneficium, quod habet patronũ clericum & laicum. Fel. de Iudæis c. multorum. nu. 3. col. 954.

Legatus si fuit spoliatus a latronibus, cum iret pro seruitio principis, aut populi sui, an recuperet damna a populo, vel a principe? Vide quæ posui in litera A. §. Ambasciator si fuit spoliatus.

Legati Papæ an possint remittere procuratorem ? glo. clemen. de consi. verbo, legitima. tenet, quòd sic. Ibi vide Imo. & domin. Card. q. 12. qui dicunt, quòd quo ad legatos, non valet compositio sine authoritate Papæ tacita, vel expressa. Adde Felin. c. cũ ex officij. de præscript. versicu. quartus casus, in remissione. nu. 18. colum. 300.

Legati de latere possunt facere statuta contra leges ciuiles. Ita Felin. c. quòd super his. de maio & obe. versicu. ponit etiam Bald. d. c. cum omnes. nu. 12. col. 1196.

¶ *Legere quando quis possit per alium, quæ habent concurrere? Felin. de summa tri. & fi. Ca. c. firmiter. nu. 4 col. 26.*

¶ *Legitima, vtrum filius poterit eam petere statim post, quàm dicitur ingressus religionem, & facta professione. Tex. c. cum simus. de regul. videtur dicere, quòd sic, & Bald. auth. si qua mulier. in fi. tenet, quòd sic, propter illum tex. Pet. de Ancb. d. c. cũ simus. idem tenet. & do. Abb. c. in præsentia. de prob. 23. col. ver si. sed respectu legitimæ filiorum. Adde, quòd contrariam partem, videlicet quòd filius non possit petere legitimam, patre viuente, sed debet expectare mortem naturalem, tenuit Barto. authen. si qua mulier. circa si. versi. quæro quando filij. C. de sacr. san. ecc. vbi Sal. & Pau. de Cast. Io. de Ana. & Pe. de Anc. c. 2. de deli. pue. do. Abb. d. c. cum simus. 1. col. videtur ibi sentire, q legitima non debeatur patre viuente, & tenet cõtrarium, quod tenuit d. c. in præsentia. Bar. l post emancipationem. § illud. de lib. leg. Imo. c. Raynutius. de testa. 10 col. Adde Fel. d. c. in præsentia versi. Octauo quæro nu. 55. par. 2. col. 407. Fallit hoc in filio indæi, quia si esset factus christianus, tunc bene posset petere legitimam, patre viuente. Io. de Ana. c. iudæi. il 2. de iudæ. per Fel. loco præallegato. col. eadem. quòd monasterium teneatur alimentare filios ingressi. Fel. latè de hoc c. in præsentia. versi. allegato. col. ead. & seq.*

¶ *Legitimatio*

¶ *Legitima an vitiatur ex falsa causa? Vide quæ posui in litera F. §. falsa causa vitiat legitimationem.*

Legitimatio bastardi nati ex adulterio, non procedit, quando talis bastardus esset natus ex adulterio geminato, vt puta ex duobus coniugatis. Oldr. consil. suo 8. Ioan. An. in Specu. rubr. qui fil. sint leg. Bal. l. eam, quam. C. de fideicom. Felin. cap. si cautio. de fi. instr. versi. & hinc est, quòd impetratio. nume. 44. par. 2. colum. 889.

Legitimatio personæ ante omnia faciendæ est in iudicio etiam sum mario, vbi proceditur sine strepitu & figura iudicij. Barto. l. 2. C. de edi. diui. Adri. tol post prin. & ibi Sal. & Barto. in extrauag. ad reprimendum. versi. figura. 2. colum. Fel. cap. 1. de accus. versicu. no quòd in tantum requiritur. nu. 7. col. 682.

Legitimatio spurij concessa alicui per priuilegium imperatoris, an noceat legitimis hæredibus, & habentibus ius in re Fel. posuit c. quæ in ecclesiarum. de consti. versicu. quarta declaratio. nume. 32. colum. 125. Adde tu ad declarationem istius dubij, an legitimatio facta de spurio, noceat legitimis hæredibus, puta, filijs, vel venientibus ab intestato. Ita est magna q. talia scribentibus in variis locis, & primò per Barto. l. ex facto. ff. de vul. & pup. & l. Gallus. §. & quid si. ff. de lib. & posth. Bar. l. eã, quã. C. de fideicom. Breuiter dic prima conclusio est, quòd legitimatio reuocatur per supernascentiam filiorum legitimorum. Bar. l. ex facto. versicu. vltimo hæc l. inducitur. ff. de vulg. & pu. Specu. rubr. de suc ab intest. vbi sequitur Barto. l. eam, quam. C. de fideic. Et hoc est verum, si omnes nati sunt ex eisdem parentibus. Pau. de Castr. consi. suo 221. Secunda conclusio est, quòd legitimatio spurij facta post mortẽ patris, vel alterius testatoris, non tollit ius quæsitum alteri, puta, legitimis hæredibus vel venientibus ab intestato, qui adierunt hæreditatem. Ita Barto. d. l. Gallus. §. & quid si. ff. de lib. & posth. & Bald. l. rescripto. in fi. C. de preci. imper. offe. Bal. consi. suo incip. in nomine Domini, amen proponitur, quòd quædam puella. Pau. de Cast. l. ex hoc iure. in fi. ff. de iusti. & iu. Tertia conclusio est, quòd si legitimatio spurij est facta in vita patris, præfertur alijs. Ita Barto. d. l. Gallus. d. §. & quid si. Et nota, quia alibi non ita clarè inuenies. Adde ad ista, quòd Barto. l. ex facto. ff. de vulga & pup. versi. vltimò hæc l. inducitur. tenet, quòd filii legitimati ante nascentiam filiorum legitimorum, succedunt vna cum filijs legitimis & naturalibus, quam opin. tenuit dom. Abb. cap. per venerabilem qui fil. sit legi. 9. col. versi. pone. Dic tu, quòd communis opi. est in contrarium, quia per naturitatem filiorum legitimorum & naturalium fit reuocatio legitimationis, quo ad bona, nõ quo ad factum personæ. Et sic ista legitimatio non reuocatur. Ita tenet Ray. & cõmuniter scribentes, d l. ex facto. in princi. ff. de vul. & pu. Idem tenet Specu. & Ioan. An. titu. de suc. ab intest. §. 1. sed ex facto. Old. consi. suo 247. inci. Factum tale est Bald. l. eam, quam. C. de fideicom. 11. col. Cyn. l si vnquam. vbi Salicetè. C. de re vo. dona. domin. Alex. consi. suo 138. incip. Opportunè consideratis Ludo. Rom. consi. suo 164 incip. In proposita consultatione.

Legitimatio fieri debet expressa qualitate spuritatis expressè Felin. c. postulasti. de rescrip. versicu. seruit etiam ad hoc propositum. nume. 12. col. 666. Vide, quæ posui in materia ista in litera F. §. filius ex adulterio & incestu natus.

Legitimatio nõ detrahitur de dignitate, puta de regno, de ducatu, seu de feudo, quod sonat in dignitatem, glo. cap. licèt de vot. & c. si hæres. de testa. Adde, quòd etiam pater in testamento nõ potest disponere de dignitate aliquid, sed debetur primogenito. Ita Io. And. d. c. licèt. Idem tenet Abb. c. intellecta. de iureu. 2. colu. versi. reges. Adde & pone, filius regis, vel principis venit priuandus regno, eo quia non adimplet voluntatem defuncti, vt d. c. licèt de voto. & l. fi. C. de fideicom. debebit ne habere legitimam, iuxta authen. hoc amplius. C. de fideicom. Dic, q non, glest multũ no. d. c. licèt. & d. c. si hæres. quam omnes sequuntur ibi, & domin. Abb. consi. suo 12. inci. Magnificus dominus. Adde Felin. d. c. prudentiam. de offi. delega. versi. vbi verò est dignitas. nume. 6 col. 996.

Legitimatio personæ, cum qua litigatur, requirit plenam cognitionem, etiam si causa, de qua agitur, requirat summariam cognitionem, de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudicium summarium.

Legitimatio an fieri possit in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum in spe, ipsis nõ vocatis. Fel. de senten. & re iud. c. cũ olim. nume. 16. col. 435.

¶ *Legitimatus an excludat substitutum? Vide, quæ posui in litera F. §. filius naturalis an excludat substitutum?*

Legitimati an succedant in emphyteusi concessa à priuato? Vide, quæ posui in litera E. §. emphyteusis concessa ab ecclesia.

Legitimati an succedant in emphyteusi concessa ab ecclesia? Vide, quæ posui in litera E. §. emphyteusis concessa ab ecclesia.

Legitimati an succedant in emphyteusi concessa a priuato? Vide, quæ posui in litera E. §. emphyteusis concessa priuato.

Legitimus filius præsumitur ille, qui natus est ex masculo & fœmina simul cohabitantibus licet non appareat, quòd sit contractum matrimonium inter eos, domin. Abba. c. lator qui filij sint leg. versi. ex quo infertur.

¶ *Lex ad sui essentiam an requirat scripturam. Tanzit dom. Ab. rubr. de const. in fi. Adde Felin. d. rub. versi. tangunt hic etiam. nume. 3. col. 30.*

Lex si ab aliquibus à principio suscipitur in eodem loco, ab alijs verò non, & Papa simpliciter sustinet, & aliquid super illo dispenit, illa tollerantia Papæ non excusat a peccato, nec inducit dispensationem. Felin. de treug. & pace. cap. 1. nume 10. 11. colum. 1239.

Lex an sit proferanda secundum idioma illorum locorum, vbi dirigitur? Vide quæ posui in litera C. §. constitutio Papæ, vel episcopi.

Lex canonica in terris subiectis temporaliter ecclesiæ Romanæ, est præponenda legibus ciuilibus etiam inter laicos, vnde pater in terris ecclesiæ tenetur alere filium spurium, & dotare filiam. Felin. c. ecclesia S. Maria. de consti. versicu. sed pro intelligentia omnium. nu. 44. col. 234.

Lex canonica, vel ciuilis, an sit seruanda in foro animæ, & sic in foro conscientiæ, domin. Abb. tangit cap. 1. de consti. 2. col. versi. sed quæro, an lex. & ibi tenet, quòd lex ciuilis sicu canonica, non est semper seruanda in foro conscien. & ponit exempla l. fundata, de præsum. quia si certum est præsumptionem illam non esse veram, non tenetur quis illam l. seruare in foro animæ. Tex. cais, cui de spon. & idem tenet Innocen. c. quia propter. de elect. vbi dicit, quòd licèt electio non sit facta seruata forma canonis tamen valet, si consensus fuit alias purus. Adde Fel. in materia ista, vbi ponit plura exempla, d. cap. 1. de consti. versi. fallit sexto. nu. 39 col. 46. Limita tamen prædicta non procedere regulariter, seu vniuersaliter, sed solum in aliquibus casibus, & primò, quando lex est fundata super præsumptione, vt dixi, quia si præsumptio est falsa, lex non est fundata in foro animæ, de quo vide Felin. d. cap. 1. versi. hanc fallentiam. nu. 40. colum. 47. Alius casus est etiam, in quo est seruanda lex in foro animæ, & hoc quando lex est iniusta. Fel. d. cap. 1. versi. secundus casus. nume. 40. col. ead. Item lex non est seruanda in foro animæ, quando cessat ratio, propter quam fuit imposita lex. Fel. d. cap. 1. versicu. alius casus est. nume. 41. col. ead.

Lex ciuilis & canonica si contrariantur in materia non concernẽte peccatum, illa præualet, quæ benignior est ad euitandam pœnam, etiam in foro ecclesiastico. Ita Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. quinta declaratio. nu. 53. col. 235.

Lex canonica, vel ciuilis, vbi habet clausulam derogatoriam ad rescripta, rescriptum non valet, nisi faciat mentionem de illa l. specialiter, vel ad minus per verba a quipollentia. Fel. cap. nonnulli. de rescr. nu. 2. col. 689.

Lex ciuilis, quæ imponit pœnam contrahenti matrimonium, non odio contrahentium, sed fauore filiorum, valet. Felin. c. ecclesia S. Mariæ de consti. ver. 1. declaratio restrictiua. nume. 56. colu. 237. Adde do. Abb. d. c. ecclesia S. Maria. versicu. communis conclusio Canonistarum & Legistarum.

Lex ciuilis, quæ disponit in materia spectante ad ecclesiam, licèt quòd principaliter non disponit, sed procedit tollendo lucrum puta in causa raptus, vbi dona raptoris sunt ipsius raptæ, si raptori non nubat, an valeat talis lex, Vide Felin c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. quinta declaratio extensiua. nu. 60. col. 239.

Lex ciuilis, quæ prohibet matrimonium inter certas personas non prohibitas a iure canonico, puta inter tutorem & pupillum, vel inter rectorem prouinciæ & mulierẽ sibi subditam, an valeat, Vide Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. sexta declaratio extensiua. nu. 62. col. 240.

Lex ciuilis disponens expræsamptione in materia spirituali contra l. Canonica, quæ aliter & expressè disposuit, non valet. pone, q lex ciuilis dicat, quòd ex sola cohabitatione viri & mulieris præ

Universidad de Sevilla
Biblioteca

sumatur matrimonium, lex canonica aliter dicit, quòd est adulterium, caliter. 30.q.5. Quare vide Fel. c. ecclesia S. Maria de consti. versicu. septima declaratio extensiua est. num. 64. colum. 240.

Lex ciuilis, quæ concernit peccatum, non est seruanda, nec in foro canonico, nec in foro ciuili. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de const. versi. limita secundò. nume. 41. col. 233. Ideo posset inferri ex hoc, quòd interficiens adulterium in casu l. permisso, non esset tutus in foro seculari, etiam in terris imperij, de quo vide Felin. d. c. ecclesia S. Maria. versicu. alleg. nu. 42. col. ea.

Lex ciuilis, quæ deuiat a iure canonico, quæ tamen non concernit peccatum, est seruanda in foro suo, videlicet in foro ciuili & canonico. Felin. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. limita tertiò dictam regulam. nu. 43. col. 234.

Lex ciuilis præsumptiuè disponens in materia spirituali, non valet etiamsi lex canonica non reperiatur in contrarium, quia cũ in istis non possit secularis cognoscere, ergo nec præsumere. Fel. c. ecclesia S. Maria. de consti. versicu. hanc declarationem limita. colum. 241. nume. 66.

Lex ciuilis quando dicatur canonizata in corpore iuris canonici, adeo quòd de necessitate sit seruanda in foro canonico. Vide glo. cap. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. verbo, tractatus. Et dic, quòd illa auth dicitur canonizata, quæ inseritur in aliquo canone, non qua est inserta à Gratiano, Dom. de S. Gem. ponit cap. 14. colum. Vide Felin. c. cùm causa. de re iud. versi. ad illud. de consue tudine. nu. 9. col. 400.

Lex canonizata in decretis, contraria canonibus non est in foro canonico seruanda, & hoc, quia Gratianus non potuit præiudicare iuri canonico, domin. Abb. c. super eo. il 1. de testi. versicu. ex quo no. Adde Felin. d. c. super eo. il 1. de testi. versi. gl. 1. nume. 3. par. 2. col. 556.

Lex canonizata in Decretalibus dicitur lex Papæ, gl. c. in primis. verbo, lex Cornelia. 2 q. 1. Adde Felin. c. super eo. il 1. de testi. versicu. & col. præalleg.

Lex canonizata dicitur canon, & sic mutat nomen, glo. c. in primis. 2. q. 1. verbo, lex. dom. Abb. cap. 1. de præsum. in prin. & ibi Felin. nume. 1. par 2. col. 919.

Lex quæ requirit aliquem in aliquo casu satisfdare, aut cauere cum fideiussore, si ille apparet idoneus, an sufficit nuda cautio. Bar. tenet, quòd sic, l. quicunque. C. de fun. patri. li. 11. Vide Fel. ca. ad nostram. de iureiur. versi. quid autem si l. vel statuto. nu. 10. par. 2. colum. 126. Adde, quòd ibi posui additionem, vbi teneo, quòd si est idoneus, isto casu ad nullam satisfdationem tenetur.

Lex diœcesana an comprehendat legem iurisdictionis? & quomodo. Ponit dom. Abb. c. auditis de præscr. 1. no. Et quæ differentia sit inter legem diœcesanam, & legem iurisdictionis, vide domin. Abb. c. dilectus. de offi. or. 2. colum. Et an lex diœcesana largè sumpto vocabulo comprehendat legem iurisdictionis? ibi vide dom. Abba & vide etiam ibi Felin. versicu. vltimò. vide de Butr. 8. col. 1146.

Lex quæ habet clausulam derogatoriam, non expressam, sed tacitam, non impedit rescripium contrarium, quod non facit mentionem de ipsa lege. Felin. c. nonnulli. de rescr. versi. tertia declaratio est. nam. 7. col. 697.

Lex noua, quæ habet clausulam, Non obstante, an tollat legem antiquam. Felin. ponit. c. nonnulli. de rescr. versicu. quarta conclusio, clausula. num. 21. col. 717. Adde, quæ posui in litera C. §. clausula non obstante.

Lex noua trahitur ad præterita. Vide Fel. c. fi. de consti. in prin. col. 299. Adde tu, quòd lex noua trahit ad præterita, quatenus tractum habuit pro tempore futuro. Ita Bart. & Bal. l. de usuris. C. de usur.

Lex noua disponens, quòd omnia gesta prius habeantur pro infectis. decisa etiam erunt annullata. Ita Felin. c. fi. de consti. ver. procedunt ista. num. 3. col. 302.

Lex noua irritans præterita, in quib. concluditur est in causa, non procedit. Ita Fel. c. fi. de cõsti. ver. secũdus casus. nu. & col. 303.

Lex noua quantumcunque faciat mentionem de præteritis, tamen non procedit in negotijs pendentibus per viã appellationis, quia iudex appellationis succedit loco primi, & ideo tenetur iudicare secundum ius commune, quod vigebat in prima instantia. Fel. c. fi. de consti. versi. limita tertio. col. 304.

Lex noua faciens mentionem de præteritis, non extenditur ad pendentia in iudicio, etiam quod motu proprio principis emanauit. Vide Felin. c. de consti. versi. modò aduertè. nu. 3. col. 305. Adde tu, quòd teneo hoc pro firmo, quòd lex noua non extendatur ad pendentia in iudicio, quamuis Fel. c. prædicta dubiter, & moueor, nam leges generales fiunt motu proprio principis, l. huma num. C. de legib. Barto. authen. quas actiones. 2. colum. C. de sacr. san. ecc. Et tamen non trahuntur ad lites pendentes. l. leges & cõstitutiones. C. de legi. §. 1. Authen. in medio lit. ne fiant sa. iussi. & §. 1. Auth. vt cum de app. cog.

Lex noua declaratoria iuris antiqui, trahitur ad præterita Ita Felin. c. fi. de consti. versi. fallit secundò regula huius decretalis. nume. 4. colum. 306.

Lex noua declaratoria iuris antiqui, an potest reuocare sententiã latam super matrimonio. Fel. c. fi. de consti. versicu. tertius casus. nume. 7 colum. 309.

Lex noua licèt inducat melius remedium, quàm antiqua, tamen non tollitur remedium veteris legis, de istis vide, quæ posui in litera S. § statutum episcopi potest addere.

Lex concilij an tollatur indistinctè per desuetudinem, non seruantes an incurrat peccatum? Vide Fel. cap. 1. de treu. & pace. versi. prima declaratio. nume. 7 colum. 1237.

Lex præceptiua, si quis eam non obseruat, an incurrat peccatum mortale? Vide Fel. c. 1. de treu. & pace. versi. sexta declaratio. nume. 12. col. 1241.

Lex præceptiua per spacium quanti temporis tollatur. Ponit Fel. d. c. 1. de treu. & pa. versi. septima declaratio. nu. 13. col. 1242.

Lex quæ continet priuatam vtilitatem & publicam inseparabiliter, illi renunciari non potest. Felin. c. si diligenti. de foro compe. versi. septimum corollarium. nume. 20. col. 190.

Lex declaratoria iuris antiqui, an trahatur ad præterita? dic, q̃ non, quando talis lex noua imponit sententiam de nouo. Ita Fel. c. fi. de consti. versi. quartò limita nume. 8. col. 309.

Lex an cesset cessante causa legis impulsiua? Ponit Felin c. nonnulli. §. sunt & aly. de rescrip. versicu. fallit quinto. numero. 14. colum. 745.

Lex diœcesana quæ comprehendat? Vide Felin. c. dilectus. de offi. ordi. versi. vltimo vide. nu. 8. col. 1146.

Lex iurisdictionis quæ comprehendat? Vide Felin. d. c. dilectus. de offic ordi. versi. & col. præalleg.

Lex vbi requirit proforma expressionem, non sufficit probatio sub verborum inuolucro. Ita Fel. c. ad aures. de rescri. nume. 3. col. 449. versi. nihilominus. Adde tu, quòd vbicunque l. negat aliquid valere, nisi illud fiat expresè, non possunt partes ei renunciare, quasi censeatur pro forma requisitum. Ista est doctrina Barto. & aliorum, l. pe. C. de pact. & l. ius publicum. ff. eo. Adde etiam, quòd vbi lex requirit, quòd specialiter aliquid fiat, illud dicitur specialiter factum, quod est remotum a generalitate, l. seruis vrbanis. § si. ff. de leg. 3. Dynus regula, quod semel. de reg. iu. in 6. Secus est, si disponeret super actu temporali, cui annexus est spiritualis, & ibi vide, et nota, quia facit ad multa.

Lex quæ dirigit verba importantia liberam facultatem ad iudicem, poterit ipse iudex non seruare legem, de quo vide quæ posui in litera C. §. Canones.

Lex quando incipit ligare, & vtrum indistinctè requiratur lapsus duorum mensium a tempore publicationis ipsius, antequã liget? Vide domin. Abba. cap. 2. de consti. 4. colum. versi. venio ad secundum vbi dicit, quòd regulariter requiritur lapsus duorum mensium a tempore publicationis, ante quàm liget. Vide Felin. d. cap. 2. versi. Circa secundum. nume. 7 col. 63. Adde, & intellige istud in legibus principum, secus est in legibus seu statutis particularibus, puta collegij, vel ciuitatis, quia statim post publicationem ligant. domin. Abba. loco præalleg. Fel. d. cap. 2. versi. limita primò. nume. 7. colum. 64. Item intellige istud, nisi lex principis veniret ad notitiam aliquorum ante lapsum duorum mensium, quia illos ligaret, domin. Abb. præallega. loco; Felin. d. cap. 2. versi. secundò limita. num. 7. col. ea. Item intellige istud, nisi esset lex priuilegiata, quia non operaretur effectum suum, ante quam notificatum fuisset priuilegiato. Abba. vbi supra Fel. d. c. 2. ver. tertiò limita. nu. 7. col. ea. Item intellige, nisi esset lex seu constitutio habens clausulas decreti, puta, si secus actum fuerit, quia statim ligat etiam ignorantes. Fel. d. ca. 2. versi. quartò limita, nisi sit. colu. 65. Item intellige, nisi lex, vel constitutio poneret tempus, post cuius lapsum vult ligare, & standum est tempori in ea posito, dom. Abb. prædicto loco. Felin. d. c. 2. versi. quintò limita nu. 7. col. 66.

Lex

Lex canonica punit iudæos delinquentes contra legem veteris Testa. Felin. c. 1. de consti. nu. 38. col. 46.

Lex principis aboliti an intelligatur etiam ipsa lex abolita. Bald. cap. translata. de consti. tenet, quòd sic. Tu dic, quòd est verum in principe tyranno, de quo vide Felin. d. c. translato. in princi. nume. 1. colum. 70.

Lex vel statutum, an possit semper extendi ad similem casum? domin. Abba. tangit q. istam c. translato. de consti. in fi. Tu dic, quòd in materia correctoria vbi procedunt strictè, regulariter non fit extensio, vt per glo. clem. vt hi, qui. de ætat. & qual. verbo, eisdem. Tamen si agitur de salute animæ, lex correctoria extenditur, de quo vide Felin. d. c. translato. versicu. primo, quòd licèt in materia. nume. 77. Item, si lex est facta in fauorem rei publicæ, extenditur, quæ alias non extenderetur. Felin. d. cap. translato. versicu. aliud est no. nume. 14. colum. ead. Idem, quãdo lex esset elusoria, si non extenderetur, tunc etiam fit extensio. Felin. dicto capitu. translato. versicu. tertiò nota. nume. 14. colum. ead.

Lex correctoria an sit extendenda ad similem casum? vide supra §. lex. vel statutum.

Lex posituia an obligat delinquẽtem semper ad peccatum mortale? vide, quæ posui in litera V. §. veniens contra legem.

Lex consilij an obliget transgressorem? vide, quæ posui in litera C. §. canones Papæ quando non imperant.

Lex quando violatur, primi, qui incipiunt eam violare, incurrunt peccatum mortale, nam non obseruantia & inobedientia grauant peccatum. Felin. de treu. & pa. c. 1. nu. 12. col. 1241.

Lex abrogata an valeat? Ponit Barto. l. 1. C. de iati. li. tol. Barto. l. fi. ff. de fal. Do. de san. Gem. c. frequens. de restit. spo. in 6. Felin. cap. fraternitatis. de hære. in prin. num. 2. colum. 986. vbi dicit, quòd regula est, quòd talis lex non potest allegari. Adde, quòd fallit ista regula in habente potestatem legis condendæ. Felin. vbi supra. col. ea. Item fallit, quando lex transiit in priuilegiũ non subditi, quia reuocari non potest. Felin. d. c. fraternitatis. in prin. nume. 3. col. ea. Item fallit, quo ad decisionem causa inchoata, ante quam lex esset abrogata. Felin. d. cap. fraternitatis. in prin. col. ead.

Lex abrogata, vel correcta, non est allegãda neque in iudicio, neque in consilijs, & vtens illa incurrit pœnam falsi. Vide, quæ posui in litera C. §. Constitutio abrogata. Vide Felin. etiam ca. 1. de consti. nu. 19. col. 39.

Lex abrogata quando possit allegari? Vide per Felin. ca. nouit. de iudi. ver. in glo. in verbo, quicunque. nume. 6. in fi. col. 96.

Lex disponens aliquid interpretatur ad frequentiora. Tex. est c. coram. de offi. deleg. versi. si interesse nequeris. Fel. d. c. corã? in prin. nume. 1. col. 1074. Adde tamen, quòd quando lex specificat certos casus, qui sæpe occurunt, quòd extendi possunt ad paros eandem rationem habentes. glo. est clem. 1. de rescri. verbo, præsidentes, & glo. c. 2. de confess. in 6. verò reus. lo. An. in addi. Specu. titu. de loc. §. 1 in prin. Adde Felin. d. c. coram. in prin. vbi latius de hoc, col. ead.

Lex humana excusat a peccato. Facit tex. ca. qui peccat. 23. q. 4. l. Gracchus. C. de adul. Adde & limita hoc, nisi lex humana esset contraria legi diuinæ, vt quia lex humana dat causam delinquendi, quia tunc non excusat a peccato. Ita Fel. c. in omni. de testi. versi. in tex. ibi, si peccauerat. nu. 3. par. 2. colum. 508.

Lex positiua, etiamsi sit consona iuri diuino, tamen si ei aliquid adijcitur, de illo addito iudicamus. Idem, quod de iure positiuo. Felicitur, de illo addito iudicamus. Idem, quod de iure positiuo. Fel. de treu. & pa. c. 1. nume. 8. col. 1237.

Lex loquens de filijs, an comprehendat bastardos? Vide, quæ posui in litera F. §. filiorum appellatione.

Lex bene a Zenone. C. de qua. præscr. habet quinque limitationes, quas vide prointellectu illius legis. Adde Felin. c. qua in ecclesiarum. de consti. versicu. secundum verò membrum huius. nume. 33. col. 127.

Legi fauenti priuato, non potest renunciari in damnum tertij. Felin. c. si diligenti. de fo. compe. versi. septimò fallit. nu. 32. co. 191. Legem Canonicam male intelligens, non peccat mortaliter, nisi post declaratam eius materiam. Felin. de simo. c. per tuas. col. 920. num. 6.

Legem canonicam transgrediens peccat mortaliter. Ibidem. num. 7. colum. ead.

Leges inserta in decretis, non sunt approbatæ, etiamsi liber ille esset approbatus. Ita Felin. c. ex parte. de rescr. versi. leges inserta decretis. nume. 39. colum 363. secus si essent insertæ in canone. Ita Felin. c. ex parte. versi. lex posita inter canones. colum. 364. nume. 43.

Leges canonizatæ an sint authenticæ? Vide Dom de san. Gem. cap. in primis. 2 q. 1. Pet. de Anc. c. 1. de consti. 10 col.

Leges ciuiles & imperatorum, an comprehendant clericos, vel ecclesias, vel bona earum? dic regulariter, quòd sic. Felin. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. quæritur primò, vtrium leges. nume. 37. col. 232. Adde tu, quòd verum est istud, dummodo leges ciuiles specifice non disponant de clericis, vel ecclesiis, vel bonis. Ita dem. Abba. d. c. ecclesia S. Mariæ. 5. colum. versi. ad primum dico. Vnde totus titu. de sac. san. eccl. C. hodie est sublatus. Vide Inno. cap. 1. de reb. ecc. non alie. Adde dom. Abba. c. in præsentia. 8. colum. de. prob. & Fel. ver. limita quartò regulam. d. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. nu. 55. col. 236.

Leges dicuntur iustæ tribus modis, quos enumerat Felin. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. & dicuntur. nu. 39. col. 232.

¶ LIBELLANS an videatur confiteri contenta in libello? Vide Felin. c. examinata. de iudi. versi. in quantum dicitur hoc de articulis. nu. 3. col. 112.

Libellans in petitorio, vel rei vendicatione satis sufficienter concludit, si petit rem restitui, dato, quòd dicat prius, reum condemnari. Barto. l. & ex diuerso. §. vbi autem. ff. de rei ven. Adde Fel. c. inter dilectos. de fi. instr. in prin. nu. 1. col. 822.

¶ Libellus quando offertur, an debeat continere nomen actoris & rei. Vide Felin. c. cùm accessissent. de consti. versic. an autem in libello. nume. 1. col. 156.

Libellus ineptus non vitiat, vbi non est necessarius. Ita Felin. ca. cum ordinem. de rescr. versi. & illum tex. nume. 3. col. 411. Ad de tu. glo. l. vinum ff. si cer. pet. Adde etiam, quòd libellus ineptus non vitiat, quando agitur coram vicarijs castrorum. Et istud tenuit Bal. & Sal. auth. nisi breuiores. C. de sent. & interom. in. dom. Alex. consi. suo 230. quod incip. Viso processu causa. in pen. colum.

Libellus si mutatur, tenetur mutans ad expensas factas ex primo libello, secus, vbi alteratio libelli non inducit mutationem. Felin. c. ad audientiam. il 2. de rescr. versi. cogitabam. ibi, quintò per id, quod nu. 15. col. 803. Adde tu, quòd quando alteratur libellus, vbi alteratio permittitur, q actor debet condemnari in expensis, & hoc ita demum verũ est, si ex ipsa alteratione reus patietur damnum. Ita sentit glo. cap. 2. de lib. ob. & dom. Abb. ibi. 13. col. versi. venio nunc. & sic contra illud, quòd dicit ibi Felin. d. c. ad audientiam. col. prædicta.

Libellus potest offerri illi, qui præsens est in iudicio, etiamsi. ad hoc non fuit citatus. Felin. c. 1. de iudi. versicu. no. etiam, quòd præsens. nu. 19. col. 15.

Libellus notoriè ineptus, etiamsi extrinsecè, parte non opponente, potest per iudicem lacerari. Ita Felin. c. dilecti. de iud. in prin. nume. 1. col. 54.

Libellus fundatus in certa qualitate, corruit, ea non probata. Ita Felin. c. examinata. de iudi. versi. ad quam quæstionem. & in apostil. ibi posita. num. 5 col. 114.

Libellus in quo patronus petit ecclesiam meam, iste libellus valet. Vide Felin. c. examinata. de iud. nu. 8. versi. dom. Card. colum. 115. Vide, quæ posui in litera S. § suus.

Libellus valet, quando intentio est apta, licèt actio sit inepta, quòd an sit verum, vide per Felin. c. examinata. de iud. versic. dicit hic Inno. nu. 11. col. 118.

Libellus ineptus an debeat a iudice reijci. Fel. de rescr. c. ad aures. nume. 6. colum. 201.

Libellus si offeratur in causis, in quib. non requiritur, & minus legitimè, tamen propter hoc non vitiatur iudicium. Ita Fel. c. examinata. de iud. versi. pro Inno ego allego. nu. 13. col. 118. Adde tu ad ista, quæ posui in litera S. §. solennitas, quæ non requiritur.

Libellus generalis in petitione hæreditatis an valeat? & quomodo petens hæreditatem debet se restringere petendo in libello. Vide domin. Abba. cap. 2. de lib. ob. 9. colum. versicu. & ideo dixit Barto. Adde Fel. latè d. cap. 2. versi. sexta conclu. nume. 11. col. 243. altàs est § significantibus.

Libellus debet offerri in scriptis, ita quòd non sufficeret dicere notario, Scribe, quod peto. Felin. de libel. ob. capitu. 1. nume. 5. colum. 234.

Libellus generalis non procedit in iudicijs singularibus. glo. ca. 2. de lib. obl. ver. autem agatur. Adde, quòd istud est verũ respectu

rei petitæ, secus in accessorijs, quia in illis libellus generalis valet, puta peto rem cum fructibus, vel peto fundum cum pertinẽtijs Inno. c. tanta 2. colum. de excess. prælat. Pau. de Castr. l. ait prætor. §. si iudex ff. de rei udi. Abba. c. in nostra. de sepul. Ad de Felin. d. capitu. 2. de libel. ob. versicu secundò limita. nu. 12. col. 244. Limita, nisi ista accessoria essent odiosa, vt puta usura. Inno. cap. tanta. Imo. & Pau. de Castr. l. in summa. ff. de rei iu. Limita etiam, nisi ista accessoria possent commodè specificari. Bart. o. l. 3. §. armamenta ff. de rei vendi. Adde Felin. d. cap. 2. versi. & col. præallega.

Libellus generalis, vbi fructus petuntur etiam principaliter, valet, Ang. & Imo. l. si filiusfa. §. 1. ff. de ver. ob. Bal. in l. edita. in repet. Paduana, 19. col. ver. modò videamus. C. de eden. Fortius dixit Innocen. c. cum ad sedem, de resti. §po. quòd vbi libellus incertus respectu fructuum, velet, quòd etiam sententia incertà tenet, quod sequitur Pau. de Castr. l. in summa. ff. de rei ven. quamuis Bal. teneat contrariũ in l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. Adde Felin. c. 2. de libelli. ob. versicu. quid autem in libello generali. nume. 13 colum. 245. vbi tenet opinionem Innocen. per rationes, quas ibi assignat.

Libellus quando potest emendari? Ponit domin. Abb. c. 2. de libel. ob. 9. col. versi. nunc venio. Adde, & dic, quòd si libellus est cõceptus per verba narratiua, seu enunciatiua, & commissus sit error, tunc ante contestationem litis potest emendari error libelli absque probatione, secus post contestationem litis, quia non licet emendare libellum sine probatione. Ita Barto l. ex hac in fi ff. de dona. Et idem tenet Fel. c. 2. de libel. ob. versicu fallit octauò. nume. 14. colum. 246. Limita omnia ista, quando statutũ disponeret, quòd sola productio libelli haberet vim lit. contest. quia liceret emendare. Bal. l. accusationem in fi. C. qui accus nõ pos. Felin. vbi supra. col. ea. Item limita, quando iudex terminaret, quòd non videretur æquum emendationem fieri. Ita tex. l. edita. C. de eden. Do. lo. omnes d. c. 2. de libelli obl. Fel. d. ca. 2. prædictis versi. & col.

Libellus talis, Peto contra usurarium me absolui a iuramento, & me absoluto contra eum procedi, & eundem ad restitutionem usurarum condemnari, an procedat? Vide Fel. de iureiu. c. debitores. nume. 10 col. 1022.

Libellus potest mutari, vbi mutatio addit, vel detrahit qualitatẽ, ex qua tamen non mutatur actio, sed solum augetur, vel minuitur condemnatio ex virtute actionis propositæ, dom. Abb tãgit hoc in c. 2. de libel. ob. 11. col. versic. si verò non contin. Fel. ponit d. c. 2. versi. ad illam fallentiam. nume. 15. colu. 247. Et ibi dicit, quòd hoc verum est, vbi qualitas non fuerat in libello expressa, sed actum generaliter, & in prosecutione deducta est scientia, vel ignorantia. nam tunc bene mutare potest. cum alterum cõprehendatur sub actione generaliter proposita, secus, si in libello, qualitas expressa sit, quia ab ea recedere non potest? Et cum ista opi. resident Fel. vbi supra. quam tenuit do. Abb. ante eum. d. c. 2. loco præalleg. Adde tu, quòd Barto. l. edita. C. de edẽ. 3. col. versi. si verò. indistinctè tenet, quòd si nec actionis, nec facti contingeret mutatio, sed augetur, vel minuitur condemnatio ex virtute actionis propositæ, tunc ista mutatio est licita vsq; ad sententiam. Aduerte tamen, quod in quantum Barto. dicit d. l. edita. quòd quando per mutationem qualitatis non mutatur actio, licita sit variatio, Bar. errat, quia non mutatur condemnatio, quia obst. l. quod in heredem. §. eligere ff. de tributo. Ita lo. de Imo. l. §. 1. ff. de public. & dicit, quòd non fuit ante eum talium. Inno. c. 1. de libe. ob. dicit, q licet mutare, & malè dicit. Adde, quòd Anto. de But. cap. 2. de libel. ob. Bal. d. l. edita. 6. colum. dicunt puram veritatẽ, & dicunt, vt mutatur qualitas, & non mutatur condemnatio, & licita est mutatio. Ita tex. d. in delictis. §. si detracta ff. de noxa. Quamuis Barto. dicat contrarium, & malè, nam in d. l. in delictis, non mutatur condemnatio, puta dominus semper tenetur noxali, nam ante executionem sententiæ dominus, quamuis sciat, potest tradere seruũ prænoxa. Sed in casu d. l. quod in heredem. mutatur qualitas, alteratur condemnatio, & in isto casu non potest mutari.

Libellus potest emendari vsque ad sententiam, & hoc, quando vult emendare declarando obscuritatem libelli, vel aliqua verba obscura in eo posita. Ita dom. Abba. c. 2. de libelli ob. 12. col. versi. quandoque volo. Adde Barto. in simili. l. hæredes. ff. de testa. §. 1. in fi. vbi dicit, quòd si testis deposuit obscurè, & postea vult declarare dictum suum, non requiritur nouum iuramentum, mentum. & Bald. l. edita. 4. col. C. de eden dicit, quòd qui declarat, non emendat, & 15. colum. dicit, quòd prohibitus emendare, vel diminuere, potest declarare. Vide per Felin. d. cap. 2. versicu. ad illam fallentiam. nume. 15. colum. 247. Adde, q hoc fallit, quando ista declaratio esset talis, quòd non congrueret verbis libelli. Ita Bal. d. l. edita. 3. col. Fel. vbi supra. col. ea. Fallit etiam, vbi alius, quàm libellans, vellet declarare, quia non posset, etiamsi esset hæres. Ita dom. Abba. d. c. 2. prælegato loco, & Felin. ibi d. c. 2. versi. & col. præallega. Adde, quòd Felin. ibi dicit, quòd libellus ineptus potest emendari post litem contestatam, quod, an sit verum, ibi eum vide, versi. est vna. colum. 248.

Libellus incertus super accessorijs, valet, dummodo super principali sit certus, domin. Abb. c. inter dilectos. de fide instrum. 3. not. Adde ibi Felin. versi. in tex. ibi, cum omnibus fructibus. nume. 2. par. 2. colum. 822.

Libellus incertus in causa ciuili, etiam carens debitis demonstrationibus rei petitæ, valet, dummodo ex probationibus certificetur. Ita dom. Abb. cap. 2. de libel. ob. 4. colu. versicu. tu dic melius. Ludo. l. scire. 5. colum ff. de ver. ob. Bal c. 1. de mili. vasal. qui contu. est. Dom. Abba. c. ex parte B. 2. colum. de fo. compe. ibi dicit, quòd libellus, qui non concludit de iure, valet, si postea in actis probatur, dom. Abb. dicit etiam c si clericus. de fo. compe. 7. colum. quòd licèt qualitas tribuens iurisdictionem, nõ fuerit in libello, quòd sufficit, si constet ex actis. Adde, quòd idem tenet Felin. d. c. 2. versicu. secunda conclusio, si non opponitur. nume 239. & ibi latissimè de hoc Limita & intellige omnia sup dicta, quando pars non opponit, quia tunc libellus incertus valet, si opponitur, tunc non valet. Ita domin. Abb. locis præallega. & Fel. loco præallegato, colum. eadem. Et sic acquescentia partis validat libellum incertum, quod intellige, dummodò non sit tanta incertitudo, quòd sententia applicari non possit. Ita Felin. d. c. 2. versicu. ista & similia. num. 4. colum. ead.

Libellus incertus in causa criminali non procedit, etiamsi pars nõ opponit, & in hoc est differentia inter libellum in causa ciuili, & libellum in causa criminali, quia vno casu procedit, alio non. Vide latissimè per Felin. c. 2. de libel. ob. versicu. tertia declaratio. nu. 5. colum prædicta.

Libellus incertus in causa ciuili procedit, nisi opponatur per partes, & exceptio debet fieri ante contestationem litis. Bal. l. exceptionem. C. de excep. 4. col. ver. deinde dico. alias non potest opponi. Idem tenet Felin. c. 2. de libel. ob. versicu. quarta declaratio nume. 5. colum. 240. Fallit hoc, quando libellus esset ineptus, puta, quia de iure non concludens, quia talis exceptio potest opponi quandocunque ante sententiam, glo. Institut. de verbo. obligatio prin glo. magna. Adde Felin. luco allega. nume. & colu. allega. & dicit, quòd vbicunque libellus est ineptus, quòd talis exceptio potest opponi quandocunque, etiam post sententiam. Casus est. c. cum dilecti. de empt. & vend. Adde ad ista, quæ posui supra, §. libellum ineptum iudex.

Libellus an valeat, in quo quis petit rem simpliciter, etiam si non dicit totam, vel partem, domin. Abba. capitu. 2. de libel. obliga. 3. colum. versicu secundò dicit glossa. tenet, quòd talis libellus non possit notari de incertitudine. Adde, quod cum eo transit Felin. d. capitu. 2. versicu. habes ergo in actione. nu. 7. col. 241. & hoc, quando petens intendit petere totum. Adde Barto. l. si in rem. ff. de rei vendi. Bal. & Ang. ibi.

Libellus, in quo petit partem, an habeat specificare quantitatem? dic, quòd si petens agit principaliter, vel accessorie ad res vi, vel metu ablatas, isto casu non tenetur de necessitate specificare quantitatem, sed debet dicere, spoliasti me multis bonis mobilibus tanti valoris. Innocen. capitu. 2. de ordin. cognit. Angel. l. si in rem. ff. de rei vendi. Et ratio est, quia reus debet stare iuramento damnum passi, l. si quando. C. unde vi, capitu. fin. quod me. causa. Felin. capitu. 2. de libel. obl. versicu. tertia conclusio. colum. 240. Adde, quòd sententia lata vigore iuramenti delati damnum passo, non reuocatur propter instrumenta de nouo reperta, quia odio violenti illi stari oportet. Ita Bartol. admonendi. 2. colum. versicu secundò oppono. ff. de iureiur. Anton. de But. d. cap. fin quod me cau. in fi. Et hoc modo limitabis l. videamus. §. si ff. de in lit. iur. Adde, quòd Fel. d. cap. 2. d. versicu. colum. 282. dicit, quòd opin. Barto. d. l. admonendi non est tuta, quia si spoliator vult legitimè probare, quòd iurans distabitur ex falso suo iuramento, debet audiri.

Libellus

Libellus in actione, Quod vi, metusve causa, non habet specificare quantitatem rei. Vide supra. §. libellus, in quo qui petit partem.

Libellus, in quo fundus est petitus, si confines non sunt expressi, an procedat libellus? Vide, quæ posui in litera. C. §. confines fundi.

Libellus in fundo petito, vbi erratum est circa confines, an valeat. Vide, quæ posui in litera. C. §. confines expressi.

Libellus iste, Dico rem ad me spectare iure dominij, vel quasi, talis libellus procedit de iure. Ita gloss. c. 2. de libel. ob. versicu. cũ dicit. domin. Abba. d. c. 2. 4. colum. versicu. no primo. Adde tamen, quòd actor debet eligere post lit. contest. quòd ex istis iuribus prosequi vult, glo. Insti. de actio. §. aliæ. Bar. l. eadem actiones. ff. de exce. rei iud. dom. Abb. loco præallega. Adde Felin. d. c. 2. versicu. secundò aggreditur. nu. 10. col. 243.

Libellus ineptus sustinetur, & hoc, quando talis clausula posita est in eo, Peto mihi ius & iustitiam ministrari, de quo vide, quæ posui in litera C. §. clausula in libello.

Libellus potest offerri die feriata. Ita Felin. c. fi. de iud. versicu. in gl. si. verbo, vindemias. nume. 6. col. 145.

Libellus admissus cum clausula, si & in quantum, an valeat? Bal. posuit in repe. l. edita. C. de eden. pen. colum. Bar. l. si quando. ff. de leg. 1. 1. col. Vide per Felin. c. cum contingat. de offi. delega. versi. quid autem in libello. nu. 12. col. 1085.

Libellus an sit necessarius coram principe. Vide, quæ posui in litera P. §. princeps potest supplere.

Libellus semper attendendus est in conclusione, etiam, quòd narratio sit plenior, quàm conclusio, tamen attenditur conclusio, & narrata restringuntur ad conclusionem. domin. Abba. c. olim. de lit. contest. 9 colum. versicu. si verò narratio. Adde Felin. d. cap. olim. versicu. narratio plenior. nume. 18. colum. 262. Ade, quid e contra, puta, quòd narratio est strictior, quam conclusio, tamen semper attenditur conclusio, domin. Abb. d. c. vnico, 9. colum. ver. si verò narratio. Fel. ibi præalleg. loco. colum. vt supra. Adde, quòd conclusio declarat libellum. Barto. l. Aurelius. §. Stichus ff. de lib leg.

Libellus sine conclusione procedit, puta, in libello, qui est porrectus iudici, si concludatur sic, peto eum cogi, & compelli, talis libellus procedit, licèt non dicatur, peto condemnari. Ita dom. Abb. c. vnico, de lit. contest. 9. colum. versicu. nunquid autem, & c. olim. de censi. 3. no. Adde, quòd Barto. tenuit contrarium l. cum nulla ff. de re iudic. & l. 1. C. de execu. rei iud. Addetu, quòd prima opi. est communior, quam tenuit Imo. l. in summa. ff. de rei ud. Anto. de But. cap. examinata. de iud. 10. colum. vbi Imo. & Pet. de Anch. c. causam. de rescrip. domin. Alex. d. l. cum nulla. Adde Felin dicto cap. olim. de lit. contest. versicu. dum subdit Abba. nume. 19. colum. 262. vbi dicit eleganter, q valet iste libellus, peto compelli & condemnari, quia ista præpositeratio exponitur, ideò est, condemnari, deinde cõpelli, & ibi multas concordantias allegat.

Libellus an debeat præcedere citationem? Vide per Felin. cap. 1. de lib. ob. in prin. nu. 1. col. 232.

Libellus an sit inserendus in citatione. Communis opin. est, quòd sufficit in citatione dicere Compareas, & tui præsentiam facias, l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & est tex. apertus, q non est inserendus libellus in citatione. l. non videtur. la 2. de iud. vbi tex. dicit, quòd ille, qui comparuit, petijt copiã libelli, ecce, quòd libellus non fuit insertus in citatione. Adde Felin. capitu. 1. de lib. ob. versicu. ad illud de libello. nume. 2. colu. 233. Fallit hoc, vbi agitur de interrumpenda præscriptione per citationem, bonus tex. l. si. C. de anna. exce. No. cap. illud. de præscr. Fallit etiam in criminalibus, gloss. cap. si episcopus. 3. q. 2. Anto. de Butr. capitu. pastoralis. §. quoniam. pen. colu. de rescr. Adde, quòd Salice. tenuit contrarium, l. absente. 3. col. C. de accusa. Vide per Felin. dicto capitu. 1. de libell. ob. versicu. secundò fallit nume. 3. Ibidem fallit etiam in delegato, quia debet inseri in citatione rescriptum. de quo vide latissimè per Felin. dicto capitu. 1. versicu. fallit. numero. 4. colum. eadem.

Libellus an possit omitti conuentione partium. Vide per Barto. authen. offeratur. C. de lit. contest. versi. vltimò quæro. & ibi tenet, quòd non. Adde domin. Abba. cap. 1. de lib. ob. versicu. vltimò glo. Felin. ca. 1. versi. ad illam fallentiam de remissione partium. nume. 5. colum. 234. dicit, quòd Imo. ibi dixit, quòd si partes compromittunt se in iudicem, tanquam in arbitratorem, q libellus potest remitti, & ibi loquitur satis confusè. Adde tu, & dic clarius, quòd quando partes compromittũt se in arbitrum, vel arbitratorem, quòd possunt remittere ista solennitates. Et pro hoc allego tex. l. idem proferre. §. sed si quis ff. de arbi. Tenet domin. Abb. d. cap. 1. 4. colum. versicu. ad hoc enim. Adde etiam, quòd quando Papa, vel Imperator dant iudicem, possunt tollere istas solennitates. Tex. est cap. pastoralis. & c. secundò requiris. de appe. & l. 1. ff. a quib. appel. non licèt. Adde tamen, quòd Papa non potest tollere ordinem iudiciarium, quò ad forum laicorum. Ita glo. cle. fi. de iud. domin. Abb. c. quod clericis. de foro compe.

Libellus potest omitti in causis breuibus. Barto. l. in hemus. la 2. C. de sacr. sanct. eccle. 3. colum. versicu, venio ad tertiam. & auth. nisi breuiores. C. de senten. ex breuic. reci. in fi. domin. Abba. cap. 1. de libel. ob. 6. colum. versicu. item fallit. & hoc, quia neque libellus, neque aliqua scriptura requiritur, imò simplici relationi ipsius iudicis statur. Adde Felin. d. capitu. 1. de libe. ob. versicu. ad illam fallentiam. de causis. nume. 6. col. supra. alleg. Adde tu, quòd contra Barto. & alios tenuit dom. Alex. l. sciendum. 9. colum ff. de verb. obl.

Libellus non debet offerri, quando petitur executio sententiæ. ita domin. Abb. capitu. 1. de lib. ob. 6. colum. versicu. item fallit secundum Inno. Adde Felin. d. cap. 1. versicu. ad illam fallentiã de executione. nume. 7. col. 234.

Libellus cuius expensis sit dandus reo? vide, quæ posui in litera C. §. copia libelli.

Libellus dicitur mutari, quando in totum receditur ab actione expressa, alia eius loco subrogata, & isto casu ante contestationem litis possumus hoc facere, postea verò non. Ita Felin. capitu. 2. de libel. ob. versicu. subdit hic domin. Abba. nume. 17. colum. 249. part. 2. Adde Angel. auth. de litig. §. omnes. 4. colum. qui dicit, quòd l. edita. C. de eden. permittens mutationem ante litẽ contest. non est correcta per authen. qui semel. C. quomodo & quando iud.

Libellus non potest mutari lite contestata. Fallit hoc, quando illa causa, in qua datus est libellus, non continuatur contra eandem personam, sed contra aliam, quæ succedit primæ, quia non est prohibitum dirigere aliam petitionem, & renunciare primæ. Ita Barto. l. 2. §. 1. in fi. versicu. secundò quæro. ff. de præto. stipu. Pau. de Castr. consi. suo 17. incip. Quidam Iacobus. 5. colum. Vide per Felin. cap. 2. de libel. ob. versicu. quod autem prohibita. colum. 249. nume. 18. Adde ad ista, vtrum reo defuncto post lit. contesta possit actor de nouo incipere contra hæredem, & ibi primo iudicio renunciare. Vide per Barto. d. l. 2. §. 1. in fin. Quod tene menti pro limitatione eorum, quæ notata sunt l. edita C. de eden. Et ad not. per Imol. l. pœnalis. ff. ad leg. Falc. in princip. & facit ad ea, quæ habentur leg. si cum hominem. ff. de fideiussor. Vide Bald. l. si seruus. ff. de insa.

Libellus iste procedit, Peto omnia bona, quæ tibi obuenerint ex hæreditate talis, aliter bona non specificando. Ita domin. Abba. capitu. in præsentia. de proba. 2. not. Et sic not. quòd in actione vniuersali non requiritur expressio rerum petitarum, nisi in executione, l. 4. ff. de rei vendica. Bald. eleganter l. 1. 2. & 3. colum. C. de fru. & lit. expen. Felin. capitu. in præsentia. de proba. versicu. in text. ibi, illa, qua de bonis. nume. 3. colum. 276.

Libellus si præsumptiuè concludit, sufficit. Fel. de lib. ob. c. dilecti filij. nume. 2. col. 253. par. 2.

Libellus est reijciendus, qui de iure communi non concludit, licèt posset accidentaliter concludere. Felin. de lib. ob. c. d. lecti filij. nume. 3. colum. 254. par. 2.

Libellus latè interpretatur, etiam impropriando verba, de quo vide, quæ posui in litera V. §. verba libelli impropriantur.

Libellus quomodo sit concipiendus, seu formandus in personam monachi, vel monasterij, domin. Abba. cap. cùm I. & A. de re iudi. 8. colum. versi. ex quib. infero. Vide Barto. auth. cassa. C. de episco. & cler. Felin. d. c. cum l. & A. versi. de libello, vel sententia. nu. 9 col. 564. par. 3.

Libellus quomodo formandus in æstimatione iniuriarum. Ponit domin. Abba. c. cum te. de re iu. 8. col. ver. vlterius quæro. Bar. l. iniuriarum. ff. de iniu. Et dicit finaliter, quòd iniuriatus debet iurare respectu damni, non autem lucri. Et vide Angel. consil. suo 93. incip. Super puncto primo. Vide Fel. d. c. cum te ver.

& in

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in quantum ponit de forma.nu.16.colum.575. Adde, quòd dom. Abbā c.grauis.de testi.spo.1.colum.versicu ex quo no.di Abbā nu.17.colum.576.

Libellus ineptus non interrumpit præscriptionem. Ita Barto.l.accusaturus ff.de adult.ver.circa hūc passum.Felin c.causam, quæ.il 1.de testiā prin.colum.547.part.2. Adde tu,quod contrā tenuit ipsemet Barto.d.l. accusaturus.versicu.sed contra. vbi dicit, quòd libellus malè conceptus interrumpit præscriptionem. Et idem tenet Barto. l.fi.C.de anna.except. versicu.secundò no. & etiam in summario illius legis,vbi expresè dicit quòd libellus incertus interrumpit præscriptionem. Et idem ibi dicit de libello generali. Et dic, quòd istud habet locum etiam coram arbitro.Old.consi.suo 176.Quid ergo dicendum in hac difficultate? Respondeo pro clariori intelligentia, & ista est veritas, quando libellus requiritur ad interrumpēdam præscriptionem, tunc inspicitur, vtrum libellus sit bene conceptus,vel non? Et hoc modo intelligas Barto. d.l accusaturus.ver. circa hunc passum. Sed quando præscriptio aliter potest interrumpi, puta per citationem, tunc libellus etiam ineptus interrumpit præscriptionem. Et hoc modo loquitur Barto.d.l.fi.C.de anna.excep. & d.l. accusaturus. versicu. sed contra. Adde dom. Alex.l.iustè ff. de acqui. possess in fin.

Libellus non vitiatur, licèt in eo ponantur verba impropria, domin.Abba.cap.series.de testi.1.not.Bart.l.1.C.de fruct.& lit. expen.& l.scire debemus.1.colum ff.de verb.oblig. & l sed & si possessori.§.item si iuraueró.ff.de iureiur.Imo.l pro hærede.§. quid tamen.ff.de acquir.hære. Anton.de Butr.& dom.Abb.c. ad dissoluendum. de desponsi.impub. Adde Felin.d.c series.in princip.nume.1.col.615 parte.2.

Libelli oblatio in criminalibus interrumpit præscriptionem, de qua vide,quæ posui in litera P.§ præscriptio in criminalibus.

Libellum ineptum iudex debet reijcere. Vide per Felin.c.examinata, de iudic.versicu.adde Ludo. Rom.l.vinum.num.14 col. 119. parte 2. Tu dic, quòd propter istud debet reijcere libellum ineptum, quia alias faceret actum delusorium, vel nullum, nam quando libellas est ineptus, iudicium est nullum, & ideo sententia est ipso iure nulla,vt in glo.Instit.de obligā.allegatā bi d.c.examinata.per Felin.quam Bal. multum extollit l.peremptorias.C.senten. rescin.non poss. Imò exceptio ineptitudinis libelli potest quandocunque opponi, etiam post sententiam. Casus est c. cum dilecti, de empt. & vendi. & ibi Ioan. de Imol. Istam conclusionem, quam tenent omnes, & maximè glossl.l.1. de offic.assess. quòd iudex debet reijcere libellum, limita tribus modis. Primus modus, vbi non requiritur libellus, vt ibi etiam per Felin. d.c examinata.Cui adde glo.l.vinum ff.si cer.pet. in glo. mag. in fin. Secundò fallit,quando libellus potest aliquo modo sustentari, nam libellus semper debet sustentari, secundū Bald.l. 2.C.de formul. & impet. act sublat. Tertiò fallit coram vicarijs castrorum, vel vicarijs ruralibus, quasbi procedunt libelli inepti, secundum Bal.Salice authen. nisi breuiores. C.de senten.& inter.om.iu.domin. Alex. consi.suo incip. Viso processu causæ.nume.203. Adde ad ista, quæ posui §. libellus in certus in causa ciuili.

Libelli contrarij admittuntur super hæreditate, contra not.per Innocen.c cum contingat.de offic.deleg. Anto. de But.c.causam. sl 2.3.colum.qui fil.sint legi. Adde Felin.c.in præsentia.de proba.versicu in tex.ibi, petebat.nu.7.col. 378. parte 2.

¶ *Liber Decreti non reperitur approbatus.* Ita Felin.cap.ex parte, de rescrip.versi. Liber Decreti.nu.44.col.365. Adde tu, q̄ prima rubrica decreti fuit facta per Gratianum, alia autem rubricæ sunt summaria textuum, & fuerunt factæ per quendā discipulum Gratiani,qui vocabatur Palea. Ita Ioan. An.in addi. Specu. titu.de disspu. & alleg § fin.qui quidem Palea fecit paleas in d.libro positas,quas Gratianus non viderat, vt dicit Sal.& Ioan de Imol. rub.de verbo.oblig. Adde ad ista, quæ posui in litera D.§. Decreti liber.

Liber pontificalis est approbatus. Felin.c.ex parte,de rescrip.ver. Liber potificalis.nu.47.col.367. Adde glo.cle. 1. de iureiur. versicu. episcopus,nec presbyter debet carere pontificali. Ita loan. And.& Host. c. consuluit,de ser non ord.

Liber capituli canonicorum, in quo describi sunt illi, qui soluunt censum ipsis canonicis, & vbi sunt descripti emphyteutæ, talis liber non probat contra alios, sed solum contra ipsos canonicos, tamen vbi esset consuetudo, quòd talis liber probaret,tunc haberetur pro authentico.Pet.de Ancha.consi.suo 39 inci. primò de iuribus.2.colum. Floria l.census.ff. de proba. Adde tamen, q̄ si talis liber conseruaretur in archiuo publico, tunc plenè probaret,de quo vide Felin.cap.ad audientiam.de præscrip.versicu. decima & vltima.nume.16.colum.255.

Liber feudorum an sit authenticus? Vide Bal. in prooem. feud. 2. colum. Anto.de But.& Imo.cap. 2. de feud.

Libri damnati possunt legi,ad hoc, vt per disputationem vera fides fortificetur. Tex.c.legimus.37.distin.& non vt teneamus,sed vt repudiemus,vt dicit ibi tex. intellige tamen cum licentia superiorum, & non aliter.

Liber rationum non probat proscribente, de quo vide latè per do. Abb. cap.2.de fid.instrum.7.colum versicu.vemo ad tertiam, & ponit Barto.l.admonendi.ff.de iureiur.7.colum. versi. circa secundam.Vide Felin. d.cap.2.versi.prima conclusio.nu.21.colum.799.parte 2. Adde, quòd fallit ista regula, quando liber rationum contineret aliquid , quod dependeret a mera volūtate scribentis,quia probaret.Ita Bar.loco prælegato,& Fel.d.ca. 2.versi.fallit primò.num.22.col.800.Item fallit, vbi liber rationum contineret aliquid,quod verisimiliter posset præsumi pro ipso scribente.Felin.d.c.2.versi.fallit secundo.nume.23.colum. eadem.Item fallit in libro defunctis,qui valde laudabiliter vixisset,quia probat.Fel.d.c.2.versicu fallit tertiò num.24.col.ead. Item fallit in libro,qui contineret tam rationes contra scribentem, quàm pro ipso scribente, quia isto casu probaret etiam pro scribente.Felin.d.c.2.de fid.instrum.versicu. fallit quartò. nume.25.col.eadem.Item fallit, vbi consuetudo,vel statutum disponeret,q̄ plenè credatur libris mercatorū, quia habebūt plenā fidem.Fridic.de Senis consi.suo 119.inci.p nulli dubiū.Sal. l.exemplo.C.de proba.Quod limita,dummodo mercator aliàs non esset infamis, vel suspectæ vitæ Bal.repe.l.cunctos populos. 14.colum. C.de sum tri.& fid. Cath.& l. Cassius. ff. de sena. Vide Felin. d.c.2.versicu. fallit quinto.nume.26. colum. 801. Item fallit in libro executoris testamentarij,quia probat. Felin. cap.2.versicu. fallit sextò.nu.27.col.ead.

Liber rationum probat contra scribentem. Barto l.admonendi. 6. colum.versic. circa secundum. dom. Abba.cap.2.de fid.instru. 7.col.versicu.venio ad tertiam.Felin.d.cap.2.versi.secundaco clusio.nume.28.colum.802.Adde,quòd fallit ista regula in libro non authentico ipsius mercatoris,puta,si esset scriptum aliquid contra scribentem in libro,quod vocatur Memorisule,quia non probaret contra ipsum scribentem, Bald.rub. C.de consti. pecu.Felin d.cap.2.versicu fallit primo.nu.29.col.prælleg. Item fallit in libro vnius personæ, quæ non exerceret artem de publico, neque esset mercator,quia non probaret ille liber etiam contra scribentem.Felin.d.cap.2.versicu fallit secundo.colum. ead.num.30.Fallit etiam, vbi liber non haberet insertam causam debiti, quia non probaret contra scribentem.Ioan. An.rub. deposi. Felin.d.cap.2.versi.fallit quarto.nume.31. Ibidem.

Liber rationum vnius mercatoris non probat, neque pro tertio, neque contra tertium. Barto.l.admonendi.ff.de iureiur.6.colum. versi.circa secundam domin.Abb.c.2.de fi.instr.7.col.versicu. tertio casu.Felin.ibi versicu.tertia conclusio.num.32.col.803. Adde,quòd fallit ista regula in libris rationum concessis abbahentibus authoritatem & officium ex publico,vt sunt argentarij, quia libri eorum bene faciunt fidem pro tertio,& contra tertium.Fel.d.c.2.versi.fallit primo.nume.33.col. prædicta. Item fallit,quo ad semiplenam probationem,quia libri mercatorum faciunt semiplenam probationem pro tertio, & contra tertium Barto.l.quadam.§.numularios.ff.de eden.dom.Abb.d. cap.2. loco prælegato.Vide Felin.d.c.2.ver.fallit secundo, quo ad semiplenam.nu.33.col.ead.vbi dicit,quòd Imol.tenet contrariū.

Libri authentici qui sunt? Ponit Felin.cap.ex parte, de rescript. versi.de diuersorum librorum.nu.46.col.366.

Libri antiqui faciunt fidem plenam. ita dicit glossc.cum causam. de proba.vbi etiam text.ibi satis hoc probat, & hoc idem tenet Specu.titu.de prba.§.videndum. versicu.cum libros. Adde, quòd dom. Abb.d.c.cum causam.2.colum.versi.quandoque,dicit,quòd isti libri antiqui probant solum in duobus casibus. Et idem tenet ibi Hostien. Anto.de Butr.& Imo.Primus casus est, quando antiqui nostri dederunt fidem talibus libris, vt sunt libri iurisconsultorum,Poetarum, Aristotelis, & Chronicorum.

Idem

Idem tenet Barto l.prima.ff si cer.pet.quarta col.versi. pro cuius declaratione glo.c.venerabiles,verbo,transstulit.de ele.gl. c.inter dilectos.de fi.instr.verbo magis. Dom.de san.Gem.c.placuit. 16.dist.Vide Fel.d. cum causam.in prin.nume.1.col.483. parte 2.Secundus casus est, quòd libri antiqui probant, & hoc quando in eis non continetur aliquid , quod sit valde præiudiciale.Ita dom.Abb.d.c.cùm causam.loco prælloga.Fel ibi versicu.secundus casus.nu.2.col.vt supra,vbi dicit, quòd conseruatio ecclesiæ probatur per libros antiquos, & fines diœcesium.Add de dom.Abb.d.c.cum causam.3.col. ver.ego hæc dicta. Adde, quod vltra istos casus Host.& do.Abb.& alij,d.c.cum causam tenet, quòd libri antiqui non probant , & sic reprobata est glo. ibi. Adde, quòd in factis non antiquis istud non habet locū.Vide per Fel.d.c.cum causam.versi.quod autem in factis non antiquis.nume.6.colum.486. Adde tamen,quod non probant isti libri,etiamsi sumus in facto antiquissimo, & hoc,quando agitur de grandi præiudicio,dom. Abb.d.cap. cum causam. 2. colum. versi.ego hæc dicta.Bar. l.1.in prin ff.de bo.pos secundum tab. Felin.d.c.cum causam.versicu. in eadem glo.ibi, columna, vel lapide.Ibidem.nu.8.

Mandans an ex solo mandato possit puniri, puta, quis mandauit maleficium fieri in certo loco, quòd non est tamen secutum, an possit puniri ex isto solo mandato, Tex. videtur dicere, quòd non, l. apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. Et idem tenet domin. Abb. cap. 1. de præsump. vlt. colum. versicu. not. ex hoc, & ibi Felin. versicu. facit etiam. vbi supra versicu. proxi. Pro veritate istius q. vide additionem, quam posui ibi ad Fel. d. versi. col. ead.

Mandans verberari, si inde mors sequatur, an debeat puniri de homicidio. Text. cap. fin. de homici. in 6. tenet, quòd sic. Tu pro limitatione illius tex. dic, quòd quando mandatarius potuit seruare mandatum, quòd tunc mandans non est puniendus de homicidio. Bald. l. non ideo minus, de accusa. 2. colum. Imol. cap. si cut dignum, de homi. Fel. c. vniuersitati. de senten. excommu. in principio numero primo. colum. 1080.

¶ Mandatum principis si est scandalosum, seu speratur de turbatione Christianitatis, non valet. Vide de hoc in litera P. §. princeps si mandat.

Mandatum generale continet in se id, quod est de consuetudine Felin. c. cum M. de consti. versicu. & quia ad hunc locum num. 6. col. 380. vbi plura exempla ponit. Adde Barto. l. si fraudator. ff. de his, quæ in frau. credi. 1. colum. ver. præterea.

Mandatum expirat morte mandatarij, vel mandantis. Felin. c. eam te. de rescri. ver. prima differentia. nu. 10. col. 432. Fallit hoc, quando mandatur aliquid, quod quis habet facere ex officio. Vide Bar. l. fundi. §. item si amicus. ff. de acqui. pos.

Mandatum. Istud verbum non est præceptiuum. Fel. c. eam te. de rescri. versi. inter mandatum & præceptum. nu. 9. col. 431. Ad de Bar. l. omne verbum. Q. communia de leg. in not.

Mandatum

Mandatum dicitur satis seruatum, quando mandatarius, vel iudex facit actum propinquum seu vicinum mandato. Ita do. Abba. c. causam. de reiud. 2. col. ver. oppono contra tex. Et hoc modo limitabis tex. c. dilecta in Christo. de rescrip. & l. diligenter. ff. manda vbi dicitur, quòd mandata sunt diligenter custodienda. Adde Fel. d. c. causam. versi. actus contiguus. & ibi ponit, quæ dicantur contigua mandato, nu. 5. col. 449.

Mandatū procuratoris expirat morte mandantis re integra Hoc tenuit do. Abb. c. relatum. de offi. delega. 1. no. nu. 1. & ibi dicit, quòd res dicitur integra respectu mandati procuratoris, quando lis non est contesta. Adde tamen, quòd si tud mandatum procuratoris, quod expirat re integra morte mãdantis, fallit in multis casibus, primò fallit in mandato ad pias causas, vt si mandatur alicui, vt dotaret ecclesiam, & iste constituens moritur re integra, hoc mandatum non expirat. Vide Bal. auth. si qua mulier. vlt. col. C. de sacr. san. eccle. & l. mandatum. C. man. Feli. notabiliter. d. c. relatum, in prin. col. 983. Secundò fallit fauore dotis, quia mandatum factum ad dotandum mulierem de bonis constituentis, si moritur constituens, non dicitur reuocatum. Bal. c. cum venissent. 2. col. de testi. & tex. optimus. l. si ego. ff. de iure doti. Adde Fel. d. c. relatum. versi. secundò fallit. nu. 2. col. 984 Tertiò fallit in mandato facto fauore constituentis, ut puta constituo procuratorem, vt accipiat tenutam vnius possessionis, non reuocatur mandatum per mortem constituentis. Ita Inno. c. in causis, de electi. & c. constitutus, de concess. præben. Felin. idem tenet d. c. relatum, versicu. tertiò fallit. vbi supra. num. 3. col. ead. Adde, quòd fallit in alijs casibus, quos vide enumeratos per Fel. d. c. relatum. col. vt supra & seq.

Mandatum procuratoris, & mãdatum iudicis delegati, equiparãtur. Tex. optimus. l. & quia. ff. de iurisd. om. iu. Inno. c. cum olim. Abb. de offi. deleg. Bona glo. c. ex parte decani. de rescrip. verbo, suspicione. quæ dicit, quòd sicut delegatus iudex potest recusari, vt suspectus, ita & procurator. Adde Fel. c. relatum. versi. vtrū sit bona æquiparatio. nu. 4. col 984. qui ibi idem tenet. Adde tu, quòd multæ sunt differentiæ inter mandatum procuratoris, & mandatum iudicis delegi. Prima differentia est, quòd mandatū procuratoris non potest reuocari post litem contestatam, nisi re cognita, vt c. 2. de procu. in 6. iuncta gl. & l. post litem. ff. de procu. Secus est in mãdato delegati, quia quandocunq; reuocari potest, l. iudicium soluitur. ff. de iuds. & ibi glo. Istud optimè declarat Fel. Idem tenet d. c. relatum. versicu. prima differentia, nume. 5. col. 985. Secunda differentia. Mandatum procuratoris expirat ante litem contestatam morte mandantis. glo. verbo, re integra. cle. si. de procu. secus in delegato, quia sola citatio facit perpetuari iurisdictionem, vt c. gratum, de offi. deleg. Fel. idem tenet d. c. relatum, versi. secunda differenta. nu. 6. Ibidem. Tertia, Mandatum procuratoris ad petendum restitutionem in integrum requiritur esse speciale mãdatum, l. illud. §. 1. ff. de min. secus in delegato, quia sufficit generale mandatum, vt possit cognoscere de causa restitutionis in integrum, l. fin. C. vbi, & apud quem in integr. rest. pos. Ita Felin. d. c. relatum, versi. tertia. nu. 6. col. ead. Quarta differentia est, quòd mandatum procuratoris est bonæ fidei, & iurisdictio delegati est stricti iuris. Ioan. An. c. gratum. de offi. deleg. Fel. d. c. relatum. ver. quarta. Mãdatum. nu. 7. col. vt supra. Quinta, Mandatum procuratoris expirat morte mandantis, etiam non intellecta eius morte, l. si præcedente. ff. man. licèt duret actio, cum quo contraxit procurator contra hæredem illius, pro quo agit, secus in delegato, quia non finitur eius mandatum, nisi habita notitia de morte delegãtis, vt d. c. gratum, & Fel. idem tenet d. c. relatum, vesic. quinta differenta. num. 7. ibi sexta differentia est, quia delegatus datus ad causas motas, & mouendas non potest cognoscere de causis mouendis ex iure nouiter orto ex rescripto. Ita Fe. d. c. relatum, de offi. deleg. versi. sexta differentia. num. 8. ibidem, Secus est in procuratore, quia si est datus ad lites motas, & mouendas, poterit etiam agere super lites mouendas ex nouo iure, quod nõ erat cognitum tempore quo fuit constitutus procurator. Ita Fel. d. ver sicu. septima differentia est, quòd procurator, qui potest substituere, si substituit alium procuratorem, & moriatur, ante quam procurator substitutus acceptauit, tamen non expirat talis substitutio, secus in delegato, quia subdelegatio expirat, si non sit vsus iurisdictione ante mortem deleganris, cap. si a subdelegato. ff. de offi. deleg. in 6. Vide per Felin. d. c. relatum. versic. septima differentia. Ibidem, nume. 9. Adde etiam & aliam differentiam inter procuratorem & delegatum, quia si procurator fuerit substitutus, & acceptauit, non poterit reuocari, etiamsi non sit vsus procurationis officio, c. is, qui. de procu. in 6. Secus est in delegato, quia poterit reuocare subdelegatum, qui acceptauit, dummodo non sit vsus mandato c. quamuis. de offi. delega. in 6. Et de istis differentijs vide per Felin. d. c. relatum, de offi. delega. versi. vltimò nu. & col vt supra.

Mandatum procuratoris, etiam quòd non sit obseruatum, obligat dominum, & hoc, quando ipse procurator excessit fines mandati domino sciente & non contradicente. Vide quæ posui in materia ista in litera P. § procurator, qui fines mandati.

Mandatum factum procuratori, in quo dominus promittit habere ratum, quòd legitimè factum fuerit per procuratorē, tale mandatum non valet, quia debet dicere. Habebo ratum, quicquid factum fuerit per procuratorem. Ita Bart. l. quæ omnia. §. planè. ff. de procu. gl. cle. 1. de procu. verbo, debito modo. Est melior gl. c. relatio verbo, canonica. 21. q. 1. & Lud sing. 139 incip. Promitto ratum & consilio suo incip. In Christi, & c. mandatū mihi ostensum. Fel. c. cum olim. il 1. de offic. deleg. versi. tertiò intelige. num. 10. col. 1071. Adde tamen, quòd si pars non opponit, tale mandatum non erit nullum. Ita dom. Abb. c. fi. de dilatio. 4 col. versi. quæro, quid operantur ista verba. & Bald. ibi, & Fel. idem tenent loco allegato, col. ead.

Mandatum procuratoris quando dicatur dubium, adeo quòd dubitatur, quòd sit, aut non sit, dom. Abb. c. coram de offi. deleg. 3 colum. versi. sed notabile dubium est. dicit, quòd glo l. 1. C. de procu. dixit, quòd si quis se asserit procuratorem esse, & aduersarius negat, oritur dubium de mandato. Adde, quòd dubium oritur de mandato, quando ille, qui dicit, Sum procurator, ostendit iura facientia ad causam. Tex est d. c. coram. ibi, cum instrumentis eiusdem ecclesiæ & Inno. ibi, & Doctores omnes d. c. coram Barto. idem tenet. l. vulgo. in fine. ff. de admi tut. & l. 3. §. causa. ff. de Carbo. edic. Bald. & Ange. l. Mauia. ff. soluto mat. & Imol. ibi Imo. etiam c. 1. de procu. Pau. de Castr. 1. C. de procu. Adde tamen, quòd Galt. & Bal. l. 1. C. de procura. tenēt cõtrarium per rationem, quam ponunt ibi. Et Anto. de Bu. tenet idem d. c. coram. Tamen communis opin. est prima. Adde Felin. d. c. coram. versicu. quando dicatur dubium de mandato. nume. 9. colum. 1077. Et ibi tenet primam opinio. & dicit, quòd est communis. Limita istam communem opi. nisi ille, qui dicit, quòd est procurator, & ostendit iura facientia ad causam, esset persona domestica, & cohabitans cum domino, non facere dubium ostendendo iura. Ludo. Ro. consi. suo 446. incip. Primus propositæ consultationis. Adde Fel. d. c. coram. num. 9. versi. secundo limita. colum. 1078. vbi ponit et alias multas fallentias. Vtilitas istius dubitationis est, quia quando est dubium de mandato, admittitur procurator cum cautione rati. vt l.]. C. de procu. & l. non solum. §. qui alieno. ff. eo. vbi Barto. versicu fallit. & tex. c. 1. de procu.

Mandatum procuratoris fit dubium, quãdo negatur notarius, qui confecit mandatum, fuisse notarium, quia tunc isto casu, cum dubitatur, admittitur procurator cum cautione rati. Ang. l. 1. C. de procu. Fel. c. coram, de offi. delega. versic. tertiò fit dubium de mandato. nu. 10. col. 1078. Adde, quòd fit dubium de mandato, quando negatur, quòd ille, qui præsentat mandatum, sit ille, de quo loquitur instrumentum procura. Item Felin. loco allegato, col. vt supra, vbi etiam ponit vnam fallentiam, nisi veniret de partibus remotis.

Mandatum rei turpis, an ex mandato turpi oriatur actio, dom. Abb. c. bona. il 2. de post. præla. 4. colu. ver. no. bene. tenet, quòd non. Idem tenet Fel. c. 1. versi. & dicit Abb. c. bona. il 2. num. 9. vt lite non contest. col. 273. Adde, quòd Bart. tenet idem l. 3. §. si procurator ff. quod quisque iur. Et sic no. ex istis, quòd qui mãdat, non videtur propriè facere. Adde, quòd opi. Barto. ibi est reprobata. Vide ibi dom. Alex. sed non eundo per mendicata suffragia. Est tex. cap. mulieres, de senten. excom. qui confundit illam doctrinam Barto. & per consequens tollitur opi. dom. Abba & Fel. vbi supra.

Mandatum non ita astringit, sicut facit præceptum, de quo vide, quæ posui in litera P. §. præceptum magis.

Mandati fines non dicuntur excessi, si istud, in quo excedit, sit vicinum mandato Fel. c. cum dilecta. de rescri. versi. limita secundò, nisi iudex. nu. 12. col. 629.

¶ Manus arida membrū est, etiã quòd nõ habeat vitã. Bonus tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c.sicut vrgeri 1.q.1.Ie. An.reg.in pœnis,de reg.iuris,in 6. Sali.2.C.vt intra certum tempus.Vide Felin.c.1.de calum.versi. idem tenet ibi. Ang.nu.1.col.857.qui allegat Bal.c.1.de prob. feud.alie.per Lotha.qui ibi nihil dicit, sed bene hoc tãgit Bal. l.1.C.de edi. diui. Adri.tol.

Manus arida dicitur membrum.Ita Fel.c.inter cæteras. de rescr. ver.aduerte tertiò,quia.nu 8.col.392. Adde,si iudex dẽt punire reum pœnã abscissionis manus,an poterit facere,vt manus arida abscindatur? Vide Fel.vbi supra.col.eadem.& inde. Adde hic Bal.l.1.C.de edi. diui. Adria.vlt col, qui dicit,quòd statutum imponens pœnam debilitanti membrum alicuius, non habet locum in debilitante membrum inefficax.

Manibus propriis fucias, ista verba posita in rescripto commissionis,an importent,quòd sit electa industria persona.Vide,quæ posui in litera P.§.personaliter,vel per te.

¶ *Maranatha anathema.quid importet istud verbum, vide,quæ posui in litera A.§.anathema maranatha.*

¶ *Mare est de iurisdictione illius ciuitatis, vbi propinquius est,& sic attribuitur terræ viciniori Bal. c.licet, de proba. Vide glo.c. vbi periculum,de ele.in 6.verbo territorio Io.And.c.2.de consli. 6. Adde Fel. d.c.licèt,in prin, nume.1.col.411. par.2.*

¶ *Marianus Socinus fuit doctor subtilis. Fel.de accusc.c. qualiter & quando.lo 2.nu.1.col.815.*

¶ *Maritus,qui habuit in dotem villam,in qua erat iuspatronatus, an poterit præsentare clericum? an verò præsentatio spectet ad vxorem? Vide, quæ posui in litera P.§.præsentatio clerici. la 2.*

Maritus confitens dotem sibi numeratam,non sibi præiudicat,quãdo eam non recepit. Fallit,&c. Fel. de fi.instr. c.si cautio.nume.74.col.900.

Maritus, qui ex forma statuti lucratur dotem, si vxor moritur sine filijs, an habeat locum istud statutum,quod loquitur de morte naturali, etiam in morte ciuili, puta in vxore,quæ est ingressa religionem.Petr. de Ancha. consi.suo 268.incip. In Christi nomine,Prò & contrà.tenet,quòd non quia statutum intelligi debet de mortuo propriè. Et idem videtur sentire Feli.rubrica, de sponsalib. versicu. & adducit.nu.2.col.641. Adde,quòd ego teneo indubitanter contra opin.Pet.de Anch.d.suo consi. & moueor viua ratione,quia habeo, quòd mors ciuilis & naturalis æquiparantur,l.si decesserit.ff.qui satisd.cog.ibi,si decesserit, aut ciuitatem amisit. Facit l.1.§.pen ff.de contra tab. Et ideo si vxor ingrediatur religionem ordinis Mendicantium, maritus tunc lucrari debet dotem ex forma statuti, sicut si naturaliter esset mortua.Idem tenet Bald.l. Deo nobis.C.de episco. & cle. 3. col.Pau.de Castr.ibidem, & idem consuluit do. Ias. de May. in ciuitate Veronensi.

Maritus,si contrahit matrimonium cum vxore aduena, & ipse maritus habet in sua ciuitate statuta, vel consuetudines circa solennitates matrimonij,vel solutiones dotis,et finaliter ipsa vxor habet statuta & consuetudines contrarias circa solennitatem matrimonij, vel solutiones dotis, quæ statuta, vel consuetudines erunt seruandæ circa solennitates matrimonii, vel solutionis ipsius dotis, an maritiꝰ an verò vxoris? Ponit Fel.latè c.1. de spõ. versi.circa secundum principalem.nu.23.col.656.

Maritus excõmunicatus an possit repetere vxorem in iudicio. Hostien.in summa tit.de resti spo.§.quãdo.ver.quid si vir.tenet, q sic.Contrarium est verum glo.c.quoniã.11.q.3.Feli.c. inter alia.de senten.excom.versi.nunquid maritus.col.1090.nu.3.

Maritus,qui lucratur dotem ex forma statuti,mortua vxore, de qua dote debet intelligi? an de promissa, an verò de soluta? Vide, quæ posui in litera S.§ statutum,quod disponit.

Maritus quam iurisdictionem & potestatem habeat in vxorem suam. Vide Felin.c.cum contingat, de foro compe. versi. quam coerctionem nu.7.col.196.

Maritus an possit vendicare vxorem? videtur dicendũ, quòd non, quia rei vendicatio competit domino,tamen,quia vxor est libera,& non serua,vide do. Abb.c.illud. de præsum.8.co.ver.oppono secundò. Et pro ista opi.do. Abb facit dictum Bar.l.1.§.si. ff.de iniur.in prin.Vide Fel. d.c.illud.nu.1.col.952. Adde & dic,quòd maritus potest vindicare vxorem,adiecta causa,de iure diuino & canonico.Ita do. Abb.c.illud, versi.sed considero. Adde Fel.ibi.1.notabili,nume.2.col.953.versi.sed adiecta.

Maritus an lucretur medietatem dotis,si vxor sua moriatur, antè quàm sit traducta ad domum ipsius mariti,stante statuto in ciuitate aliqua quòd disponat sic,si vxor decesserit sine filijs,dimidia pars suarũ dotium remaneat apud maritum,an talis ista tutum habeat locum in ea vxore, quæ adhuc non fuit traducta ad domum mariti, & videtur dicendum,quòd sic,quia matrimonium dicitur esse perfectum, & dicuntur coniuges, & dicetur mortua vxor,non autem sponsa. Et idem sentit Bar.l.cũ pater.ff.de parrici. vbi dicit, quòd appellatione vxoris venit sponsa desponsata per verba de præsenti. Et idẽ tenet gl.c.2.de trãsl.prælat.verbo,electorum.glo.c.canonica.de sen.excom.verbo,duximus. Vide dom. Abb.c.tertio loco, de præsum.2.col.versicu. vltra alios & ibi Feli. in prin.nu.3.colu.963.par.2.vbi ponit multa,quæ faciunt ad hoc propositum. Adde,quòd contrarium tenuit Bal. l.si non sine.in prin.C.de bo.quæ lib.& authen.dos data.2.col.C.de dona.ante nup. Idem tenet Pet.de Anch.in repe.c.1.de consti.ver.qnæro,de quæstione.Sali.l.cum te.C. de dona.ante nup.& dom. Abb.d.c.tertio loco.in fi.Vide Fel.d.c.tertio loco,ver.contrariam partem.nu.2.col.962.vbi latè prosequitur materiã istam.Adde Bar.quæstione ista.l.nihil.ff.re. amota.Cy.l.non sine.Pau.de Cast.l.si donaturus.ff.de condi.ob cau. Bal.l. Deo nobis.C.de epis & cler. Ang.l.solet.ff.de his,qui no. infa. Pau.de Castr.l. si hoc ita.§.1.ff.de re iudi. Adde, an istud statutũ habeat locum in sponsa promissa per verba de præsenti, quæ ingressa est monasterium ante quam sit traducta ad domũ viri,vtrũ maritus lucretur medietatem dotis,ex quo sponsa est facta monacha. Sal.d.l.cum te.in fi.tangit q istã, & tenet, q non.Fel.d.c.tertio loco,versi. & per allegata in contrarium col. 963.nu.3.traxit cũ opi.Sal.Vide tu additionẽ,quã posui ad Fe. d.c.tertio loco.d.ver.vbi habebis veritatem istius quæstionis.

Mariti appellatione non veniunt sponsalia de præsenti in materia odiosa,secus,si agitur de materia fauorabili, quia tunc veniunt sponsalia de futuro. De quo vide quæ posui in litera V. §. vxoris appellatione.

Marito quando non competat exceptio non numeratæ dotis. Fel. c.si cautio.de fid.instr. nu.82.col.902.

¶ *Masculinum,quando concipiat fœmininum.Vide,quæ posui in litera E.§.emphyteusis accepta.& ibi ad plenum videbis.*

Masculinum an comprehendat fœmininũ? Vide per scribentes l. 1.ff.de pac.& l.omnes populi.ff.de iust.& iure.Bal.l.quicunque C.de ser.fug.4.col.& l.si seruus.C.commu.de succes.do. Card. clemen.1.2.col. de elect.& cle.1.de consangui.& affini.5.oppo si. Adde Fel.c.de monialibus,de senten.excom.ver.sed an masculinum col.1095.nu.3.

¶ *Mater & filia simul mortuæ sunt,pone,q ambæ fuerunt suffocatæ,vel in mari proiectæ,quæ earum præsumitur primò mortua, ad hoc,vt hæreditas trãsmittatur,Vide Fel.c.capitulũ.de rescr. versi.de duobus pacem pariter frangentibus.20.col.788.*

Mater semper certa est,dicit dom.Abb.c,per tuas, de prob.3.not. Idem tenet Fel.ibi.nu.3.versi.no.tertiò.col.441.par.2. Adde tu,q hoc non semper verum est, nam infantes, qui sunt expositi ad hospitale,eorũ pater & mater ignorantur, & ẽt locus origimis.Ita Bar.l.1.ff.ad mancipa.versicu.veniamus ad vltimã, & ibi quærit,an sint municipes illius ciuitatis,vbi sunt expositi, & ibi tenet, quòd sic. Adde Bar.l.quia ff.de in ius voc.

Mater an possit testificari in causa filiæ,quando ipsa filia petit aliquem in virum,do. Abb.c.super eo.il 2.de testi.3.col.versic.no. tunc,dicit, quòd vbi esset modica disparitas inter virum & filiam.quòd tunc admitterentur parentes ad testificandum super contractu matrimonij. Et istud idem tenet gl.d.c. super eod.in gl.1.circa mediũ. Postea subdit ibi do. Abb.quòd ẽt, vbi esset disparitas inter virum & filiã,quòd etiã parentes possent admitti, puta,quando dicti parentes essent valde honesti,& pro dicto suo essent aliquæ circunstantiæ, & hoc dicit,quia arbitrariũ est, quæ fides sit danda testibus. Adde Fel.d.c.super eo.ver.in ead. glo.in fi.nu.7.col.603.par.2.qui transit cum opi.do. Abb.

Mater non potest accusare filium, nisi filius cogitasset inferre iniuriam matri,l.propter.C.qui accu. Felin.c.accusasti.de accusc.in ver.circa matrem dicas.nu.3.col.696.

¶ *Matricula notariorum an probet creationem notarij,Vide Bal. l.2.C.de sen.& interlo.om.iud.& l.Barbarius.12.col.ff.de offi.præt.Sal.l.scriniarios.C.de testa.mili. Adde tu.Fel.c.i.de fide instr.ver.an autem per matriculam.nu.19.col.789.par.2.*

¶ *Matriculatus alicuius artis gaudet priuilegio, licèt ipsam non exerceat.Ita Fel. c. clerici.de iud.versicu. pro hoc facit optimè tex.l.1.num.3.colum.65.*

¶ *Matrimonium inter virum & vxorẽ probatur per ista duo signa*

gna, videlicet, quando simul cohabitant in lecto & in mensa, dom.Abb.c.illud.de præsum.pen.no. Et ideo dicit dom. Abba. ibi,quòd si maritus tenet vxorem extra lectum, & mensam, & non tractat eã,vt vxorem,potest astringere virum,vt tractat eam,vt vxorem,de quo vide dom. Abba loco prælega. & ibi Anto. de Bu.& Imo.& Fel.etiam d.c.illud.versic. no.quartò. nu.10.col.656.par.2. Adde, quòd in quantum dixi, quòd matrimonium probatur per ista duo signa, quòd Bal.c. transmissa. de resti.spo.2 col.dicit,quòd est periculum diuinare de matrimonio per signa,etiamsi quis teneat mulierem in lecto & mensa.Vide Fel.d.c.illud.versi. Adde istis Bal.nu.11.col.957.

Matrimonium qualiter probetur? Vide Fel.c.illud.de præsum.versi.vltimò,quo ad principalem.nu.12.col.ead.parte.2.vbi ponit multa circa materiam istam,& ibi dicit,quòd dom. Abb.d.ca. illud loquitur clarius cæteris. Adde Bal.l.2.C.de serui.et aqua. 19.col.& ibi dicit,quòd nemo præsumitur maritus, nisi probetur. Et Inno. c.ex parte.de restì spo.circa si. dicit, quòd sola nominatio quam faciunt coniuges inter se,non probat matrimonium. Bal. tamen c.ex transmissa.de restì.spolia.2.col.dicit, q de iure ciuili ex nubili præsumptione præsumitur matrimoniũ inter personas honestas, & quòd talis præsumptio sufficit filijs ad succedendum,secus de iure canonico, dicit ipse,de quo vide Felin.vbi supra.

Matrimonium contractum per verba de præsenti, & etiam consummatum, Papa dispensat ex causa.Fel.c.quæ in ecclesiarum. de consli.versi & hinc est, quòd in matrimonio.nu.20.colum. 118. Adde,an Papa possit dare licentiam,vt qui contraxit per verba de futuro, contrahat per verba de præsenti cum alia, dimissa prima.Vide Host.in summa,tit.qui clerici, vel vouen.§. quis vouens versi.videtur igitur, quòd summus pontifex.

Matrimonium contractum turpiter,puta sine consensu patris,matris & propinquorum,an possit puniri per statutum laicorum? Vide quæ posui in litera S.§.statutum laicorum puniens.

Matrimonium contractum contra prohibitionem Papæ,vel ecclesiæ,an sit nullum? dic,quòd aut prohibitio est perpetua, aut temporalis,si perpetua,nullum est matrimonium,si temporalis,valet matrimonium. Vide Fel.c.ex part.de consti.versicu.quartus casus.nu.6.col.197.

Matrimonium contractum post reuocationem procuratoris dati ad contrahendum, an valeat?, Vide, quæ posui in litera R.§. reuocatio procuratoris.

Matrimonium spirituale contractum per procuratorem reuocatũ, cuitamen non fuit intimata reuocatio, an valeat? Vide quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris constituti ad acceptandum.

Matrimonium malè separatum si sit, auditur quilibet de populo ad illud restaurandum.Ita Fel.c.dilecti.de ma.& obe.ver.ad instaurandum matrimonium malè separatum.n.2.col.1208.

Matrimonium non consumatum,an possit dissolui per vitam eremiticam.Ponit Fel.c.2.de fo.compe.versi. Eremitæ sunt de foro. num.5.col.152. Adde, quæ posui in litera E.§. eremitica vita.et ibi posui multa bona, quæ faciunt ad decisionẽ istius quæst.

Matrimonium contractum sine spe prolis,non est matrimonium, sed vocatur connubium.Ita Fel.c.cum sit. de fo. compe.versicudemum scito.nu.15.col.173.

Matrimonium Iudæorum,si in eo oritur lis, ea est dirimenda per episcopum loci. Ita Fel. c.cum sit. de foro compe. nu.18. versic. ex hoc infert,col.174.

Matrimonium contractum inter coniunctos cognatione spirituali, an Papa dispensat, vt puta inter compatres.Vide per Fel.ca.at si clerici.de iud.versi.secundò limita.nu.13.col.35.

Matrimonium contractum patre cogente, valet, & tenet, & hoc quando coactio fuit leuis, videlicet solum per viam indignationis.Istud probatur l.si patre.ff.de rit.nup.c.cum locum. de sponsa.& c.quoties,de pac.in 6.& c.cum contingat.de iureur. In quibus iuribus requiritur probatio metus, ad hoc, vt contractus irritetur,quia sola reuerẽtia non irritat contractum,& hoc expresiè tenet dom. Abb.c.nonne.de præsum.3.col.versi.sed mihi. vbi dicit,quòd matrimonium contractum per patrem in præsentia filij tacentis,valet,& sic sola reuerentia paterna non irritat contractum,sed requiritur violentia, puta quòd pater est terribilis homo,& solet malè tractare filios, qui contra dicunt ipsi patri,& sic dom. Abba. loco prælega. destruit doctrinã Bar fol.l.1.§.quæ honorandæ.ff.qua.rerum alie. non da.vbi Bar. volebat,quòd per solam reuerentiam irritetur contractus. Et idẽ tenet Barto.d. transactionem.C.de transac.Vide per Fel. de materia ista diffusè.d.c.causam matrimonii.de offi.deleg.nu.2.colum.975. Adde, quòd istud, quod dicitur de patre, quòd possit contrahere matrimonium pro filio, non habet locum in alijs consanguineis.Ita Io. An.c.1.de despon.impub in 6.

Matrimonium est priuilegiatum,& primò in cã matrimonii proceditur summarie, cle.dispendiosam. de iud. Item sententia in causa matrimonii non transit in rẽ iudicatã,c.lator. de re iudi. Item in cã matrimoniali post conclusionem in cã, & publicatis attestationibus licitum est producere testes,do. Abb.c sicut.de testi.Fel.rub.de sponsa.versi.postremò.col.642.nu.4. Item in cã matrimoniali testes idonei non sufficiunt, sed requiruntur omni exceptione maiores.Tex.est c.literis.de testi.Fel.rub.de sponsa.versi.quartò,in causa matrimoniali.nu.5.col. ea. Item in cã matrimoniali conuentus non potest opponere spoliationem rei priuatæ.Spe.titu.de peti.& posse.§.1.versi.quid si ago. Host. in summa,in ti.de restì spo.§.quoniam versi.quid si vir.Inn.c.cum dilectus,de ordi.cog. Fel.vbi supra.col.ead. Item causa matrimonii non est compromissibilis, & sic non pòt expediri per compromissum,c.causam.de restì.in integ. Item in causa matrimonii,quicquid est expeditum per procuratorem reuocatum, nõ valet,etiamsi ipse procurator ignorauerit reuocationem c.fi.de procu.in 6.Fel.d.rub.versi.septimò Gesta per nu.6.col.643. Item in cã matrimonij iura canonica semper præualent legibus, etiã in terris Imperij.Tex.c.euphemiu.§.hinc colligitur.2.q.3.vbi Arc.et Do.de S.Ge.Fe.vbi supra.Ità in causa matrimonij singularis opinio vnius doctoris authentici pro matrimonio, præualet cõi opinioni,quæ est contra matrimonium.Host.cap.si vir.de cogna.spiri. Fel.rub.de spon.versi.nonò,in causa matrimoniali.nu.7.ibid. Item in causa matrimonij potest procedi die feriata,glo.15.q.4.in summa,Fel.vbi supra. Item in causa matrimonij confitens potest reuocare suam confessionem? Pet. de Ancha.consi.suo 208.inci. Ego.Fel. d.rub.versi.undecimò, licèt cõfessio.ibi.num.8.col. vt supra.Item in causa matrimoniali non potest opponi,quòd excõicatus contraxit matrimonium,quia matrimonium contractum per excommunicatum,valet.Felin.vbi supra Item in causa matrimoniali rescriptum secundum non faciens mentionem de processu prius facto, valet.Lap. allega.suainci. Duo prælati.4.col.& nu.89.Fel.rub.de sponsa.versicu.de cimotertiò.nu.9.col.ea. Item in causa matrimoniali sententia lata potest probari per testes, aliàs regulariter non probatur,nisi per scripturã Tex.c.Albericus.de testi.& ibi glo.& Inn. Item cã matrimonialis debet cognosci & decidi per epm, adeo, quòd rescriptum impetratum in tali cã ad inferiorem est nullum,Speculati. de rescr.c.præsenta.§.rõne.ver.nunc.do.Ab.c.2.de consang. & assi Fel.d.rub.ver.quintodecimò.nu.10.col.ead. Item in dependentibus a matrimonio,vt est in dote, possunt laici recurrere ad iudicem ecclesiasticum. Do. Abb.c.gemma.de sponsa.Fel.d.rub.ver.sextodecimo.nu.11.col.644.Sed ego tenerè, quòd in casu isto sit locum præuentioni,vt notatur c.de prudentia.de don.inter vir.& vxo.Vide gl.cle.2.de iudi.verbo, matrimonij. Item in cã matrimoniali reus cogitur ad iurandum, quando actor deficit in probatione.Tex.ca.continebatur. de despon.impub.Item in cã matrimoniali ex pacto nudo non oritur actio, quia ex simplici,seu nuda promissione,non potest quis præcisè cõpelli.do. Abb.c.requisiuit.de sponsa.Vide Fel.d.c.requisiuit.Item in cã matrimonij fama cum vno teste non probat. Fel. rub.de spon.ver. decimononò.nu.12.col.ea. Item in cã matrimoniali potest semper restaurari.Fel.vbi supra. Item si in causa matrimoniali sunt plures,qui agunt, tamen non adiudicabitur vxor primo probanti. Ita Inno.singulariter rub. de spon. duo. Fel.d.rub.de spon.versi.vigesimosecundò.nu. 13.colu prædict. Item in causa matrimoniali conditio impossibilis non vitiat contractum,sed bene ipsa vitiatur,& matrimonium remanet firmum.c.fi.de condi.app. Item in causa matrimoniali tacens pro testanti,habetur pro non consentiente. Felin.d.rub. versi. vigesimoquinto.nu.14.vbi supra.col.ead.

Matrimonium an possit impediri aliquo modo per statuta laicorum? Vide,quæ posui in litera S.§.statuta laicorum, vel consuetudines,& §.statuta laicorum quæ disponunt.

Matrimonium Iudæorum,& sic quæstio super isto matrimonio mota pòt dirimi per episcopum loci,do.Car.c.post miserabilem. de vsur. Vide Fel. c.cum sit. de Iudæis,in prin.nu.1.col.978.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matrimonium habet multa priuilegia, notitia quorum poterit tibi prodesse in practica, ideo volui aliqua hic ponere. Et primo in causa matrimoniali licitum est producere testes de nouo post dicta testificata, & post conclusum in causa, do. Abb. c. sicut. de sponsal. versi. vltimo no. Item singularis opinio vnius doctoris authentici stantis pro matrimonio prævalet communi opinioni aliorum. Host. c. si vir. de cogna. spiri. & ibi dom. Abb. versi. & circa hoc. Item in causa matrimoniali, vbi agitur de periculo animæ, licitum est venire contra propriam confessionem, etiam iuratam, & etiam vbi est sententia. De hoc est consi. Ang. 218. inci. Ego Ang. Item matrimonium contractum per excommunicatum tenet. c. significasti. de eo, qui dux. in mat. quam pol. per adul. Item rescriptum in causa matrimoniali valet, non facta mentione de processu causæ, vel sententiæ. Lap. elegantissimè allegat. 89. inci. duo prælati 4. col. Item in causa matrimoniali actor debet iurare, reo etiam non probante, c. continebatur, vbi doctores. de despo. impu. Item licet ex pacto nudo oriatur actio de iure canonico, tamen in matrimonio non potest quis compelli ex promissione nuda, dom. Abb. c. requisisti. in fi. de sponsi. Item vbi probatum est matrimonium per testes, & postea probatur matrimonium secundum clandestinum, stabitur primo. Iaco. Zochus c. 2. de clandest. despon. Item vbi sunt duo, qui petit unam mulierem in vxorem, quamuis vnus prius probet, non est danda ei vxor, sed expectanda probatio secundi, domin. Abba. & alij, in rub. de spon. duo. Adde Fel. latissimè in materia ista cap. 1. vt lit. non contest. versi. super glo. quintò enumerat Io. And. nu. 2. col. 266.

Matrimonium spirituale per electionem dicitur initiatum, per cõfirmationem dicitur ratum, per consecrationem dicitur consummatum. Ita dom. Abb. c. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non contest. 5. no. Adde Fel. d. §. porro. in prin. alias est c. porro nume. 13. col. 304. Et ibi dicit, quòd inter matrimonium spirituale & carnale sunt 28. differentiæ.

Matrimonium est priuilegiatum, sicut fiscus, quia reus in causa matrimoniali tenetur edere actori instrumentum suum ad intẽtionem fundandam. Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentũ suum reus tenetur edere actori.

Matrimonium contrahendum non est priuilegiatum, sicut iam cõtractum. Bal. c. iurauit. de proba. Adde Fel. d. c. iurauit. versi. glo. 1. in fi. nu. 2. col. 363. par. 2. Et dic no. quòd c. series. de testi. non habet locum in matimonio contrahendo, de quo vide, quæ posui in litera T. §. testes an possunt recipi.

Matrimonium impeditur contrahere ex natiuitate filij bastardi, quia bastardi dicuntur de consanguinitate patris, & hoc quo ad matrimonium contrahendum, quo ad alia, secus est, dom. Abba. c. per venerabilem. qui filij sint leg. Bal. l. cũ legitimæ nuptiæ. ff. de stat. ho. & do. Abb. c. per tuas. de prob. 2. no. Et per ista haues notare, q. affinitas contrahitur per illicitũ coitũ, & lex ciuilis appellat patres naturales cõsanguineos. l. nihil. ff. de ritu nup. Adde Fel. c. per tuas. versi. nota secundò nu. 2 col. 441. par. 2.

Matrimonium separatum ex falsis testibus, vel corruptis, debet iterum restaurari, etiamsi isti separati transfuerunt ad secũda vota, siue non, quia separabuntur secunda coniugia, & priora restaurabuntur. Ita dicit gl. c. sicut. de testi. in gl. pe. Et idem tenet do. Abb. ibi post multa, quem videas. 2. col. ver. vlterius op. Adde, quòd Io. An. & Anto. de But. d. c. sicut dicunt, quòd verum est, quòd matrimonium separatum per testes falsos, debet restaurari, etiamsi separati transfuerunt ad secunda vota, sed si solum testes sunt corrupti, quòd tunc matrimonium non debet restaurari, & hoc, quando separati transfuerunt ad secunda vota, secus, si non transfuerunt. Adde Feli. d. c. sicut. versi. gl. pen. & tenco opi. Io. And. & Ant. de Bu. nu. 3. col. 535. parte 2.

Matrimonium quando debet diuidi propter copulam prius secutã cum alia mulere, quæ erat affinis vxori, oportet, quòd ista copula probetur per testes de visu competenti in tali materia, & de quo visu intelligatur, vide do. Abb. c. præterea. de testib. 1. col. versi. nunc vt clarius habeas. Alias, si probari non potest per testes de visu, oportet, q. sint testes de auditu copulæ, puta, quòd senserũt virum & mulierem adinuicẽ commisceri. de quo vide Fel. d. cap. præterea. versi. & dicas, quòd vbi agitur. num. 3. col. 618. parte 2.

Matrimoniũ non probatur per in instrumentũ dotis, vel per instrumentũ donationis propter nuptias, licèt in instrumento nominaueni si coniuges, & hoc habet locum, etiamsi in eo sit facta expressa mentio de matrimonio. Et per ista dic, quòd instrumentũ dotis non probat matrimonium. Ita dom. Abba. c. illud. de præsum. 3 col. versi. examinamus primò. & ibi Host. Io. An. Bald. Anto. de But. Bal. l. neque natales. C. de prob. vlt. col. Barto. in disp sua inci. Habens filium naturalem. Lud. Ro. sing. suis 438. inci. Nunquid per instrumentum. Fel. d. c. illud. ver. no. secundò ex tex. num. 3. col. 953. par. 2. Adde, quòd contrarium tenuit Bal. l. 2. C. de nup. & auth. si quis in aliquo. C. de eden. 3. colu. versi. iuxta hoc quæro. vbi expresiè dicit, quòd instrumentũ donationis propter nuptias insinuatũ probat matrimoniũ in præiudicium partiũ, inter quas conficitur instrumentum. Et istã opi. Bal. tenuit Fel. d. c. illud. versi. sed quantum ad propositum adducitur. nu. 4. col. 954. Adde, quòd contra Bald. tenet do. Abb. c. illud. 4. col. versi. sed aduerte. vbi adducit multas rationes, tamen considera. Adde ẽt quòd instrumentum dotis probat matrimoniũ, quando in instrumento sit expressa mẽtio de matrimonio contracto, secus, si nihil diceret de matrimonio. Bal. ru. C. de priuil. dotis. vl col. & Bal. l. ab executione. 5 col. C. quor. ap. non reci. Tamen tu tene primã opi. q. nullo mõ probatur matrimoniũ per instrumentum dotis, aut donationis propter nupcias. Vide Fel. d. c. illud. ver. secundò intellige. dumodo nu. 5 col. vt supra.

Matrimonium non tollitur per silentium impositum per iudicem parti. Vide, quæ posui in litera S. §. silentium impositum.

Matrimonium ne contrahatur inter certas personas, episcopus potest præcipere, & hoc, quando timetur, ne scandalum oriatur, dom. Abb. c. cum in tua. de spon. Fel. cap. 2. de præscr. versi. decimo. Et ad hoc. nu. 2. col. 167.

Matrimonium secundum contractum post 10. dies, qui dantur ad appellandum, per illum, qui habuit sententiã pro se in cã matrimonij, valet, & proles inde secuta est legitima, etsi pars aduersa post 10. dies querelaret sententiã, & confirmaretur primum matrimonium, de quo vide quæ posui in litera S. §. sententia in causa matrimonij, licèt non transeat in rem iud. tamen si pars.

Matrimonij appellatione in materia odiosa non veniunt sponsalia de præsenti. Vide, quæ posui in litera V. §. vxoris appella.

Matrimonij causa potest tractari coram cap. sede vacante, vel ex consuetudine, aliàs talis cognitio pertinet ad episcopum. Ita do. Abb. c. præterea. de testi. coo. 2. no. Idem tenet ibi Fel. nu. 1. col. 770. par. 2. Adde quòd fallit hoc, quia inferior ab episcopo posset cognoscere de causa matrimoniali ex consuetudine præscripta, de quo vide per Fel. d. c. præterea. versi. secundò fallit. num. 2. colu. prædicta. Item fallit, quia inferior ab episcopo potest de causa matrimoniali esse iudex, & hoc, quando Papa aliys committit, quàm episcopis. Vide Fel. d. c. præterea. versi. tertiò fallit. col. ead. nu. 3. Item fallit quandò episcopus committeret talem causam alteri. Fel. vbi supra. col. ead.

Matrimonij carnalis sententia, an transeat in rem iudicatam? Vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata in causa matrimonij. Et ibi habebis totam istam materiã ordinatã in vndecim §§.

Matrimonij spiritualis sententia an transeat in rem iudicatam? Vide in litera S. §. sententia in causa matrimonii spiritualis.

¶ *MEDIATORES an compellantur ferre testimonium partibus volentibus. Item, quid erit partibus non volentibus? Item si vna pars vult, altera non? Vide, quæ posui in litera P. §. proxenetæ non compelluntur.*

¶ *Medicinã recipiẽs a ludæo, ã peccet? Fe. de Iuda. c. 1. n. 3. co. 953.*

¶ *Medicus an teneatur ferre patrocinium gratuitum erga agrotum pauperem, Vide Fel. c. 1. de offi iud. in prin. col. 1152.*

Medicus excusatur assumens curam desperatam, non sic aduocatus. Ita Fel. c. pastoralis. de iu. ver. de medico vero. nu. 8. col. not. Adde, q. medico non competit actio locati, sed in fablum, vt no. Bar. l. 1. in prin. ff. si mens. fal. mo. dix. quod tenuit etiã glo. l. 1. C. de suf. & ibi et Bal. licet Cy. contra. Vide tamẽ gl. l. 1. C. man.

Medicus, qui promisit curare aliquem de aliquo morbo, & illum curauit per aliquot dies, an debeat habere mercedẽ? Vide Bar to. l. maritus ff. locati.

Medicus quando teneatur ad restitutionem salarij, vel mercedis? Vide per Fel. c. pastoralis. de iudi. versicu. quando autem omnes isti. nu. 8. col. 110.

¶ *Membrum corporis illud est, quod habet officium distinctum & separatũ, vt est pes, manus, oculus, & ideo manus arida est membrum, & digitus non est membrũ, sed pars mẽbri. Ita Bar. l. 2. ff. de pub. iud. 2 colum. versicu. sed quæro, quid appelletur membrum, vbi Ang. & Imo. Bal. l. reos. C. de accu. 2. col. Fel. c. ego N. de*

N. de iureiu. in prin. nu. 1. col. 1011. Et ibi posui additionem vtrum ab scissio membri sit pœna capitalis.

Membrum proprie quid sit? Vide Bal. l. eos. C. de accusa. versicu. quæro, quid sit membrum. Fel. c. cum illorum, de senten. excom. versi. & vtrum digitus. col. 1093. nu. 4

¶ *Mensa prælati habet beneficia annexa, adeo quòd non dicuntur vacare per mortem illius, qui possidebat, vide de hoc, quæ posui in litera B. §. beneficium non dicitur vacans.*

Mensa grossa in quo differat à præbenda & distributionibus quotidianis? Vide per dom. Abb. c. licèt. de præb. in fi. c. relatum. eo. titu. & c. tuæ. de cleri. non resi. & per Arch. Ioan. An. & Do. de san. Gem. cap. 1. de cleri. non resi. in 6. Adde Fel c. Iacob. de simo. in prin. nu. 1. col. 936. Et adde, an absentes canonici possint habere præbendas, & participare de mensa grossa, vel de distributionibus quotidianis, Vide vbi supra. & quæ posui in litera P. §. præbenda quæ dicatur.

¶ *Mensis debet poni in instrumentis Fel. c. 1. de fide instrum. ver. & adde, quòd mensis. col. 786. nu. 10. Fallit, vbi dies esset notabilis. Fel. vbi supra. nu. & col. prædictis parte. 2.*

¶ *Mensuratio via quomodo debet fieri, dom. Abb. c. olim. de excepen. col. versi. tertiò quæritur. dicit, quòd quando quæritur de distantia locorum ratione itineris, consideratur magis via vsitata, quàm alia via, licèt sit breuior Bar. l. 1. in fi. ff. si quis cau. dicit, quòd quando tractatur de spacio locorum ratione itineris, nõ fit commensuratio per indirectum, vel per aerem, sed per vias vsitatas, secus, si fit commensuratio non respectu itineris, sed solius distantiæ, quia fiet via breuiori & rectiori terrestri, si fieri potest, aliàs per aerem. Et idem tenuit Bar. l. 3. ff. de verbo. signi. Adde Fel. d. c. olim. versi. ex quo firma hoc. nume. 4. colu. 72. Et ibi posui additionem ad Fel.*

¶ *Mentio debet fieri in rescripto de qualitatibus beneficij obtenti, & non sufficit generalis Fel. de rescrip. cap. ad aures. nume. 2. colum. 449.*

Mentio si fiat de possessione in aliqua parte gratiæ, licèt gratia non exprimere dicat de possessione, tamen impetrans censetur etiam surrogatus in possessione, quam habebit defunctus. Fel. de rescri. c. super literis. nu. 10. col. 580.

¶ *Mentiris, an per istud verbum approbriosum possit fieri contestatio litis, Vide, quæ posui in litera C. §. contestatio litis an possit fieri per istud verbum, Tu mentiris.*

¶ *Mercator non fortitur forum ex assidua conuersatione in loco, quo ad contractus alibi initos, sed solum, quo ad contractus initos in loco conuersationis. Ita Fel. c. dilectus, de rescr. al 2. ver. ad domicilium sortiẽdum. ibi, propleniori declaratione. nu. 11. col. 763. Adde, an assidua conuersatio per se sufficiat, Vide, quæ posui in litera D. §. domicilium.*

Mercatores in itinere dicuntur miserabiles personæ, hoc est quòd si grauantur in pedagijs, vel datijs soluendis iniustè, possunt cõqueri coram iudice ecclesiastico Io. de Ana. & Pet. de Ancha. c. si. 4. colum. de Iudæis. vbi dicunt, quòd negotiatores stantes in nundinis, possunt agere coram ecclesiastico. Adde Fel. c. significantibus, de offi. deleg. versicu. quæ dicantur personæ miserabiles. num. 6. col. 1090.

Mercatores et artifices, qui occasione artificij sui conficiunt librum rationum, secundum consuetudinem, tenentur edere actori ad intentionem fundandam. Ita tenuit Iac. Bu. Bar. Ang. Salice. l. 1. C. de eden. Bar. l. quadam. §. numularios. ff. de eden. 1. no. Anto. de But. c. 1. de prob. Fel. idem tenet. c. 1. versi. fallit sexto. nu. 13. col. 325. vbi multa cumulauit in materia ista, & dicit ibi, quòd istud procedit, maximè quando petitur, vt edatur liber authenticus, quem tales mercatores, seu artifices tenẽt pro authentico, secus, si esset simplex liber, quasi memoriale. Ita Felin. d. c. 1. d. versi. item dicit, quòd istud procedit, dummodo tales libri ex statuto, vel consuetudine faciãt plenam fidem, quia mercatores, vel artifices tenentur edere. Adde, quòd contra opi. Bar. Iac. But. Sal. & Fel. tenuit Ang. & Moder. l. argẽtarius. ff. de eden. quia dicunt Ang. & Moder. quòd illad, quod dicit Bar. & alij, d. §. numularios, non videtur verum, quia argentarij & numularij habent officium de publico. Ideo tenentur edere. Sed isti alij, vt sunt mercatores & artifices, non eliguntur de publico. Item, quod dicit ibi Barto. quòd vsurarij tenentur edere, dicit Ang. & Moderni, d. l. argentarius, quòd videtur contra tex. & glo. cle. 1. de vsur. vbi dicit glo. quòd de iure ciuili vsurarij non tenentur edere librum. Ideo facta est illa cle. Et si verũ esset illud, quod dicit Barto. d. §. numularios, frustratoria esset dispositio illius cle.

Mercatores in foro suo, vbi agitur de bono & aquo, possunt agere ex pacto nudo, & sic in foro ciuili, de quo vide, quæ posui in litera P. §. pactum 2.

¶ *Merces prohibitæ & non prohibitæ si deferantur extra territorium, an portans debeat perdere merces prohibitas & non prohibitas, Dic, q. solũ perdit prohibitas. Ita Cyn. Bal. & Sali. l. cũ proponas. C. de nau. fœ. Bar. & Imo. l. contem. §. dominus. ff. de Publicia. Vide Feli. c. significauit, de Iudæ. versi. extra gl. colu. 971. nu. 6. Adde, q. tamen valeret statutũ, quòd portãs perderet & merces prohibitas & nõ prohibitas. Fel. vbi supra. col. ea.*

Merces prohibitæ si reperiuntur deferri, an portans incurrat pœnam legis, vel statuti, Vide Fel. c. significauit. de Iudæ. versicu. secundò quæris P. nu. 7. col. 971.

Merert plus pro ieiunio quis dicatur, religiosus, an secularis, Fel. de simo. c. de hoc. num. 8. col. 873.

Merum & mixtum imperium an possit delegari de iure ciuili? Ponit Fel. c. quod sedem. de offi. ordi. in prin. col. 1112. Adde, quid si iudex esset impedibus, vel infirmus, ibi vide Fel. loco prælegato. Et vide, quæ posui in litera I. §. infirmitas est sufficiens.

Merum & mixtum imperium, an possit delegari de iure canonico. Ponit Fel. c. quod sedem, de offi. or. ver. procedit etiam d. regula. nu. 2. col. 1113. Adde do. Abb. d. c. quod sedem. 3. col. versi. an ista, & 2. col. versi. & in si. gl. no. bene. Adde Bald. rubr. de offi. deleg. 8. col. Barto. l. nequidquam. §. vbi decretum ff. de offi. proconf. & leg. Io. And. in addi. Specu. tit. de offi. iud. deleg. §. fi. Fallit hoc in reseruatis Papæ quæ de iure canonico, si vni delegãtur, subdelegari non possunt, secundum dom. Anto & Imo. cap. quod sedem, de offi. ord. Bal. l. gesta. C. de re iud. & rub. de offic. deleg. 8. col. Moderni l. 1. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. & ibi posui additionem.

Merum & mixtum imperiũ potest delegari de iure ciuili ex causa absentiæ & infirmitatis, vt supra. §. merum & mixtum. il 1. Limita, excepta causa vltimi supplicij, vel abscissionis membri esset periculum in differendo ferri sententiam. Ita Fel. c. quod sedem, de offi. ord. versi. alleg. col. prædicta. Adde Pet. & Bar to. l. 1. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd.

Merum imperium an possit præscribi, Fel. ponit aliqua c. cum contingat, de fo. compe. ver. tertiò adde ea, quæ. nu. 16. col. 196. Ad de tu, & concludendo teneas, & ita communis opi. est, quòd merum imperium potest præscribi, & sic per præscriptionem acquiri, vt est de mente Bar. l. imperium. ff. de iurisd. om. iu. Et ita tenet Iac. de Bel. Gul. de Cu. Old. & late Albe. d. l. imperium, & Bal. repe. 9. col. & seq. Pau. de Castr. d. l. imperium. & ita tenet gl. §. nulla, in fi. in Auth. de defen. ciui. quã ad hoc reputat sing. Ro. l. 1. §. denique. ff. de Pub. Idem tenet gl. c. conquestus, vbi Arebid. 9 q. 3. gl. c. quantò, de offi. ord. in fi. gl. Idem in effectu tenet Bal. l. 1. C. de eman. lib. & comuniter Canonist. c. cum cõtingat. de fo. compe. Vide Pet. de Ancha in commento c. canonum statuta, de consti. 7. q. principali. in fi. Adde & limita istam communem conclusionem, vt non procedat in his, quæ cõpetunt principi in signum supremæ potestatis, vel in signum vniuersalis recognitionis, quia talia nunquam præscribuntur, nec præscribi possunt contra principem, l. competit. & ibi Bal. no. C. de præsc. 30. ann. gl. c. cum non liceat. 16. q. 4. Bal. l. 16. col. C. de eman. lib. & c. 1. quæ sint reg. Ideo contra obedientiam principis non præscribitur. c. cum inter. cum gl. de consue. Facit, quod vult Bal. auth. quas actiones, vltima. col. C. de sacr. san. ec. vbi dicit, quòd non potest præscribi, ne appellatur ad principem, c. venientes, de iure iu. Similiter aduersus supremam potestatem Papæ non præscribitur, c. non liceat, de præscr. Facit tex. cum gl. c. nulla 93. dist. No. gl. c. vnico, versi. non obstante, de clo. ægro. in 6. Canonistæ. d. c. cum contingat. Imò collegium Cardinalium non potest præscribere supremam potestatem Papæ, secundum Inno. c. bonæ il 2. de postula. prala. dom. Abb. c. ex gestis, de cle. non resi. Similiter, si sunt aliqui populi exempti ab imperio ex priuilegio, potest Imperator reuocare priuilegium, & reducere in subiectione secundum Bar. l. hostes, 1. col. in fi. ff. de cap. & post li. reuer. Certè cõtra istã potestatem reuocandi nunquam pot præscribi, secundum Bal. c. sicut. il vltimò, de iureiu. 3. col. sed alia, quæ habent merum imperiũ, puta habere gladij potestatem, bene possunt præscribi, secundum Docto. d. locis, vt supra. & dom. Abb. c. peruenit. de censi. Angel. l. vsucapionem. ff. de vsucap. Roma. l. more. ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de acqui.hare.etiam si sint de reseruatis Papæ,iuxta theoricam dom. Abba.d.c.cum contingat.de fo.compe.Ideo per inferiorem a principe potest præscribi potestas legitimandi, & creandi tabelliones,& similia,quæ sunt reseruata imperatori secundũ Anto.de But.c.per venerabilem.qui filij sint legi.

Merus executor quando debet assumere partes iudicis? Vide, quæ posui in litera V.§.vacatis vocandis.

Merus executor an possit exceptiones appositas coram eo admittere? Vide quæ posui in litera E.§. executor merus nullam.

Merus executor quis propriè dicatur,& an possit exceptiones admittere? vide in litera E.§.executor merus.

Merus executor Papæ an possit exequi sententiam cum violentia? Vide quæ posui in litera E.§.executor merus nõ exequitur cum violentia.

Merus executor non tenetur citare.Dom.cle.1.de offi.deleg. Inno. c.dudum.de præsum.Felin. c.qualiter & quando,il 1.de accu. versicu.tertiò ad idem,quod no. Pet. de Anch.nu.5. col. 728.

¶ *Metus iustus est ille, quando quis videt, quòd propter se malè tractentur eius consanguinei. Vnde si iudex consueuit malè tractare consanguineos eorum,qui appellant ab ipso,iste erit iustus metus, quo ad excusandum non appellantem, iuxta c.fi. de appel.Vide Fel.c ecclesiastica Mariæ.de consti.versi.decimoterciò quæro.ibi, addeetiam Ang. nume.99.colu.163. Vide, quæ posui in litera A.§. appellatio si non est facta.*

Metus iustus est ille, quando periculum imminet personæ, & tũc si clericus renunciat beneficio suo talis renunciatio est nulla, & idem dicetur in omni alio actu.Vide, quæ posui in litera R.§. renuncians beneficio propter metum.& in litera A.§. appellatio si non est facta.

Metus statuti est iustus metus.Ita Fel.cap. 1. de offi. delega.versicu. & in quantum Abb.nume. 2. colum. 914. Adde quæ posui in litera S.§.statutum,per quod quis potest cogi.

Metus in actu vxoris facto in fauorem mariti sui,non præsumitur, nisi probetur,quia sola reuerentia,quam habet vxor ad maritum, non esset sufficiens ad inducendum metum.Ita Inno. cap. causam matrimony.de offi.deleg. Ideo si vxor fecit contractum in fauorem viri, & postea,si vult infringere contractum, oportet,quòd probet metum illatum fuisse per maritum. Adde,quòd dom. Abb. d.c.causam matrimony.2.col.dicit,quòd contractus factus per vxorem,seu per clericum cum episcopo, vel per famulum cum domino,non irritatur per solam reuerentiam superioris.Vide per Felin.latius.d.c.causam matrimonii.de offi. deleg. versi. gl. in verbo, inuita. num. 2.colum. 975. Addetamen Barto.l transactionem.C.de transac.vbi dicit,quòd si vxor propter metum & reuerentiam viri facit aliquid, quòd revocabitur,licèt non interuenerit metus mortis, vel cruciatus corporis, & ibi ponit vnam cautelam ad tollendum metum, quod no.

Notarius faciens instrumentum falsum, punitur, etiam si aliàs instrumentum esset inualidum. Ita Felin. c. ex tenore, de rescri. ver. caterum ad multa prælegata. nu. 9. col. 527. Adde tu Bal. l. 1. C. de sepul. viol. in fi. qui dicit, quòd notarius, qui conficit instrumentum falsum, quod de iure non tenet, non debet puniri de falso, sed pœna extraordinaria.

Notarius non committit falsum, si in instrumento confecto de nocte, dicat, Tali die. Innoc. c. consuluit. de offic. delega. Ang. l. more. ff. de feriis. Bald. l. non minorem. ff. de transact. Feli. d. cap. consuluit. ver. prima conclusio. num. 6. col. 1015. Adde tu, q. denominatur dies a media nocte in aliam mediam noctem, & hoc modo debet notarius inspicere, si transacta est media nox, dom. Abb. d. cap. consuluit. 2. col. versi. ibi not.

Notarius an possit edere instrumentum vni tertiæ personæ, quòd non fuit factum eo mandante, sed bene ille tertius petit instrumentum illud ratione interesse? domi. Abb. c. 1. de prob. 5. colum. ver. vnde dico. tenet, q. sic. Et idem tenet Ang. l. prator. §. 1. ff. de edẽ. Vide p. Fel. d. c. 1. ver. limita septimò. n. 17. co. 330.

Notarius bonæ famæ, subscribens se instrumento alterius notarij malæ famæ, fidem eius confirmat. Ita Bal. l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. & l. imperator. las. ff. de stat. hom Adde Bar. d. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. in princi Fel. c. tertio loco. de prob. vers. extra gl. nu. 9. col. 362.

Notarius, qui habet scribere acta iudicij, eius electio pertinet ad iudicem. Tex. est c. quoniam contra. de prob. & c. statutũ. §. notariorum. de rescr. in 6. Bal. d. c. quoniam. dicit, quòd nullus notarius potest scribere acta iudicis, nisi de eius mandato. Item dicit, quòd de actis iudicij debet rogari a iudice, non a partibus. Adde Felin. d. c. quoniam contra. ver. no. secundo. ibi, iudex. nu. 4. col. 450.

Notarius semel electus a iudice, mutari non potest per ipsum iudicem sine causa. Bal. l. 2. ver. sed nunquid. C. quomodo & quando iud. Fe. idem tenet c. quoniam contra. de proba. versi. alleg. nu. 4. col. vt suprà. Et idẽ est in nuncio. Fel. vbi §. col. ea.

Notarius non debet esse partibus suspectus, glo. auth. de trien. & semis. Et sic isto casu debet eligi de communi consensu partium, & expensis vtriusque partis. Bal. l. 1. C. de rela. Adde, quòd Fel. d. c. quoniam contra. ver. & scias. nu. & col. præallegatis. tenet, quòd iudex debet eligere.

Notarius, qui semel est creatus tabellio, istud officium recusare non potest sine causa. Host. in summa. de fi. instr. §. ex quibus. Bal. in rub. C. de fi. instr. Adde Fel. c. quoniam contra. de prob. versi. item adde, quòd non potest. nu. 5. col. 550.

Notarij creatio an probetur per matriculam? Vide quæ posui in litera M. §. matricula.

Notarij dolus si probatur ex coniecturis, tunc ipse notarius non potest puniri de falso, nisi dolus fuerit commissus in solennitatibus substantialibus. Ita Pet. de Anch. cons. suo 208. inci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tria principaliter. Adde Felin.c. ex literis.de fid.instr.ver. vbi autem probatur de dolo.nu.5.col.808.

Notario non creditur, qui dicit, quòd perdidit instrumentum vel protocollum, Bart.l.si quis, ex argentarijs.ff.de eden.§.final. Bal. l.si creditor. C.de pig.act. Adde Fel.c.fi. de probat. in vinc.num.1.col. 489.par.2.

Notarij plurei requisiti si sint ad vnum actum ex forma statuti, sufficit, quòd vnus scribat, & alij subscribant. Ita Inn.c. quoniã contra.de prob.& ibi do. Ab.22.colu.ver.no.tamen. Vide per Fel.d.c.quoniam contrà.vers.quartò quæro.num.43. col.475.

Notarios quis possit creare? dic, quòd Papa & imperator, & etiã habentes potestatem ab ipsis, & etiam omnes, qui non recognoscunt superiorem. Ita do. Abb.c.cum P.tabellio.de fid.instr.4. col.vers.vltimò hic quæritur. Et idem tenet ibi Inno. Item consuetudo creat tabelliones. Tex.est c.cum dilectus.de fid. instr. Adde, quid de statuto, vtrum per statutum possit fieri tabellio? Inn. d.c.cum P.Tabellio.tenuit, quòd non. Contrarium tenent ibi Host. Io. An. Ant.de But.& Imo.& idè tenet Bal.d.c.cum dilectus.& l.rescripta.2.col.C.de preci.impe.offe. Adde dom. Car.d.c.cum P.Tabellio.vbi dicit, quòd sicut consuetudo potest facere notarios, ita & statutũ, quia nulla est differentia in hoc inter statutum et consuetudinem. Tu vide latè de materia ista per Fel.d.c.cum P.Tabellio.ver.decimo quæritur.nu.14. colũ. 911.par.2. Adde, quia dixi, quòd habentes potestatem à Papa vel Imperatore, possunt creare notarios, utrum isti possint vices suas alteri committere? Conclusio est, q. non, quia ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, non possunt alteri delegari, glo. est l. ab ea parte.ff.de prob. Vide Bal.l.gesta. t.co.C.de re iud. Pe. de Anc.cle.13.oppo.de offi dele. Adde Fel.d.c.cum P. Tabellio. ver.undecimo quæritur.nu.15.col.912.parte 2.

¶ *Notorium resultans ex actis, non indiget allegatione, & hoc modo limitanda est gl.cle.appellantis. de appe. quæ dicit, quòd notorium releuat ab onere probandi, sed non ab onere proponẽdi. Fallit, quando notorium resultat ex actis, quia non indiget allegatione, & sufficit dicere, Appello propter iniquitatem sententiæ, quæ est euidens ex actis. Ita Fel.c.cum ordinem. de rescr.ver.ad gl.in cle.appellanti.nu.11.col.418. Adde tu, q. acta iudicij inducunt notorium. Istud est dictum In.in c.ex insinuatione, de appel.& est bonus tex.de hoc.c.cum olim. de verbo.sign. Adde do. Ab.c.ex insinuatione.de appel.in fi. Limita istud, vt per do Abb.c.cum olim.de re iud.& ibi Fel. An licet appellare hoc modo, videlicet, Appello ab interlocutoria, quia me grauastis, vt ex actis apparet? Fel.c.accedens.el j.vt lit.nõ cont.vers.& in quantum dicunt.nu.6.col.281.par.2.*

Notorium an facit iudicem incompetentem, competentem? Ponit Fel.c.ai si clerici.de iud.vers.no.tex.optimum.nu.3.col. 26.

Notorium licèt non egeat declaratione, tamen in notorijs datur terminus ad se defendendum. Ita Fel.c.cum non ab homine.de iud.vers.in alia vero materia.nu.11.col.80.

Notorium licèt non releuet ab onere probandi, tamen non releuat ab onere proponendi, gl.cle.appellanti.de app.verb.iudicis. Adde, q. hoc fallit in notorio, quod constat ex actis, quia illud non debet, neque probari, neque allegari. Vide Io. de Imo.d.clemen. appellanti. 2. col. & Felin.c. afferte. de præsump.versi. secundus casus est.nu.5.col.927.

¶ *Noueris te anathemate percussum, est latæ sententiæ, Fel.c. Rodulphus.de rescr.ver.noueris te.nu.30.in fi.col.898.*

Noueris te excõmunicatum, sunt verba excommunicationis latæ sententiæ. Fel.c.1.de iud.ver.no.quòd ista verba.nu.17.col.14 Adde, quid si dicat, Scias te excommunicatum? Dic, q. idem. Fel.loco alle.col.vt suprà. Adde, quid si dicat iudex, Excõmunico te? Vide Fel.vbi suprà.

Noueris te subtracere. Ista verba important ipso facto. Fel.c. Rodulphus.de rescr.vers.noueris te.col.895.nu.26.

Nouerit se suspensum, quid importent ista verba, ponit Fel. c. Rodulphus.de rescr.vers.prædicto.nu.30.col.897.

¶ *Nouitius qui est in monasterio, intra tempus probationis si moritur, bona sua applicantur monasterio. Felin. c. cum adeo. de rescrip. vers. ad idem plura, de quibus, numero 3. column. 536. Adde tu, an bona nouitij morientis ante professionem tacitam, vel expressam, sint applicanda monasterio, inuenio, quòd Cyn. & alij in auten. ingressi. C. de sac. san.eccl. tenuerunt, quod sic, ex ista ratione, quia ibi videtur mori, vt monachus. Idem tenet Ant. de But. c. in præsentia. de probatio. Adde, q. Bar. auth. si qua mulier. in fi. C. de sac. san. eccl. pro opin. Cyn. & aliorum dicit esse casum. c. fin. de succes. ab intest. tamen non firmat pedes. do. Abb. d.c. in præsentia, de probat. 25. col. ver. item est dubium, distinguit, quòd si nouitius intrãs dedit bona sua monasterio expresse, q. opin. Cyn. & aliorum potest sustentari, si verò expresse non contulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, succedunt proximiores, & non monasterium, cum isto casu non fuerit religiosus cum effectu, c. religiosi. de sent. excom. in 6. & maxime, quia adhuc habet facultatem testandi. Et ista opin. magis mihi placet, tanquam aqua quia non constat de expressa voluntate ingredientis, q. perseuerare voluerit in religione.*

Nouitius egrediendo de monasterio non tenetur petere licentiam de necessitate, sed potest exire ad libitum. Ita do. Abb. cap. nuper. de testi. in fi. Adde ibi Fel. vers. & pondera istum text. num. 2. col. 730. par. 2.

¶ *NVDVM ministerium transit in successorem, puta Papa cõmisit episcopo, quòd debeat erigere ecclesiam, quæ erat collapsa, episcopus succedens expedire potest, & hoc tenuit do. Abb. cap. quoniam, de off. deleg. vlt. col. & Bal. l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. vbi expresse dicit, quòd præceptum factum prætori, transit in successorem. Vide etiam Bar. l. a filio, in fi. ff. de alim. & cib. leg. Adde Fel. d. c. quoniam abbas. vers. quæritur modò, vtrum. nu. 10. col. 970.*

Nudum ministerium quando committitur alicui, an potest subdelegare alteri? do. Abb. c. fi. de offi. deleg. § cæterum. ver. secundò quærò. dicit, quòd Innoc. ibi, dicit, quòd quando committitur nudum ministerium, & magnum, quod exigit industriã personã, quòd tunc non potest subdelegari. Vide Fel. d. c. fin. §. cæterum. vers. secundò no. num. 8. colum. 1108. & vers. limita sextò. nu. 9. col. 1109.

¶ *Nullas vires obtineat, ista verba important latam suam, Feli. c. Rodulphus, de rescr. ver. careat viribus. nu. 27. col. 895.*

¶ *Nullatenus, si dicto ista apponitur in prohibitione superioris, an tantum operetur, quantum clausula decreti? Vide Fel. c. ex parte, de const. ver. quintus casus. nu. 7. col. 297.*

Nullatenus fiat, ista verba important. quòd si fiat aliter, non tenet Fel. c. Rodulphus, de rescr. ver. fiat est præsentis temporis. nu. 26. col. 894.

Nullitas sententiæ. Quis est competens iudex circa nullitatem sententiæ dic, q. quãdo nullitas deducitur principaliter, tũc pot adiri superior. Adde, q. ille, qui habuit sententiam nullam contra se, potest, si vult, adire iudicem superiorem, vel illum, qui iudicauit, ex quo sequitur, q. ita deuoluit totam cãm nullitas, sicut appellatio, de hoc vide Fel. c. in literis. de off. del. ver. quis dicatur esse competens iudex. nu. 4. col. 948. Adde tu ad istud, quod dicitur per Feli. quòd ita deuoluit nullitas, sicut appellõ, quòd habet locum corã ordinario, secus est in delegato, nisi sibi expressè permissum esset, vt no. Sal. l. si præses. C. quomodo, & quando iudex. ver. quæro sententiam. 3. col.

Nullitas causa pendente non tollit præsumptionem sententiæ, quia sola appellatio tollit præsumptionem sententiæ. Spec. titul. de proba. §. 1. vers. quintò sequitur videre. Anto. de But. Imo. ca. quonam contra, de prob. Bal. auth. qua supplicatio. ad fi. C. de preci. impe. offe. Fel. d. c. quoniam contra. vers. sexta conclusio. nu. 37. col. 370. par. 2.

Nullitas sententiæ an possit deduci in iudicio per excommunicatum? Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatus an possit dicere de nullitate sententiæ.

Nullitas trium sententiarum conformium, quæ transierunt in rẽ iudicatam, an potest deduci in iudicio? Vide, quæ posui in litera S. §. sententiæ tres latæ conformes.

Nullitas excommunicationis, vt probari possit, quæ requiruntur. Feli. de excep. c. Apostolicæ. nu. 20. col. 95.

Nullitas sententiæ quando tractatur, quis dicatur iudex competens? & hoc in iudice ordinario. Vide Fel. c. per tuas, de sententia excom. ver. contrariam partem. num. 4. col. 1105.

¶ *Nullus ei communicet, est latæ sententiæ. Fel. c. Rodulphus, de rescr. ver. nullus ei communicet. nu. 31. col. 898.*

Nullus tali communicet, vel Talis euitetur ab omnibus, inducunt excommunicationem. Ita Fel. c. 1. de iud. ver. no. illam conclusionem. num. 16. col. 14.

¶ *Nuncius an debeat esse persona dines, & approbata? Ponit Bar. extrauag. ad reprimendum. ver. per nuncium. Adde, q. cõtenetur*

tenetur, quòd vilis persona & infamis potest esse nuncius. Bar. ibi. Sal. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. Philip. c. cum parati. de appel. 10. col. Fel. c. prudentiam. de off. dele. versi gloss. in vers. literatoria. nu. 13. col. 998.

Nuncius cui facta fuit commissio per iudicem, vt citaret aliquem, vel poneret aliquem in possessionem, aut mitteret sententiam executioni, si iudex moritur re integra, an expiret mãdatum? Vide Bar. l. venditor. §. 1. ff. de iud. & l. fundi. ff. de acqui. poss. & l. & quia. de iurisdict. iud. do. Abb. c. relatum. in fi. de off. delega. Pet. de Ancha cle. ne Romani. de elec. & c. si super gratia. de off. deleg. in 6. Pau. de Cast. d. l. fundi. Adde tamen, si consuetudo haberet, vt fieret semper noua commissio, tunc expiraret mortem iudicis re integra. Adde Fel. in ista materia. d. c. relatum. ver. vlterius Moder. nu. 13. col. 989.

Nuncius, qui citat aliquem falsò modo, debet puniri pœna falsi. Cy. Bal. l. fi. C. de requi. reis. Fel. c. tertio loco. de prob. in prin. num. 1. col. 358. par. 2.

Nuncius semel electus à iudice, mutari non potest sine causa. Vide per Fel. c. quoniam contra. de proba. versi. not. secundo. ibi, iudex. nu. 4. col. 450. par. 2.

Nuncius an debeat facere relationem de citatione facta soli notario absque præsentia iudicis? do. Abb. c. quoniam cõtra. de proba. 8. col. ver. nunquid autem tenet, quòd sic. Idem tenet Bal. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. 3. col. ver. ista prædicta. & l. eos. §. super his. C. de appel. Sal. d. l. eos. §. super his. versi. item no. Vide per Fel. d. c. quoniam contra. vers. expedita materia. num. 38. col. 472. par. 2. Contrarium tenuit Host. Ant. de But. Imo. d. c. quoniam contra. Vide Fel. d. c. quoniam contra. ver. contrariam, nu. 39. col. ead. Et vide in materia ista, quæ posui in litera P. §. productio iurium & actorum.

Nuncius missus à iudice, vt tradat possessionem creditori, an possit eam tradere ad oculum, si est in præsentia rei? do. Abba. c. cum aliquibus. de re iud. 3. col. vers. sed quatenus tenuit, quòd sic. Contrarium tenet Spec. tit. de primo & secundo decreto. §. iam in prin. Et idem tenet Ant. de But. c. cum venissent. de resti. spo. circa fi. Bal. Pau. de Cast. l. non est mirum. ff. de pig. act. Bar. l. cum vnus. § fi. ff. de bon. autho. iu. pos. Bar. l. 1 ff. de acq. poss. pe. col. vers. sed quid. Ant. de But. & Imo. d. c. cum aliquibus. Et ista est communis opi. quam etiã tenet Fel. d. c. cum aliquibus vers. in quantum Abb. nu. 4. col. 386. Adde & limita istam communem opi. non habere locum, vbi nuncius esset impeditus, quia valeret traditio possessionis ad oculum, & etiam verbalis traditio in conspectu rei. Fel. c. cum aliquibus. versi. prædicto. col. ead.

Nuncius generalis constitutus à iudice cum authoritate citandi. vbi non requiritur causæ cognitio, potest citare sine alia commissione. Ita Fel. c. 1. ver. tertia conclusio. nu. 12. col. 12.

Nuncius reuocatus, cuius reuocatio non fuit intimata ei. si facit aliquid post reuocationem, an sit nullum? Vide, quæ posui in litera R. §. reuocatio nuncij.

Nuncio dicenti se citasse de commissione iudicis, an credatur? Vide per Felin. c. 1. de iud. vers. quarta conclusio. num. 13. colum. 13. Adde do. Abb c. cum parati. de appel vlt. col. Adde tu, pone, quòd ex forma statuti credendum sit officiali cum iuramento, puta, nuncio. Tamen intelligo hoc sanè nisi ex aduerso probetur legitimè contrarium, quia non staretur eius dicto etiam iurato. Ita do. Abb. c. proposuisti de proba. 1. not. Fel. ibi versi. prima conclusio. nu. 1. col. 353.

¶ *Nutrices Christianæ possunt baptizare clanculo infantulos Iudæorum constitutos in articulo mortis. Felin. cap. pastoralis. §. præterea. de off. or. remissiuè, versi. & scias, quòd nutrices. in fi. num. 14. col. 1126. in fi.*

Nutrices Christianæ, an possint nutrire extra domum infantes Iudæorum? glo. 2. c. ad hæc. de Iudæ. tenet, quòd sic. & idem tenet ibi Io. An. Ant. de But. do. Car. & do. Abb. Contrarium tenet ibi Io. de Ana. Vide Fel. d. c. ad hæc. in prin. nu. 1. col. 964.

O.

OBEDIENTIA *Quãtum sit meritoria. Vide Fel. c. illud. de ma. & obe. in prin. col. 1177.*

Oblatio libelli vtrum sit de processu? Bar. rub. C. de in ius voc. dicit, quòd oblatio, quæ fit iudici ante citationem, non est de processu, secus est de oblatione, quæ fit parti, quia illa est de processu. Idem Bal. l. 1. C. quando libel. prin. dat. Adde Fel. c. quoniam contra. de proba. versi. ex quibus. & est tex. nu. 8. col. 452. parte 2.

¶ *Oblationes quæ fiunt imagini virginis Mariæ, vel alterius imagini religiosæ extanti intra parochiam, spectant ad presbyterum. Fel. c. dilectus. de off. ord. in prin. col. 1144.*

Oblationes, quæ fiunt imagini virginis Mariæ, quæ est affixa pariet i domus laicorum, an sint presbyteri parochiani? Vide Felin. d. c. dilectus. de off. ordi. in prin. num. præallegato, col. vt supra.

Oblationes factæ altari posito in aliqua ecclesia, an debeantur altari, an verò rectori ipsius ecclesiæ? Ponit Fel. d. c. dilectus. de off. ordin. vers. & scias, quòd obuentiones. nu. 3. col. 1145.

Oblationes ab excommunicato recipi possunt, non autem eleemosynæ? Innoc. cap. cum voluntate. de sentent. excom. & ibi Fel. in prin. num. 1. col. 1122.

Oblati qui dicantur, & ic quibus differant à conuersis? Vide, quæ posui in litera C. §. conuersi possunt donare.

Oblati perpetuò ecclesijs, an gaudeant priuilegio fori? Ponit Fel. c. 2. de foro compe. in prin. nu. 1. col. 151.

¶ *Obligatio ad antidora, vtrum propter istam obligationem detur actio, sicut datur ex illa obligatione naturali orienti ex pacto? Vide per Ioan. And. Anton. de But. & Imo. c. ad nostrã. de proba. in glo. 1. Et an possit repeti solutum ex hac obligatione? Vide per Fel. d. c. ad nostram. de proba versi extra glo. dicebat hic. nu. 6. col. 482. & vide in materia ista illa, quæ posui in litera D. §. donatio remuneratoria.*

Obligatio an extinguatur per præscriptionem ipso iure siue ope exceptionis? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio antollat actionem.

Obligatio naturalis remanet apud creditorem, etiam finita præscriptione, quod est verum etiam in contractibus, secus est in criminalibus, quia in totum extinguitur finita præscriptione, de quo vide, quæ posui in litera S. §. soluens debitum ignoranter.

Obligatio an oriatur ex præstatione facta ex liberalitate. Bart. l. cum de in rem vers. ff. de vsur. tenet, quòd non. Vide Fel. c. ad Apostolicam. de simo. vers. vltimo vide Fel. nu. 3. col. 933.

Obligatio dandi an acquiratur ex diuturna præstatione, videlicet quando quis per longum tempus dedit vnum par caponum alicui, an in perpetuum teneatur? Vide, quæ posui in litera T. §. titulus verus an acquiratur.

¶ *Obligatus ad faciendam eleemosynam nomine alterius, an possit eam facere sibi ipsi, si est in necessitate euidenti? Fel. ponit c. irrefragabili. §. cæterum. de off. ordi. versicu. tertia conclusio. num. 9. col. 1138. in prin.*

Obligatus ad factum, debet compelli ad implendum, si facere potest. Fel. de pac. c. 1. nu. 9. col. 1256.

Obligatus stare in loco, vt est clericus beneficiatus, si non reperitur, in dubio præsumitur abesse ex malicia. Vide per Felin. cap. consultationibus. de off. deleg. in prin. nu. 1. col. 949. Et ideo si vocatus ad iudicium vendit bona sua, est satis manifesta coniectura, quòd in fraudem creditorum vendiderit. Bal. l. quoties. ff. de rei vendi.

¶ *Obreptio & surreptio quomodo inter se differunt? Vide in materia ista, quæ posui in litera S. §. surreptio & obreptio.*

¶ *Obsides, qui possunt dari? Vide, quæ posui in litera H. §. homo liber.*

¶ *Obseruantia quando non repugnat legi contrariæ, qui homines non sunt, vsi lege, non tamen fecerunt actum contrarium, tunc talis non obseruantia nunquam tollit legem, quia non habet vim actus contrarij. Felin. de treu. & pace. c. 1. num. 10. versi. quarta declaratio. col. 1238.*

¶ *Obuiare an quis tenetur delicto? Vide per Fel. c. 1. de off. deleg. versi. gl. in verbo, pari pœna. nu. 3. col. 914. & ibi ponit differentiam inter ius canonicum & ciuile.*

Obuiare an quis tenetur in atrocioribus? & non obuians, cùm possit, an sit puniendus? Vide per Fel. c. . de off. deleg. versi. limita, quòd non habeat locum. nu. 4. col. 915.

Obuiare de iure canonico delicto quis tenetur, & non obuians punitur, sed mitius. Ita Fel. c. 1. de off. deleg. versi. de iure canonico. nu. 5. col. 915.

¶ *OCCIDENS Iudæum an plus peccat, quàm occidẽs Christianum? glo. c. rebaptizare. de consec. dist. 4. & c. si apes. 24. q. 4.*

Universidad de Diego Portales
Biblioteca

tenuit, quòd plus peccat occidens Iudæum, quàm Christianum. Vide Fel.c.consuluit.de Iudæis.vbi tenet contrarium, ver.ultimò aduerte, dum dixit.nu.7.col.963.

Occidens bannitum, qui ex forma statuti impunè potest occidi, vt dixi in litera S.vbi tractatus de validitate statutorum, an talis occidens, quamuis euitet pœnam vigore statuti, incurrat peccatum? Ponit Fel c.quæ in ecclesiarum.de consti. versi. & generaliter circa dictum.nu.13.col.116.

Occidens bannitum, quem putabat laicum, tamen erat clericus, an excusetur ab homicidio occidens, stante statuto, quòd bannitus potest impunè occid.? Vide, quæ posui in litera P.§ prorogatio facta de incompetenti iudice.

Occidens aggressorem suum defendendo se, an sit puniendus de homicidio? Vide quæ posui in litera H.§ homicida.

Occidens aggressorem suum, à quo fuit percussus, an sit puniendus de homicidio? Vide, quæ posui in litera P. §. percussus ab aggressore.

¶ *Occidere paganum, est minus peccatum, quàm occidere Christianum.* glo.c.rebaptizare.de consec.dist.4. & glo.c.si habes. 14.q.3 Vide Fel.c.inquisitionis.de accus.ver. & illud, quod dicitur hic de homicidio.nu.5.col.786.

¶ *Occultè fieri quid dicatur?* dic tu, quòd illud dicitur occultè fieri, quòd non peruenit in notitiam illius, cuius interest. Ita Bar. l.1.C.de his, qui ex pub.rat.lib.10. Item actus factus de nocte, dicitur occultus. Bald.l.cum fratre.C.de his, qui.vt indi. Item illud dicitur factum occultè, quod est factum per interpositam personam. Bart.l.pupillus.ff.de autho.tut. Adde Felin.capitu. porro.de sent.excom.versi.item instrumentum occultè circa fi. num.6.colum.1067.

¶ *Occultum quomodo dicitur fieri? & qualiter cognoscatur?* Anto.de But.c.vestra.de coha.cle.& mulie.in repe. Sal. in repe.l. ea quidem.de accus Vide per Fel.c.consuluit.de offi.deleg.versi. occultum quomodo.num.23.col.1021.

¶ *OFFENDI qui timet ab aliquo*, potest iudicis officium implorare, vt ipsum compellat ad præstandum cautionem de non offendendo. Fel.rub.de treu.& pac.versi. qui timet verisimiliter offendi.nu.10.col.1230.

¶ *Offensus est suadendus, non cogendus, vt remittat iniuriam*, quia æquitas non patitur, vt quis cogatur inuitus parcere iniurianti, nisi in foro pœnitentiali. Ita Fel.rub.de treu.& pa.ver. similiter dicit Bal.nu.2.col.1225.

¶ *Offerre se liti quando quis dicatur?* do. Abba. c.pen. de exce. 2. col. ver. aduerte dicit, quòd quando quis in iudicio, vel extra dicit se possidere, quòd ille dicitur se offerre liti, si autem est citatus, & non fuit interrogatus, an possideret, non dicitur se liti offerre, sed potius se defendere. Adde, quòd idem tenet c. examinata.5.col. Idem tenet Bal.l.cogi.circa fi.C.de peti.hæred. Vide Felin.c pen.de excep versi.dum subdit Abbas, quòd si non possidens.num.3.col.135.

¶ *Officialis, qui fecit fieri proclama in loco officij*, videlicet quòd si quis de eo senserit se esse grauatum, compareat, an possit postea conueniri in propria patria de gestis in loco officij, vide per Felin.c.venerabilis.de iud ver.circa cautelam.nu.8.col.136.

Officialis si refirmatur in officio requiritur consensus omnium. Ita Fel.c fi.de iud.ver item nota, quòd.nu.5.col.144.part.2.

Officialis electus ad aliquod officium temporale, si non potest exercere officium currit tempus, nec debetur officium pro tempore sequenti. Vide per Felin.c.fi.de iudi versi.not.in text.ibi, inutiliter.nu.4.col 143. Adde quod istud verum est etiamsi sine culpa hoc venerit.Felin.vbi suprà.

Officialis, qui semel ex officio suo denunciauit, puta crimen, non compellitur coram alio iudice, nec deponere nec iurare. Adde, quòd fallit hoc, vbi aliæ probationes deficerent, quia compellitur & deponere, & iurare.do. Abba. c.præterea de testib. cog. 5 col.versi.inhæreo ego. Adde ibi Fel.in glo.versi. aliter.nu.5. col.771.parte 2.

Officialis non potest conueniri durante officio Fel.c. legebatur.de maio.& obe.nu.3.col.1175.

Officiales episcopi si delinquunt, tenetur episcopus, & ideo quando episcopus visitat diœcesim, si tales officiales committunt delicta imputabitur episcopo. Archidia. capitu. si episcopus. de offic ordin.in 6 dom. de Ro. decisio 24 in nouis, incip. Virum episcopus.Bart. l.1. C.de cohorta. & prin. lib. 12. Bartol.l ne quid.in princ.ff de incen.rui.nau.Felin.c.Petrus.de homi.ver. fallit septimò.num.8. col. 1037. Adde pro declaratione istius conclusionis, quòd si dominus statim post sententiam purgaret delictum officialis, tunc non imputabitur domino, dom. de Ro. decisi.266.inci. Item si vicarius.in nouis. Item si officialis deliquerit extra officium, quia dominus non tenetur, do. Abb. cap. 14.col.de testi.5to.Fel.d.c.Petrus.versi.aduerte.nu.9.col.vt suprà. Item, si persona officialis, esset persona valde integra, quia tunc non imputabitur domino. Fel.d.c Petrus versi.tertiò declara.nu.11.col.1038. Item si dominus exhiberet ipsum officialem delinquentem, quia statim esset liberatus. Bar. d.l.1.§. familiæ.de publica. Ludo.Rom.consi.suo 11.incip. In quæstione proposita. Fel.d.c.Petrus.versi.quinto declara.nu. 12. col.prædi. Item, si procederetur criminaliter ad pœnam corporis contra officialem, quia etiamsi esset absens famulus, dominus non potest conueniri. Ludo.Rom.d.consi.Fel.d.c.Petrus. versi.sextò declara.num.13.ibi.

Officium quid sit propriè? Ponit Fel. rub. de off. dele. versi. super verbo, officio.num.3 colum.911.& ibi ponit, quomodo capiant Canonici verbum, officium.

Officium & potestas in quo differant? Ponit Fel.rub.de off. deleg. versi.quæ differentia sit.nu.4.col 911.

Officium. Istud verbum positum in statutis, comprehendit procuratores, custodes arcis, & similes Ita do. Abb.c. post cessionem. de proba.2.col.ver.& ex hoc Fel.ibi versi.in tex.ibi, officium. num.2.col.365.par.2.

Officium iudicis non intelligitur prohibitum, etiamsi exceptio sit prohibita per statutum, de quo vide, quæ posui in litera E.§. exceptio & officium iudicis.

Officium diuinum, An Papa possit dispensare, quòd clericus non teneatur ad aliquod officium? dico quod non Ita do. Abb.c.i.de cele.mis ver.no ibi septies in die. Sed Lau.& Io. de Ligna.cle. 2.de celeb.mis tenuerunt contrarium. Ego teneo opi. do. Abb. quia debemus Deum rogare septies in die, vt ibi tex. d.c.1. Fel. c.quæ in ecclesiarum.de consti.versi.secunda concl.ibi, idem in dispensando.nu.19.& 20.col.118.

Officium iudicis non est proprie actio, & quæ vtilitas resurgat, & de ista diuersitate vide Felin.cap. 2.de off. iud. in prin. colum.1153.

Officium iudicis non extenditur ad ea, quæ occurrunt ante lit.con test.sed post. Ita Felin.c.2.de off.iud. versi.in quantum dicitur. col.1155.num.8.

Officium iudicis mercenarium quale sit, & in quo differat a nobilis. Fel.d.c.2.de off ind.versi allegato.col.ea.

Officium iudicis merum quod dicatur? & quare dicatur merum, Ponit Felin.c.2.de off ind. versi.merum officium iudicis. col. præd.num 9.

Officium iudicis implorari potest, vbi exceptiones sunt sublatæ per statutum, & vbi quis est destitutus omni exceptione. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio nullitatis sublata per statutum.

Officium testis an sit publicum? Vide do. Abb.rub.de testi. cog. & ibi Felin.late in prin.col.758 par.2.

¶ *Olim quod fuit, an hodie præsumitur esse, vt puta.qui fuit semel malus, an hodie præsumatur malus? & econtra? Vide*, quæ posui in litera B. §. bonus quis non præsumitur, vbi agitur de vtilitate animæ.

Olim, dictio, quid significat? Fel.de simo.c.ex insinuatione. nu.2. col.893.

¶ *Omissio ordinis iudiciarij in causis ordinarijs reddit processum nullum.* Fel.c.ecclesia S. Mariæ.de const.versi.quinto nota, & sicut omissio.num.29.col.229.

Omissio requisitionis consilij an vitiet actum? pone, quòd quis debet facere aliquid cum consilio alterius, facit, non requisito eius consilio, an valeat actus? Dic, aut in commissione est clausula decreti, aut non, de quo vide Fel.c.ex parte de consti.ver secunda limitatio nu.1.col.296. Adde, quæ posui in litera C.§. consilium.& in litera E.§.executor qui habet.

¶ *Omissum in causa principali per prælatum in damnũ ecclesiæ, potest opponi in causa appellationis.* Fel.c. ad audientiam.il 2. de rescr.versi secundò limitaretur.nu.16.col.804.

Omissa in principali causa scienter, non possunt opponi in cã appellationis, quòd venit ad limitationem l.per hanc.C.de sẽp.appel.l.

pel.Ita Fel.c.ad audientiam.de rescrip. il 2.versi. omissum in principali. nu. 14.col.801.

¶ *Oneramus conscientiam tuam, an ista verba faciant, vt sit electa industria personæ? Vide, quæ posui in litera C. §. conscientiam tuam.*

¶ *Omnia sunt principis, istud dictum vsurpatur quotidie ab istis dominis ciuitatum. Adde tu, quomodo intelligendum sit.* Ponit Fel.c.quæ in ecclesiarum, de consti. versi secundum membrum est a contrario. nume.28.col.123.

¶ *Omnino, verbum istud importat ipso iure.* Feli.c. Rodulphus, de rescri. versi.omnino, importat ipso iure.num.34.colu.899. Adde tu, quando istud verbum Omnino, erit cum verbo futuri temporis, an importat ipso iure, per Felin.in loco prælegato, col. ead. & sequen.

¶ *Omnimoda, ista dictio quid importet?* Ponit Fel.c.graue. de offor.versi.ista verba, Nullam iurisdictionem.nu.4.col.1150.

¶ *Onus annexum rei venditæ facit, quòd res illa minus valeat, imo videtur, quòd sit pars precij.* Ita do.Abb.c.cum Ioannes, de fid.instr.ver. nota, q̃ ratione oneris. Adde ibi Fel. ver. in tex. ibi, cuius condationis.num.4.col.854.parte 2.

Onus publicum remissum exemptis per priuilegium principis, an pars exẽptorũ accrescat non exemptis, an verò debet detrahi de censu principis, & sic non exempti grauari non debent? Vide, quæ posui in litera E.§.exemptus ab oneribus publicis.

¶ *OPEM præstare videtur, qui armatus assistit alicui, etiamsi nihil faceret.* Ita Fel.c.1.de offi.deleg. versi.& no.quòd ille etiã videtur.nu.14.co.920. Adde tu, quòd etiam ille dicitur opẽ præstare, qui suis verbis robur præstat, & aduersarijs timorẽ incutit. Ita Inno.c.1.de homi. Adde etiam, qualiter pumatur, qui præbet auxilium, fauorem, & consilium. Bonus tex.c. cum homo.23.q.5. & c. periculose, de pœni. dist. 1. Adde etiam, an præstans testimonium pro aliquo, dicatur præstare auxilium? Vide Bar.l post legatũ.§.his verò.in fi.de his, qui.vt indi. Adde et, q̃ quãdo aliquis est præsens, & assistit alicui simpliciter, nõ dicitur opem ferre. Tex.d.1.§.si ineo.et ibi Bar.ff.ad Sylla.

Opem præstans homicidio, tenetur, vt homicida. Bar.l. non solum. §.si mandato.ff.de iniur. gl cle.1.de pœnis verbo, defensam, Salicet.l.1.C.de rap.virg. Fel.c.sicut dignum, de homi.versi.no. ex §.illi.nu.3.col.1088. Et dic, quòd ista adeo sunt vera, quòd etiamsi qualitates aggrauarent delictũ, vt puta in parricida, ẽt quòd præstans opem non haberet illam qualitatem, tamen punitur, vt parricida, sicut & principalis. Fel.vbi supra, versi.allegcol.prad. Est verum, quòd aliqui dixerunt, istud habere locum, quando dans opem hoc sciebat. Tu vide Felin.d.c.sicut dignum.ver.sed istud limita.nu.1.col.1019.vbi recitat opi. istorum, & cã non tenet. Adde & limita omnia supra dicta, quòd præstans opem punitur.sicut principalis, quando confessus est crimen, videlicet quòd præstitit opem, & non sufficit, quòd principalis sit condemnatus, vel ob contumaciam, vel etiam ob suam cõfessionem. Fel.d.c.sicut dignũ.ver.secundò limita.nu.3.ibidem. Item limita, nisi post delictum cõmissum quis assisteret, malefactors in auxilium, quia non dicitur propriè dedisse opem. Barto. d.l.non solum.§.si mandato, & l.si quis in graui.ff.ad Syl.§. si quispiam, & l.forti.§.opem ff.de fur.vbi dicit, quòd vidit multos assessores errasse. Dic tamen, quòd oritur maxima suspicio in isto casu. Vide Feli.d.c.sicut.ver.quartò limita.nu.4.col.ead.

Opem præstare dicitur ille, qui stat armatus tempore, quo maleficium cõmittitur, etiamsi arma non mouet. Inno.c.continentiam, de cleri.percus. Bal.l.data opera.2.col.versi.item notãdum. C. qui accu.non poss. Io. And.c.si perfodiens, de homi. & Barto. l. 3.§.armis.ff.de vi & vi arma. Pet.de Anch. consi.suo 212.incip. Nos Bartholomæus. Adde Fel.c.sicut dignum, de homi.ver si.& adde, quòd ille dicitur præstare, nu.5.col.1020.

¶ *Operarius præstans operas suas promissas, cuius expensis debet viuere?* Bar.l.si non sortem.§. libertus.pen.col.versi. quid ergo dicemus, dicit, quòd debet viuere expensis suis. Fallit hoc, quando seruiret ex liberalitate. Et hoc tamen intellige, nisi illa liberalitas esset causa remunerationis. Adde, quòd in istis prævalet consuetudo.de quo vide per Fel.c.1.de li. obl. versic. item cuius expensis viuat.nume.9.col.236.

¶ *Opinio Doctorum est seruanda in iudicando.& consulendo, vbi casus non est decisus a canone, vel a lege, dom. Abb.c.1.de decimis.pe.no.Fel.c.1.de consti.ver.nono fallit.nu.54.col. 58. pone, quòd opiniones Doctorum sint variæ, & discrepãt. Dic imitan da est communis opi. Ita do. Abb d.c.1 de consti.3.col.versf.& vt habeas. Vide Fel.ibi Limita tamen istud, quòd si communis opi.esset expressè falsa, vel posset conuinci probabilibus rationibus tunc standum est opi. paucorum Doctorum. Ita do. Abba. loco præalle. Vide per Fel.d.c.1.de consti. versi, hæc limitatur primò.nu.prædi.col.59. Item limita, quòd si contra communem opi.esset glo.quia illa præualet. Fel.d.c.1.de consti. versi.secundò limita.quòd opi.vnius doctoris, vel minoris partis, si est pro matrimonio, illi statur contra communem opin. Fel.d.c.1.de cõsti.versi. tertiò limita.nu.& col. præalleg. Item limita, nisi esset opi. Arc.super 6.quia illi statur contra communem. Fel.d.c. 1.versi.quintò limita.vbi supra.col. ead.*

Opinioni vnius doctoris, vel minoris partis, si est pro matrimonio statur contra communem. Fel. cap.2. de consti. versicu. & col. supra alleg.

Opinioni Arch. statur contra communem. Fel.c.1.de consti.versi. prædicto.col.antedicta.

Opiniones plures relatæ a glo. vel a doctoribus, in dubio præsumũ tur approbare vltimam. Felin.cap.1.de consti.versi.quarto.nume.55.colum.59.

Opiniones inter Legistas de intellectu alicuius legis si Papa facit decisionem super illa dubietate, per decisionem Papæ censentur opiniones eorum sublatæ. Ita dom. Abb.c.cum tempore. de arb. vlti. col.versi.sed an possit.Vnde per ista dicendum est, quòd de eisio Papæ est seruanda in foro ciuilis de quo vide Fel.c.fraternitatis.de testi.versicu in glo. in verbo, nouis. nume. 3. colum. 575.parte 2.

¶ *Oppositio generalis exceptionum an valeat, & quid operetur? Fel.de proba.c.tertio loco.num.3.col.560.*

¶ *Opponens contra testes, & sic in personas testium, non potest vti dictis eorum, si deponerent pro opponente, de quo vide, quæ posui in litera T.§.testibus non credutur.*

¶ *ORDINARIVS, istud verbum non solum comprehendit episcopos, qui sunt ordinarij laicorum, sed etiam inferiores. Ita do min. Abb c.post cessionem.de proba.1.no. Adde Fel.d.c.post cessionem.in prin.nu.1.col.365.parte 2.quod not. pro statutis.*

Ordinarius index an possit esse testis coram delegato suo, do. Abb. c.dilecto.de testi.3.col.versi.vel erat ordinarius dicit, quòd putat, quòd de rigore iuris non testificabitur, postea dicit aliter, quia ad hoc, ne pereat facultas probandi, tenet quòd ordinarius poterit esse iudex coram delegato suo. Adde Fel.d.c dilecto.versi. in gl.in versi.recusasti.in fi.nu.2.col.695. parte 2. qui idem tenet. Et vide, quæ posui in simili in litera D. §. delegatus iudex, qui subdelegauit causam.

Ordinarius potest esse delegatus, & sic potestas ordinaria & delegata possunt in eadẽ persona & causa simul concurrere & exerceri. Et not.quòd habens ordinariam iurisdictionem & delegatam, poterit procedere vtraque authoritate, de quo vide do. Abba.cap.cum ex officij.de præscr.7.col. versi. ex hac. vbi expressè istud tenet. Et idẽ tenet ibi Inn. Bal.l.1.C.de fur. circa fi. Angel.l.si vacantia.C.de bon. vacan.lib.10. Imo.cap.nisi.de præben.1.col. Idem tenet Feli.d.cum ex officij.versi. prima conclusio.nume.19.colum. 300. Est verum, quòd Anto.de But.d.cap. cum ex officij. tenet contrarium, & malè. Adde, vt clarius habeas materiam, quòd duo sunt videnda, & hoc, quia ordinarius aliquando fit delegatus per alterationem, aliquando per excitationem. Primo casu, quando ordinarius efficitur delegatus, si per delegationem recipit alterationem, vt puta quòd causa ordinaria sit facta summaria, isto casu efficitur totaliter delegatus, & non est ordinarius. Adde, quòd quantum ad illã causam, in qua est alterata ordinaria iurisdictio, censebitur solum delegatus, & sic non poterit vti vtraque potestate, videlicet ordinaria & delegata. Et hoc modo loquitur tex. cum materia sua.cap.licet.de offi.ordin.& glo.c hi, qui præb.in 6.Imo. si procederet via ordinaria & delegata, processus esset nullus. Ita omnes scribentes.d.capitu.licet.& Felin.idem tenet d.cap. cum ex officij.vers. quomodo autem cognoscamus. nume. 20.col.ead. Secundo casu, quando ordinarius est factus delegatus per excitationem tantum, tunc potestas ordinaria & delegata possunt in eadem persona & causa simul concurrere, vt per domin. Abb.& alios loco.supra alleg.& Fel.vbi supra.col.ea. Et dic, quòd in tantũ hoc verum est q̃ ordinarius, si vult, põt procedere ex delegata iurisdictione omissa ordinaria, et poterit ei ordinarius in vna parte cãe vti ordinaria ptãte, et in alia deleg do.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abb.d.c.cum ex officij.8.colum.versi.item, secundum eum. & ibi Felin.versi. secunda conclusio.nu.22.col.302. Adde, quòd palchrum est videre, si postquam vna viaest electa per ordinarium in procedendo, possit illam omittere, & ad aliam redire. Bald.l. neque natales.C.de proba.tenuit, quòd sic. Vide Fel.d.c.cum ex officij. versicu.prædicto, nume.& colum.eisdem.vbi tenet, quòd non. Adde ad ista, quæ posui supra.§. si ordinarius efficitur delegatus.

Ordinarius, qui est etiam delegatus, si procedit ex vtraque potestate, videlicet ordinaria & delegata, sententia & processus regulatur ex authoritate delegata, & si contingit appellari ab eo, appellabitur ad Papam. Felin.c.cum ex officij. de præscrip. versi. tertia conclusio.nume.24.col.302.

Ordinarius, qui per errorem iudicat, vt delegatus, cum non sit, an sententia sit nulla? dom. Abb.c.cùm ex officij.de præscrip.9.col. versi. quæro prædicta. dicit, quòd sententia est nulla. Idem tenet ibi Host. Io. An. Bald.do. Car. & Imo. & Spec.tit. de sententen.prola.§.quoniam.versicu.quid si dixit. Bart.l.1.C. qui pro sua iurisd.versi.tu dic. Vide Fel.d.c.cum ex officij. versi.quarta conclusio.nume.25.col. 303. Adde, quòd istam opi. teneo, & eam confirmo per tex.c. ex parte Astensis. de concess. præb. vbi patet, quòd volens explicare actum vno modo, si eligit aliũ modum incompetentem, actus est nullus. Adde & limita istã communem opi. quòd si ordinarius scit delegationem esse nullam, q̃ valet sententia. Paul.de Castr.l.si prætor.in prin.ff. de offi. eius, quamuis dom. Alex. teneat contrarium, l.si per errorem. ff. de iurisd.om.iud.in fi. Vide Fel.d.c.cum ex officij, versi. secundo limitat.nu.26.col.ea. Paul.de Cast. d.loco. Item limita communem opin. quòd si ordinarius, qui putabat se delegatum, & tamen pro cedit omni meliori modo, quo potuit, valet sententia, dom. Car. & Imo.c.ex literis.de offi. deleg. do. Car. d.c.cum ex officij. Fel. ibi. versi. tertiò limita.nu.27. Ibidem limita communem opin. quando in illo errore erant partes, imo putabant illum esse iudicem ordinarium, licèt ipse iudex esset in errore, quia putabat se iudicem delegatum cùm non esset, valebit tamen sententia. Angel.l.fulfius.C.de fur. vlti.q & d.l.si per errorem in fi. Vide Felin.latè de hoc d.cap. cum officij. versicu. quarto limita. nume. 28.col.304.

Ordinarius, qui errauit in sensu legis, & sic, qui malè intellexit legem secundum quam tulit sententiam, an sententia sit nulla? dom. Abba.c.cum ex officij. de præscri. 10.col. versi.ex quo. dicit, quòd sententia non est nulla, imo neque annullanda, si alia lege potest sustentari. Et istam opin. tenuit ibi Inno. & Bald.l. ab eo.C.quomodo & quando iudex.3. colu. Contrarium tenuit Host.c.ex parte.de concess. præben. sed malè. Vide Fel.d.c.cum ex officij versi.quinta conclusio.nu.30 col.305.

Ordinarius, qui habet delegatam iurisdictionem, si procedit simpliciter, videtur procedere ex delegata iurisdictione, dom. Abba.c.cum ex officio.de præscri.10 col. versi. sed iuxta prædicta. Et idem ibi tenet Anto.de Bu. & Io. And.c.si postquam. de elec. in 6. & Dom.de san.Gem.ibi 2.col. Adde Feli.d.c.cum ex officii.versi. sexta conclusio.vbi supra.num.31.col.305.

Ordinarius, qui habet iurisdictionem, si sit delegatio in personam inutiliter, & partes hoc sciunt, & litigant coram eo, an valeat processus, glo.l.1.C.qui pro sua iurisd.tenet, quòd sic, do. Abba. c. cum ex officij. de præscrip.11.colum.versi.vltimò sciasdicit, quòd si partes litigant coram iudice ordinario, cui facta est delegatio inutiliter scienter, non tamen quàm coram iudice delegato, valet processus omni meliori modo, quia videtur prorogata iurisdictio ordinaria, & hoc, nisi aliter acta indicarent, videlicet, quòd iudex voluit procedere, vt legatus. Et idem tenet ibi Io. And. Ant.de But. & Imo. & Bal.l.eũ, qui.ff.de iurisdom. iud.5.q. Adde Fel.d.c.cum ex officii.ver. septima conclusio.nu. 33.colum.308.

Ordinarius potest inquirere contra infamatum de simonia, etsi habuit beneficiũ à Papa, do. Abb.c.de catero.de re iud.vl.col.versi. vltimò hoc. Vide Fel.ver.ad vltimũ, de simo.nu.17.col.384.

Ordinarius quando possit punire exemptum? ponit Fel.c.sigmsica sti.de fo compe. versi.secundus casus.num.3.col.209.

Ordinarius iudex an possit resistere delegato procedenti iniustè. Vide per Fel.c.si quando.de offi. delega.nu.1.col.941. & vide, quæ posui in litera I.§ iudici procedenti iniustè.

Ordinarius iudex an possit reuocare suam sententiam? Fallit 8.casibus primò, si velit eam declarare. secundò, si velit incontinẽti reuocare, & de hoc vide latius per Fel.c.in literis.de offi. deleg.versi.quid de ordinario.nu.3.col.947.

Ordinarius an possit esse iudex in causa sua, vel filiorum, aut familiæ suæ? Vide, quæ posui in litera I.§.iudex ordinarius & §. iudex vtrum possit esse.

Ordinarius intelligitur factus delegatus, & hoc, quando Papa in commissione dicit, Authoritate nostra procedas. Ita Fel.c.licèt, de offi ordi. versi.signa cognoscendi.nu.2.col.1127.

Ordinarius efficitur delegatus, quando superior mandat ei aliquid per verbũ, Præcipimus, etsi illud ad suam iurisdictionẽ non pertineat. Ita Fel.c.licèt, de offi.ord.ver.datur vna.nu.1.col.1127.

Ordinarius efficitur delegatus, vbicunque alteratur in commissione potestas ordinaria, vtputa Papa, vel alius superior mandat ordinario, vt procedat summariè in causa, quæ de sui natura nõ est summaria. Ita Fel.c.licèt, de offi.ordi.ver.verbum, summariè.nu.4.colum.1128. Adde tamen, in quantũ in dictis iuribus allegatis per Fel.ibi habetur, q̃ quando superior delegat causã ordinario, & mutat in aliquo formam iurisdictionis suæ, quòd censetur eum facere delegatum. Istud limitat notabiliter Iaco. But.l.qui procuratorem dat.in prin.ff.de procu.ut nõ procedat, quando alteratur iurisdictio ordinaria in procedendo, nam erit delegatus quantum ad procedendum, sed erit ordinarius quãtum ad sententiandum, puta, Papa si delegat episcopo causam vertentem inter duos clericos, qua omnia erant de sua iurisdictione, & mandat, vt in ea summariè procedat, & fine debito decidat, certè ex quo solum commissio discrepat à iure cõi in non procedendo, quantum ad processum, erit delegatus, sed in iudicando erit ordinarius. Ideo si appellatur ab aliquo actu circa processum, debet appellari ad Papam, quia quantum ad processum, censetur delegatus Papa, sed lata sententia diffinitiua, in qua censetur ordinarius, appellatur ad Metropolitanum. Et idem dicit in statutis Bononiensibus permitentibus in causis homicidii plenum arbitrium in procedendo, nam non intelligitur concedere tale arbitrium in sententiando. Non obstat, secundum eum, qui concedit antecedentia, intelligitur concedere etiã consequentia, l.indebitã.ff.de condi. indeb.l.3.ff.de mi. Respondeo, q̃ verum est, quando illa consequẽtia esset necessaria, quod nõ est in proposito, quoniam potest delegari solus processus absque sententia, auth.ad hoc.C.de iud. Paul.de Cast.l.si prator. ff.de offeius refert. q̃ habuit istum casum de facto, & auduit Bald. reprobari illã opinionem Iac.Bu. quia iudex debet esse talis in iudicando, qualis fuit in procedendo & cognoscendo. arg. d.l. qui procuratorẽ dat.in prin. Adde, q̃ potuit allegare Bal. in addi. Spe.ti.de leg.versi.legatus est ordinarius, vbi recitat opin. Iac. Bu. & eam reprobat dicta rõne, quia eadem res non debet diuersò iure censeri. Facit l.eũ, qui ædes.ff.de vsu.c.tuæ.de censi. Facit l.1.versi.nec rõ patitur.ff.de rerum permu. Sed facile est huic respondere, quia non est eadem res, processus & sententia, vt patet, auth.ad hæc.C.de iud. Vnde ipsemet Bal.d.l.qui procuratorem dat.vlt.col.tenet illam opi. Ia. Bu. quã dicit se habuisse, ex libro scripto manu propria Bar.pro ista opin. quæ in puncto iuris est verior, quia limitata causa limitatum producit effectum, l. agris.ff.de acqui.re.do.l.age.C.de transac. Ad idẽ facit, quòd mirabiliter cõsulait Bar.consi.inci. Cõsiliũ populi. 5. dubio, q̃ si per statutũ ciuitatis fuit ordinatũ quòd iudex proceda at nõ obstante præscriptione, certè cũ istud statutũ solũ disponat super modũ procedendi, & nõ super iustitiã cãe, certè quauis possit proceda non obstante præscriptione, tamẽ in sententiando obstat exceptio præscriptionis, quia istud vltimũ est omissum in statuto, ergo relinquitur dispositioni iuris cõis, l.si verò.§.de viro.ff.solut. mat. Sed caue, quia tunc in effectu illud statutum esset impositũ verbis, & non rebus, contra l.2.in fi.C.communia de leg. Not. multum prædicta, nam ex his datur solennis limitatio ad istã theoricam Fel. & ad prædicta iura cõia per eum ibi adducta. Adde ad ista, quæ posui infra.§.ordinarius potesse delegatus.

Ordinarius, qui subdelegauit causam vni delegato, si pars recusat ipsum, non sunt eligendi arbitri, sed causa suspicionis est probãda coram ipso ordinario. Ita dom. Abb.c.super quæstionum. §. quem verò.de offi.deleg. Et cum eo transit ibi Felin.col.140.nume.15. Et hoc modo limitabis tex.c suspicionis.de offic.delegat. c.secundò requiris, de app.vbi dicitur, quòd in causa suspicionis arbitri sunt eligendi, quia fallit in isto casu.

Ordinarius si procedit in causa, tanquam delegatus, & nulla est delegatio, quia facta ab incõpetenti, non valet processus. Ita Bal. l.1.C.qui

l.1.C.qui prosua iurisdi. & l.falsis.1.col. versic. ad tertiam.C. de fur. Lud.l.1.§.si quis.ff.de ver.obl. Fel.cap.P.& G.de offic. deleg. versi.item, no.quòd in causa.nu.7.col.1095.

Ordinarius potest committere causas, appellatione remota, & hoc verum est in appellationibus ab interlocutoria. Felin.c.1. de reseri. versicu.tertio declara.nu.2.colu.327. De hoc vide Barto. l.si.C.de sen.& interlo.om.iudi. & idem tenet Sali. d.l.si.

Ordinarius, qui constituit se aduersarium contra clericum in quæstione tituli beneficialis non canonico, non potest compellere clericum iudicialiter, vt ostẽdat titulum, quia factus est suspectus. Fel.c.super literis.de reser. versicu.fallit sexto, vbi index.nume.26.col.590.

Ordinarij plures, habentes iurisdictionem in solidum, an possint procedere separatim, Vide, quæ posui in litera I.§.iudices ordinarij plures.

Ordinarij si sunt discordes in ferenda sententia, possunt eligere tertium. Barto.l in offerendis.C.de appel. Et hoc modo limitabis tex.c.fi.de re iud. qui tex. dicit, quòd si ordinarij sunt contrarij in proferendo sententiam, tenet sententia pro reo. Fallit quia possunt eligere tertium. Fel.d.c.fi.versi.principium huius capituli. num.1.colu.592. Item limita d.c.si quando esset talis causa, in qua non appareret, quis sit actor, & quis reus, vt est in causa c. 3. de prob. quia si sententiæ ordinariorum sunt contrariæ, ille tex.c.fi. non habet locum, sed superior gratificabit. Felin.d.ca. fi.versi.secunda declaratio.num.2.col.ead. Barto.l.duo.ff.de re iud. item ille tex.c.si. non habet locum, quando potestas, & eius assessor, ferunt sententias contrarias, quia si ambo habent iurisdictionem ordinariam ex forma statuti, præualet sententia potestatis. Fel. d.c.fi.versicu. tertia declaratio.nume.3.col.ead. Item tex. d.c.fi. habet locum, quando ordinario datus est delegatus adiunctus per principem, quia si ferunt sententias contrarias, recurritur ad superiorem pro confirmatione, & non valet sententia pro reo. Io. An.& Bald.d.c.fi. Barto. d.l.duo iudices. Felin. d.c.si.versi. quarta declaratio.nu.4.col.593. Item tex. d.c. fi. non habet locum, quando sententia iniqua esset lata in causa liberali. Fel.ibi versicu.quinta declaratio.colum.ead. Item text. d.c.fi.extenditur, & ampliatur ad omnes casus fauorabiles similes expressis.d.c.fi. de quo vide ibi Fel. late ver sexta declaratio.colum.ead. Item tex.d.c.fi.non habet locum, quando sententiæ ordinariorum sunt contrariæ respectu testium, quæ si testes sunt contrarij, illa sententia valet, quæ habet meliores probationes Bald.c.licèt causa.de proba. Felin.d.c.fi.versi. septima declaratio.colum.prad. Item tex.d.c.si non habet locum in relatoribus, quia si commissa est relatio, & ipsi relatores sunt contrarij, standum est dignioti. Bal.d.c.fi. Bald.l.data opera. C. qui accus. Fel.d.c.fi.versi.octaua declaratio.col. ead. Item tex. d. c.fi. non habet locum in consulatoribus, quia si consultores sunt contrarij in consulendo, iudex poterit sequi, quem voluerit. Barto.d.l.duo iudices. Fel.d.c.fi.versi. decima declaratio. col. 594. Item tex. d.c.fi. non habet locum in tribus iudicibus proferentibus diuersas sententias, quia si vnus absoluit, & alius condemnat, & alius absoluit ab instantia, valebit sententia illius, qui absoluit ab instantia. Bar.l.inter pares.ff.de re iud. Fel.d.c.fi.versicu. vnde cima declaratio.nu.30. Ibidem.

¶ Ordinaria iurisdictio quando datur non habenti, quomodo cognoscitur. Ponit Fel.c.licèt.de offi. ordi. versic. prædicta omnia recipiunt.nu.5.col.1129.

¶ Ordinatoria litis sunt facienda secundum leges & statuta fori. Vide, quæ posui in materia ista in litera S.§.statutum laicorum ligat clericos.

¶ Ordinationem, istud verbum positum in gratia, videlicet manda tur prouideri de beneficio spectante ordinationem alicuius, istud verbum Ordinationem, est adeo prægnans, quòd includit collationem, præsentationem, & omnia alia. Fel.c. in nostra. de rescr. versi.scias etiam, quòd in literis.nu.28.col.835.

¶ Ordinatus ad sacros ordines, litigans super beneficio, si probat canonicam institutionem, & non probat recepisse ordines per literas ante conclusionem in causa, debet succumbere, etiam si probaret de literis ordinum post conclusionem, domin. Card. clemen.constitutionem.6.q.de elect. Adde Feli. c.cùm dilectus. de fi.instru.versi. & si litigantem super beneficio.nu.10. colum. 845.parte 2.

Ordinatus ad sacros ordines, si renunciat in manibus episcopi ordinantis, quòd ab ipso non vult petere prouisionem, quam tenetur ipse episcopus dare ratione alimentorum, ipsi ordinato, an valeat talis renunciatio facta ante ordinationem, dom. Abba. c.si quis.de simo.1.col.dicit quòd glo.ibi tenet, quòd non, etiam si interuenerit iuramentum, sed glo.c.si episcopus, de prab.in 6. in glo.si.dicit, quòd talis renunciatio valet si est facta cum iuramento. Adde, quòd contra do. Abb. tenet Io.de Ana, d.c. si quis. & ibi vide Fel.versi.in gl.1.num.1.col.937. Et pro ista opin. facit dictum Bal.l.pactum. C. de colla circa fi. vbi dicit, quòd renuncians cum iuramento alimentis, non obligatur.

Ordinatus, puta ad subdiaconatum, quis non præsumitur, nisi ostẽdat scripturam. Ita dom.n. Abba c.vnico, de lit.contesta 3.not. Limita illud, nisi ille exercuisset ordinem. Ita Inno c.super his. de accusa. Host. cap. illud, de præsump. Limita secundo, nisi ordinatus ostenderet literas aliorsus ordinis præsupponẽtis priores ordines, & esset ordinatus ab homine integræ famæ, quia præsumitur, quòd ei constiterit de prioribus ordinibus. Inno. c. 1.de cle. pereg. & d.c super his. domin. Abba.cap nisi. de præben. domini de Rot. in antiquis, titu. de proba. & est 4. Adde Felin. qui idem tenet, d.ca. vnico, de lit. contest. in prin. nume. 2. colum. 259.

¶ Ordo summi pontificis non differt ab ordine aliorum episcoporũ, glo. & Doctores in prooemio 6. verbo, episcopus. Adde Felin. capitu. cùm nobis. de præscri. versicu. & non differt ordo. nume. 5. colum. 262.

Ordo iudiciarius omissus, in ordinarijs sicut reddit processum nullum, l. prolatam. C. de seu. ita omissio ordinis qualisqualis in extraordinarijs. Pet. de Ancha. consi. suo 163. inci. Visis diligenter. Vide per Fel.c.vnico, de lit. contest. versi. dicas tamen, q̃ sicut. num. 17. col. 262.

Ordo iudiciarius seruatus, vbi seruari non debet, non vitiat processum. Ita Fel.c. nouit. de iudi. versicu. in gloss. verbo, de plano. nume. 12. col. 100.

Ordo in discussione bonorum non seruatus traditus l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. an faciat, quòd ipsa executio sit nulla, Vide, quæ posui in litera E.§. executor, qui non seruat.

Ordo iudiciarius omissus coram Papa vel alio principe, an vitiat sententiam, Dom. Abba c. in causis. de re iud. in prin. dicit, q̃ ordo iudiciarius est inductum a iure positiuo, quòd tunc non vitiat sententiam Papæ, secus si ordo iudiciarius est inductus a iure naturali. Idem tenet Ang. l. princeps ff. de legibus. Vide Fel. d.c. in causis. in princi. nume. 1. col. 524. Et propter hoc dicit Io. An. c. ad petitionẽ. de accus. quòd inutilis partibus, & expressè contradicentibus, Papa potest recipere nouas probationes, etiamsi sit conclusum in causa. Vide Fel. in materia ista. d. capitu. in causis. in prin. colum. eadem. vbi ponit multa ad hoc proposita.

Ordo scripturæ quando attendatur, Ponit Fel. c. cùm dilecta. de reseri. versi. ordo scripturæ, quando. num. 4. colum. 612. Adde tu Bal. l. aduersus. C. de fur. qui dicit, quòd prior in ordine scripturæ præsumitur prior in tempore. Et Bal. l. 1. C. de impub. & aliis substi. dicit, quòd in dubio datur regula ex ordine verborũ. Adde Barto. l. Gallus. §. quidam. ff. de libe. & posth. Item Barto. l. hæredes. §. peto. ff. ad Trebe. dicit, quòd ordo scripturæ respicitur inter personas, inter quas est affectio. Adde, quòd Bald. l. si. C. de hære. insti. dicit, quòd ordo intellectus magis debet inspici, quàm ordo verborum. Et idem tenuit l. 1. 4. oppo. C. de his, quæ pœnæ nomi.

Ordo iuris non seruatus quando vitiet processum, vel sententiam, Vide glo. in sum. 2. q. 1. & ibi Arch. & Dom. de S. Gem. Bald. & Sal. l. prolatam. C. de senten. Pet. de Anc. c. 1. in fi. de regu. iur. in 6. dom. Abb. c. exhibita. de iudi. pen. col. Pet. de Anch. consi. suo 188. incip. In auxilium veritatis circa fin. Bal. l. præscr. C. si contra ius, vel vtili. publi. 4. colum. fol. 149. do. Abba. c. illud. in fine, de cleric. excommunic. Vide Fel. cap. qualiter & quando. de accusat. in princip. col. 728. Adde ad ista, si iudex procedit super principali & emergenti simul, an processus sit nullus circa appellationem. Et conclusio est ista, si idem iudex procedit super emergenti & super principali, quòd processus sit nullus. Fede. de Senis. consi. suo 121. Dic tamen, quòd do. Abb. d.c. exhibita. penulti. col. versi. no. tamen. videtur sentire contrarium. Et pro ista opi. vide mirabilem tex. subtiliter inductum. c. 1. de testibus. & dom. Abb. 2. not.

Ordo episcopalis, an sit ordo, Vide Fel.c.sicut. de simo. in prin. nume. 1. col. 925.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Ore duorum, vel trium. Pro intellectu istius authoritatis, videlicet, In ore duorum vel trium, stat omne verbum, quomodo intelligatur? Vide dom. Abb. c. in omni. de testi. circa fi. vers. vltimo oppo. Adde Felin. ibi versicu. vltimò pro intellectu. num. 6. colum. 509. par. 2.*

¶ *Ortus (melius Hortus) est locus sine reditu factus ad amœnitatem, & dicitur prædium vrbanum. Ita Fel. c. Rodulphus. de rescrt. versicu. hortus autē est. num. 22. col. 889. Adde tu, an hortus sit de domo, & dic, quòd si hortus est coniunctus duabus domibus, si habet aditum ex vtraque domo, & alter vendatur, debet diuidi hortus, quia dimidia horti venit in venditione. sed si habet aditum ex vna domo tantum, illi domui tantū cedit hortus. Ita Dy consti. suo incip. In Dei nomine, amen, Pet. vendidit marito. Adde Barto. l. prædijs. §. pen. in fi. ff. de lega. 3. Adde, quid in vltimis voluntatibus, pone, testator legauit domum an veniat hortus, etiamsi per hortum sit aditus ad domum? Bart. d. l. a prædijs. §. pen. in fi. de lega. 3. dicit, quòd domo legata intelligitur relictus etiam hortus domui coniunctus, & tamen videtur, quòd sit casus in contrarium, l. Olympico ff. de ser. vrba. prædio. Vide ibi Barto. qui respondet ad illum tex. & teneas, & hortus iudicatur de domo & aditu, videlicet quòd nō sit emptus separatus a domo, quod sentit Bar. d. l. Olympico.*

¶ *OSCVLVM denotat consensum. Tex. est c. pacem. de consecr. dist. 2. vbi habetur quare in missa mortuorum non datur pax. Vide plenius per Felin. c. cum super. de offic. deleg. vers. secunda causa. nume. 4. col. 1008.*

Osculi negatio est demonstratio inimicitiæ. Ita Felin. c. cum super. de offi. deleg. vers. secunda causa est. nu. 4. colum. 1008. Adde glo. c. Adrianus. 63. distin.

P.

PACTVM Destando simplici verbo alicuius, vel eius dicto, vel iuramento, an valeat? Vide quæ posui in litera R. §. renunciatio facta de omni specie probationis.

Pactum, per quod debitor in instrumento obligat se ad carcerem, si non soluerit creditori in termino, an tale pactum transeat ad hæredes? Vide additionem, quam posui ad Felin. c. ex rescripto. de iureiur. vers. ista etiam faciunt ad quæstionem dubiam. nu. 13. col. 1038. parte 2.

Pactum, quòd liceat creditori authoritate propria capere debitorem non soluentem in termino, non valet, tamen vide, quæ posui in litera D. §. debitor, qui fecit pactum.

Pactum an possit tollere præscriptionem longissimam, puta, tanti temporis, de initio cuius non est memoria in contrarium? Vide supra in litera P. §. præscriptio longissima, puta.

Pactum de vendendo pignore nulla montione præcedente, valet. Fel. c. ex literis. de consti. vers. fallit sexto. nu. 8. col. 283. Adde Barto. & Pau. de Castr. l. si conuenerit. ff. de pi. ac. & ibi quærit Barto. an beneficio illius l. si conuenerit. possit renunciari? Vide per Fel. latissimè, qui sentit, quod tale pactum non valeat.

Pactum nudum non habet executionem in foro ciuili, & hoc, quia non parit actionem, secus de iure canonico, quia bene pactū nudum haberet executionem, quia parit actionem, c. 1. de pac. Idē tenet Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. vers. secundo delara limitando dictum. nu. 56. col. 135. Adde tu, quid in pollicitatione, quæ est facta priuato, an de iure canonico oriatur actio? do. Abb. c. 3. de pac. tenet, quòd sic. Adde, quòd idem tenet Anto. de But. c. ex parte. de censi. vlt. col. Ego puto & teneo pro constāti contrarium, licèt iste sit in peccato. Et ita tenet do. Abb. sibi contrarius, c. cum inter vniuersas. de electi. insi. Sed vltra do. Abb. duo sunt, quæ me mouent ad sic tenendum, nam etiam de iure canonico speciale est in Deo, vt ex pollicitatione nuda ipsi facta possit quis conuentri. c. scimus. 12. q. 1. idem in pollicitatione facta reipub. l. 1. ff. de polli. Cum ergo speciale in Deo & in repub. facta priuato, non producit actionem, secundò speciale est in pollicitatione facta ad pias causas, vt ex ea possit agi. Barto. & Bal. l. illud. C. de sac. san. ecc. Ergo in alijs secus.

Pactum nudū nō habet locū in hospita lib. de futuro, vt ex eo aliquis cōpellatur ab ecclesia. Fel. de pac. c. Antigonus. n. 12. col. 1258.

Pactum nudum parit actionem de iure canonico. Tex. cum ibi not. c. qualiter. de pac. & c. 1. eo. ti. Secus est de iure ciuili l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. Fallit hoc in terris ecclesiæ, quia inter laicos pactum nudum parit actionem. Fel. c. ecclesia sancta Maria. De consti. vers. tertius effectus. num 47. colu. 234. Adde, quòd idem tenuit Bal. auth. ad hæc. 4. col. C. de vsu. Facit etiam ad hoc illud, quod dicit But. c. 1. in prin. de proba. quòd coram iudice ecclesiastico laicus potest agere ex pacto nudo. Et in tantum est verum hoc, quòd episcopus non posset facere statutum, quòd pacto nudo non possit agi. Ita do. Abb. c. dilecti. de iudi. Adde etiam, quòd inter mercatores, & vbi agitur de bono & æquo, pactum nudum producit actionem. Ita Bar. l. conuictus. & l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. Bal. l. si fideiussor. §. quæda. ff. mand. Bal. l. si pro eo. C. manda. vbi Sali. Bal. l. 2. C. de consti. pecu. Contra tenet Roma. l. filius familias. ff. de dona. sed male. Adde, quia quòd supra dictum est, quòd pactum nudum obliget, intelligē sano modo quando in eo est expressa causa, alias præsumitur per errorem promisisse. Et hoc modo limitabis supra dicta, & per consequens, tex. c. 1. & 3. de pac. & c. iuramenti. 22. q. 5. Ita do. Abb. c. si cautio. de fide instr. 2. col. vers. nunc intro. & ibi Fel. in prin. nu. 1. col. 878. parte 2.

Pactum nudum parit actionem de iure ciuili in aliquibus casibus. Fel. c. 1. de pac. vers. casus autem, quibus de iure ciuili. nume. 3. col. 1252. Adde tu alios vltra communiter enumeratos ibi per Fel. & alios scribentes, & primo, vbi per pactum nudum est facta promissio in instrumento guarentigiato. Item quando est deductum aliquid in pacto nudo, quod erat primo debitum de iure communi. glo. l. legitima. ff. de pac. Adde etiam, quod si est compromissum aliud per pactum nudū, quod erat debitum de iure naturali. Adde ad ista Fran. de Are. l. in bona fide. C. de pac. Et adde ista ad notata supra. §. pactum nudum non habet executionem in foro ciuili, & ad notata supra. §. pactum nudum parit actionem. Adde etiam, quòd pactum nudum in instrumento deductum, habet executionem paratam, stante statuto, quòd instrumenta habeant executionem paratam. Ita Bald. l. 2. in fi. C. de execu. rei iu. & l. ex placito. in fi. C. de rerum permu.

Pactum nudum de iure ciuili non parit actionem, & ista est regula firma. Vide Felin. cap. 1. de pac. vers. circa primum est regula. num. 2. col. 1252.

Pactum nudum factum in iudicio, parit actionem. Fel. c. 1. de pac. vers. est etiam alius casus. nu. 4. col. 1253.

Pactum nudum suffultum iuramento, statim, vel ex interuallo producit actionem. Fel. c. 1. de pac. vers. allegato, col. vt supra.

Pactum nudum de iure canonico parit actionem. Felin. c. 1. de pac. vers. circa tertium. Pro corroboratione. num. 5. col. 1254. Adde, quòd ista est communis opin. videlicet, quòd ex pacto nudo de iure canonico oritur actio, a qua non est recedendum, nec iudicando, nec consulendo. Et istam opi. vltra allegatos ibi per Fel. tenuit glo. 2. c. 1. 17. q. 1. & text. c. 1. & c. 3. de pac. multum strinxit pro ista opi. Adde, quòd ex ista opi. infert no. Imo. c. Quinta nullis. 19. differentia, de iureū. quem sequitur dom. Alex. l. 1. 6. col. ff. de leg. 2. quòd licèt de iure ciuili compromissum factum pacto nudo sine adiectione pœnæ nihil valet, quia laudum esset eluforium, l. non distinguemus. §. 1 ff. de arbi. tamen de iure canonico valet, cùm ex pacto nudo oriatur actio, & ita de iure canonico derogatur illi legi, non distinguemus. §. 1. quod nota pro ampliatione istius opinionis.

Pactum nudum in sponsalibus de futuro, an habeat locum, adeò quòd quis compellatur ab ecclesia? Ponit Fel. ca. 1. de pac. vers. sexta declaratio. num. 12. col. 1285.

Pactum nudum, quando habet æquitatem præstationis, tunc de iure canonico oritur obligatio naturalis, etiam in contractibus innominatis. Fel. c. 1. de pac. vers. septima declaratio. nume. 13. col. 1258.

Pactum nudum parit actionem de iure canonico, & hoc quando est pactum inter te & me de dando, vel faciendo, sed si promisisti mihi dare, vel facere alteri, per pactum nudum, tunc non oritur actio illi, cui est facta promissio. Ita Fel. c. 1. de pac. vers. secunda declaratio. nu. 8. col. 1256.

Pactum nudum an pariat actionem de iure ciuili, quando agitur de æquitate. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio pacti nudi.

Pactum, quod quis possit excōmunicari sine montione lapso termino dato, puta ad soluendū, an valeat? Ab. c. P. & G. de offi. dele. 2. col.

col. vers. quo ad secundum dicit, quòd Host. ibi dicit, quòd nō, per tex. c. si diligenti. de fo. compe. & c. contingat. ol 2. de senten excom quasi sentiat, quòd præcedens montio sit introducta in fauorē publicum, & ideo non possunt priuati illi iuri renunciare, vt l. ius publicum. ff. de pac. Et idem sentit Inno. ibi, & dom. Abb. ibi tr. ast cum opinione istorum. Adde Fel. d. c. P. & G. ver sicu. glo in verb. sententias. nu. 2. col. 1093. vbi dicit, quòd non est de iure cautum, quòd montio introducta in fauore publicu, imo quòd est iuris priuati, cui renunciari nō potest, vt c. ad Apostolicam. de reg. Sed quòd tale pactum non valeat, videtur primò sic dicendum, Pactum turpe & contra bonos non valeat, c. fin. de pac. Imo cum iuramento, vt regula, non est obligatorium de reg. iur. in 6. vt in d. c. P. & G. vide per Fel. latissimè, nume. 2. vers. sed quòd non. col. ead. qui sentit, quòd tale pactum non valeat.

Pactum an sit sufficiens ad tollendā probationem testium? vtputa partes extra iudicium fecerunt pactum de non probando aliquid per testes, an tale pactum valeat? Bar. auth iubemus. C. de iud. tenet, quòd non valet tale pactum. Idem tenet dom. Abba. c. si diligenti. de fo. compe. 4. col. vers. quartus casus. ff. communi diui. & ibi Imo & Anto. de But. Imo. ca. 2. de prob. Bald. & Ang. & Pau. de Cast. l. pactum inter hæredes. ff. de pac. Hostiin sum. ti. de renun. §. quæ possint. vers. quid de pacto. Adde Felin. d. c. 2. vers. decimò intellige. nu. 18. col. 344. Limita supra dicta, nisi renunciatio testium fieret in iudicio. Bar. d. auth. iubemus. quia valet renunciatio testium. Limita etiam supra dicta, nisi talis renunciatio testium extra iudicium esset facta per pactum iuratum. Speculator. tit. de proba. §. fi. vers. sed quid si debitor. Adde tamen, quòd isto casu pars potest procurare, quòd testes recipiantur officio iudicis, Adde Fel. in materia ista. d. c. 2. de proba. num. 20. vers. sed istud non. col. ead. & seq. vbi multa adducit pro & contra.

Pacti & statuti an sit eadem potentia? Ponit glo. rubr. de decre. de curio. lib. 10. & videtur sentire, quòd non, per Bar. l. non impossibile. ff. de pactis. vltima. col. ver. vltimo quæro. & l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. Adde Felin. c. 2. de proba. ver. sed istud non affirmo. nu. 20. col. 344. parte 2. Adde tu pro clariori intelligentia, & dic, quòd quando aliquid prohibitum est fieri per pactū, quia contra bonos mores, & tunc non potest fieri etiam per statutum, & ita loquitur glo. d. rubr. de decre. decu. lib. 10. Auto. est prohibitum fieri aliquid per pactum alia ratione, puta publicæ vtilitatis, vel alterius iuris subtilitatis, & tunc tale argumentum non procedit, videlicet non potest fieri per pactum, ergo nec per statutum. Ita Barto. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. 6. col. vers. quandoque lex non resistit. Et sic per ista habes dicere, quòd ita generaliter, quod potest fieri per statutum, potest fieri etiam per pactum, quòd istud dictum est malè dictum. Ita Moder. d. l. non impossibile. ff. de pac. Adde tamen, quòd a pacto ad statutum semper bonum est arguere, quia arguitur a minori ad maius affirmatiue. si potest per pactum, quod est minus, ergo & per statutum, quod est maius. Ita arguit tex. l. fi. in fi. vbi Barto. & Bald. C. de fideius. in tantum, quòd illud, quod potest fieri per pactum, potest fieri per statutum simplex. Ita Barto. d. l. fin. & Bald. l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide Catho. 9 colum.

Pacta, quæ fiunt inter contrahentes, an possint allegari pro statutis, aut legibus? dom. Alex. l. ciuitas. ff. si cer. pet. pen. col. vers. extra glo. tenet, quòd sic, dummodo ciuitas, quæ non recognoscit superiorem, hoc statuat. Adde Felt. c. in causis. de re iudi. nu. 9. col. 528. vers. vlti.

Pacta non consueta apposita in instrumento, inducūt præsumptionē contractus vsurary, de quo vide Pet. de Anc. consi. suo 9. incip. Plurima coniectura. Vide Fel. c. 1. de spon. in versic. vnde dicit Barto. c. 1. in prin. nu. 2. col. 646.

Pacta, quæ fiunt in contractibus, an possint allegari pro statutis & legibus contra cives? Fel. de re iud. c. in causis. nu. 9. col. 534.

¶ *PAPA an appelletur pontifex, & seruus seruorum Dei ante coronationem? Tex. est, quòd non, cum gl. in prœmio Clemen. verbo, pontificatus. & Abb. ibi, & est glo. in data Sexti, in gloss. 3. Bald. in prœmio Decretalium, 7. colum. Felin. capitu. eam te. de reser. versicu. & de episcopo. nu. 1. colum. 426. Adde, quòd hodie Papa est episcopus & seruus seruorum Dei, & non appellatur electus, sed Papa, & contrarium dicens esset excommunicatus.*

Papali excommunicatione. Ita extrauag. Clementis VI. inci quia nonnulli. Tamen cursa seruat contrarium, de quo inde Felin. d. c. eam te. versicu. secundò restringitur. nume. 6. col. 430.

Papa solus an possit condere leges? maximè in arduis, sine consilio Cardinalium? Vide Felin. rubr. de consti. in prin. numero 1. colum. 30.

Papa solus an possit creare Cardinales, & etiam illos deponere solus sine consilio cardinalium? Vide Felin. rub. de consti. versic. ad id, quod no. Ioan. c. sanè. nu. 2. col. 28.

Papa quare non vitur baculo, sicut faciunt episcopi? Vide Felin. rubr. de consti. versicu. bene facit, quod dicit beatus Thomas. colum. 28.

Papa habet potestatem in omnes. vide Inno. c. super. de voto. vbi exponit illa verba, Quodcunque ligaueris, s. præcepto, vel statuto. Et ideo dicitur, quòd Papa habet potestatem, nedum circa terrestria, cœlestia, infernalia, sed etiam super angelos bonos & malos, de quo vide Felin. c. canonum statuta. de consti. in prin. nu. 5. col. 35.

Papa potest committere non episcopo, vt conficiat chrisma. Fel. ca. 1. de consti. vers. fallit quarto. nu. 23. col. 42.

Papa potest vnico verbo pronunciare quem sacerdotem. Felin. cap. 1. de consti. versicu. alleg. col. 42.

Papa solo verbo potest facere episcopum. Fel. cap. 1. de consti. vers. prædicto. col. ead.

Papa an possit sibi eligere successorem? Vide per Fel. cap. 1. de consti. versicu. prædicto, col. ead.

Papa non potest tollere ius ciuile, quo ad forum seculare, de quo vide Fel. cap. 1. de consti. versicu. tertia declaratio. nume. 20. colum. 44.

Papa ligatur vinculo sui iuramenti, dom. Abb. cap. 1. de consti. 2. col. vers. & idem dicit. Vide Fel. d. c. 1. vers. sexta declaratio. num. 33. col. 45. cum additione, quam ibi posui.

Papa non ligatur ex constitutione sua, sed si est fundata super iure diuino, astringit Papam, quo ad mentem ipsius constitutionis. licèt non quo ad verba. Felin. c. 1. de consti. vt infra. versicu. seq. nu. 33. vt supra.

Papa non potest dispensare, quòd quis saluetur sine confessione, sed quòd differat tempus confessionis. Ita Felin. capitu. 1. de consti. versicu. septima & vltima declaratio. numero 36. ibidem colum. 45.

Papa an possit statuere contra epistolas Pauli Apostoli, vel dispensare? Vide late per Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versicu. an autem possit Papa statuere? nume. 21. colum. 119. & vide supra. §. Papa ex causa potest.

Papa potest dispensare, quòd sacerdos non indutus vestibus sacris, consecret corpus Christi, de quo vide, quæ posui in litera S. §. sacerdos.

Papa. Eum super dubio intellectu iuris Canonici inferior consulere debet, tex. c. pastoralis. de fi. instrum. c. cum venissent. de iud. l. si. C. de leg. Dicas tamen, quòd inferior, potest interpretari ius in causis vertentibus coram se, & hoc, quantum pertinet ad ius litigatoris. Inno. cap. cum speciali. appella. Et istam opin. tenuit dom. Abba. c. cum venissent. de iud. 3. col. vers. aut quæritur. Imo. c. 1. de consti. 13. col. Adde Fel. d. c. pastoralis. versicu. in tex. ibi consulat. num. 3. col. 840. parte 2.

Papa, vel alius princeps quando possit tollere recusationem iudicis. Ponit Fel. c. ex transmissa. de foro compe. columna 160. Adde Ad ea, quando Papa, vel alius princeps possit committere causam suspecto iudici sine facultate recusandi? Ponit domin. Abba. c. ad hæc. de rescrip. 2. colum. vbi gloss. sing. & domin. Abba. c. cum inter. de excep. Adde Specu. titu. de recusa. §. recusari post medium. Vide domin. Abba hic in isto tex. capitulo ex transmissa. 2. colum. & cap. accedens. il 2. vt lit. non contesta. in prin. Adde, Papa in rescripto dicit expresiè, quòd non possit recusari iudex quantuncunque suspectus, quomodo consuletur parti aduersæ? Vide domin. Abba. capitu. cum special. de appellat.

Papa an succedat vacante imperio? Vide Fel. c. licèt. de fo. compe. vers. negat hic Car. nu. 3. col. 218.

Papa an possit esse testis in causa propria, Vide Felin. c. cum venissent. de iudi. versicu. de Papa verò tene. nume. 5. colum. 88. & nume. 6. col. 89.

Papa an habeat gladium temporalem, & sic, an vterque gladius sit penes Papa, ponit Fel. c. nouit. de iudi. ver. in gl. 2. nu. 3. co. 91.

Papa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papa est iudex omnium non recognoscentium superiorem. Ita Felin.cap. nouit.de iudi.versi. in glo.in verb.iudicare.nu. 4. colum.92.

Papa quando est iudex illorum, qui non recognoscunt superiorem, non potest vendicare sibi pœnam a lege impositam. puta pro illorum delictis. Ita Felin.cap. nouit.de iud.versicu.allega. colum.ead.& seq.

Papa potest pronunciare super non petitis.Felin.de re iudic.in causis.nume.2.colu. 528.

Papa præsumitur facere ex certa scientia, quamuis non appareat, & hoc in factis notoriis. Ita Fel.c.fi.de iudi. in prin.nume. 1. colum.142.

Papa potest conferre beneficia & prælaturas ad tempus. Adde tenen, quòd solus hoc potest facere, sed inferior non, etiamsi est legatus,de quo vide Felin.c.fi.de iud. versicu.primus,vbi Papa, nume.6.colum.144.

Papa an committat simoniam in recipiendo pecuniam pro collatione beneficiorum? Videtur dicendum quòd non, ex quo non ligatur proprijs constitutionibus. Adde tamen, quòd sanctus Tho. tenet contrarium, 2.secundæ,q. cap.articu. 1. & Card.sancti Sixti in tractatu De potentia Papæ.q.45.& Abba.c.extirpãda.§. quia verò. de præbend. 36.colum. Adde, quòd in contrarium tenuit Archidi. & sic contra sanctum Thom.& alios,capitu. 1.12.distin. & ibi Doct. Vide per Felin. latè capitu.ex parte.il 1.de officio.delega.in princip.numero 1.col.956.

Papa si committit crimen depositione dignum, contra eum proceditur magis asperius, quam si esset rusticus. Vide, quæ posui in 2.tom.a D.S.dignaras est tanti roboris.

Papa solus an potest tollere constitutiones concilij, Felin.c.1.de cõsti.nu.24.col.42.

Papa an possit dispensare super horis dicendis? Fel.de ma.& obe. c.humilis. nu.8.col.1223.

Papa non potest statuere, quòd iuramentum non liget? Ibi. nume. 9.colum.1224.

Papa licèt solus possit absoluere à iuramento licito, episcopus tamen potest commutare. Exemplum ponit Felin.de iureiur.c.debitores.nu.14.col.1023.

Papa si dispensat cum aliquo, vt non obstante defectu natalium possit succedere, quæ clausula debeat apponi in rescripto? Felin. de senten. & re iudica.capitu.olim. numero. 17. columna 436.

Papa quando mandat prouideri inhabili scienter, licèt aliter super inhabilitate non dispenset, an valeat gratia? Vide, quæ posui in litera S.§.scientia principis, puta Papæ.

Papa, vel alius princeps non recognoscens superiorem, potest esse iudex in causa propria, vt dicit Bartol. 1. C. ne quis in causa sua glo.cap.Gulielmus.23.q 4.verb. anathema. domin. Abba.c.cum venissent.de iudic.3.colum.versicu.de hac materia. Dic tu, quòd hoc est verum, quando Papa, vel imperator agit contra subditum, secus, si subditus agit contra dominum, quia poterit conuenire eum coram Papa. Ita domin. Abba. capitu. 1.de proba.2.not. Adde Felin. qui idem tenet, dicto capitu.1. de proba versicu. no. secundò accurate.nume. 8. colum. 322. parte 2.Et per istam limitabis dictum Barto.d.l.1. & dom. Abba.d.c.cum venissent.

Papa non potest facere, quòd stetur dicto partis contra aduersariũ, Tex.est c.iudicas.3.q.9.

Papa in dubio non præsumitur vti plenitudine potestatis. Innocen. capitu.innotuit. de elect. ad fin. l.benè a Zenone.C. de quadri. præscrip.1. columna Felin. capitulo causam, quæ.il 2. de testib. versi.tertiò not. quòd licèt Papa.nume.7.colum. 594.parte 2.Fallit hoc in motu proprio, vt ibi per Fel.

Papa an possit dispensare cum periuro? Vide §. periurus potest dispensari.

Papa non debet transferre sedem sine causa de ciuitate Romana. Ita domin. Abba. capitulo ego N. de iureiurand. secunda columna, versicu. ex hoc not. Ioan. Andr. capitulo fundamenta. de elect. in 6. Innocen.capitu.exposuit.de dila. Vide Felin. dict.c. ego N. versicu. in tex.ibi, Apostolorum.num.9. colum. 1014.parte 2.

Papa quandocunque respondens ad specialem interrogationem alicuius, facit legem generalem. Ita glos.cle.attendentes.de statu reg.& domin. Abba.c.pastoralis.de except.3.not.& cap.1.de dolo & contuma. 2.colum.versicu.secundò etiam vide. Anto. de But.cap.1.de appel.Imo.c.in nostra.de rescrip.3.col.domin. Car.cle.fin.de præben.2.oppo. Adde Felin.d.cap.pastoralis. in prin. nu.1.col.20.& inde.

Papa, vel alius princeps, qui dispensat in aliquo actu ex certa scientia, si ignorat actum est inualidum, dispensatio non valet, etiãsi sit dictum. Ex certa scientia. Felin.c.cum inter.de excep. versicu.intellige bene, dummodo.nume.5.col.36.& vide, quæ posui in litera C.§.certa scientia,ista.

Papa in dubio non præsumitur vti plenitudine potestatis, neque generaliter, sed ex causa.Ita Inno.cap.innotuit.de elect. in fi. Angel.l.bene a Zenone.C.de quadri. præscrip. 1.colum. Paul. de Castr. l.centurio.ff. de vulga. & pupil. & ibi domin. Aalex. 8.colum.Fel.c.cum inter.de excep.versicu.ista limitant dictũ Inno. ibidem.nu.6. colum.36. Adde & limita,hoc non habere locum, vbi est expressa clausula, Ex certa scientia, quia sapit plenitudinem potestatis, & sic non sumus amplius in dubio,ex quo Papa dicit in dispensatione, Ex certa scientia. Paul. de Cas. l.princeps ff.de legi. & l. ex iuperfecto.C.de testamen. Adde Felin.d. cap.cum inter.de excep. versicu. ista ergo, & similia.num.7.col.37.

Papa vtrum possit committere causam suspecto iudici, recusatione remota? domin. Abb.c.ad hæc.de rescrip.in fi.tenet,quod no. Et idem tenet cap. cum inter. de excep.2.colum. versicu. antequam. Et idem tenet. glo fi.aurea.d.c.ad hæc. Est verum,quod domin. Abba.d.c.cum inter.facit differentiam, aut Papa committit causam,in qua habet plenitudinẽ potestatis, & tunc posset committere sine facultate recusandi. Aut non dependet a potestate sua, & tunc non potest. Vide Felin.d.c.cum inter. versi. vtrum Papa ex certa scientia.nu.8.col.73. Adde tu,quòd communis opin. est in contrarium, quòd imo Papa potest indistincte committere causam suspecto iudici ex certa scientia recusatione remota.glo.l.eos.C.de appel. gloss l.apertissimi. verbo,recusaret.C.de iud.Phil.rubr. de appella.10.colum. & c. postremo.eod.titu.Salice.l.fi.C.de senten.Adde Felin.d.c.cum inter. versi. limita secundò,nisi.col.38.

Papa quando dicitur facere aliquid ex certa scientia? Vide quæ posui in litera C.§.certa scientia.

Papa potest deponi, si notorie scandalizat mundum glo.c.si Papa. 40.distin. Addetamen Pet. de Monte. qui illam gloss. impugnat in tract.de Papa.14.colum. Adde Fel.cap.2.de præscrip. versi.vigesimotertiò.si Papa.nume.2.col.167.

Papa si est electus in discordia,vt puta quia sunt duo electi in Papam,tamen concilium potest has duas electiones cassare propter scandalum euitandum,de quo vide, quæ posui in litera E.§. electiones facta de diuersis personis.

Papa per priuilegium suum potest concedere laico iura spiritualia, vt possit excommunicare, & possit conferre beneficia, item vt possit possidere decimas. Et de istis habes glo.c. Adrianus.63. dist.& glo.c. verum.32.dist.& gloss.c.imperium.10.dist.25. dist.in sum.domin.Abba.cap.causam.de rescr.1.colum. Ioan. An.in addi.Spe.ti.de legato.§.nunc tractemus.versicu sed nũquid Imo.c.quod sicut.de elect. An.de But.cap.nobis.de iure pacen.col.Pet.de Anch. cle.per literas.de præben. domin. Abba. cap.cum dilectus.de offi.deleg.Fel.d.c.causam.de præscr.in versicu.dum dicit Abb. priuilegium.nu.6.col.204.

Papa solus potest alienare bona ecclesiæ. Ita domin.Abba.c. ad audientiã.de præscrip.in prin. Adde pro declaratione,pone, quòd Papa vult feudare castrum, vel ciuitates ecclesiæ Romanæ vni laico, an possit? Arch.cap.cum non liceat.12.q.3.tenet, quòd sic, dummodo non dutet suos consanguineos. Et idem tenet Bal. l.cum multa.circa fi.C. de bon. quæ lib. vbi dicit, quòd tamen Papa non potest infeudare ciuitates ecclesiæ Romanæ sine consensu Cardinalium. Adde, quòd plus dixit domin. Abba. c. cum venissent.de iudi. 3.colum.quod si Papa est nimis profusus in infeudando terras ecclesiæ suis consanguineis, & est incorrigibilis in hoc,quòd posset deponi. Est verum, quòd ibi statim dicit quòd in dubio præsumitur, quòd Papa hoc fecit ex causa. Vide Ioan. de Ligna.capitu. episcopus. de præben. in fi.Adde ad ista Felin.cap. ad audientiam.circa princip. nume.1.colum.249.

Papa potest infeudare licitè ciuitates & loca, de quibus nihil percipit,Barto.d.id, quod apud ff.de leg.1.& l.liber homo. la 1.ff. de verb.oblig.& ibi loquitur de Regno Hierusalem concesso Regi Carolo. Adde Felin.cap.ad audientiam. de præscrip.versic. per

per hæc intellige Bal.nume.2. col. 250.

Papa an possit reuocare alienationes ciuitatum, vel castri, malè factas a prædecessore, Aegi. Belle. consilio suo 12.intip. primo quæritur.tenuit, quòd sic, 10.colum.versicu.tertio dubitatur. Adde Felin. capitu. ad audientiam. de præscrip. qui idem tenet versicu. & istis adde, quòd lex Canonica.nume.3. colum.250.

Papa,an ei creditur in præiudicium laicorum non subditorum? Vide qua posui in litera V.§.verbo Papæ an credatur.

Papa an possit seipsum absoluere a iuramento? Fel. c. constitutus. de rescr. versi. generaliter autem.nume.18.col.567.

Papa non potest tollere ius alterius sine causa, tamen potest concedere dilationem super illo. Felin.cap constitutus.de rescr. versicu. alleg.col.ead.

Papa non absoluit a iuramento præstito parti in præiudicium eius. Felin capitu. constitutus. de præscr. versicu. allega. & colum. ead. & seq.

Papa non potest dare clerico licentiam testandi de bonis quæsitis in tuitu ecclesiæ, & hoc sine causa. Felin. cap constitutus.de rescr. versicu. similiter important ad dicta ardua, quæ ponit. nume. 20.col.570.

Papa est administrator bonorum ecclesiæ, non autem habet dominium.Felin.c.constitutus.de rescrip.versi.dominium iurium. nume.19.col.569.

Papa debet vocare concilium.Felin.c. super literis.de rescrip. versi. nonò facit.num.21.col.586.

Papa an possit dispensare circa ius positiuum indistincte sine causa? Vide Felin.c.postulasti. de rescr.versi. quartus casus est.nume.13.colum.681. Adde tamen vnum dictum singulare Innocen.cap. dudum.de elect.il 2.ad fi.vbi dicit,quòd non licet disputare de dispensatione principis contra ius commune. Vide supra.§.Papa ex causa potest.

Papa solus confert beneficia ad tempus, inferior autem non potest. Ita Fel.in cap.in nostra. de rescrip. versicu. restant multa.nume.9.col.818.

Papa non potest absoluere priuilegium fori, quod competit clericis. Vide per Felin. capitu. 2. de maior. & obed. versicu. secundò concludit. Cardinal.numero 2. columna 1171. Adde, quæ posui in litera E. §. forum, quod competit. & in litera L.§. laicus an ex consuetudine,& in litera R. §. rex an possit.

Papa potest dispensare contra ius diuinum in particulari, & non in vniuersali, quia prohibitio dispensandi contra ius diuinum, in Papa procedit in dispositione vniuersali. Ita Felin. cap. 2.de maio. & obe.versi. videtur etiam quòd ex causa. num. 3. col. vt supra.1171.

Papa potest dare licentiam laico, vt conferat beneficia. Ita Fel.c. 2.de maio.& obe.versi.alleg.col.ead.

Papa si propriis manibus occiderit aliquem statim fieret irregularis, Ita Fel.c.2.de maio.& obe. versi.in quantum glo.num.4. Ibidem.colum.1171.

Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed non exequendo. Ita Felin.capitu.2. de maio. & obe.versicu. alleg.num.5. colum.1172.

Papa si scribit alicui sub nomine dignitatis per hoc non intelligitur illum approbare in illa dignitate. Ita Fel. c.soluta.de maio. & obe.in prin.nu.1.col.1177.

Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed non exequendo. Vnde si propriis manibus Papa occideret aliquem, fieret statim irregularis.Fel.c.si quando.de rescr. versi.vnde dicit.Bal. nume.3. col.398.

Papa si absoluit excommunicatum qui eum in impetratione absolutionis decepit, potest episcopus non sequi absolutionem, & reinducere eum in excommunicationem. Ita Felin. cap.si quando. de rescr. versi. propter illud dictum Inno. num.4.colum.399. Et idem dicit de omnibus gestis per Papam malè informatum. Ibi eum vide.

Papa an possit statuere, vt clerici in sacris possint licitè contrahere matrimonium? Vide Felin. c. si quando. de rescr. versicu. & etiam ex isto arg. sequitur.num.5.col.400. Adde,quòd Calixtus Papa III. voluit dispensare super coniugio diaconi, pro quo intercedebat Aeneas, qui postea fuit Papa, Pius II. de quo vide Felin.vt supra,d.c.si quando. nume.versi.& colum.vt supra. Et ego, cum essem curialis, M. 491. vidi Innocentium VIII. dispensare cum quodam nobili de Colonia,qui erat subdiaconus, vt posset contrahere matrimonium, & contraxit resignatis beneficijs & habitu clericali dimisso,quem postea vidi in habitu militari, cum antea esset subdiaconus & protonotarius.

Papa, qui scribit pro indigno scienter, an videatur cum eo dispensare tacitè, & hoc, quando illa indignitas possit ab eo dispensari? Felin.c. si quando.de rescrip. versi. stat difficultas. numero 6. colum.400.

Papa an possit dispensare circa defectus iuris positiui sine causa? Felin.cap. si quando. de rescr. versicu. dicta per istum tex. nume. 7.colum.401.

Papa an possit facere, quòd peccatum veniale sit mortale, vide Felin.c.si quando.de rescr. versi. non ignores dictum Fran. nume. 7.col.403.cir.prin.

Papa an possit dispensare cum illiterato, vt sit episcopus? Vide Felin.c.si quando.de rescrip. versicu. dum glo.hic dicit. numero 13.col.407.

Papa an sit deponendus propter defectum literaturæ.Fel c.si quando.de rescr. versicu.alleg.ibi, nihilominus, gloss.ca.1.colu.407. in fine.

Papa an appellatur Pontifex, nisi consecratus, benedictus,& coronatus, Fel. c.eam te. de rescr.col.425.& seq.

Papa ante coronationem est episcopus, & seruus seruorum Dei,& non appellatur Papa, sed electus, & contrarium dicens, incurrit Papalem excommunicationem. Ita Felin. c.eam te. de rescrip. versi. secundò restringuntur.nume. 6. colu.430. Secus est in episcopo, vt posui in litera E. §. episcopus electus & confirmatus.

Papa scribendo contra iuramentum, non tollit illud, nisi sit certificatus de illo. Ita Fel. c. constitutus.de rescr. versi. limita quadrupliciter.nu.13.col.566.

Papa non potest dispensare, quòd ferendo testimonium in iudicio non interueniat iuramentum, quia hoc est de iure diuino, quòd testis iuret, Genes. 31.vbi Iacob. voluit testimonium soceri Laban confirmari per iuramentum. Felin. capitu. constitutus. de rescr. versi.& pro hac limitatione.nu.15.col.567.

Papa non potest dispensare, quòd vni soli testi credatur in præiudicium tertii. Vide, quæ posui in litera T.§.testi soli.

Papa ex causa potest commutare, suspendere, & etiam relaxare iuramentum.Felin.c.constitutus.de rescr. versi. generaliter autem.nu.18.colum.568. Adde ad istam glo.c.quanto. de iure iu. & ibi Abb.3.col.

Papa non potest priuilegiare aliquem eximendo eum à sua iurisdictione, puta, quòd non possit eum excommunicare, aut quòd non teneatur venire ante eum, de quo vide infra. §.præscriptio non currit contra supremam potestatem Papæ.

Papa,an ei soli crediur de visis ante papatum, & hoc etiam in his, de quibus ei soli credi non debuisset, glo.ca. ad Apostolicæ. de re iud. in 6.Fel. c.cum nobis.de præscr. versi.item in quantum Car.num.9.col.263.

Papa quando præscribit contra inferiorem, domin. Abba.capitu cum nobis. de præscrip. vltima columna, versicu. vltimò hic quæro. dicit Specu. titu. de præscrip. versicu. illud etiam. dicit, quòd Papa non potest præscribere contra inferiores,quia ex quo sunt sui, non possunt amplius effici sui. Et postea ibi dicit, quòd Papa, si vult præscribere de plenitudine potestatis, hoc non potest facere, quia præscriptio fundatur super bona fide. Aut Papa vult præscribere iure priuati, sicut faciũt alii, & tunc præscribit. Vide latius per eum ibi, & vide eundem consilio suo 102.1.colum.incip. Innocen. 9. quæ vertitur. Vide etiam Bald. l.fi. C. de sacr. sanct. eccles.vlti. colum.versicu. tertiò quæro. Adde Felin. capitu. cum nobis. de præscrip.versicu.ad vltimum de Papa præscribente.nume. 14.colum.266.

Papa, vel alius princeps, non potest confirmare sententiam, quæ est nulla, vitio non purgabili per principem, vtputa quia lata sit sententia contra ius naturale, de quo vide, quæ posui in litera S. §. sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, an de ead.

Papa quando intelligatur esse circunuentus? Ponit dom.Abb.c.cũ olim. de re iud.5.colum.versi. quæro, quæ fuit principalis, & ibi Fel.versi.ad illud de circumtione Papæ.num.5.col.424. Et nota,quia facit ad multa.

Papa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papa non obseruando ordinem in sententiando, an sententia sit nulla? Vide, quæ posui in litera O. §. ordo iudicialis omissus.

Papa potest recipere nouas probationes post quam est conclusum in causa, etiam partibus inuitis & reclamantibus. Vide in litera O. §. ordo iudiciarius omissus.

Papa punit crimen, vndecunque clarescat, etiam non præmissa accusatione, aut inquisitione, etiam quòd ad hoc actum non sit. Ita domin. Abba. capitu. tam literis. de testib. 2. colum. versi. oppo. contra. Vide Felin. capitu. in causis. de re iudica. versicu. ad idem, quod nota. Abba. cap. tam literis. num. 2. col. 525. post prin.

Papa non potest recusari, vt suspectus, dom. Abba. c. quarelam. de elect. Adde Fel. c. in causis. de re iud. versic. & dicit Abb. post. Host. num. 2. colum. 525.

Papa potest inuitis religiosis religionem collapsam reformare, & etiam austeriorem vitam inducere, do. Ab. c. ad nostram. de appe. & ibi Fel. versi. cogita etiam. nu. 6. col. 613.

Papa solus potest committere iudici recusato causam appellationis, dum modo in rescripto sit facta mentio de obstaculo iuris, domin. Abb. cap. querelam. de elect. 3. colum. & ibi etiam Anto. de Butr. Ludo. Rom. l. 2. ff. de verbo. obliga. 14. colum. versicu. 20. Adde, quòd idem est, quando delegatus nulliter iudicauit. Et idem est in iudice à quo, quia Papa potest committere appellationem ex certa scientia. Vide Felin. caput. ad hæc. de appel. versicu. per istum text. infertur. nume. 5. colum. 628.

Papa an possit per viam appellationis se impedire de causis agitatis coram iudice laico, qui non est ei subditus? Vide §. potestas secularis subiecta Papæ.

Papa an possit distribuere bona ecclesiæ inter consanguineos suos cum bona conscientia? Vide in litera B. §. bona ecclesiarum.

Papa an possit compellere partes ad componendum, vel compromittendum? Dic, quòd sic, in his, quæ dependent à potestate sua, puta, in istis beneficialibus, & aliis iuribus ecclesiasticis, quia in istis latissima est potestas Papæ. Text. est optimus cle. 1. vt lit. penden. Et idem puto in imperatore & aliis principibus respectu subditorum suorum. In his verò, quæ non dependent à plenitudine potestatis, puta quòd causa non subsistente non possit compellere partes ad componendum, adde, quòd idem tenuit dom. Abb. cap. cum inter R. de elect. 3. col. Sed mains dubium est de iudice inferiori, nunquid possit compellere partes ad componendum? dic, quòd sic, sed intellige ex causa, causa autem legitima, per quam iudex possit compellere partes ad componendum, est, quando partes diu litigauerunt, & quæstio est dubia, nam in isto casu iudex secularis poterit compellere partes ad componendum, vel ad compromittendum, & multò plus iudex ecclesiasticus, vt per dom. Abb. cap. humilis. 4. nota. de ma. & ob. & rubri. de treug. & pa & c. cum pridem. de pact. 2. colum. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. secunda declaratio huius membri. num. 29. colum. 123.

Papa non tollit ius quæsitum alteri à iure naturali sine causa, tamen vbi illud ius venit, tanquam accessorium ad ius ecclesiasticum, in quo Papa habet plenorem potestatem, potest, sublato principali, etiam solo verbo tollere accessorium quod alias de per se non tolleret. Felin. capitu. quæ in ecclesiarum. de consti. versicul. tertia declaratio est. nume. 30. colum. 124.

Papa & princeps potest etiam sine causa subditum suum lædere, & auferre ei bona sua, dummodò modica sit læsio. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versicu. quarta declaratio est, nu. 32. colum. 125.

Papa solus potest approbare statuta laicorum respectum ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & inferior ab eo non potest laicis committere negotia ecclesiastica. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versicu. not. secundò casum reseruatum Papæ. num. 3. colum. 216.

Papa si confirmat statuta alicuius ciuitatis in genere, non per hoc videtur confirmare illa, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. versi. addetamen, quòd in generali confirmatione. num. 4. col. 216. Adde, quòd statuta confirmata per Papam, non dicuntur Papalia, nisi quando statutum specificè confirmaretur. Bal. l. ex placito. 3. col. versicu. & hæc faciunt. C. de re. permu.

Papa an possit seipsum subiicere iurisdictioni imperatoris vel alterius laici? Ponit Felin. cap. ecclesiæ S. Mariæ. de consti. versicu. sed contrariam op. num. 5. colum. 216. Adde tu, quòd Papa non potest se subiicere imperatori, nec alij laico, cum sit vicarius Dei. Ita Io. And. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi Canonistæ, de consti. & c. significasti. de foro compe. vbi do. Abb. 7. colum. & c. P. & G. de offi. deleg. pen. colum. & c. si clerici. de iudi. Et ista est communis opin. quamuis gloss. cap. in synodo. verbo, Apostolicam. 63. dist. & gloss. c. venio. 9. q. 3. aliter dixerint, & malè, & reprobata est etiam gloss. in proœmio Sexti, & opi. Docto. ibi.

Papa an possit se subiicere concilio generali, & in hoc vide notata per gloss. cap. venio 9. q. 3. & gloss. cap. nos. 2. q. 7. quas intelligo, quòd loquantur in concilio, & non aliter, vbi dicunt, quòd Papa possit se subiicere in concilio, & pro hoc facit gloss. multum not. capitul. Anastasius. 19. dist. quæ dicit, quòd Synodus est maior Papa, intelligo, postquam Papa submisit se, & non aliter.

Papa qualiter possit se subiicere confessori? Felin. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versicu. an autem & qualiter. ibi. num. 5. colum. 217. Vide dom. Abb. cap sanè. il 2. de offi. deleg. & Anto. de But. cap. omnis. 3. colum. de pœ. & remissio. Adde, quòd electio confessoris pertinet ad ipsum Papam. Host. de pœni. & remissio. §. cui confitendum. versicu. cui Papa. Ioan. And. idem tenet cap significasti. de foro compe. & ibi per Abb. cap. omnis. de pœ. & remis. Adde gloss. sing. cap. sanè. il 2. de offi. deleg. & dom. Abb. 2. colum.

Papa non potest facere constitutionem vt laici iudicio suo iudicent clericos, & sic subiicere clericos iudicibus laicis, quia hoc priuilegium fori habent clerici à Deo. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. alle. nu. 6. col. 217. Adde, quòd forus clericorum fuit semper separatus à foro laicorum, nec domini temporales gentilium voluerunt ponere manus suas ad bona clericorum. Vide Genesis c. 47. vbi subiecit Iosephomnem terram Aegypti Pharaoni, præter terram sacerdotum Lege Esdræ c. 7. vbi rex Adageij dixit ministris suis, Vobis notum facimus de vniuersis sacerdotibus & Leuitis, cantorib. & ianitoribus, & ministris domus Dei, vt vectigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

Papa potest facere laicos suos iudices delegatos in causis clericorum. Felin. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. allegato, colum. eadem.

Papa non intelligitur velle vti potestate excepta, nisi exprimat. Felin. c. constitutus. de rescri. nu. 13. col. 566.

Papa an possit dispensare, vt credatur testi non iurato. Felin. de rescr. c. constitutus, num. 16. col. 567.

Papa potest confirmare statutum contra libertatem ecclesiasticam. Ita Felin. cap. ex parte. de rescrip. versicu. amplius dicunt Bald. nume. 41. colum. 363. Adde quid in dubio, vbi vide Felin.

Papa potest dispensare super quolibet iuramento, tam per viam commutationis, quam dispensationis, vel totalis relaxationis. Ita Specul. titu. de lega. §. nam ostendendum. versicu. 24. & sanctus Tho. secunda secundæ, q. 89. arti. 11. Card. sancti Sixti in tractatu suo De potestate Papæ, q. 28. Arch. c. authoritatem. 15. q. 6. Arch. Flo. in tract. de potestate Papæ, versicu. 13. Vide Felin. c. 2. de spons. versic. extra gloss. tractant hic. num. 16. colum. 668. Adde, quòd ista conclusio est adeo vera, quòd facta relaxatione iuramenti per Papam relaxatus potest venire contra ipsum iuramentum sine peccato, & quo ad deum, & quo ad ecclesiam. Et nota istud, quia multi Doctores dubitauerunt. De hoc vide Felin. d. capit. 2. versi. & est aduertendum, quia prædicta. nume. 18. colum. ead. Item ista conclusio procedit etiam, quando iurans iurasset non petere relaxationem à Papa. Ita Felin. d. cap. 2. nume. 19. colum. vt suprà. Item ista conclusio procedit in Papa, vel alio superiore non habente superiorem, quia potest cum seipso dispensare. Pet. de Anch. capitu. venerabilem. de elect. Sed Imo. tenuit contrarium, cap. 1. de consti. 5. colum. Et idem tenet ibi Ant. de But. Felin. d. c. 2. versi. tertia declaratio. nu. 20. colum. 669. tenet opin. Pet. tamen cum aliquibus limitationibus, de quibus per eum ibi.

Papa

Papa potest absoluere semetipsum à iuramento. vide suprà §. Papa potest dispensare super quolibet iuramento.

Papa, si est priuatus papatu, an electio spectet ad Cardinales, vel ad concilium? Ponit do. Abb. c. ad petitionem. de accu. 3. not. & ibi Fel. in prin. col. 798.

Papa an sit præferendus in ordine scripturæ, an concilium? Felin. de spon. c. 1. num. 7. col. 649.

Papa non potest recusari vt suspectus. Fel. c. inquisitionis. de accusersi. & quantum possit Papa. nu. 2. col. 786.

Papa potest pronunciare in causa ordine iudicario non seruato, & ideo dixit Lud. Rom. l. si quis. ff. de verb. obl. quòd Papa potest ferre sententiam parte non citata, potest restituere in integrum non petentem. Papa potest ferre sententiam secundum conscientiam omissis allegationibus de quo vide Felin. c. inquisitionis. de ac. col. 786. vbi ponit multa, quæ Papa potest in pertinentibus ad ordinem iudiciarium. Limita tamen, quòd hoc intelligitur, dummodò non agatur de præiudicio tertij. Fel. vbi suprà, colum. ead.

Papa an possit inuolui in crimine simoniæ? do. Abb. c. 1. de simo. 2. col. versi dicit. Host. ponit q. istam, si Papa recipit pecuniam pro collatione alicuius prælaturæ, vel beneficij, an committat simoniam? & dicit quòd do. Card. ibi dicit, quòd non, & ratio est, quia tituli beneficij videntur de iure positiuo, & per consequens, Papa non ligatur, cum sit supra ius positiuum. Et post ea ibi do. Abb. dicit, quòd semper tenuit contrarium, & maximè, si Papa per pecuniam dat beneficium, quo ad administrationem ordinis, vel executionem clauium, secus, si non haberet administrationem clauium, vel ordinis, vt hospitalia, vel alia administrationes temporales. Adde, quòd ista opi. dom. Abb. est communis, quam tenet sanctus Tho. secunda secundæ, q. c. art. 1. & 4. sententiarum, dist. 25. q. 3. Car. sancti Sixti in tractatu De potestate Papæ, q. 65. & Fel. d. c. 1. de simo. versi. in quantum do. Abb. num. 2. col. 866.

Papæ creditur, licèt nõ producat originalia. Fel. de simo. c. ne Dei. nu. 7. versi. no. ibi, quæ. col. 935. & vide ibi opposita.

Papa potest dispensare cum omni irregulari, & cum homicida voluntario, de quo vide, quæ posui in litera I. §. irregularitas, quæ procedit ex homicidio voluntario.

Papa non dispensat cum homicida voluntario. Imo. c. nisi cum pridem. de renun. Fel. c. ad audientiam. de homi. nu. 3. versi. & ex istis. col. 1030. in fi.

Papa an possit accusari de simonia? gloss. tenet, quòd sic, capitu. si Papa. 40. dist. Arch. c. 1. 12. distinct. & ibi Dom. Ioan. And. cap. pro humani. §. cum igitur. 1. colum. de homi. in 6. Felin. cap. 1. de simo. versi. in quantum, dom. Abba. numero 2. colum. 866.

Papa an possit facere constitutionem, quòd verberans clericum non sit excommunicatus, & sic tollere canonem, si quis suadente? dom. Abba. cap. nulli. de sent. excom. versicu. ex his infert, quòd non, nisi cum concilio generali. Vide gloss. capitu. sunt quidam. 25. q. 2. Host. dicto capitul. nulli. tenet contrarium. Adde Felin. dicto capitulo nulli. colum. 1067. & seq. vbi vide.

Papa, qui communicat cum excommunicato, est excommunicatus, & est reprobata gloss. cap. nulli. de sent. exc. Vide ibi Fel. colum. 1068. num. 5.

Papa ex causa potest interpretari & limitare ius diuinum per constitutionem, vel rescriptum, sed in totum tollere non potest. Ita Felin. cap. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. secunda conclusio. Papa ex causa potest. nu. 19. col. 116. Adde tu, quòd vltra Doctores allegatos per Felin. in isto loco, istam materiam tetigerunt Canonistæ c. literas. de rest. Spo. & c. proposuit. de concess. præb. vbi quærunt, quando Papa possit statuere contra ius diuinum. Sed quia variè & confusè loquuntur, ideo resectis superfluis, ponam veras conclusiones, tam de mente Canonistarum, quam Theologorum. Dic primò, quòd Papa non potest dispensare contra ius diuinum, vel contra generalem statum vniuersalis ecclesiæ, sine causa, quæ oportet, quòd sit apta, & hoc, quia non præsumitur causa in Papa in isto casu. Secundo dic, quòd Papa non potest dispensare, vt quis committat peccatum, vel vt deuiet à primis principijs naturæ, puta, nõ amare Deũ, vel proximum, nam in istis nulla cadit dispensatio, & isto casu ius naturale, vel diuinum, dicitur immutabile. c. ius naturale. 4. distin. Imò Papa non est parendum in istis. Ita Host. & Io. And. d. c. proposuit. Tertiò dic, quòd sunt aliqua præcepta legis diuinæ, tanquam principia ipsius naturæ, tamen ab ipsa lege diuina inducta, & in istis Papa dispensat ex causa, vt suprà, dixi, testante ratione legis, puta, vt Germanus ducat in vxorem Germanam. Et de hoc vide Arch. Floren. in sum. sua, Host. & alios in locis allegatis, per Fel. d. c. quæ in ecclesiarum. col. vt suprà. et seq. Quartò dic, quòd Papa potest dispensare in omnibus, quæ sunt iuris positiui, quamuis gl. d. c. proposuit tenet, quòd nõ potest dispensare contra statutum vniuersalis ecclesiæ. Adde, quòd potest, sed nõ est tolerandus, si dispensat in istis sine causa, tamen dispensatio teneret, quamuis hoc non congruat potentiæ suæ. Et istud est de mente Canonistarum in locis alle. per Fel. d. c. quæ in ecclesiarum. col. 118. Adde, quòd idem tenẽt Theologi. Sco. in 3. dist. 37. Alex. in 3. Fran. in secundo sententiarũ. Et quòd Papa non possit in totum derogare iuri diuino, tenuit Car. c. perpendimus. de sen. excom. in repe. Lud. Rom. sing. vers. Papa. Adde, quòd Papa non potest statuere aliquid contra illud, quod statutum est in causa fidei, sine concilio. Text. est c. Anastasius. sancta glo. 19. dist. Adde ad ista, quòd vbi Papa dispensat super prohibitis à solo iure positiuo, sufficit sola voluntas pro causa. Ita Fel. c. ad audientiam. il 2. de rescri. ver. nihilominus attende. nu. 4. col. 795. Imò plus dicit ibi, putat hoc procedere, etiam quo ad Deum, apud quem est tutus taliter dispensatus per Papam, etiam sine causa. Et ratio est, quia sicut ex sola voluntate potest per Papam lex creari, ita per solam voluntatem cum ea dispensari. Item tenet dom. Abba. cap. 2. de schisma. 2. col.

Papa, si concessit literas vnionis, vt cedente, vel decedente certo rectore, & vnio sit facta, non tamen consecuta effectum, impetratio interim facta cum clausula Anteferri, non præiudicat illi vnioni. Fel. c. capitulum. de rescrip. nu. 8. col. 776.

Papa dispensat in matrimonio contracto per verba de præsenti, & etiam in consumato. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. nume. 15. & versi. & hinc est. nu. 20. col. 117. cum seq. An possit dare licentiam, quòd qui promisit per verba de futuro, vt contrahat per verba de præsenti, dimissa prima. Vide in litera M. §. matrimonium.

Papa plus potest, quàm imperator, non in causa graui concernente statum totius Christianitatis statuit contra laicos. Fel. cap. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. secunda conclusio. nu. 19. colum. 118.

Papa an dispensat cum rege, qui habet vxorem sterilem, vt ducat aliam vxorem, vel concubinam? Vide quæ posui in litera R. § rex.

Papa non potest dispensare, vt quis saluetur sine baptismo, aut sine cõfessione. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const. nu. 20. col. 118.

Papa, vel princeps an possunt auferre ab infidelibus bona eorum sine causa? Vide, quæ posui in litera D. §. dispensatio Papæ, vel principis.

Papa & princeps an possint auferre bona alicuius sine causa? Ponit Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const. versi tertia conclusio. nu. 26. col. 121. & ver. causa autem legitima. nu. 27. col. 122. Adde, quæ posui in litera D. §. dispensatio Papæ, vel principis.

Papa & princeps quando auferunt bona ab aliquibus cum causa, illi, qui habent bona, debent soluere pretium. Ita debes hoc intelligere, de quo vide Felin. cap. quæ in ecclesiarum. de const. versicu. secundum membrum est, à contrario. num. 27. in fine. col. 123.

Papa, qui aufert episcopatum, vel beneficium vni sine causa, tenetur episcopo, vel clerico prouidere de alio bono cambio. Ita Bal. cap. 1. §. ad hæc. versicu. non potest. de pa iur. fir. Felin. cap. quæ in ecclesiarum. de consti. versicu. hanc declarationem. nume. 28. colum. 123.

Papa, vel imperator, vel alius princeps. non potest etiã cum causa auferre rem suam non sibi subiectam, & istud procedit etiã in clerico ratione bonorum temporalium, quia Papa non potest tollere suam, etiam cum causa. Fallit hoc ratione clericatus. Felin c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. tertia declaratio. nu. 30. col. 124. Adde tu, an Papa possit tollere clerico non subdito ius sibi competens? Ponit Pau. de Cast. consi. suo 285. 3. col.

Papa, vel imperator, & alij principes in terris suis possunt tollere rem vnius, & dare alteri, & etiam tollere ius quæsitum, & hoc non solum circa clericos, sed etiam laicos, papa hoc potest, dico de clericis subditis in rebus temporalibus, & istud intellige

causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa subsistente, non aliter. Fel.c.quæ in ecclesiarum, de consti. vers. allegato, vbi autem Papa.nu.31.col.125.

Papa, vel alius princeps, si concedit inferiori aliquid de sibi reservatis, intelligitur semper concedere, vt ea exerceat cum causæ cognitione, & non cum plenitudine potestatis, quam habet ipse concedens. Ita Fel.c quæ in ecclesiarum, de consti. vers. sed hanc declarationem.nu.32.col 126.

Papa & alij principes soli possunt in rescripto suo mandare alicui, Facias sic, inferiores debent mandare, Facias iusticiam. Bal. c.13.col.si de inue.inter do.& vasal.lis oria. Fel. c. quæ ecclesiarum, de consti.vers.prædicto.col.ead.

Papa, vel imperator, si concedunt generaliter regibus, principibus, vel alijs dominis, concessiones generales, an comprehendantur ea, quæ sunt principi reseruata specialiter? puta, legitimare, & rem alterius auferre cum causa? Ponit Fel. c.quæ in ecclesiarum, de consti. vers. allegato, col. præd. Et ibi Felin. ponit tres casus, in quibus talis concessio generalis valet.nu.33.col.126.

Papa vel imperator, potest auferre bona vnius, & dare alteri, etiam sine causa. Ita Ang.l.3.§ si is, pro quo ff.quod quisq; iuris. Sed tamen ponas contrariam opin. quam tenuit Raph. Fulg.l.fin.C.si contra ius, vel vti. pub. Felin. capitu. quæ in ecclesiarum, de consti. versicu. secundum verò membrum. num. 33. colum.127. Adde dom. Abb.c.2.de rebus eccle.non alie. qui tenet, quòd princeps non potest auferre bona aliena sine causa.

Papa corrigitur per concilium generale. Fel.de accus. c. qualiter & quando.il 2.nu.6.col.817.

Papa si aliquid declarat per modum commenti, non habet vim legis. Fel.de simo.c.per tuas.il 2.nu.8.col.920.

Papa an possit priuare episcopum suo episcopatu vel alium prælatum, aut clericum suo beneficio? Ponit Felin. c. quæ in ecclesiarum, de consti. vers.per istam declarationem infertur. nume.42.colum.129. Adde tu, quòd limitanda & restringenda est gloss.cap.per principalem.9.q. 3. allegata per Felin. vbi tra illud, quod ibi ipse dicit, secundum illud, quod habes per dom. Abb.c.fin.de consir.vti. vel inuti. Tamen cum illa gloss. transit dom. Ant.de But.c.constitutus, de relig.do. Idem tenuit Lud. Rom. consilio suo 228. incip. Circa præmissa. Idem tenet Ioan.de Imol.cap.ad consultationem.vlt.not. de renunc. Gemi.cap.si gratiosè. de rescr.in 6.contra illam gloss. Et contra opi. istorum tenuit dom. Abb.c.fi. de confir. vti. vel inuti. & cap.fin.de postula.præla.& Spec.tit.de legato.§. nunc ostendendum.vers.57.

Papa an possit dispensare cum homicida voluntario, qui est irregularis? Ponit Felin.cap.fin.de maio. & obe.vers. extra materiam.num.6.col.1223.

Papa potest tollere ius diuinum in parte, non in totum. Vide exempla posita per Fel.c si.de maio.& obe.vers.& vt plerunque dixi.nu.7. Ibidem.col.1223.

Papa si tollerat aliquid in iejunijs, an videtur dispensare? Vide Felin.c.1.de treu.& pac.vers.& de tollerantia Papæ.num.8. colum.1237.

Papæ tollerantia an excuset à peccato? & an inducat dispensationem? Ponit Felin.c.1.de treu.& pace.vers.quinta declaratio. num.11.colum.1239.

Papæ potestas quæ sit supra iuramento? Ponit latè Felin.cap. constitutus, de rescrip. vers. generaliter autem de potestate. nume.18.colum.568.

Papæ latissima est potestas respectu beneficiorum. Felin.ca.quæ in ecclesiarum.de consti. vers. & quamuis respectu beneficiorũ. num.44.colum.130.

Papæ non est obediendum, vbi imminet peccatum, & hoc, non obstante plenitudine potestatis, quæ est in Papa. Ita Fel. c.si quando, de rescr.vers.sed nunquid poterit.nu.1.col.397. Adde do. Abb.c cum teneamur.de præben.

Papæ creditur, adeo quòd contra rescriptum suum non admittitur probatio in contrarium. Vide, quæ posui in litera R.§. rescripto Papæ creditur.

Papæ an credatur? Vide, quæ posui in litera P. §. Papæ creditur.

Papa an possit denunciari secundum regulam Euangelicam? Ponit Felin. cap. nouit. de iudi. vers. vtrum Papa possit. nume.4.colum.102.

¶ Papatus an fuerit ante imperium? Vide Fel.c.solita.de maio.& obe.vers.& de hoc, vtrum.nu.4.in fi.col.1181.

¶ Parochianus non potest agere actione, qua habet infamare contra presbyterum parochianum. Ita Felin. cap. caterum. de iudic. versic. ad idem allego Bald. cap. imperialem.nume.15. colum.51.

Parochianus & patronus, etiam laici, possunt accusare clericum de crimine criminaliter intentato, de quo vide, quæ posui in litera L. §. laicus an possit accusare clericum de crimine.

Parochianus admittitur ad defensionem suæ ecclesiæ. Felin. de accus.c.super his.nu.15.col.722.

¶ Pars est citanda, quando iudex mittit ad domum testium, vt vadat ad domum illorum ad videndum eos iurare, & hoc, quando testis est egregia persona, vel senex, vel valetudinarius aut pauper, quia isto casu, cum non debeant venire in iudicio, iudex ad eos mittit examinatorem. Ita Bart. l.ad egregias.ff. de iureiur. Et idem tenet do. Abb. c. si qui testium. de testi. 1. col. vers. sed quæro. Fel.d.c. si qui testium. versic. scias etiam, quòd quando mittitur.nu.5.col.532.parte 2. Adde tamen, & Bar.d.l.ad egregias.dicit, quòd hoc fallit in muliere, quia potest in domo deponere parte non citata. Contrarium tenet do. Abb.d.c.si qui testium.d.vers.sed quæro, & eum sequitur Fel. c.2.de testi.11.limitatione.nu.16.col.497.& d.c.si qui testium. d.vers.col.ead. Adde, quòd communis opinio est illa, quam tenet Bar.quicquid do. Abb.& alij.dicant.

Pars an sit citanda, quando examinatur testis, dicto cuius statur de necessitate. Vide, quæ posui in litera T.§. testator, qui voluit, & §. testis, dicto cuius.

Pars, quæ renunciauit productioni testium, amplius non potest producere testes, sed altera pars bene posset producere, ideo boni aduocati non patiuntur partem suam renunciare, nisi altera pars etiam renunciet. Ita do. Abb.c. de testibus. 2.col. vers. quæro pro declaratione, & Fel. ibi 1.notabili.nu.12.col. 631. parte 2. Adde, quòd eo casu, quòd vna pars renunciaret, si altera pars habet dilationem ad producendum alios testes, pars, quæ renunciauit, non potest vti dilatione data parti non renunciauit. Bar.l.1.§. renunciatio.vlt.col. ver. sed nunquid. & clarus Bal.l.petenda.C.de tempo.in integ.resti.pet. Adde Fel.d.c.de testibus.vers prædicto.col.ead. Et hoc modo limitabis tex.l.iubemus.C.de iudic. & tex.d.l petenda.vbi dicitur, quòd dilatio data vni parti, intelligitur communis vtrique. dic, quòd hoc est verum, quando pars non renunciauit productioni, sed si renunciauit, tunc dilatio non erit communis, de quo vide Fel. d.c.de testibus, ante dicto vers.col.eadem.

Pars condemnata per sententiam interlocutoriam, si pendente tempore ad appellandum compareat coram iudice à quo, qui tulit sententiam, non dicitur renunciare appellationi interponendæ, & hoc, quando comparet intra decem dies, qui dantur ad appellandum, vt recipiat terminum inuitus, Do. Abb. cap. quòd ad consultationem, de re iud. 7. col. versi. & tam. & Imol. c. significauerunt. de testi. Inno. c. solicitudinẽ. Do. de sanct. Gemi. c. fin. de appel. in 6. Floria. l. absolutione. C. de re iudi. Adde Felin. d. c. significauerunt. versi. in gloss. in verb. decem dies. num. 2. col. 653. parte 2. Et not. pro limitatione ca. cum venissent, de testi. & c si à iudice, de ap. in 6. Et adde, quòd glo. ibi d. c. si à iudice. in verbo, teneris. plus dicit, & pars, quæ comparet coram illo iudice, à quo appellauit, puta vt recipiat ab eo terminum ad probandum grauamen, quòd propter hoc non dicitur renunciatum appellationi, quam gl. ibi omnes sequuntur.

Pars si appellat in iudicio à futuro grauamine, an talis appellatio valeat? Vide, quæ posui in litera A. §. appellatio à futuro grauamine.

Pars, quæ facit impedimentum, ne testis producatur in iudicio, an talis testis habeatur semper pro producto? Item, an talis pars faciens impedimentum, ne testis producatur, puniatur in amissione causæ? Vide, quæ posui in litera T.§. testis habetur pro producto.

Pars quando scit, quòd alia pars fouet iusticiam, an peccat inducendo eam ad concordiam? ponit Fel. rub. de treuga, & pace. vers. demum scias.nu.9.col.1229.

Pars an teneatur implorare officium iudicis, vbi agitur de commodo ipsius partis? an verò iudex possit impertiri officium suũ ad vti-

litatem & commodum partis, etiam pars illud non petat? Vide, quæ posui in litera I.§. iudex ad commodum.

Pars victa non tenetur soluere expensas parti victrici, quando iudex tulit sententiam ad consilium sapientis. Ita Felin. c.cum contingat. de rescrip.vers.& dixit Bar.l.item veniunt. num.3.colum.642.

Pars si vidit attestationes, & eas non percunctauerit, an impeditur noua productio? Vide, quæ posui in litera A. §. attestationes fiunt suspectæ.

Pars si non vidit attestationes, sed audiuit à testibus, an noua productio impediatur? Vide, quæ posui in litera A.§. attestationes si non sunt visæ.

Pars si vidit attestationes alterius partis, an noua productio impediatur? Vide, quæ posui in litera A.§. attestationes partis aduersæ.

Pars si non vidit attestationes, quæ fuerunt aperte à iudice, an propter hoc impediatur noua productio? Vide, quæ posui in litera A.§. attestationes si sunt apertæ.

Pars, quæ confessa est aliquid in iudicio, poterit renocare suam confessionem statim. Ita do. Abb. cap. præterea. de testi. cog. pen nota. Adde ibi Felin. vers. in tex. ibi, incontinenti. num. 4. colum. 771. parte 2.

Pars quando potest appellare à iudice, qui negauit ipsi parti facere aliquid, quod poterat facere ex mero officio? Vide, quæ posui in litera I.§. iudex an dicatur grauare partem.

Pars potest remittere parti iuramentum præstitum sibi, non contemplatione Dei. Text. est cap. 2. de spon. & text. cap. 1. de iureiur. Spec. tit. de legato. §. nunc ostendendum. vers. hoc quoque. Vide Felin. dicto capitulo 2. vers. quarta conclusio. nu. 33. colum 675.

Pars renuncians expressè appellationi, an possit conqueri de iudice, qui iniustam sententiam tulit? & sic contra eum habere regressum? dom. Abb. capitu. pastoralis. §. quia verò. de officio delegati, versiculo nota. secundò, dicit, quòd non, sed imò, quòd renuncians expressè potest conqueri de iudice, & contra eum habere regressum. tenuit Bald. l. fin. §. si autem. C. de tempo. appellat. vbi dicit, quòd renunciare appellationi non tollit, quin iudex faciat litem suam. Hoc idem voluit Bald. capitulo sæpe. de appellat. & Salice. l. fin. §. si autem. & §. illud. C. de temp. appel. Adde Felin. dict. capitulo pastoralis. §. quia verò. de off. deleg. versic. vtrum autem renuncians. nume. 18. colum. 1051. & ibi dicit, conclude, quòd pars, quæ potuit appellare, & non appellauit, vel etiamsi bis appellauit, adeo quod amplius appellare non potest, tamen adhuc poterit agere contra iudicem. Adde, quòd idem tenet Innocen. dicto cap. sæpe. de appella. in fin. gloss. magnæ, & ibi dom. Abb. 8. colum. & Imo. ibi 12. colum. & vide gloss. l. 1. verbo, noui iuris ff. quod quisque iuris. Vide Bald. l. item si res. in prin. ff. de alie. iud. mutan. cau. fa. Adde Bartol. in dispu. sua incip. iudex, qui per imperitiam. aliàs incipit, à sententia iudicis. & Bart. l. 1. ff. de appel. in fin. princ. Adde tu, & omnia dicta hic per Doct. & præcipuè per Fel. d. cap. pastoralis. §. quia verò. versi. allegat. num. & colum. præditis. Concludè, quòd pars, quæ appellauit etiam bis, & non potest amplius appellare, tamen potest adhuc iudicem conuenire, ex quo tulit sententiam iniquam. Ita Bal. Ang. & Moder. tenent. l. 1. ff. quod quisque iuris. Et ratio est, quia iudex, qui iniustè iudicauit, fecit litem suam, & tenetur in syndicatu ad totale interesse parti, vt l. fin. ff. de var. & extraor. cog. Et intellige hoc, etiamsi pars potuit appellare, & non appellauit, vt per scribentes d. l. 1. ff. quòd quisque iur. Et idem tenuit Bart. d. l. item si res. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. & l. si minoris. ff. de admi. tut. 2. colum. ver. sed secundum hoc. Adde Angel. & Imol. l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect. Adde, quòd istud habet locum, etiamsi pars appellauit, & appellationem postea deseruit. Ita Innoc. dicto cap. sæpe. de appel. Paul. de Cast. Ludo. Roma. d. l. 1. ff. quod quisque iuris. Adde fortius, quòd si iudex appellationis confirmasset sententiam iniustam, & secundum formam statuti non posset amplius appellare, adhuc potest agere contra iudicem. Ita Paul. de Castr. Ludou. Rom. d. l. 1. Adde, quòd Ang. l. fin. ff. de var. & extraor. cog. tenet, quòd pars potest conuenire iudicem, etiamsi expressè renunciauit appellationi. Idem tenet Felin. d. c. pastoralis. §. quia verò. nu. 19. ver. concludo ergo. col. vt supra. & col. ead. Et sic contra do. Abb. d. §. quia verò. ver. no secundò. Adde in materia ista, quando pars potest appellare, an habeat regressum contra iudicem, qui fecit litem suam? Vide omnino Bart. d. l. si minoris. 2. col. & d. l. item si res. Adde etiam, & pone, quòd iudex primus tulit sententiam, à qua fuit appellatum, & sententia fuit confirmata per iudicem secundum, & ab ista secunda sententia non fuit appellatum, quis fecit litem suam, an primus iudex, vel secundus? Vide Bal. cap. 1. §. iudices, de pa. iura. fir. & ibi tenet, quòd secundus.

Pars maior licet requiratur in electione officialis, an in reformatione requiritur consensus omnium? Fel. de iudi. ca. significauerunt. nu. 5. col. 144.

Pars est vocanda ad declaratoriam incursionis pœnarum. Felin. de spon. c. præterea. num. 3. vers. hanc regulam limitat quatuor modis, col. 662.

Pars, quæ comparet in iudicio citata ad aliquem actum, si tacet et non contradicit, videtur consentire, quia paria sunt, præsentem esse & non contradicere, vel expressè consentire, de quo vide, quæ posui in litera D.§. delegatio quomodo probatur. Fallit tamen hoc in sententijs, vt ibi dixi.

Partis appellatione dimidia venit, & ideo petens partem, intelligitur petere dimidiam, l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verbo. sig. glo. l. si in rem. ff. de rei ven. & gloss. cap. 2. de deci. in 6. verbo, medietatem. Adde Felin. cap. 2. de libel. obla. versic. & not. quòd petens partem. nume. 8. colum. 242. aliàs est §. significauerunt.

Partis appellatione venit dimidia, gloss. cle. 1. de fo. compe. Bald. c. 1. de contro. inuesti. in vsi. feud. Bald. cap. 1. de alie. feu. Do. de sanct. Ge. c. 2. de deci. Bart. l. 1. C. quomodo & quando iud. Adde Felin. cap. pastoralis. de off. deleg. vers. glo. in verbo, coertione. num. 8. col. 1047.

Partes litigantes an compelli possunt per iudicem ad concordiam? Ponit Felin. rubr. de treug. & pace. in princip. colum. 1224.

Partes inducuntur per iudicem ad concordiam, quando agitur de crimine ciuiliter, vel quando agitur de crimine iniuriarum. Ita Felin. rubr. de treug. & pace. versic. fallit primò. nume. 2. col. 1225.

Partes an debeant semper inslare, vt sententia feratur, an verò iudex possit ex officio suo illud facere? Vide Felin. c. venerabilis. de iudi. ver. & not. quòd iudex. nu. 20. col. 139.

Partes si discordãt in formando punctum, in eligendo sapientem. in alimentis dandis alimentando, in capitulis formandis, inter eos, qui tenentur facere pacem ex forma statuti, iudex debet ipse ex officio suo facere ista. Vide latissimè per Felin. cap. super quæstionum. §. verum. de off. deleg. vers. in eadem glo. ibi, & inuita. nu. 11. col. 1037.

Partes communi consensu possunt approbare testes receptos in vna causa ad certum effectum, vt probent in alia, vt alias non probarent. Vide quæ posui in litera T. §. testes recepti in vna causa.

Partes, quæ fecerunt contractum inualidum de iure cum appositione pœnæ, si vna pars non seruat contractum, non incidit in pœnam. Bal. l. non dubium. 2. col. C. de legi. Et no. prostatutis, quæ dicunt, quòd de quolibet contractu debeat solui gabella, intelligitur, dummodò contractus sit validus. Adde Felin. qui idem tenet c. significantib. de off. deleg. versi. gloss. si. dicunt hic Mod. num. 9. col. 1091.

Partes possunt consentire, quòd acta ordinatoria litis facta coram arbitro, valeant coram iudice ordinario, dummodò sint talia acta, quòd dependeant à voluntate partium, & non sint acta substantialia, de quibus per gloss. cap. de causis. de offi. del. de quo vide Felin. cap. præsentata. de testi. vers. secundò limita, nisi partes. num. 8. col. 717. par. 2. Et vide, quæ posui in litera A.§. acta ordinatoria iudicij.

Partes, quæ rogauerunt simul testem, vt deponeret, non possunt postea opponere inhabilitatem. In gloss. authen. de testibus. §. licèt. verbo, simplicis. quam sequitur Bald. l. parentes. C. de testibu. & capitu. in nomine Domini. de testibus. 1. colum. de quo vide etiam Felin. capitu. veniens. il 1. de testib. versicu. tertiò, in quantum. nu. 19. colum. 545. par. 2. Adde & limita glo. illam, quæ istud ita demũ verum est, quando inhabilitas talis est, quæ per partem possit remitti, secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum Bald. l. si quis testi. vlt. col. C. de testi. Adde, quòd idem tenet Fel. d. c. veniens. ver prædicto, col. ea.

Partes an possint producere testes post lapsum terminum datum ad producendum? Vide, quæ posui in litera T. §. testes an possunt produci post lapsum.

¶ Pater tenetur alere filium spurium, & dotare filiam, in terris subiectis Romanæ ecclesiæ, de quo vide, quæ posui in litera L. §. lex canonica.

Pater potest exhæredare filium propter quatuordecim causas numeratas in iure, an verò poterit exhæredare ex aliis causis similibus? Vide, quæ posui in litera C. §. causæ exhæredationis.

Pater an possit ponere filium in vinculis, siue in carcere priuato? Vide Felin. c. cùm contingat. de fo. comp. vers. in vinculis poni non potest. num. 8. col. 197.

Pater, an teneatur accusare filium volentem committere crimen læsæ maiestatis? Vide per Fel. c. 1. de off. deleg. vers. limita, quòd non habeat locum. nu. 4. col. 915.

Pater potest esse iudex in causa filij. Ita dicit glo. c. cùm R. de off. de leg. vers. cùm sint. Et idem tenet ibi d. c. cùm R. Fel. ver. glo. in vers. cùm sint. num. 4. col. 1081. & ibi dicit, quòd fallit in causa criminali, quia non est idoneus iudex. Adde tu, quæ posui in litera I. §. iudex vtrùm possit esse iudex suæ familiæ. An pater possit esse iudex delegatus in causa filij? Vide per Fel. c. cùm R. loco prælle. col. vt suprà.

Pater spiritualis an possit esse testis in causa filiatij sui? & quid econtra? Vide, quæ posui in litera F. § filiatius.

Pater pro filio vtrum possit scribere instrumentum. Felin. cap. super eo, de testi. versi. vltimò, in quantum dom. Abb. num. 8. colum. 604. parte 2. tangi istam difficultatem, & remittit se ad Bart. consi. suo, & Io. de Ana. Adde tu, & dic, quòd pater pro filio potest scribere instrumentum, si filius est emancipatus. Item pater potest scribere instrumentum pro filio in potestate existente in aduentitijs, & in castrensib. Bar. l. si pater. ff. de fal. sis. Limita tamen istud, dummodo in istis aduentitijs vsusfructus patri non acquiratur. Ita glos. l. impuberum. §. 1. ff. de fal. & ibi Bar. ver. vtrùm hodie.

Pater, & filius censetur eadem caro. Tex. § authoritate. 15. q. 3. & tex. l. cùm scimus. C. de agrico. & censi. lib. 11. Vide consil. Old. num. 14. inc. istæ sunt allegationes. circa fin. Et ideo vasallus non tenetur iuuare dominum contra proprium filium. Bal. c. 1. de noua for. fidel. & l. 1. ff. de re iud. 23. q. Hinc est, quòd quis non dicitur liberè relaxatus à carceribus, quando filius est incarceratus. Ita dom. Maria. consi. suo 153. incip. Magnifice capitanee. Hinc est etiam, quòd vbi electa est industria persona, potest quis seruire per filium. Lud. Rom l. 1. ff. in ius voc. vt cant. Adde Fel. c. afferiè. de præsum. vers. not. secundò, ibi latè. num. 1. col. 935.

Pater an possit nocere filio in legitima, consitendo se debitorem alterius? do. Abb. c. pe. de re iud. 14. col. ver. ex his. videtur tenere, quòd non. quia præsumitur fraus in magna quantitate, tamè dicit, quòd considerandum est circa qualitatem personarum. Adde Fel. d. c. pe. num. 14. col. 589.

Pater si accusat filium, etiam de crimine læsæ maiestatis, princeps debet ei parcere. Text. est singularis l. milites. §. desertorem. ff. de re mi. vbi Paul. de Cast. qui dicit, quòd habuit causam de facto in Alemania, & imperator pepercit ei visa lege. Vide Felin. cap. accusasti. de accu. vers. circa matrem dicas. num. 3. col. 696.

Pater tenetur corrigere filium. Dom. Abb. cap. cùm contingat. de fo. compe. 8. columna, Felin. capitulo licet. de simo. in princip. colum. 902.

Pater quando patiatur ex delicto filij. Vide Ioan. de Ana. cap. 27. colum. de delictis puero. Bald. l. 1. C. ne filius pro patre. Felin. capitulo vergentis. de hære. vers. not. casum. numero 3. col. 998.

Pater non potest committere alteri, vt occidat filiam suam adulteram, quam tamen ipse pater potest interficere deprehensam in adulterio, l. nec in ea, & l. quod aut. ff. de adult. Fel. cap. si verò. il 1. de sentent. excommu. vers. & not. quòd patri datur licentia. colum. 1058. in fin. numero 1. Adde & limita, quòd pater poterit mandare filijs suis, vt occidant filiam adulteram. Bart. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Et idem tenet Sal l. Gracchus. C. de adul. Vide etiam Imo. l. quid ergo. §. si hæres. de leg. 1. vbi dicit, quòd de iure canonico correcta est omnis licentia interficiendi adulteram, etiam de iure ciuili. Vide Fel. vbi suprà. col. ea.

¶ Pati alium agere, quando quis dicatur, ad hoc, vt sibi fiat præiudicium? dom. Abba. cap. pen. de re iud. vlt. colum. ver. quæro vlterius. dicit, quòd sola protestatio sufficit ad demonstrandum, quod non est de voluntate sua, quòd ille agat pro se. Et idem tenet Barto. l. sæpe. 6. & 8. quæst. ff. de re iudic. Et plus dicit Angel. ibi, quòd protestatio extraiudicialis sufficit, de quo vide Felin. d. c. pen. vers. satis dicitur non pati. num. 15. colum. 589.

¶ Patiens damnum vltra dimidiam, an possit petere absolutionem à iuramento? Vide Cald. titu. de iureiur. consilio suo 8. incip. Duæ puellæ. Petr. de Anch. consilio suo 424. incip. postquam ista domina. Pau. de Cast. consi. suo 116. incip. In Christi nomine. dom. Ant. de But. cap. cùm contingat. de iureiur. 4. membro. Adde Felin. cap. in præsentia. de proba. vers. in text. ibi, iuramento firmaui. num. 8. colum. 379. par. 2. vbi dicit, quod quamuis inter istos sunt opi. tamen communiter tenetur, quòd concedi potest absolutio à iuramento, & ratio est, quia enormis læsio facit præsumptum dolum. Bart. l. fin. in fin. ff. de præto. stipul.

¶ Patria potestas, quis debet eam probare? an ille, qui dicit, quòd est in patria potestate? an ille, qui dicit, quòd est emancipatus? Vide Frid. de Senis consi. suo 216. Egit quidam, & illum sequitur Felin. cap. 3. de prob. vers. extra glos. pulchrum & vtile. num. 11. col. 350. par. 2.

Patriarcha an possit cognoscere de crimine episcopi accusati? Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus criminosus.

Patriarchæ, an patriarcha Constantinapolitanus, Antiochenus, Alexandrinus & Hierosolymitanus, debeant præcedere Cardinales in sessione in consistorio Papæ. Ponit Felin. in rubr. de maiorit. & obed. circa princip. numero 1. columna 1158. Adde, quòd Dom. capitulo quanquam. 2. quæstio. 7. sentit contra illud, quod dicit Felin. vbi suprà. Quare eum vide. Adde quid de aliis patriarchis inferioribus? Vide Felin. vbi suprà.

¶ Patrimonium, an de eo sit fienda mentio in literis gratiosis, si sint de iustitia? Ponit Felin. capitulo postulasti. de rescript. vers. circa faciendam mentionem. numero 5. columna 671.

Patrimonium Romanæ ecclesiæ, in quo ipsa ecclesia Romana habet iura imperij, est Sardinia & Sicilia, de quo vide do. Ab. c. si diligenti. de præscrip. in prin. & c. veritatis. de iureiu. in prin. Item Roma, cum territorio suo, & ducatus cum iurisdictionibus suis, est de patrimonio ecclesiæ Romanæ. c. tibi domino. & c. ego Ludouicus. 63. dist. Item Ferraria & Marchia? glo. auth. vt ecclesia Romana. Ita Bononia, Romadiola, Spe. tit. de rescr. præsen. §. 1. vers. item quòd est. Et an sint excommunicati, qui istas ciuitates ecclesiæ Romanæ, per vim possident? Vide Archid. Floren. in summa sua, in tractatu De censuris, 176. Et vide Felin. in materia ista dicto capitulo si diligenti. de præscrip. in princ. num. 1. col. 312. & c. solite. de maio. & obe. numero 1. colum. 1177.

¶ Patronus, qui petit ecclesiam, dicendo, peto ecclesiam meam, iste libellus valet. Ita Felin. cap. examinata. de iudic. vbi plenè ponit de materia ista vers. dom. Card. hic allegat. numero 8. colum. 115.

Patronus, qui præsentauit clericum, si opponitur ei, quòd non præsentauerit in tempore, & ipse patronus negat, quis probabit? Vide per dominos de Rota in nouis. conclu. 79. incip. Vtrum præsentatus. Et adde Felin. c. 3. de prob. vers. extra glo. pulchrum & vtile. nu. 11. col. 350.

Patronus, qui fundauit ecclesiam, & eam dotauit, si ordinet, quòd institutio ipsius ecclesiæ non spectet ad episcopum loci, sed ad inferiorem prælatum, talis ordinatio non valet, nisi interueniat consensus episcopi, de quo vide, quæ posui in litera E. §. ecclesiæ sita in diœcesi. & vide suprà §. patronus in fundatione ecclesiæ: Adde, quòd ista habent locum in testatore, qui relinquit omnia bona sua pro fundatione ecclesiæ, quia si ordinat, quòd gubernatio ipsius ecclesiæ non sit episcopi, sed alterius prælati, non valet talis dispositio, sed bene legatum tenet. Vide, quæ posui in litera T. §. testator, qui reliquit omnia.

patro-

Patronus, qui est monitus per edictum ordinarij, vt præsentet clericum ipsi ordinario, puta intra mensem, si patronus non comparet, & contradicit, an perdat ius conferendi, & etiam, quòd non sit lapsum quadrimestre? Vide Fel. c. cùm Bertoldus. de re iud. vers. quid autem, si ordinarius. nu. 13. col. 513.

Patronus factus inops, debet ali de bonis ecclesiæ. Text. cap. contra sacratorum. 16. q. 7. Dyn. & Bart. l. si quis à liberis. ff. de liberis agno. Fel. c. cùm omnes. de consti. vers. in glos. pen. ibi, partes. num. 32. col. 106.

Patronus in fundatione ecclesiæ, vbi acquirit ius patronatus, si apponit conditiones, valent, dummodò ibi interueniat consensus episcopi diœcesani. Felin. cap. cùm accessissent. de consti. versi. primò, dummodò prædictæ conditiones. nume. 19. colum. 164.

Patroni præsentantes si discordant, episcopus gratificat, cui vult ex præsentatis. Fel. rub. de treug. & pac. vers. & dicit Abb. c. cùm autem. nu. 7. in fi. col. 1228.

Patroni, qui habent ius patronatus, & per consequens ius præsentandi, vbi sunt plures, quàm duo patroni, non possunt singulariter præsentare, sed simul & collegialiter, quia est actus in quo maior pars præualet minori. Ita dom. Abb. cap. in genesi. col. vers. adde tamen. de ele. & c. 2. de iurepatro. in fi. Adde Felin. c. cùm omnes. de consti. vers. & existis infert vtiliter. num. 29. colum. 104. Et vide, quæ posui in litera A. §. actus, qui est celebrandus.

¶ Pauper quis dicatur? dic primò, quòd est arbitrarium, tamen vide Fel. c. si qui testium. de testi. vers. quis autem dicatur pauper. nu. 12. col. 534.

Pauper quis dicatur? dom. Abb. cap. 1. de acc. 3. col. vers. vltimò scias. vbi dicit, quòd pauper est ille, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, 2. quæst. 1. cap. prohibentur. Sed postea ibi dicit, quòd si ius exprimit, quis dicatur pauper, quòd standum est iuris, vt dicto capitulo prohibentur. Sed quando sit mentio de paupertate, standum est vulgi opinioni, & hoc in his, quæ sunt leuis præiudicij, in rebus magni præiudicij hoc erit arbitrarium, quia bonus iudex arbitrabitur secundum qualitatem personarum, & causæ. Et ibi domin. Abba. ponit exempla. Adde etiam Bartol. l. si verò. §. 2. ff. qui satisda. cogan. & authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. Canonistæ cap. Odoardus. de solu. Felin. dicto cap. 1. de accus. versic. quis dicatur pauper. num. 6. col. 682. parte 3. Et nota ista, quia faciunt ad ea, quæ posui infrà §. pauper, aliàs honesta persona, an possit esse testis.

Pauper an repelli potest ab accusando? dic, quòd vtroque iure repellitur, secunda quæstione prima, capitulo prohibentur. l. qui accusare ff. de accusa. Sed glossæ in istis iuribus tenent, quòd si pauper aliàs est honesta persona, & non suspecta, non repellitur ab accusando. Ita dom. Abba. cap. 1. de accus. 3. col. vers. vltimò scias. & idem tenent ibi Felin. versic. prædicto, parte 3. col. vt suprà.

Pauper, aliàs honesta persona, poterit esse testis, tam in causa ciuili, quam in criminali, de quo vide, quæ posui in litera T. §. testis pauper. Et adde Bart. l. ex liberto. ff. de quæstio. versic. & ideo dico. vbi expressè dicit, quòd pauper in criminalibus non repellitur, si est persona honesta. Est verum, quòd ibi dicit, quòd talibus non tantum creditur in criminalibus, sicut alijs. Et adde ad hoc Felin. capitulo si qui testium. de testibus. versicu. glo. fin. ibi, aliàs honesta. nu. 8. col. 532.

Pauper persona litigans, si non potest producere testem propter inopiam, & quia suis expensis venire non tenetur testis index ordinarius dabit expensas, & sic iudex debet pauperi litiganti subuenire. Ita dicit dom. Abba. cap. si qui testium. de testibus. in fin. Et ibi idem tenet Ant. de But. Et idem etiam tenet Specul. titu. de teste. §. qualiter. versi. potest etiam index. Adde, quòd Felin. d. c. si qui testium. versi. & in quantum do. Anto. num. 9. colum. 533. dicit, quòd istud non probatur de iure, quia imo si est impotens ad producendos testes, sibi imputetur, & allegat Bald. l. imperatores. ff. de tute. & ratio. distr. Et quòd tamen hoc potest saluari in duobus casibus, primò, vbi priuatus intentaret iudicium ad vtilitatem publicam. Bald. l. 1. in prin. ff. de iusti. & iure. secundo casu, quando litigans habuisset vnam sententiam prosè, quia, si esset pauper, deberet sustentari de bonis illis, de quibus litigatur. Ita Felin. ibi d. c. si qui testium. versi. prædicto. nu. 9. col. vt supra. Et adde, quòd istud non habet locum in iudice delegato, dom. Abb. loco prælegato.

Pauper, qui habet beneficium, ne conueniatur vltra, quàm facere possit, quomodo intelligatur? & cui pauperi detur? Vide, quæ posui in litera B. §. beneficium, ne quis conueniatur.

Pauperi, qui ex culpa suæ factus est inops, succurrendum est, ne egeat. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versi. in glos. 2. in fi. num. 66. col. 140.

Pauperem si quis dicit se esse, vel diuitem, si refricatur in dubium, quis debebit probare? Vide, quæ posui in litera D. §. diuitem si quis dicit se esse.

Pauperes personæ an in defectum iustitiæ possint recurrere ad iudicem ecclesiasticum? Dic, quòd non, sed ad superiorem illius iudicis laici, qui iniustitiam fecit. Bartol. l. vbi sunt. ff. de tut. & cur. da. ab his. & Bald. l. 1. C. quando fis. vel priua. Et sic miserabilis persona habitu tanùm, non potest recurrere ad ecclesiasticum iudicem, nisi data negligentia cuiuscunque secularis superioris. Ita Felin. capitu. significantibus. de offic. deleg. versicu. glos. in versicu. pauperem. num. 4. colum. 1090. Adde tamen, quòd in defectum iustitiæ, puta, quòd in prouincia non est iudex secularis, vel in ciuitate, vel si est recusatus suspectus, vel negligit facere iustitiam, & tunc potest recurri contra quemlibet laicum per quancunque personam, siue pauper, siue miserabilis, seu diues, ad iudicem ecclesiasticum. vt Authen. vt diffi. inds. Innocen. capitu. significantibus. de offic. deleg. & ibi dom. Abba. 1. colum. versic. & concludo sic materiam. Adde tamen quòd teneo etiam isto casu, quòd requiratur negligentia cuiuscunque secularis superioris.

¶ Paupertas habet multa priuilegia, primò paupertas excusat à protestatione. Bald. cap. 3. de rescrip. Item clausula, Et quidam alij, in rescripto, ex illa non venit pauper. Bald. cap. sedes. de rescript. Item pauper potest implorato officio iudicis cogere diuitem ad eleemosynam. glos. cap. sicut. 47. distin. Adde Felin. cap. si qui testium. de testi. num. 10. versic. extra glos. colligit hic Bald. col. 533. part. 2. Et dic, quòd ista procedunt etiam in eo, qui culpa sua incidit in paupertatem. Ita Bald. cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. quamuis ibi Ioan. And. & Imo. 3. colum. teneant contrarium, quod vide per Felin. dicto cap. si qui testium. versicul. & ista non procedunt. nume. 11. colum. 609.

¶ Pax dicitur fracta, quando quis promisit alicui, puta Titio ipsum non offendere, modo ipsum non offendit, sed consanguineum suum. Ita Felin. cap. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. & pro prædictis facit text. nume. 99. colum. 263. Adde tu, quòd contra istam opin. tenuit Bar. & alij. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fin. versicu. item Dyn. vbi Bart. dicit, quòd si quis facit pacem mecum, & promisit me non offendere sub pœna, modo me non offendit, sed fratrem meum, quòd propter hoc non tenetur de pace fracta, quia pax non dicitur rupta, si frater offendatur. Adde Bald. cap. 1. §. similiter. quibus mo. feu. amit. vlt. colum. & sic no. contra Fel.

Pax quando dicatur fracta? &, quis primò fregerit pacem, adeo quòd teneatur de pace fracta? Ponit Felin. capitu. 1. de treug. & pace. versicu. dum dicit Abb. quòd vbi non apparet. num. 5. colum. 1234.

¶ Peccare clam, an sit minus peccatum, quàm peccare expressè? Vide Fel. de hoc c. prælatorum. de accusa. vers. not. quòd grauius peccat. nu. 2. col. 849.

¶ Peccator, qui facit bonas operationes in peccato, an tales bonæ operationes prosint sibi? Vide, quæ posui in litera B. §. bona opera.

Peccator publicus an plus peccet, quàm occultus? dom. Abb. ponit cap. cùm quidam. de iureiur. 2. col. versicu. item faciunt, vbi distinguit, aut consideramus de causa delicti, aut de effectu. Primo casu non est differentia inter Clam & Palam si constat, quòd dolosè peccauit. Secundo casu, aut consideratur ex parte effectus, & tunc magis grauiter peccat, qui committit delictum palàm, quàm qui occultè. Adde tu, & dic, & cæteris paribus peccator, qui committit delictum palàm, magis peccat, quàm qui deliquit occultè, & hoc ratione exempli & scandali, de quo per Fel. latè d. c. cùm quidam. versi. sexta declaratio, Cæteris paribus. nu. 8. col. 1055. parte 2.

¶ *Peccatum mortale an reddat electionem nullam? vtputa clericus consistens in peccato mortali, etiam non occulto, fuit electus ad dignitatem, vtrum talis electio valeat? & videtur dicendum, quòd non, per text.cap.si celebrat.de cle.exc. quia si excommunicatio minor reddit electionem nullam multò plus peccatum mortale non occultum. Ad hoc facit gloss.cap. Archidiaconum Florentinum.85.dist.vbi dicit glos. magna, quòd iuramentum temerarium reddit electionem nullam. Idem tenet Host.c.1.de postula.prala. Arch.c.in scripturis, 8.q.1.in fi. do. Abb.cap. sicut in nostris.de iureiur.3.col.versi.primum dictum.vide Felin.c.dilecta in Christo.de exce. versi.sed aduerte, dum dixi.nu.3.co.99. Adde, quòd in cõtrarium est veritas, quòd imò valet electio facta de clerico cõstituto in peccato mortali, etiam noa occulto, & de hoc est tex.d.c.sicut in nostris.vbi ille canonicus, qui erat.in peccato mortali manifesto, non fuit repulsus ab electione. Et idem tenet gloss. cap. perpetuæ. de ele. in 6.verbo, priuentur. Innocen.cap.considerauimus. de elec.in fi. & Innoc.c.si celebrat.vbi expresse dicit, quòd criminosi, qui iure positiuo non sunt priuati ecclesiasticis sacramentis. licèt quo ad Deum sint priuati, tamen sunt eligibiles ad dignitates, etiam non peracta pœnitentia. Et idem tenet Ioan. And.cap. auditis.de ele.pe.col.versi.sed quid. & Do.de S.Gem.d.cap.in scripturis.8.q.1. Adde Fel.d.c.dilectæ in Christo. versi.sed teneo partem cõtrariam.nu 4 col.ea.qui tenet istam opi. & multa ibi adducit pro opi. ista, & respondet ad contraria superius dicta. Ibi eum vide late. Adde tamen, quòd peccatum mortale in trib.casib.reddit electionem nullam, & primò peccatum mortale inducit ipso iure pœnam suspensionis ab officio, vt est tex.c.cùm dilectus.de consue. secundò, vbi crimen est enorme. tertiò, quando clericus electus permanet in peccato mortali incorrigibiliter. Vide Fel.de hoc d.c.dilectæ in Christo versi. sunt tamen tres casus.nu.5.col.101.*

¶ *Peccata considerantur ex contemptu, in foro conscientiæ enim non attenditur, an peccator sit nobilis, an ignobilis, religiosus, an laicus, de quo vide, quæ posui in litera D.§. delictum an augeatur. & §. dignitas an aggrauat delictum.*

¶ *Pecunia an computetur inter res, quæ seruando seruari non possunt? Vide glos.l.1.§. si quæsitum.ff.ad Treb. vbi Ang. & Ro. Bal.l.si curatorem habes. C. de in integ.rest.mino. Bar.l.potest pupillus.ff.de autho.tuto.*

Pecunia an possit dari pro redimenda vexatione in causa beneficiali, & maxime, quando pars aduersa dicit, quòd expendit in bullis? Vide, quæ posui in litera V.§. vexatus in processionem.

Pecuniæ non numeratæ exceptioni renunciari non potest. Ita Felin.cap.si diligenti. de fo.compe. versic.decimum corollarium. num.29.col.190.

Pecuniæ ecclesiæ superfluæ sunt mutuandæ egentib.ad hoc, vt de illis aliquod lucrum acquirant pro sustentatione filiorum. Ita Io. And.c.2.de solu. Fel.c.si verò.de iureiu.ver.est verum, q. opera charitatis.nu.6.col.1033.parte 2.

Pendentia litis' motæ ex rescripto surrepto, de ea non est sienda mẽtio. Ita Felin.cap.ex tenore. de rescrip. versi.de rescripto nullo, vel elidibili.nu.2.col.524.

Pendentia appellationis sola, an sit sufficiens causa ad effectum recusationis iudicis à quo? Vide, quæ posui in litera A.§. appellatio sola.

¶ *Pensio, an de pensione sit sienda mentio in impetratione? Ponit Fel.c.postulasti. de rescr. versi. tertia declaratio, Pauper clericus. num 8.col.674.*

Pensio non est beneficium, vnde appellatione beneficij non venit pensio. Ita Fel.c.ad audientiam.de rescrip.il 2.in prin.num.1. col.791. Adde, nisi sit talis pensio, quæ solet assignari pro ecclesiastico beneficio. Fel.d.c. ad audientiam. versi. quarta conclusio. pensio, quæ soluitur.nu.5.col.797.

Pensio an potest constitui per pactum inter partes cum bona conscientia, ante quàm beneficio renuncietur? Fel. ponit c.ad audiẽtiam.il 2.de rescri.versi.tertia conclusio, secundum quam consuluit.nu.3.col.793. Et adde, quòd ipsemet Fel.posuit c.ex parte.il 1.de offi.deleg.versi.dicunt hic Moder.nu.1.col.956. Adde, quòd Ant.de But.d.c.ex parte.tenet, quòd pactum gratuitum inter renunciaturum & alium, non inducit simoniam. Et idem tenet Io.de Ana.c.non satis.de simo.

Pensio, an obligatio solutionis pensionis sit personalis, vel realis? Ponit Felin c.ad audientiam.il 2.de rescrip. versi.quinta conclusio, Si gratia.nu.6.col.797.

Pensio an sit soluenda, etiam fructibus non existentibus, puta, quia fructus non fuerunt percepti, vel vi grandinum, vel propter sterilitatem, vel incursu hostium? Ponit Felin. dicto capitu. ad audientiam. de rescrip. versi. sexta conclusio. num. 7.colum 797.

Pensionis perceptio probat possessionem, do. Abb.cap.cum venissent. de resti.spo.3.col.versi. not.glo. & ibi Bald.pen. col. Adde Felin.c.cum Bertoldus. de re iud. versi.perceptio pensionis. nume.25.col.521.

¶ *Percutiens clericum mortuum, an sit excommunicatus? Fel. tenet, quòd sic, cap.à nobis.de sen.exc.il 2.versi.nunquid percutiens. num.4.col.1084.*

Percutiens clericum hæreticum, aut excommunicatum, est excommunicatus. Innoc.c.si verò.de sen. exc. Felin. ibi in princ. num.1.col.1096.

Percutiens clericum iocosè, animo tamen vlciscendi, est excommunicatus. Felin.c. contingit. de sent. excom. versi.not. vltimò.num.1.col.1099.

Percutiens clericum non deferentem habitum, nec tonsuram, an sit excommunicatus? gloss.c.si verò.il 2.de sen.exc.tenet, quòd sic. Io. And. & alij tenẽt, quòd non. Fri. de Se. consi. suo 13. Ad veritatem istius q. videlicet quando percutient es clericum, credens laicum, & econuerso, sit in culpa, vide gloss. l. ignorans ff. loca. quæ dicit, quòd non est excommunicatus. Vide Felin.d.cap.si verò.il 2.versi.si clericus non fert habitum.in princip.colum.1060.

Percutiens hominem portantem habitum clericalem & tonsuram, qui non erat clericus, sed reputabatur, an incurrat excommunicationem? gloss. cap. si verò.il 2.ponit quæstionem istam. Tu vide Do.de sán. Gem.c. perpetuæ. de elect. in 6. 2. col. & ibi Io. And. Felin.d.c.si verò.de sent.exc.versi. & adsecundam q.glo.vt suprà. Adde, quòd Dy.tenet, quòd non sit excommunicatus, l. item apud Labeonem. §. si quis virgines, ff. de iniur. & l. eum, qui. §.1.ff.eod. Idem tenet Bald. in simili, c. 1.qui.xao.feu.amitt.

¶ *Percussus ab aggressore, si insequatur ipsum aggressorum, qui fugiebat, & eum occidat, non tenetur de homicidio. Franc. de Arc.consi. suo 34. & consi.suo 80.ad fin. Adde Fel. c. dilecti. de excep. versi. secunda declaratio.nu.12.col.83.*

¶ *Perditio instrumenti qualiter probatur. Fel.de proba.cap. causam.nu.2.col.487.*

¶ *Perempta instantia propter ineptam actionem propositam, an iurisdictio delegata sit peremptа? Vide, quæ posui in litera I.§. iurisdictio delegata non perit, etiamsi iudex.*

¶ *Peremptorius terminus quando dicatur præfixus à iudice in citatione? videlicet ex quibus verbis intelligitur præfixus? Vide Fel.c.causam, quæ.de rescrip. versi. quando opus sit peremptorio.num.3.col.541.*

Peremptoria exceptio, quæ est notoria, potest opponi ante & post contestationem litis, de quo vide, quæ posui in litera E.§. exceptio peremptoria quæ est notoria.

Peremptorium in quibus casibus requiratur? & dic, quo ad sententiam diffinitiuam, quo ad missionem in possessionem, quo ad absolutoriam in obseruatione iudicij. Felin.c.inquisitionis.§. ad petitionem.versi. secundò quærit, quibus casibus. de accusa. nume.7.col.806.

Peremptoriæ exceptiones, an in eis iudex possit præfigere terminum, sicut in exceptionibus dilatorijs? & an text. cap. pastoralis. de except. habeat locum in exceptionibus peremptorijs? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptiones peremptoriæ.

Peremptoriæ exceptiones an sint admittendæ vltra terminum, si pars iurat, quòd de nouo ad suam notitiam peruenerunt? Vide, quæ posui in litera E.§. exceptio peremptoria an sit admittenda.

¶ *Peremptorie quando iudex debet citare? Ponit Bar. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Vide Fe.c. licèt. de prob. ver. & ex prædictis colligit hic do. Abb.nu.4 col.414.parte 2.*

¶ *Peritus in arte, qui debet deponere de peritia sua super aliqua re, à partib. debet eligi, & si partes discordant, iudex eligat. Ita Io. An. i Spe. ti. de hom. §. 1 .ver. sed pone. Bar. l. 1 §. ex hoc rescripto. ff. de ventri. inspi. versi. vlterius ista l. do. Abb.c proposuisti.*

suisti. de proba. 4. colum. versicu. secundo circa hoc. Adde tamen, quòd si agitur de homicidio, etiamsi partes eligant medicum, iudex debet examinare ipsum medicum, qui debet reddere causam dicti sui, & in aliis fienda est mentio de ista inquisitione iudicis. Ang. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. Bald. dicto cap. proposuisti. Adde Felin. d. cap. proposuisti. versi. prima conclusio, Si partes. num. 6. colum. 354. parte 2. Adde tu, quòd istud intelligendum est in facto dependente à plena facultate partium, alias iudex debet eligere peritum. Ita domi. Abb. d. cap. postulasti. de proba. 4. colum. versicu secundò circa hoc. & Felin. ibi versic. allegato, nume. & col. eisdem.

Peritus vnus an sufficiat, an verò requirantur plures? Fel. de proba.c.postulasti.nu.7.col.355.

Peritus si sit eligendus, & partes discordant in eligendo, iudex eligere debet. Felin. de homicid. capitu. significasti. nume. 3.colum.1041.

Periti in arte an sint compellendi deponere illud, quod sentiunt de re tali, super qua adhibiti sunt, & in qua habent peritiam? domi. Abba cap. cum dilectus. de purg. cano. in fin. videtur sentire, quòd non possunt compelli. Felin.cap. proposuisti. de proba. versic. proxime allegato, colum. vt supra tenet contrarium, quando veritas aliter non posset haberi, quia isto casu possunt compelli. Eum vide versi. & scias. d. cap. proposuisti. col. 356.

Periti in arte quando debent deponere de peritia sua in aliquo casu, debent esse plures, & ad minus duo. Bart. in proœmio. ff. 1. colum Sal. l. comparationes. C. de fide instr. Felin. cap. proposuisti, de proba. versi. secunda conclu. num. 7. col. 355. Fallit ista conclusio, quando esset peritus salariatus à populo, quia iste solus sufficit. Ita Bart. l. 1. C. de ponde & auri illa. Cal. & Felin. d. cap. proposuisti. loco præalleg. Fallit secundò, quando partes contentarentur de vno. Ro. l. 1. § fin ff. de verb. obl. Bar. in proœmio ff. Felin. loco, vbi suprà. Fallit etiam, vbi in loco non esset, nisi vnus peritus. Bart. l. 1 in fin. ff. de verb. obl. & l. si in rixa ff. de sica. in fin. quia staretur dicto illius solius, do. Abb. in hac fallentia multa dicit, d. cap. postulasti. de proba. 2. colum versi. nunc discutiamus. Adde Fel. d. c proposuisti. versi. Fallit tertiò. nu 9 col. 366.

Periti deponentes de peritia artis suæ debent iurare solum de credulitate. secundum Io. And. & Abb. c fraternitatis. in gl. 2. de frigidis. Bartol. in proœm ff. versicu. sed aduerte. Bald. Salic. l. comparationes. C. de fide instru. Imol. & Bald. cap. proposuisti. de probat. Fallit ista conclusio, quando periti deponerent super re perceptibili sensu corporeo, vt est tactus, vel oculus, quia ex quo res perceptabilis est fide oculata, tenentur iurare, non quòd ita credunt, sed quòd ita est. Bartol. l. Theopompus ff. de dote prælega. Bald. in repet. l. 2. 23 char. ff. de iureiur. & Ludo. Rom. l. 1 in fin ff. de ver. obl. Adde Fel. d. cap. proposuisti. de proba. versic tertia conclusio. vbi suprà, nume. 9 col. 356. Adde ad ista, quæ posui in litera T. §. testis, qui deponit in casu.

Periti. si deponunt aliquid in arte sua, an sententia eorum potest reuocari per alios peritiores, qui dicant contrarium? Vide, quæ posui in litera S. versi. sententia lata ad dicta peritorum.

Periti si discordãt. standum est peritiori, si sunt pares, attenditur veritas multitudo, si sunt in omnibus pares, fauetur reo. Felin. d.c. proposuisti. de prob. circa fin. num. 12. col. 358. parte 2. Quod nota. quia sæpe practicatur.

Periti in arte solum debent iurare de credulitate. Ibidem. nume. 9 colum. 356.

Periti, vel medici, debent esse plures, quando visitatur vulneratus. Felin. de homicid. capitu. significasti. nume. 6. & 7. colum. 1041.

Periti si ferunt sententiam, an ipsa venit retractanda, si postmodum peritiores producantur? Vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata ad dicta peritorum.

Peritorum relatio si non sit bona, quid faciet iudex. d. cap. significasti. num. 8. colum. 1042.

¶ *Periurium magnum crimen est. Felin. de simo. c. per tuas. num. 10 colum. 913.*

¶ *Periurus est priuandus beneficio, non autem est priuatus. Ita Felin. c. ex parte. de rescrip. in prin. vbi tenet, quòd ista sit communis opin. nu. 2. col. 342.*

Periurus an sit infamis? Felin. cap. ex parte. de rescri. tenet, quòd adhuc hoc non est expeditum, quem videas in princ. versic. ad tertium, quòd infamia colum. 343. Adde tamen, quòd contra istud inuenio Abb antè, qui tenuit, quòd periurus est infamis, cap. querelam. de iureiu. Et idem tenuit Bar l. Lucius ff. de infamib. & ibi Ang. Idem tenuit gloss. & Bart. l. si quis maior. C. de transact. Idem tenuit Bald. l. 1. de fideicom. liber. & l. 2. C. de reb. credi. Sed domi. Ab. dubitauit de hoc, capitu teßimonium. de testibus.

Periurus non excusatur à iuramento calumniæ licèt in periuro sit aliqua præsumptio periurij. Fel. c. ad reprimendam. de offi. ord. in princ. col. 1109. Adde tu, quòd quando timetur periurium, iudex non debet deferre iuramentum. Text. est expressus. cap. clericos. de cohabi. cle. & muli. & ibi d. Abba. 1. no. Adde tex. cum gloss. capitu. ille. 22. quæst. 5. Ideo cogita, an Fel. loco præalleg. bene dicat.

Periurus an possit repelli à limine iudicij, sicut excommunicatus? Ponit Felin. cap. intelleximus. de iudi. versic. vtrùm periurus. num. 6. colum. 61.

Periurus conuictus de periurio in vna causa. probatur periurus in qualibet alia, nec admitti debet amplius ad teßimonium. Ita dom. Abb. cap. ex parte. de testi. 2. colum. versi. not. ibi. Adde Felin. d. capitu. ex parte versic. no. quinò. ibi. nume. 4. colum. 525. parte 2. Et adde ad ista quæ posui §. periurus an sit infamis. & vide etiam, quæ posui supra §. periurus non excusatur.

Periurus, quantumcunque emendatus, non admittitur in teßem, neque in ciuili, neque in criminali. Ita dom. Abba. capitu. teßimonium. de teßi. versic. venio ad tertium. Adde ibi Felin. versicu. tertia conclusio Periurus. nume. 19. colum. 742. parte 2.

Periurus an sit infamis infamia iuris. Ista est maxima quæstio, quòd sit infamis infamia canonica, quod non est dubium, sed quid de infamia ciuili? Vide dom. Abb. c. teßimonium. de testi. 7 col. versi sed contra hunc. Adde ibi Fel. latißimè versi. sed est difficultas maxima. nu 20. col. 743.

Periurus ex eo, quia non soluit vsuras, an sit infamis? dic, quòd non, quia dolus creditoris excusat eum ab infamia? Ita Fel. capitu. teßimonium, de testi. versic. sed in quantum. nume. 21. colum 744.

Periurus potest dispensari à Papa, ad hoc, vt à teßimonio non repellatur. Ita Io. And. Ant. de But. c teßimonium. de testi. et ibi do. Abb. vlt. col. versi. aduerte ad vnum. Adde ibi Fel. versic. allegnu. 22. col. vt suprà. 744.

Periurus est ille, qui est in mora ex causa proueniente à voluntate sua. Ita Fel. c. teßimonium. de testi. versi. sed vltra alios quærit optimè. nu. 23. col. 745.

Periurus an possit petere absolutionem à iuramento, pone, quòd quis iurauit intra mensem soluere Titio 10. & lapsus est terminus, adeo quòd est factus periurus, vtrum isto casu possit petere absolutionem à iuramento? Frid. de Sen. consi. suo 300. in fi. tenet, quòd non. Vide Felin. cap. 1. de iureiur. versic. sextò quare, aliquis dicturus. num. 27. colum. 1002. parte 2. Adde, quòd idem tenet do. Abb. cap. 1. 3. colum. versic. quartum remedium satis notabile.

Periurus non est priuatus ipso facto à beneficio acquisito per prius, sed est priuandus per sententiam. Ita do. Abb. c. querelam. de iureiur. 2. col. versic. sed in illis. Et idem tenent omnes ibi & expresse Inno. c. inter dilectos. post princip. de excef. præla Do. de sán Gem c. quo iure. 8. dist. vlt. col. vbi dicit, quòd nullum crimen inducit priuationem ipso iure, nisi sit iure cautum. Vide Felin. d. c. querelam. in princip colum. 1042. parte 2.

Periurus an sit omninò incapax tituli beneficialis? Vide, quæ posui in litera C.§ collatio beneficij facta periuro.

Periurus reßpectu certi beneficij, priuatur non solum eo beneficio, super quo commisit periurium, sed etiam priuatur omnib. aliis beneficijs perpetuò, adeo quòd si episcopus, qui eum priuauit, vellet de nouo illi conferre beneficia, non posset gloss. cap. cupientes. §. cæterùm. de elect. in Sexto. verbo, Perpetuo. Vide etiam dom. Abb. capitu. tua nos. de iureiur 1. colum. versicu. & no bene. Adde Felin. d. ca tua nos. versicu In textu. ibi perpetuò, num. 8. colum. 1050 parte 2.

Periurus vtrùm possit agere? dom. Abb. c. dilecti de excep. 1. col. versi. not. tangit difficultatem istam, & non aperit, quid tenendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

du m. Spe. titu. de actore. §. 1. versi. item quòd est periurus: tenet, quòd non potest agere. Et gloss. cap. parvuli. 22. q. 5. Adde, quòd contrarium tenuit Ant. de But. d. c. dilecti. in fin. & Bald. in rep. l. 2. de iureu. 16. col. Lud. in sing. sing. 9. inci. Tu fai. Adde Felin. d. c. dilecti in prin. num. 1. versi. vtrum periurus. colum. 76. Adde & limita prædicta, nisi periurus vellet agere in materia, in qua iurauerat non agere, quia isto casu bene repelleretur ab agendo propter periurium, do. Alex. de Imol. consi. suo 380. incip. Ponderatis his. 2. col. Adde etiam, & vide additionem, quàm posui ad Fel. d. c. dilecti. de excc. ver si. limita hæc. nu. 2. col. vt suprà.

¶ Permutans beneficium in manibus Papæ debet facere mentionem de alijs beneficijs, quæ habet permutans. Felin. cap. in nostra. de rescrip. versi. tertiumdecimum corollarium. nu. 16. colum. 827.

Permutans beneficium tenue cùm pingui, est præsumendum, quòd talis permutatio sit fraudulenta, vel simoniaca. Ita domin. Abb. cap. quia verisimile. de præsum. in prin. vbi tamen dicit, quod hæc sola præsumptio non sufficit ad ferendam sententiam, nisi essent & alia adminicula, puta quòd quis permutaret cum nepote, vel aliàs consanguineo, vel magno amico. Adde ibi Felin. d. cap. quia verisimile. in princ. num. 1. colum. 950. parte 2. Vide etiam consilium Pet. de Anch. incip. Quæstio proponitur. num. 280. Adde ad ista, an si infirmus renunciat beneficio suo, præsumatur, quòd sit fraudulenta renunciatio. Pet. de Anch. d. consi. dicit, quòd, si est grauis infirmitas, præsumitur fraudulentia. Vide Felin. d. c. quia verisimile. versponit etiam Pet. de Anch. num. 2. col. vt suprà. Vide etiam dom. Abb. cap. 1. de cle. non resid. vlt. not. Vide do. de Ro. deci. 140. incip. Item not. quòd non vitiatur.

Permutans beneficium suum cum alio, qui non habebat verum titulum, & sic permutauit inualidè, an possit redire ad suum primum beneficium? do. Abba. c. cùm venerabilis. de excep. 6. col. versi. & per hoc dicendum. vbi dicit, quòd permutans inualidè potest redire ad suum primum beneficium, non tamen authoritate propria, sed sui superioris, quia renunciatio valuit. do. de Rot. tit. de rerum permu. in nouis, in deci. 1. dicunt, quòd ille, qui dimisit suum beneficium pro illo, quod non erat alterius dimittentis, non potest redire ad suum beneficium sine noua collatione, & eod. titu. dom. de Ro. deci 3. Adde tamen, quòd Fri. de. Se. in tractatu permutationis. quæst. 10. & Do. de sanct. Gem. cap. 1. in fin. de rerum permu. in 6. sentiunt, quòd non sit opus noua collatione. Adde, quòd domini de Ro. tit de rerum permu. in deci. vltima, in antiquis, tenent, quòd vt permutans inualidè possit redire ad suum beneficium primum sine noua collatione, sufficiat sola licentia superioris absque executore, vel alia collatione. Adde Felin. dicto capitul. cum venerabilis. de exceptio. versicul. vtrum permutantes. numero 11. column. 51. Et ibi vide late, quia Doctores fuerunt vary in materia ista quotidiana.

¶ Permutatio beneficij an potest fieri per procuratorem laicum? Vide quæ posui in litera L. §. laicus an possit constitui procurator, quo ad permutationem beneficij.

Permutatio beneficij non valet, si est authorizata per illum, qui poterat conferre illud beneficium de iure speciali. dom. de Rot. titu. de renuncia. in 6. in nouis. Imol. cle. 1. de renunc. vlt. colum. domi. Abb. cap cum ex iniuncto. de hære. in fin. Et idem est in renunciatione authorizata, de quo vide, quæ posui in litera R. §. renunciatio beneficij non valet. Adde Fel. c. auditi. de præscript. versicu. & ex hoc etiam dixit. nume. 13. colum. 274.

Permutatio beneficiorum reseruatorum si est facta coram ordinario, non valet, ex quo beneficia sunt seruata, imò illi permutantes sunt intrusi. Vide quæ posui in litera I. §. intrusus quomodo dicatur.

Permutatio potest fieri de beneficio patronato cum alio beneficio, & valet, etiamsi patronus non sit vocatus. Et episcopus potest præstare suam authoritatem, de quo vide in litera I. §. institutio facta per episcopum.

¶ Pernoctatio facta ex culpa sine digestione, an sit sufficiens causa priuationis. Fel. de accu. c. si constiterit. nu. 3. col. 703.

¶ Perpetuum, de isto verbo Perpetuum, quòd non importat semper sine fine, tam in iuramento, quàm in alijs rebus, vide text. cum glo. l. 1. ff. pro socio. vbi ponit sex significata huius verbi. Et vide etiam gloss. in cap. hoc. 4. q. 2. in verbo, perpetua & gloss. in verbo, perpetuam. de choa. clerici. & mulie. Felin. cap. ne Dei. de simo. versi. vltimò. extra gloss. nume. 10. colum. 936.

¶ Perseuerare quando dicatur quis in peccato? Vide dom. Abb. cap. testimonium. de testi. 3. colum. versicu. sed ego. Adde Felin. versicul. & per hoc habes considerare. nume. 9. colum. 739. parte 2.

¶ Persona inhabilis ad aliquem actum, vt est clericus, quòd non potest esse tabellio solum propter honestatem, tamen si exercet actum illum nullo se opponente, valet actus. Fel. c. fi. de consti. versi. & est bene notandum. num. 11. col. 314.

Personæ exemptæ comprehenduntur in vniuersitate territorij & populi, in fauorabilib. non tamen in onerosis, non in concernentibus ipsorum odium & grauamen. Ita Felin. cap. Rodulphus. de rescrip. versi. districtus. ibi, repugnant etiam dicto consilio. num. 17. col. 886.

Personæ priuilegiatæ, de quibus 4. quæst. 3. c. si testes. §. itè l. Iulia. istæ non tenentur testificari, quod intelligè sano modo, quando aliter veritas haberi potest, secus est, si veritas aliter haberi non potest, nam tunc non gaudent priuilegio. Ita domi. Abb. cap. 1. de testi. cog. 2. colum. versic. soluit. Adde Felin. d. cap. 1. versi. item in quantum dicit hic Host. num. 8. colum. 760. parte 2.

Personæ non priuilegiatæ semper possunt cogi ad testificandum, etiamsi aliter veritas haberi non possit. Ita dom. Abb. cap. 1. de testi. cog. 2. col. versi. secundò not. Adde Felin. d. cap. 1. versi. alleg. col. ead.

¶ Personaliter fiat, istud non verificatur in actu facto per alium. Ita dom. Abb. cap. fin. de offic. deleg. §. is autem. 1. not. Vide gl. cle. 1. de vita & hone. cleri. Cardi. eam facit singularem. cle. 1. 10. col. de iureiur. versi. vicesimoprimò not. Adde Felin. dicto cap fin. §. is autem. in prin. col. 1103. Et ibi latè prosequitur materiam istam.

Personaliter, vel per teipsum, vel manibus propriis, an ista verba importent semper esse electam industriam personæ? Dicit Innocen. cap. fin. §. is autem. de offic. deleg. quòd in negotio paruo non videtur esse electa industria personæ. Do. Abb. dicto cap. fin. §. is autem. tenet contra Innoc. Adde Felin. dicto c. fin. §. is autem. versic. vtrum hoc verbum Personaliter. num. 3. colum. 1105. qui tenuit opin. do. Abb.

¶ Pertinere, Istud verbum est latissimum & aptum comprehendere tam petitorium, quam possessorium. Ita Felin. rub. de rescrip. versi. hoc autem limitatur. num. 7. colum. 323. cir. finem. Adde tu, quòd verbum Pertinere, importat rei vendicationem, gloss. c. inter dilectos. de fide instru. Et quid etiam importet, vide l. verbum Pertinere. ff. de verb. sig. Adde Bartol. l. si quis intentione. ff. de iudi. Vide Bald. in addi. Spec. titu. de libel. conce. ver. verbum Pertineat. vbi dicit, quòd verbum Pertinere, positum in libello sine alia certa limitatione, reddit libellum obscurum.

¶ Penitus, istud verbum an importet ipso iure? Ponit Felin. c. Rodulphus. de rescript. nume. 26. versicu. Fiat, est præsentis. colum. 894.

¶ Petens veniam non videtur confiteri delictum, sed est signum humilitatis. gloss. verbo, postulauit cap. exhibita. de homic. Felin. cap. literas. de præsum. versic. in gloss. in verbo, graue. nume. 19. colum. 970.

Petens se absolui, an videatur fateri se excommunicatum? Vide per Fel. c. literas. de præsumptio. versi. adde tamen, quòd petens veniam. nu. 19. Ibidem. col. 970.

¶ Petitio generalis, & prosecutio specialis, & sententia etiam generalis inde secuta, an referatur ad prosecuta tantum? &, quomodo sit prosecutio specialis? do. Abb. cap. pia de excep. in fin. dicit, quòd prosecutio specialis nocet petitioni generali, & hoc, quando talis prosecutio specialis non fuerit maliciosè facta. Adde Bartol. l. & an eandem. ff. de excep. rei iud. in fin. vbi dicit, quòd videtur compromissum generale, vbi fuit facta petitio generalis, & postea prosecutio specialis cum malitia, & respondit, quòd sententia generalis inde secuta, refertur ad omnia, & obstat exceptio rei iudicatæ super toto negotio. Vide dom. Card. consil. suo 74. incip. Titius, nunc. Cyn. Bal. l. licèt. C. de iudi. Vide Felin. dicto cap. penul. de except. versic. dum Abb. in si. alleg. nu. 10. col. 141.

¶ Petitorio

¶ Petitorio intentato, de iure ciuili non potest agi possessorio, l. cum fundus. in fin. ff. de vi & vi arma. secus est de iure canonico, quia sustenditur petitorium accumulato possessorio, & sic not. vnam differentiam inter ius canonicum & ciuile, de quo vide gloss. fin. cap. significauerunt. de testi. & ibi do. Abb. 2. col. vers. ex qua not. Adde Felin. d. c. significauerunt. versi. in glo fin. nu. 5. col. 655.

¶ Petrus Apostolus, per quæ verba habuit potestatem à Deo? Vide infra §. potestas data Petro.

¶ Pia causa, puta legata ad pias causas, vel legata alimentorum, vel libertatis, vel hospitalis, est priuilegiata, quia reus tenetur ei edere instrumentum suum ad intentionem fundandam. Vide q ua posui in litera I. §. Instrumentum suum reus tenetur edere actori ad intentionem fundandam in causis pijs.

¶ Pignus quando capitur ante litem contestatam propter contumaciam, est in arbitrio iudicis, quo tempore vendatur, sed quãdo pignus capitur post sententiam, debet vendi post duos menses. Arch. § sed notandum. 3. q. 1. Et idem tenet Fel. c. cum alijs quibus. de re iud. in prin. nu. 1. col. 385.

Pignus conuentionale et prætorium in quo distant? Quæ differentia sit inter ista duo genera pignorum, ponit do. Abb. cap. cum aliquibus. de re iudic. 1. col. vers. ad contrarium. Vide Pau. de Cast. l. 1. ff. de pigno. actio. Vide etiam Fel. d. c. cum aliquibus. in princ. num. 2. col. eadem.

Pignus, & sic domum pignori accipere non potest, qui non potest acquirere. Bal. l. manumissiones ff. de iust. & iure. & l. voluntas. C. de fideicomis. Vide Fel. c. prælatorum. de accus. versic. adde Nicolaum de Neapoli. nu 4. col. 852.

¶ PLENA probatio non requiritur in iudicio summario. Vide, quæ posui in litera I. §. iudicium summarium. Neque etiam, quando quis prætendit interesse, & comparet in iudicio pro suo interesse, de quo vide, quæ posui in litera I. §. interesse, quod tertius.

¶ Plenissimam firmitatem, importat ipso iure. Felin. cap. Rodulphus. de rescr. vers. vltimò, quia tex. hic. ibi plenissimam firmitatem. nu. 23. col. 892.

¶ Pleno iure, ista clausula Pleno iure, quid importat? Vide Fel. c. conquestus. de foro compe. in prin. col. 206.

¶ Pluralitas beneficiorum quando potest esse in vno? Vide gloss. c. gratia. de reseri. in 6. verbo, de iure. & ibi Do. de san. Gemi. do. Car. cle. gratia. 4 col. de rescrip. Felin. c. dilectus. de simo. in prin. colum. 896.

¶ Plures vulnerauerunt vnum, qui mortuus est, & nescitur, quis de vulnerantibus fuerit causa mortis, in q. ista vide Fel. c. capitulum. de rescr. ver. de duobus pacem parter. nu. 20. col. 788.

Plures an possit accusare vnum? regulariter non, per l. si plures. ff. de accus. Dic tamen, quòd si non excipitur, quod valeat accusatio facta à pluribus, l. accusantibus. C. eo Vide dom. Abb. c. 3. de accus. & ibi Felin. num. 1. col. 684. Adde an plures accusatores possent dare vnum procuratorem ad accusandum. Innoc. c. sicut. de accusatio. tenuit, quòd sic. Bar. d. l. si plures. tenuit contrarium.

¶ POENA quæ venit imponenda ratione alicuius delicti, si delictum non fuit à principio, pœna non est imponenda, licet ex post facto superueniat delictum. Vide per Fel. c. examinata. de iudi. vers. pœna imposita ratione. nu. 7. col. 114.

Pœna arbitraria cessat, vbi est pœna consuetudinaria. Vide per Fel. c. de causis. de offi. dele. in prin. nu. 1. col. 930.

Pœna diuersa si imponitur à iure pro eodem delicto, vtputa vna est imposita à lege communi, & alia à statuto, an intelligatur correcta pœna iuris communis per pœnam statuti? Vide per Felin. c. de causis. de off. deleg. vers. in gl. ibi, quid si diuersæ pœnæ. nu. 9. in fi. col. 934. Et adde, quæ posui in litera S. §. Statutum venit ad corrigendum ius commune.

Pœna remissa per principem, in dubio non videtur remissa pœna debita parti. Ita Do. de san. Gem. c. authoritate. de priui. in 6. & §. notandum. 2. q. 3. Idem volut Bald. l. rescripta. C. de preci. impe. offer. Fel. c. super eo. de off. deleg. versic. secundò fallit. nu. 4. col. 973.

Pœna quando potest committi ex pacto, vtputa compromissum est, vt pœna committatur, quoties contrauentum fuerit? Adde & dic, quòd non potest committi, nisi bis. Ita Bal. l. si duo patroni. §. qui semel, de iureur. Adde Fel. c. licèt. li 3. de testi. versi. ex quo infert Spe. nu. 4. col. 724.

Pœna est arbitraria in actione iniuriarum, mota criminaliter gloss. Insti. §. in summa de iniur. Et ideo in ea non admittitur procurator, l. seruum. §. publicè. ff. de proc. cap. veniens. de accu. Bald. l. eos §. super his. C. de appel. vers. extra. vide Felin. cap. cùm te. de re iud. ver. limita hæc, dummodò agitur. nu. 2. colum. 567. Adde tu, & not. sing. illam gloss. Insti. d. §. in summa, qua vult, quòd pœna arbitraria extendatur vsq; ad mortem, multò plus poterit iudex in arbitrarijs confiscare bona iurantis, vel etiam in alio casu. Vide Bald. c. iniuria. in princ. titu. de pa. iur. fir.

Pœna imposita ipso iure à lege, vel canone, pro delicto, requirit declarationem iudicis circa commissionem criminis, quia statim erit locus pœnæ, etiamsi in sententia iudex aliter non dicat. Et nota, quòd ante declarationem pœna non fortitur effectum, etiamsi à iure est imposita ipso facto, per text. c. cùm secundum. de hære. in 6. Bart. l. eius, qui. & l. imperator. ff. de iure fisci. De quo vide Felin. cap. 2. de spon. vers. etiam Do. num. 2. colum. 662. Adde & limita istud in infamia, quia statim quis est infamatus de delicto, etiam quòd nec sententia, nec declaratio sequatur. Bal. l. transigere. vlt. col. C. de transa. Adde aliam limitationem in eo, quòd dixi, quòd requiritur declaratio circa pœnam, vt per Do. de S. Ge. c. vbi periculum. de ele. in 6. & per do. Abb. c. cùm non ab homine. de iud. 12. col. Bar. l. quòd iussit ff. de re iudic. Domi. de S. Gem. c. fœlicis. de pœnis in 6. 3. colum.

Pœna, quæ est imponenda pro delicto arbitrio iudicis, an possit imponi vigore arbitrij grauior pœna. Innocen. c. inquisitionis. de accu. tenet, quòd sic. Allegat gloss. Insti. de iniur. §. in summa. & not. Bart. l. si qua pœna. ff. de verb. oblig. do. Abb. c. cùm te. de re iud. Fel. d. c. inquisitionis. vers. vltimò tangit hic, num. 10. col. 791. Adde, quòd contrarium tenuit Lud. Rom. in repe. rub. ff. de arbi. Tu vide Fel. d. c. inquisitionis. vers. sed adnerte. col. ead.

Pœna capitalis quæ dicatur? Vide, quæ posui in litera C. §. capitales pœnæ.

Pœna damnationis in metallum, non est imponenda de iure Canonico, dic tamen, si imponeretur, valeret, nec retractaretur. Innoc. c. qualiter & quando. il 2. de acc. Ibi Fel. §. ad corrigendos. vers. subdit etiam hic Innoc. nu. 26. col. 831.

Pœna delicti à iudice potest mutari ex multis rationib. & causis, de quibus vide, quæ posui in litera I. §. iudex ex qua causa potest mutare.

Pœna ordinaria vbi non cadit in delinquentem, iudex arbitrio suo aliam imponit aquipollentem. Felin. de iudæ cap. postulasti. num. 1. colum. 973.

Pœna capitalis imposita à lege, vel statuto pro delictis, an sit imponenda actualis pœna puta, amputatio capitis. Ioan. de Ana. c. qualiter & quando. de acc. il 2. dicit, quòd si lex, vel statutũ imponit pœnam capitalem simpliciter, quòd tunc non venit pœna capitalis actualis, sed deportatio, vel pœna perpetui exilij. Et vide glo. verbo, capitis. C. ne Christia. manci. & Felin. d. c. qualiter. d. §. ad corrigendos. vers. vltimò tangit hic num. 52. col. 838. Adde & limita prædicta, quòd si statutum imponeret pœnam capitalem pro delicto, pro quo lex communis imponit pœna mortis, intelligitur etiam de pœna capitali actuali. Fel. d. §. vers. secundo, nisi statutum. col. ea. num. 54. Item, si lex, vel statutum exprimeret aliàs pœnas mortis, & postea nominet pœnam capitis, intelligitur de morte naturali. Fel. vbi suprà. Item, vbi lex, vel statutum diceret, puniatur pœna capitis si alia lex, vel statutum declarat istam pœnam, stabitur huic declarationi. Fel. d. §. vers. quartò limita. nu. 34. Ibidem.

Pœna etiam in criminalibus mutabitur, puta, de pecuniaria in corporalem, & hoc ratione egestatis. siue paupertatis delinquẽtis. Bal. l. si quis. ff. de iniur. Et ideo si falso teste est amputanda manus, & non habet, vel habet aridam, commutabitur in aliã pœnam scribentes authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Vide Felin. cap. 1. de calum. in prin. num. 1. col. 856.

Pœna pecuniaria imposita pro delicto, si quis illã non põt soluere, luat in corpus, c. si. de do. & contu. l. fin. ff. de in ius voc. & secus est, si pœna pecuniaria esset imponenda ex contractu. Felin c. ad liberandam, de iudæ. vers. not. tertiò nu. 2 col. 976. Item limita,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mita, quando pœna pecuniaria esset applicanda alicui, & ille non peteret pœnam corporis. Bal. l. quòd si minor. §. quòd si seruus ff. de mino. Fel. d. c. ad liberandam. ver. secundò limita. nu. 3. Ibidem. Item limita hoc non habere locum, nisi in personis vilibus, quia in non vili persona omnis minima pœna corporis excederet pecuniariam. l. in seruorum. ff. de pœms. Fel. d. c. ad liberandam. ver. tertiò limita. nu. 4. Ibidem.

Pœna minor imponitur in foro pœnitentiali, quàm in foro iudiciali. Fel. de accu. c. accusasti. nu. 1. col. 695.

Pœna quando censeatur temporalis, vel perpetua? Ponit Fel. c. ex literis. de const. vers. prima conclusio. nu 9. col. 284.

Pœna imposita pro crimine ad tempus simpliciter, intelligitur de decem annis. Ita Fel. c. ex literis. de const. num. vers. col. vt suprà, & inde.

Pœna quæ imponitur per iudicem, duratura vsq; ad beneplacitũ suum, dicitur perpetua. Fel. c. ex literis. de const. ver. prima conclusio. nu. 9. col. prædicta.

Pœna quæ imponitur per iudicem, puta q. vult, ut duret ipsa pœna ad libitum suũ, vel donec voluerit, eo mortuo cessat pœna. Fel. c. ex literis. de const. vers. secundus casus. nu. 9. col. 315.

Pœna imposita per iudicem cũ istis verbis, Pono te ad confinia, quo ad reuocauero, an per mortem ipsius iudicis inducatur reuocatio? Ponit Fel. c. ex literis. de const. vers. subdit Bartol. ad propositum nostrum. nu. 10. Ibidem. col. 285.

Pœna imposita per statutum facienti aliquod delictum, an habeat locum in mandante? dõ. Ab. c. mulieres. de sen. excom. dicit, q. si statutum loquitur in personam, pœna extenditur ad mandantem. Vide Fel. d. c. mulieres. in prin. nu. 5. colu. 1065. Adde, q. hoc verũ est, nisi pœna esset imposita ei, qui personaliter hoc faceret, quia tunc mandans non habetur pro faciente. Vide do. Ab. c. si de off. dele. & vide gl. cle. 1. de vita & honest. cle. Adde tu, q. in casu illius gl. quamuis euitet pœnam, tamen non euitat peccatum. Ita do. Abb. c. significasti. de iudais.

Pœna in ciuilib. posita, etiamsi verba dirigantur ad iudicem, electio est partis, & non iudicis, & hoc habet locum etiam in remedijs proditis alternatiuè à iure ciuili. Fel. c. inter cæteras. de rescr. ver. sexta restrictio. num. 12. col. 394.

Pœna in criminalib. alternatiuè posita, si verba legis, vel statuti dirigantur per partem ad iudicem, & per aliam partem ad ipsum reum, dico, quòd electio erit ipsius rei, & non iudicis. Ita Fel. c. inter cæteras. vers. septima restrictio. Ibidem.

Pœna apposita iudici aliquid non facienti, intelligitur ita demum habere locum, si fuerit requisitus à parte, vt id faceret, alias non. Fel. c. si autem. de rescr. versicu. & generaliter dicitur. num. 4. col. 463.

Pœna pecuniaria an possit imponi per episcopum pro delicto perpetrato à clerico, etiam vbi à iure esset statuta certa pœna. Vide latissimè per Fel. c. irrefragabilis. §. certum. de offic. ord. in prin. alias est c. cæterum nu. 6. col. 1136.

Pœna pecuniaria an possit imponi per episcopum pro quolibet delicto, etiam ex statuto? Vide Fel. d. c. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ord. vers. limita hanc conclusionem. nume. 6. col. vt suprà.

Pœna pecuniaria potest imponi per episcopum solum, & alius prælatus inferior ab episcopo, non potest commutare pœnam necis in pecuniariam, nam soli episcopi dispensant in pœnis. Ita Fel. c. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ord. versic. limita tertiò. nu. 7. colum. 1137.

Pœna pœcuniaria per statutum imposita, ecclesiasticus iudex potest illam sibi retinere. Fel. c. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ord. ver. secunda conclusio. nu. 8. ibidem.

Pœna pecuniaria imposita per sententiam licèt episcopus possit eã retinere, tamen honestius est, quòd pro euitanda suspicione cupiditatis deputet in pium vsum. Felin. capitulo irrefragabili. §. cæterum de offi. or. ver. tertia conclusio. Ibidem. num. 9.

Pœna imposita damnificanti alium, cui debet applicari? iudici, pauperibus, vel damnificato? Vide Fel. d. c. irrefragabili. §. cæterum. de off. or. ver. limita secundò nu. 10. col. 1138.

Pœna quãdo applicatur fisco, tunc iudicium est criminale, vbi verò non, tunc est ciuile. Ita Fe. rub. de iud. in prin. nu. 1. col. 5. Adde tu, q. regulariter pœna in qua venit condemnandus reus conuentus ciuiliter, est in totum applicãda parti, et idè est in actione populari, vt per Scribentes l. 3. de sepul. vio. Adde do. Alex. l. cum, qui. §. in popularibus. ff. de iurein.

Pœna imposita per iudicem, si nullum tempus in ea præfixum est tacitè, vel expressè, perpetua censetur. Fel. c. ex literis. de const. vers. secunda conclusio, dispositio pœnalis. nu. 11. col. 285.

Pœna imposita in dispositione ab officio, in dubio intelligitur talis pœna perpetuò esse imposita. Fel. c. ex literis. de const. ver. cæterum licèt prædicta conclusio. nu. 12. col. 286.

Pœna imposita pro contumacia, etiam cum verbo, Perpetuò cessat cessante contumacia, quia exponitur illud verbum, Perpetuò, donec se corrigat. Ita Fel. c. ex literis. de const. ver. secunda declaratio. nu. 16. col. 287. & versic. tertia declaratio, Vbi lex, vel statutum. num. 52. col. 290.

Pœna imposita per iudicem, quæ potest referri, & ad delictum, et ad contumaciam, si non apparet de intentione proferentis, in dubio refertur ad contumaciam. Fel. c. ex literis. de const. ver. amplia secundò. num. 19. col. 287.

Pœna delicti si per statutum, vel legem relinquitur arbitrio iudicis an iudex possit arbitrari pœnam perpetuam esse imponendam, an verò temporalem? &, quid de pœna mortis, an possit arbitrari? Ponit Fel. c. ex literis. de const. ver. tertia declaratio est, quòd ista secunda conclusio. nu. 21. col. 288.

Pœna, quæ venit imponenda arbitrio iudicis ex dispositione legis, vel statuti, tamen per verbum, Moderari, puta dicit statutum, quòd iudex possit committere pœnam pro tali delicto, sub arbitrio, & eam moderari, vel modificari, dico quòd isto casu non poterit imponere pœnam mortis. Ita Felin. c. ex literis. de constit. vers. proximè allegato, col. vt suprà. Adde tu aliam declarationem similem huic, pone, statuto ciuitatis cauetur, quòd potestas possit punire, seu condemnare, qui fecerit tale delictum in capite, vel plus, ad libitum domini potestatis, vel arbitrii, dico, quòd dominus potestas non poterit sumere pœnam valde maiorem, & ad hoc, quia primo fuit ei dictum, quòd possit condemnare in centum, & postea in plus, istud Plus, non debet transire ad aliam speciem, secus crederem, quando absolutè relinqueretur punitio delicti in arbitrio ipsius iudicis, & nulla taxatio esset facta per statutum, de hoc vide Bald. l. & si post tres. ff. si quis cau. & l. secunda. C. de proba. Et quòd ista dictio Plus, referatur ad modicum, vide Bar. d. l. & si post tres ff. si quis cau. in prin.

Pœna arbitraria extenditur vsque ad mortem. Ita tenuit Felin. c. ex literis. de const. ver. posset etiam attentari. nume. 22. colu. 290. Adde tu, quòd idem tenẽt Scribentes §. in summa. Insti. de iniur. per gl. ibi, quam omnes appellant singularem, eo quia illa gl. vult, quod Pœna arbitraria extendatur vsque ad mortem. Dic ergo tu, quòd si extenditur vsque ad mortem, multò plus poterit iudex in arbitrarijs cõfiscare bona iniuriantis, vel etiam alio casu, de quo vide Bald. c. iniuria. in princ. tit. de pace firman.

Pœna pro delicto alternatiuè imposita, an detur electio iudici? Felin. ponit c. inter cæteras de rescr. vers. fallit quintò. nume. 5. colum. 390. Adde, quando quæritur an in pœnis eius sit electio? vide Bal. l. fin. C. de nup. Bar. l. ff. vi bon. rap. Imol. l. 2. ff. de pub. iud. Adde Bald. l. si fugitiui. & authen. ibi posita, C. de ser. fug. Adde, pœna pro delicto posita alternatiuè à lege, vel statuto, si verba diriguntur ad partem, tunc electio pœnæ alternatiuæ non est iudicis, sed partis. Ita Felin. c. inter cæteras. nume. 7. colum. 392. Adde, quid si verba sint dubia, vt puta dicit lex, vel statutum. Pro tali delicto sit pœna pedis vel capitis, & si sic statutum, loquitur, neque iudici, neque reo, eius erit electio. Inuenio, quòd Bartol. fuit varius in materia ista, nam l. quicunque. C. de ser. fug. dixit, puta, quòd in pœnis corporalibus sit electio iudicis, & l. 1. §. effractores. ff. de effracto. aliter videtur sentire, quare ibi eum vide. Sed opinio Bartol. quam tenuit in l. quicunque. tenuit etiam Imo. l. secunda. ff. de pub. iudi. Et quòd in pœna criminali electio sit iudicis, vide glo. in summa, 21. quæst. 2. quæ communiter est approbata, vbi non constat, ad quem verba referantur. Sed Bal. d. l. quicunque. C. de ser. fug. tenuit contrariũ. Et no. quòd in alternatiuo iure videtur, quòd indistinctè sit electio iudicis. Vide gl. iuncta tex. c. à crapula. de vita et honest. cle.

Pœna mortis posita alternatiuè pro delicto, iudex non potest dare electionem mortis reo. Felin. c. inter cæteras. de resc. versicu. aduerte tripliciter. nume. 7. col. 392. Adde, quid in liberatione pœnarum, cuius sit electio? Vide Bal. l. fin. C. de nup. in fi. Pe. de Ane. c. de causis. de of. del. Ioan. de Ana. c. sicut. de Iudæ. 5. col.

Pœna

Pœna certa imposita pro delicto, vel iniuria illata, dico, quòd illa dicitur pœna ordinaria, quam consuetudo taxauit. Ita Fel. c. in ter cæteras. de rescri. ver. quinta restrictio. nu. 11. col. 393.

Pœnam legis an incurrat quis, etiamsi non sit monitus? Vide, quæ posui in litera M. §. monitio quando est necessaria.

Pœnæ diuersæ & plures quando imponuntur pro eodem delicto à diuersis legibus, vel statuto, an omnes debeant imponi? dic, quãdo pœna imposita est à l. vel statuto posteriori, non censetur aliam tollere, l. quoties. ff. de actio. & obli. Fallit hoc, quando apparet aliter ex mente statuti, vel legis. Fel. c. quod olim. de iudæ. vers. quæro, plures pœnæ. nu. 2. col. 972. Fallit etiam, quando iudex ex pluribus pœnis vnam eligit, qua non poterit aliã imponere. Felin. d. c. quod olim. vers. secunda conclu. nu. 3. col. 973. Item fallit, quando lex, vel statutum accumulat plures pœnas pro vno delicto, quia omnes imponuntur. Felin. d. c. quod olim. vers. fallit secundò. Ibidem. Item fallit, quando iudex non sufficienter punit delictum, quia alter iudex poterit punire. Fe. vbi suprà. Pœnæ de iure canonico sunt variæ pro delicto imponenda, quas enumerat Fel. c. cum non ab homine. de iud. ver si. respectu pœnæ exily. nu. 7. col. 77.

Pœnæ temporales imponuntur pro delicto, quando attenditur factum, non animus, quo ad incurrendas pœnas temporales? vide quæ posui in litera D. §. delicta, in delictis attenditur.

¶ Pœnitentia iniuncta à Papa, inferior potest illam mutare ex magna causa, de quo vide, quæ posui in litera I. §. inferior potest mutare.

Pœnitentiam, quæ est iniuncta à Papa, an inferior possit mutare? & dic, quòd sic ex causa. glo. c. mensuram. de pœni. dist. 1. Adde Felin. c. accusasti. de accus. vers. item quòd pœnitentiam iniunctam. nu. 5. col. 696.

¶ POLLICITATIO, an ex pollicitatione oriatur actio de iure canonico? Vide suprà §. pactum nudum.

Pollicitatio. An ex pollicitatione simplici possit agi de iure canonico? Ponit Fel. c. de pac. ver. circa quartum de declarationibus huius. nu. 7. col. 1256. Adde ad ista, quæ posui suprà. §. pactum nudum non habet executionem. vbi plenè de hoc.

¶ Portans merces prohibitas, & non prohibitas, an debeat perdere vtrunque? Vide, quæ posui in litera M. §. merces prohibitæ, & non prohibitæ.

¶ Portio exempti cui accrescit, an vniuersitati, à qua ille fuit exẽptus, an verò detrahatur de censu principis? Vide, quæ posui in litera E. §. exemptus ab oneribus publicis.

¶ Positio generalis de omnibus, quæ continentur in libello, si ad illam fit responsio affirmando, vel negando, tunc facta est litis cõtestatio. Ita do. Abb. c. vnico. de lit. conte. 1. col. ver. venio nunc ad gl. Adde Fel. d. c. vnico, vers. ad illud de positionibus. nu. 3. col. 260. vbi dicit, quòd si positio habet admixtam petitionem, responsio ei facta inducit contestationem litis.

Positio tota vtrum possit negari ratione partis falsæ? Ponit gloss. not. cap. præsentium. de testi. verbo, sigillatim. in 6. Bart. l. 1. §. si quis. ff. de verb. oblig. do. Card. cons. suo 38. incip. Quidam habens. Et dic conclusiuè, quòd tota positio non est neganda, sed admittenda pars vera, de quo vide ad plenum per Felin. c. nam concupiscentiam. de consti. versic. in gloss. 2. in fin. nu. 14. col. 82. Limita tamen trib. modis, primo, quòd si faciens positionem protestatur, quòd nõ vult habere partem, poterit totum negari. Fel. d. c. nam concupiscentiam. vers. allegato. Item si materia est indiuidua. Fel. d. c. nam concupiscentiam. vers. allegato, col. vt suprà. Item quando petitur debitum, sed ante tempus, vel conditionem, quia negari potest totum. Fel. d. c. nam concupiscentiam. vers. seq. col. ead.

Positiones differunt ab interrogationibus, quia interrogans nihil ponit in esse. faciens positiones confitetur, vel negat, vt est textus clarus cap. fina. de iureiur. in 6. & ibi Ioan. And. Vide per Felin. cap. quoniam contra. de prob. versic. not. quarto. num. 6. col. 451. parte 2. Adde tu aliam differentiam, videlicet quia interrogationes fiunt ante litem contestatam, & aliquando à iudice, & aliquando à parte, positiones verò propriè fiunt post litem contestatam, & post iuramentum, à parte. Adde tamen, quòd etiam possunt fieri ante, gloss. not. cap. 1. de confes. in gloss. magna. Et dicit Bar. in hoc proposito l. Offidius. ff. de leg. 3. versicu. vlterius, quòd positiones, quæ fiunt ante litis contestationem, fuerunt introductæ de iure ff. sed quæ fiunt post contestationem litis, fuerunt inuentæ de iure C. Adde, an post publicatas attestationes possint fieri positiones. Bald l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. cal. 8 colum. versicu. septimò quæritur. tenet, quòd non. Tamen dicit ibi, quod iudex hoc potest facere ex officio suo. Idem tenet Innocen. cap cum Ioannes. de fide instru. in fine. Adde ad ista, quæ posui in litera I. §. interrogatus.

Positionibus reus non tenetur respondere post conclusionem in causa. Dom. de san. Gemi. c. 1. pe. col. de confes. in 6. Adde Felin. c. cum dilectus. de fide instru. vers. & post conclusionem in causa. nu. 4. col. 844. parte 2.

Positionibus si non respondetur, non habetur quis pro confesso, nisi præcedat declaratio. Ita Felin. cap. cum non ab homine. de iudi. versicu. vtrum autem data. abi, & Bart. l. eius, qui de latorem. num. 10. colum. 78. Adde tu, quòd istud verum est, quòd contumax non habetur pro confesso, nisi pronuncietur. Tamen hoc intelligas procedere si negatur, alias secus est. Ita limitat Bald. l. 1. 6. col. C. ne ex delic. def. Adde, & pone, quòd contumax moratur, an talis ficta confessio transeat contra hæredes? Vide Bartol. l. manifestè. in fine. ff. de iureiur. & adde Bald. l. 2. C. qui testa fac. pos. qui ibi limitat dictum Bart. o. d. l. manifestè.

¶ Possessio, quid veniat in dubio appellatione possessionis, naturalis, vel ciuilis? an autem nuda detentatio? et si testis deponit interrogatus de possessione, de qua intelligitur, quòd ipse testis loquatur? vide infrà. §. possidens si de possidente.

Possessio naturalis non est sufficiens ad præscribendum. sed requiritur possessio ciuilis, quæ est sufficiens sine naturali, do. Ab. c. causam. de præscri. vlt. col. ver. secundò colligo. Bar. l. 3. §. ex contrario. in prin. ff. de acqui. pos. Adde Fel. d. c. causa. ver. & quamuis naturalis possessio. num. 13. col. 209.

Possessio bonorum ecclesiæ deperdita ex negligentia prælati, potest recuperari officio iudicis implorato, hoc modo, vt ipse iudex reponat eccclesiam ad pristinum & consuetum statum suum. Innocen. c. accedens. il 1. vt lit. non contesta. & do. Abba. ibi. 4. col. vers. sextò not. Adde Fel. ibi, ver. circa sextum intellectum. num. 7. col. 281. vbi dicit, quòd istud remedium est separatum ab alijs remedijs possessorijs.

Possessio an possit tradi ad oculum per nuncium missum à iudice? Vide, quæ posui in litera N. §. nuncius missus à iudice.

Possessio dicitur tradi vacua, quando à nullo detinetur. Vide si aliquis detineret possessionẽ, dato quòd non possideat, quia fortè est in possessione causa res seruandæ, tunc non diceretur possessio vacua. Ita do. Abb. c. cùm Ioannes. de fide instru. 4. col. versicu. & quatenus. & ibi Ant. de But. vbi etiam Felin. vers. in gloss. 2. num. 31. col. 861. parte 2. Adde tamen, quòd si possessio rei traderetur, quæ alteri debet seruitutem, puta realem, isto casu diceretur possessio vacua, sed non diceretur possessio libera. Ita Ioan. de Imol. d. c. cum Ioannes. & ibi vide Felin. vers. alleg. ibi, subdit etiam Imol. num. 32. col. vt suprà.

Possessio si est promissa tradi plena, intelligitur cum fructibus, adde, quòd etiamsi est promissa possessio tradi vacua, intelligitur etiam cum fructibus. Ita Bal. l. si plures. 3. colum. C. de condi. infer. Adde, quòd si possessio est promissa tradi simpliciter, nõ intelligitur cum fructibus. Bald. d. l. si plures. Adde Felin. cap. cùm Ioannes. de fide instru. vers. & istis adde, quòd si venditor. nu. 33. Ibidem.

Possessio intelligitur de naturali, vel ciuili, non autem de nuda. Vide Bald. l. 1. C. communia de vsuca & l. sciendum. §. 1. & 2. ff. qui satis. cog. Vide Felin. c. ad nostram de iureiur. in princ. nu. 1. col. 1024. parte 2.

Possessio colorata alterius, non est de ea fienda mentio, quando est inducta tali modo, quòd si Papa illud sciuisset, facilius concessisset literas. Felin. c. in vestra. de rescript. vers. tertio decimo & vltimò no. nu. 36. col. 841.

Possessio ciuilis perditur etiam per ignorantiam, vt puta quando ignoro rem meam ab alio occupatam, & negligo recuperare eam per tantum tempus, quòd res quasi periyt. Bar. l. si de eo. §. 1. ff. de acqui. pos. Felin. c. vigilanti. de præscri. vers. secundus casus est. num. 9. col. 197.

Possessio ciuilis perditur per cursum tanti temporis, quod potest præsumi, quòd de ipsa sim oblitus, & istud habet locum etiam si ignoro rem meam ab alio occupatam. Bar. l. si de eo. ff. de acqui. pos. Et idem tenet do. Abb. c. vigilanti. de præscr. 2. col. ver. ad de tamen. vbi dicit, q. longũ tẽpus in materia ista est decennium.

Et idem sanit gl. verbo, per absentiam. §. quod autem. Insti. de vsuc. Bal. l. si C. de his, qui à non domino. Adde Fel. d. c. vigilā ti, de præscri. ver. quartus casus est. nu. 10. col. 197.

Possessio annalis alterius, de ea est fienda mentio in impetratione beneficij. Felin. cap. in nostra, de rescrip. vers. tertiò not. quòd si per duos. num. 33. col. 838.

Possessio feudi ad cuius cognitionem pertinet? an ad domini, vel ad iudicis ordinary? Ponit Felin. cap. cæterum, de iudi. versi. undecimò fallit. num. 13. col. 50. Adde do. Abb. d. c. cæterùm. 6. col. ver. sed circa prædicta quæro.

Possessio vnius rei si apprehensa fuerit, an videantur apprehensæ aliæ res eiusdem materiæ. Fel. de re iudic. c. cum aliquibus. nu. 6. colum. 387.

Possessio ciuilis quando dicatur perdita, adeo, quòd contra illum, qui perdidit talem possessionem, incipiat currere præscriptio? do. Abb. cap. vigilanti, de præscri. 2. colum. vers. adde tamen. dicit, quòd absens, si est ignorans, quòd alter sibi ingressus possessionem suam, quòd tunc ipse absens possidet ciuiliter, & tunc cōtra illum non currit præscriptio. sed postquam scit se amisisse possessionem naturalem, & statim non recuperet eam, tunc perdit etiam ciuilem possessionem, & currit præscriptio contra ipsum, & dic, quòd istud habet locum, etiam quando timeo expellere illum, qui occupauit possessionem meam, quia si timore ductus nolo statim accedere ad locum pro recuperatione possessionis, amitto etiam ciuilem possessionem. Ita Bartol. & Angel. l. si de eo. §. 1. ff. de acqui. pos. Vide Felin. d. cap. vigilanti. vers. limita septimo. nume. 5. colu. 197. Et quia dixi, quòd oportet, quòd statim recuperet possessionem naturalem, quando dicitur, Statim? dic, quòd hoc erit in arbitrio iudicis, qui debet declarare intra quantum tempus qui potest se præparare ad recuperandam possessionem naturalem? Bald. l. 2. C. de ser. fug. 10. colum. & l. fin. C. de his. qui à non domino. Barto. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. Vide Felin. d. c. vigilanti. versicu. prædicto. Ibidem, & versic. & intelligestatim. nu. 8. colum. ead. Adde etiam, quòd possum accedere ad iudicem pro recuperatione possessionis naturalis, & hoc, quando timeo non posse repellere illum, qui occupauit meam possessionem sine scandalo, quia isto casu non amitto ciuilem pos. Bartol. l. 1. §. interdum. ff. vti possi.

Possessio colorata, an de ea sit fienda mentio, vbi est facta collatio motu proprio Papæ. Felin. c. in nostra. de rescri. vers. vndecimò not. quòd valet collatio. nu. 35. col. 840.

Possessiones seu prædia, quæ veniunt ad ecclesias, quæ prius erant laicorum, an teneantur ad onera imponenda à populo? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum an valeat.

Possessiones beneficiorum, quæ non possunt apprehendi per clericos sine licentia laicorum, propter statuta eorum, an isti laici sint excommunicati? Vide, quæ posui in litera S. statutorum laicorum & istorum dominorum.

¶ *Possessor, qui possidebat rem tempore litis contestatæ, si postea desiit possidere, præsumitur dolo desiisse possidere, dom. Abba. cap. pen. de excep. 2. col. vers. nunc quæro. Adde, quòd Barto. l. qui petitorio. in fin. ff. de rei vendi. plus dicit, quòd postquam datus est libellus, vel post quàm dixi me daturum, si possessor desiit possidere, præsumitur dolosè hoc fecisse. Et vide Bald. d. c. pen. & ibi vide Felin. vers. dum concluditur communiter. num. 2. colum. 134.*

Possessor bonæ fidei, consumptis fructibus industrialibus à se perceptis, an possit conuenīri à domino, saltem quatenus factus est locupletior ex his. Bart. l. & ex diuerso. ff. de rei vendi. vlt. colum. vers. si verò tenuit, quòd sic, & ibi Ang. 2. col. ver. ego semper. & Ang. l. si me. ff. si cer. pet. Bald. l. si lege. §. scire. ff. de pe. hære. Spec. titu. de fru. & interes. §. 1. vers. 1. Cyn. l. non est. C. fa. ercis. Bald. l. 2. C. de fru. & lit. expen. Ang. consil. suo 30. & consi. suo 103. incip. Super quo puncto. Adde, quòd contrarium tenuit Ant. de But. c. grauis. de rest. spo. & ibi Imo. Adde, quòd si quis bona fide & iusto titulo fructus alienos triennio possederit, dicitur acquisiuisse eos per vsucapionem. Bar. l. sequitur. §. fructus. ff. de' vsucap. do. Abb. c. de quarta. de præscrip. pen. col. vers. dico tamen. Adde Fel. in materia ista d. c. de quarta. vers. secunda restrictio. nu. 31. col. 184. Adde & pone, quòd iste possessor fecit multos sumptus in meliorando rem possessam, an sint restituenda ei meliorameta? Vide in litera E. §. emptor bona fidei, qui emit rem ecclesiæ.

Possessor beneficij non est amouendus, nisi prius fuerit citatus. De quo vide, quæ posui in litera E. §. executor ad beneficia non tenetur.

Possessor beneficij si scit, quòd lis agitur inter alios super ipso beneficio, & tacet, sententia lata pro vno ex litigantibus nocet sibi, quo ad possessionem. Aegi. Belle. decisio. 302. incip. secundum dominos. Vide Felin. cap. cum super. de re iud. versi. & adde, quòd possidenti beneficium. num. 13. col. 504. Adde tamen, quòd huic opi. multum obstat, l. sæpe. ff. de re iud. Vide Felin. vbi suprà.

Possessor beneficij an sit expellendus à beneficio, eo non citato, quando est suspicio, quòd non habeat canonicum titulum. Vide, quæ posui in litera C. §. clericus non est expellendus.

¶ *Possessorium adipiscendæ non impeditur per exceptionem criminis sine infamia, de quo vide, quæ posui in litera E. §. exceptio criminis sine infamia.*

Possessorium an impediatur per tertium comparentem in iudicio pro suo interesse? vide, quæ posui in litera T. §. tertius comparens in iudicio.

Possessorium, In possessorijs debet seruari ordo iuris. Ita Felin. c. consultationib. de off. deleg. versi. in possessorijs debet seruari. num. 12. colum. 953. Adde, quòd idem tenuit Bart. & Ang. l. fin. C. qui legi. perso. Adde quòd Bald. l. certi. 13. col. C. de inter dic. ponit aliquas fallentias.

Possessorium & petitorium simul intentatum, si prius constat iudici de possessorio, debet super illo statim pronunciare dilata quæstione super proprietate, do. Abb. cap. suborta. 2. col. de re iud. vers. & ex hoc idem tenet Inno. ibi vide Felin. cap. suborta. in prin. col. 548.

Possessorio agi potest pro iuribus merè personalibus. Ita dom. Abb cap. sicut. de re iudic. in princip. vbi dixit, quòd quis potest peti se restitui ad præstationem annuam recipiendam. Et idem tenet dom. Abb. c. querelam. de electio. 2. col. Adde, quòd Ioan. And. cap. peruenit. de censibus. videtur tenere contrarium Dom. de san. Gemi. capitu. nullus. 2. quæst. 2. videtur sequi opi. dom. Abb. cap. sicut. Vide Felin. d. cap. sicut, in princ. num. 1. col. 476.

¶ *Possidens coloratè beneficium, licèt aliàs collatio non tenuerit, non potest amoueri sine causæ cognitione. Felin. c. in nostra. de rescrip. versic. quintò not. quòd possidens coloratè beneficium. num. 34. col. 839.*

Possidens ciuiliter posset dici detinere, glo. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. Vide Fel. c. causam. de præscr. ver. dum glo. hic no. per Doc. nu. 10 col. 207.

Possidens, si de possidente sit mentio, an intelligatur de possidente naturaliter tantum, vel de detinente tantum? Vide Ludo. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acqui. pos. Imo. l. stipulatio. §. hoc quoq;. ff. de verbo obli. Bart. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acqui. pos. 8. colum. Adde, quòd vera conclusio est ista, quòd in dubio intelligitur de possessione iuris, non facti, id est, de possessione naturali, vel ciuili, non autem de nuda detentione. Vide Felin. c. causam. de præsc. vers. Adde etiam Bald. l. 1. num. 11. colum. 208. Adde, quòd non habet locum in teste, quia testis interrogatus de possidente si respondit, intelligitur respondere ruditer, videlicet de possessione facti, non iuris. Innoc. cap. cum causam. de testi. Bart. in trac. de teste. 5. colum. vers. testis dixit. Specu. tit. de teste. & nunc tractandum. vers. hoc quoq;. Felin. d. cap. causam. de rescrip. vers. limita hæc non procedere. nu. 12. col. ead. Adde, quòd illa probatio facta per testes de possessione, intelligi tur de vera possessione. Et ratio est, quia in dubio detinens præsumitur possidere, glo. si. c. pontifices. 7. q. 1. vbi Archi. Innocen. c. cum olim. il 2. de priuil. Bald. l. 1. circa fin. C. de ser. fug. Do. de san. Gemi. c. audiuimus. 3 q. 2. Old. consi. suo 119. Adde Felin. d. c. causam. vers. alleg. col. prædicta.

Posthumus natus cum spiritu, statim rumpit testamentum. l. 3. C. de posthu. hære. instit. Adde & limitat, nisi nascatur in sexto mense, quia impossibile est, quòd viuat, vt l. septimo mense. ff. de sta ho. Et ideo paria sunt, quòd nascatur mortuus, vel quòd sta tim sit moriturus infallibiliter. Adde Fel. c. sicut. de homi. ver. limita. nisi nascatur in 6. mense. in fi. nu. 5 col. 1050.

¶ *Potentia & nobilitas consideratur in collatione beneficiorum. Fel. de rescrip. c. cum adeo. nu. 6. col. 538.*

¶ *Potestas ciuitatis pōt punire illū, qui delinquit in territorio, quia territorium dicitur à terrendo. Fel. c. Rodulphus. de rescr. ver. Territo-*

Territorium. nu. 15. columm. 989.

Potestas secularis nō subiectus Papæ, si facit iniustitiā, an talis iniustitia possit deferri ad papam, per viam appellationis? do. Abb. c. si duobus. de appel. tenet, q. non regulariter. Et idem tenet ibi Fel. in princ. col. 629. Adde & limita regulam istam in multis casibus, & primo, quando esset facta iniustitia ab ali quo, qui non recognoscit superiorem, quia isto casu posset appella ri ad papam. Ita do. Abb. loco prælleg. & c. cum Ioannes. de si de inēr. 6. col. vbi Hostien. & Ant. de But. Fel. d. c. si duobus. in princ. col. vt suprà. Item limita istam regulam, quando iniu stitia esset administrata à non habente superiorem, & esset notoria, quia tunc posset appellari ad papam, & hoc habet locum etiam in imperatore. do. Abb. rub. de appel. 4. col. Fel. d. c. si duobus. ver. tamen videtur saluari. nu. 3. Ibidem. Item limita istam regulam in causis arduis, quia potest appellari ad papam, do. Abb. c. si duobus. 2. col. vers. vide Fel. ibidem ver. secundus casus. Ibi. num. 4. Item limita prædictam regulam, quando esset consuetudo, quòd inter laicos appellaretur ad papam, quia valeret appellatio. Felin. d. c. si duobus. versic. tertius casus. numer. 5. Ibidem. Item limita istam regulam, quā do essemus in causis, in quibus procedītur de aquitate, quia tunc posset appellari ad papam. Felin. d. cap. si duobus. versicul. quartus casus. num. 6. vbi supra. Tamen non firmat. Vide & considera.

Potestas data Petro Apostolo per quæ verba fuerit, Doctores dubitant. Vide tu do. Abb. c. translato. de consti. 2. col. vers. sed dic breuius. Adde Feli. ibi. ver. & in hac glo. dubitant doc. nume. 8. col. 74. in fine.

Potestas data si sit respectu certæ qualitatis, libellans debet ante omnia verificare illam qualitatem. Felin. c. caterum. de iudic. col. 47. nu. 3.

¶ *Preces principum instantissimæ an habeant vim minarum? Vide per Fel. c. 1. de offi. deleg. ver. an autem preces potentum. num. 2. col. 914.*

¶ *PRAEBENDA assignata intelligitur quis inuestitutus de canonicatu. Fel. c. cum M. Ferrarien sis. de consti. ver. no. primò ex glo. secundum do. Abb. num. 13. col. 187. vsque ad §. nihilominus. inclusiue ibi, d. c. cum M. Et quid econuerso, an collato canonicatu dicatur collata præbenda? Vide, quæ posui in litera C. §. canonicatu.*

Præbenda vna est spiritualis, alia est temporalis. Fel. c. cum M. Ferrarien sis. de consti. ver. alleg. col. ead.

Præbenda singularis, quæ est vnius canonici si per industriam illius fructus augmentatur, an debet aliquid subtrahi & applicari alteri præbendæ tenuiori. Fel. c. cum M. Ferrarien sis. de consti. ver. in gl. in ver. per industriam. nu. 22. col. 191.

Præbenda vacatura. Papa si scribit pro aliquo, vt prouideatur ei de præbenda vacatura, an venit etiam illa, quæ vacat tempore datæ? Adde, quid si papa scuisset, q. tunc illa vacabat, an veniat? Vide Fel c. constitutus, de rescr. ver. si scribitur de vacatura. nu. 22. col. 57'. Adde, quid si dicatur, si qua tunc vacat, neq; addit de vacatura? Vide, vbi supra, Adde, quid si manda tur prouideri de vacatura, intelligitur de prima. Felin. vbi §. etiam si non dicatur. col. eadem.

Præbendæ qua dicantur, & quilibet canonicus etiam absens, an possit habere præbendam? Vide per scribentes. c. licèt. de præbē. & cap relatum. eodem titul. in 6. Felin. c. Iacobus. col. 836. de simo. in princ. nu. 1. Et in istis locis habes differentiam inter mensam grossam, & distributiones quotidianas, & an absentes possint habere distributiones quotidianas, vel aliquid de mē sa grossa.

¶ *Præceptum, an sit differentia inter mandatum et præceptum? Ponit Felin. capit. nam concupiscentiam. do const. vers. tertia conclusio ibi, adde istis gl. l. sæpe. nu. 6. col. 79. & c. eam te. la tissimè ver. inter mandatum & præceptum. de rescr. num. 9. col. 431. cum seq. Tu dic, q. præceptum est voluntas expressa episcopi præcipientis ad faciendum aliquid, vel non faciendū, & distinguitur per affirmatiuam, vel negatiuam. Et quando obligat pro semper, vel ad semper, vide Archid. cap. si pecca uerit. 2. q. 1. & do. Abb. c. nouit. de iudic. sanctum Tho. 3. sent. dist. 37.*

Præceptum non extinguitur, nec expirat morte mandatarij, vel mandantis. Felin. c. eam te. de rescrip. ver. prima differentia est. num. 10. col. 432.

Præceptum fertur contra confessum, & non sententia, intellige tamen de confesso verè, & non fictè. Et de hoc vide, quæ posui in litera C. §. confessus in causa ciuili, & ibi posui, quis dicatur verè confessus, & quis fictè, quia contra fictè confessum bene fer tur sententia, vt ibi. Ideo not.

Præceptum iudicis de soluendo factum contra confessum, an dicatur sententia, vel non? gl. Auth. de hæred. & Falc. §. illud ver bo, decreto. Col. 1. dicit, q. est sententia interlocutoria, sed glos. ead. Auth. §. si quis dicit, quòd est quasi interlocutoria. Ang. in l. certum. §. si. ff. de confes. dicit, q. vbi emanauit præcepti iudicis libello non præcedente, non est sententia. Et idem tenet Bal. l. 1. ff. de confes. Et istud videtur sentire gl. 11. q. 3. in sum. Et idem videtur tenere do. Abb. rub. de re iud. ver. sed dubitatur. vlt. col. Et hoc notabis prostatutis, quæ volunt, quòd gabella soluatur de sententijs, quæ non debet solui de tali præcepto. Ita Ang. l. certum. & Bal. a. l. 1. Adde, quòd Fel. tenet istud etiam ipse. c. quærent. de offi. dele. ver. vtrum istud præceptum. nu. 9. colum. 1031. Adde, tamen, quòd vbi libellus, & litis contestatio præcedit præceptum, q. tunc istud præceptum est sententia interlocutoria, habens vim diffinitiuæ. Ita Ang. d. §. illud. d. Auth. de har. & Falc. vers. no. ista gl. & Bald. l. hi, qui. 2 col. C de app. & Ant. de But. rub. de re iud. do. Abb. d rub. vlt. col. ver. sed dubitatur. Adde Fel. d. c. querenti. uer. allegato, col. vt supra, & ibi multa cumulauit.

Præceptum magis arctat, quàm mandatum, & ista est magna vtilitas non ignorare, quia aliquando committitur causa per verbum præcipio, vbi aliàs ille erat iudex ordinarius, & propter istud verbum ille iudex ordinarius efficitur iudex delegatus, de quo vide Fel. c. nam concupiscentiam. de const. uer. adde istis num. 6. col. 79.

Præceptum durum, vel difficilè iudicis, non arctat partem ad ob seruantiam ipsius, imò pars potest appellare, do. Ab. c. accepimus. de fid. instr. 3. no. Bal. & Ang. l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. Adde Fel. d. c. accepimus. circa prin. nu. 2. col. 815.

Præceptum papæ durum seruandum est. Text. c. in memoria. 19. dist. Adde d. Abb. c. accepimus. de fid. instr. 1. col. versi. ego in papam. Adde, q. in contrariū est dictum Inn. celebre c. inquisitioni. de sen. exc. vbi dicit, q. laicus qui non est de temporali iu risdōne papæ, nō tenetur ad obediendum papæ in non concernentibus aīam. Et illud dictum Inn. tenet do. Ab. c. 2. de uoto. Vide Host. c. significauit. de offi. ord. Adde Fel. d. c. accepimus. ver. & addit hic do. Ab. nu. 3. col. prædi. 815.

Præceptum factum de soluendo per iudicem contra confessum, impedit ingressum litis, de quo vide, quæ posui in litera E. §. exceptio præcepti.

Præceptum iudicis de soluendo, an sit interlocutorium. do. Ab. rubr. de re ind. vlt. col. dicit, q. si causa erat inchoata, & postea sequatur præceptum, quod tunc dicitur interlocutoria. Do. de S. Ge. 2. q. 1. in summa, indistinctè tenet q. præceptum sit interlocutorium, habens vim diffinitiuæ. Et idem tenent do. de Rot. decis. 4. tit. de iureiu. Vide Fel. d. rub. de re iud. ver. ad illud de præcepto. nu. 5. col. 341. Adde, quòd si appellatur abisto præcepto, regulabitur appellatio sicut si appellaretur a sententia diffinitiua. Vide Fel. d. rub. ver. vide etiam Ab. d. c. peruenit. nu. 6. col. 342.

¶ *Præcipio, istud verbum, Præcipio, operatur, quòd actus non potest exerceri per alium, neque expedīri. Fel. c. eam te. de rescr. ver. secunda differentia, commissio facta. nu. 11. col. 433. Adde tu, quòd istud procedit, etiam quando delegatio fit per verbum lubemus, quod verbum importat necessitatē, tunc nō potest fieri subdelegatio. Ita dixi: glo. l. seq. ff. de offi. præs. & ibi Bar. Bal. & Imol. clem. sæpe. de ver. signi. reputant illam glo. singul.*

¶ *Prædia cōia inter canonicos, & alios clericos si fructus eorum argumententur per vnum ex canonicis industria illius, tamen æqualiter debent diuidi. Feli. c. cum M. Ferrarien sis. de cōsti. ver. glo. in ver. per industriam. nu. 22 col. 191*

¶ *Prædicare cui competit? & dic, quòd officium præedicandi cōpetit solum curatis. gl. cle. 1. verbo officia. de regula do. Ab. ea, quam sit. de Iudæis. do. Card. cle. dudum. de sepul. in 6. vbi diffusè tractat de ista potestate præedicandi. Vide Fel. c. excōi camus. de hær. ver. no. in §. quia verò nu. 3 col. 1005.*

¶ *Præedicator dicitur habere officium. Felin. c. inter cætera. de uff. ord. nu. 1. col. 1142.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prædicatores ordinis sancti Dominici, an possint capere bona ingredientium religionem eorum? Vide, quæ posui in litera F. §. fratres Prædicatores.

Præfixio termini facta à iudice à quo, parti appellanti, non dicitur propter hoc, quòd ipse iudex deferat appellòni, de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex. qui præfixit terminum. & adde, quòd pendente illo termino iudex non poterit procedere. Vide in litera I. ver. iudex. qui præfixit terminum.

¶ *Prælatus an possit dare de bonis ecclesiæ suæ suis consanguinis. cum bona conscientia? Ponit Fel. c. postulasti. de rescr. ver. quomodo clericus. nu. 6. col. 672.*

Prælatus, qui omisit aliquid probare in causa principali suæ ecclesiæ, poterit illud probare in causa appellationis. Feli. capit. ad audientiam. el 2. de rescr. ver. secundò limitaretur ista glo. nu. 16 col. 804.

Prælatus depositus, qui ignorat suam depositionem, an possit conferre beneficia, vel facere alia? Ponit Fel. c. ex parte decani. de resciptis. versi. fallit decimò, quando procurator. num. 21. colum. 861.

Prælatus inferior an præscribat ea, quæ pertinent ad iurisdictionem superioris? Ponit Felin. c. pastoralis. de off. or. numer. 2. colum. 1116.

Prælatus quando possit deponi propter negligentiã? Vide quæ posui in litera N. §. negligentia simplex. & §. negligẽtia magna.

Prælatus, qui nimis tacet committit peccatum mortale, maximè si potest discordias subditorum sedare. Fel. c. 1. de treug. & pa. ver. dicit tex. c. excommunicamus; nu. 3. col. 1234.

Prælatus, qui incidit in hæresim, an sit priuãdus bonis ecclesiarũ? Vide Fel. c. inter. de ma & obe. in prin. col. 1186.

Prælatus negligens an noceat ecclesiæ ex cessatione modi, qui modus positus est in donatione? Ponit Feli. c. verùm. de foro compe. vers. secunda conclusio, secus in implemento modi. num. 6. colum. 164.

Prælatus inferior ab episcopo an absoluat ab excommunicatione inflicta à canone? Vide per Fel. c. ati clerici. de iud. §. de adulteriis vers. episcopus dispensat super beneficio. num. 10. col. 40. Limita hoc nisi esset prælatus inferior, qui haberet iurisdictionem quasi episcopalem, vt est generalis fratrum Minorum, de quo vide per Felin. loco allegat. colum 41. nu. 11. versi. secundo lim.

Prælatus in causa ecclesiæ suæ iudicare potest saluâ recusatione. Ita Fel. c. cum venissent. de iud. ver. prælatus in causa suæ ecclesiæ. nu. 7. col. 89. Adde tu ea, quæ posui in litera I. §. iudex posset esse iudex familiæ.

Prælatus ecclesiæ quando æquiparetur tutori? Vide per Fel. c. cum deputati. de iud. ver. quando prælatus æquiparetur tutori. nu. 7. col. 126.

Prælatus de bonis ecclesiæ licitè sustentat consanguineos suos pauperes. Ita Fel. c. cum deputati. de iud. ver. sed cauc. quia ista æquiparatio. nu. 9. col. 126.

Prælatus solus agit, & conuenitur sine c. pro bonis communib ẽtsi sint communia. quo ad administrationem. Fel. c. edoceri. de rescr. 1. col. ver. solus prælatus. nu. 2. col. 599.

Prælatus solus non potest authorizare in alienatione rerum ecclesiæ, siue sit episcopus carens c siue prælatus inferior carens collegio. Fel. de resc. c. edoceri. post nu. 9. ver. limita, nisi colum. 608.

Prælatus toleratus ab ecclesia, debet venerari, vt prælatus, nec est repellendus præter tu alicuius criminis, siue sit simonia, siue sit homicidium. Ita Fel. c. scisciatus, de resc. in prin. col. 483 quia debet expectori sententia, & ante sententiam habetur pro episcopo, vel prælato. Adde, quòd hoc habet locũ etiam in prælato notoriè criminoso, & incorrigibili. Ita Fel. d. c. scisciatus. ver. & habet locum opi col. 485.

Prælatus, qui iurauit non alienare inconsulto Romano pontifice, si impetrat à papa licentiam non facta mentione de iuramento, valet impetratio, sed pone, quòd iurauit non alienare sine licentia Metropolitani, si impetrat à papa licentiam alienandi nõ facta mentione iuramenti, non valet licentia. Ita Felin. capit. constitutus. de rescrip. ver. limita prædicta nouissimè. nu. 5. col. 562.

Prælatus qui amisit gratiam papæ, pòt euitari à subditis suis, do. Ab. c. veniens. de præsc. 7. no. vbi ponit tria exempla. Primò quando episcopus est hæreticus, secũdò, quãdo episcopus est excommunicatus, tertiò, quando episcopus non vult conferre sacramenta, nisi simoniacè. Et ideo in his casibus subditi possunt recedere ab obedientia suorum prælatorum, quia sunt sine gratia sedis Apostolicæ. Adde, si in literis papæ dicitur, sub pœna indignationis nostræ, vt est tex. cle. exiui. de ver. sig. Vel dicatur, Sub pœna indignationis Petri & Pauli, vt in bullis sæpius vidi, quid important ista verba? Bar. in tract. qui sint rebelles, verbo indignationem nostram. dicit, se non reperisse, quid important. Bald c. 1. §. porro. quæ fuit prima causa benefi. amit. dicit, quòd incurrens in talem indignationem, poterit priuari beneficio. Adde Fel. c. veniens. in prin. col. 324.

Prælatus solus an possit cum enormi damno ecclesiæ suæ renũciare iura ipsius ecclesiæ? & videtur dicendum, quod non. per tex. c. fraternitatem. de dona. & est dictum no. Inn. c. acceden tibus. de exce prael. do. Abb. c. veniens. de præscr. 8. col. ver. concludendo prædicta. dicit quòd solus prælatus potest per pactum, & cum leui damno præiudicare ecclesiæ suæ, dummodò redeatur ad ius commune. Et de hoc est casus c. 1. de pac. in 6. Frid. consilio suo 112. Idem tenet Fran. de Are. in rubr. de verb. obl. 2. col. ver. quintò. Fel. d. c. veniens. ver. dum dicit Abba. pulchrè & vtiliter. nu. 5. col. 327.

Prælatus inferior ab episcopo, an possit cõmutare pœnã iuris in pecuniariam. Fel. c. arrefragabili. de offi. or. nu. 7. col. 1137.

Prælatus, qui habet conscientiam læsam, eo quia detinet rem nomine ecclesiæ suæ, quam putat alienam, an debet illam restituere illi, quem credit esse dominum? do. Abb c. fi. de præs. 15 col. ver. quarta gl. quærit post multa. dicit, quòd si prælatus habet pro certo, & sic notoriè ei constat quòd res sit alterius quòd tunc prælatus debet restituere, etiamsi habet ecclesiam collegiatam, aut non constat notorie, & solus scit, & tunc non tenetur restituere. Adde, quòd pro opi. do. Ab facit gl. c. breui. de iureinran. Vide Fel. d. cap. fi. ver. ad illud. de prælato. nume. 10 col. 335.

Prælatus quando noceat ecclesiæ per confessionem suam? Vide, quæ posui in litera C. §. cõfessio prælati quãdo noceat ecclesiæ.

Prælatus si detinet familiares inhonestos contra cũ præsumitur do. Ab. c. nulli. de accu. in princ. & ibi Fel. in prin. col. 687.

Prælatus an possit priuare clericum beneficio, condemnatum de crimine ciuiliter? Inn. c. qualiter & quando. de accus. el 2. tenuit, quod sic. Sed ibi do. Ab. vlt. col. ver. faciunt hæc. dicit, q istud dictum Inn. est valde periculosum. Tu Vide Felid. d. ca. qualiter. § ad corrigendos. nu. 46. ver. dicit etiam Inno. col. 836. vbi multa adducit.

Prælatus non potest vendere bona ecclesiæ, etiam mobilia, si agitur contra eum ad priuationem beneficij, licèt possit ministrare suum officium. Fel. c. prælatorum. de accus. vers. no. quòd ille contra quem. nu. 3. col. 850.

Prælatus conferẽs ordinẽ per simoniã, est ipso facto suspensus. Fe. de simo. c. per tuas. el 2. nu. 3. ver. secunda conclu. col. 919.

Prælatus an cum bona conscientia possit seruitoribus suis satisfacere loco salarij cum beneficijs, & sic si facit pactum cum illis, vt loco salarij expectent beneficia? Vide do. Abb. c. cum essent. de simo. ver gl. 1. & ibi dicit, quod si fieret tale pactum, quòd tunc committeretur simonia, & etiamsi seruitores seruirent eum ista spe, committerent simoniam. Adde ibi Fel. in princi. col. 874.

Prælatus an possit renunciare legatum factum ecclesiæ, sine cõsensu capituli? Vide Bal. l. pupillorum. C. de repud. haere. do. Ab. c. tua. de his, quæ fiunt a prael. vbi d. Car. Et teneo, quòd non, quamuis do. Abb. aliter sentiat, & male. Vide Fel. c. contingit. de sent. exc. ver. in eadem. ibi, non est. nu. 4. col. 1101.

Prælatus, an licitum sit a prælato recedere? gl. c. cum non liceat. de præscr. in gl. 1. tenet, quòd sic, & hoc, quando prælatus est hæreticus, vel schismaticus, vel formicator notorius, vel simoniacus in ordine, de quo vide do. Abb. d. c. cum non liceat. 2. col. ver. op. contra tex. & ibi Fel. transit cum do. Abb. vers. ad aliud quod optimè tangit Ab. col. 239 nu. 3. Adde, quid de aliis crimimbus, do. Abb. ibi dicit, quòd etiamsi alia crimina sint notoria non est licitum a prælato recedere, nisi facta sententia contra eum.

Prælatus toleratus in crimine, an ab eo sit licitum recedere do. Ab. c. cum non liceat. de præsc. 2 col. ver. aduerte, laicus dicit quòd quãdo prælatus est excõicatus, q tũc ab eo potest recedi non expectata sententia. Et idem tenet Inno. c. 1. de schisma. Vide

Vide Ant. de But. in repe. c. vestra. de cohabi. cleri. & mulie. 11. col. Adde Do. de S. Ge. c. sacerdotes. lo 1. 2. q. 7. vbi dicit, quòd licitè receditur à prælato, qui est infamatus noteriè de crimine inducente ipso iure suspensionem, quo ad se & alios. Vide Feli. d. capitu. cum non liceat. ver. ad aliud. nu. 3. col. 239. Ad de tu, quòd si prælatus est crimnosus, & tamen crimen est occultum, talis prælatus non est euitandus in sacramentis necessarijs. Arch. d. c. sacerdos. In sacramentis autem non necessarijs, si est scandalum euitare eum, tunc non est euitãdus, ex quo prælatus est criminosus occultus, secus est, si scandalum cesset. Vide Felt. d. c. cum non liceat. ver. Si vero. nu. 4. col. ead. Adde, quid si prælatus est criminosus, sed crimen non suspendit ipso iure, dico, quòd tunc non licèt discedere a prælato. Innoc. capit. ex tenore. de sempo. ord. Sed contrarium tenet ibi Anton. de Butr. Vide Felin. de hoc latius d. c. cum non liceat. ver. allegato, col. 240. nu. 5.

Prælatus accusatus de crimine criminaliter, si lis pendet contra prælatum, accusatores debent ei obedire, do. Abb. c. ex parte. de accusa. in prin. Adde Fel. c. cum non liceat. de præsc. vers. et ad hæc. nu. 5. col. 240.

Prælatus depositus potest exercere officium suum, & hoc, si pendet appellatio super accusatione. gl. c. sæpe. de ap. in verbo, manet. Adde Felin. c. cum non liceat. de præscri. ver. alleg. col. prædicta.

Prælatus si non obseruet canones, licitum est subditis suis recedere ab obedientia ipsius? prælati. do. Fel. c. cum non liceat. de præscri. num. 3. ver. ad illud, quod optime. colum. 239. Adde alios duos casus, vbi dicit, quòd istud habet locum in prælato nõ obseruante canones ex contemptu, do. Car. cle. 1. de æta. & quali. q. 9. Adde, quòd imo prælatus, qui transgreditur canones ex contemptu, potest deponi. Imo. cle. 1. de æta. & quali. Vide Arc. c. quicunque. 81. dist. Vide Fel. d. c. cum non liceat. ver. ad illud de prælato non seruante. nu. 7. col. 240. Adde quæ dixi, quòd prælatus potest deponi, qui non seruat canones an requiratur monitio ante depositionem? Imo. tenuit, quòd sic. c. 1. de const. in fi. do quo vide do. Ale. l. ita stipulatus ff. de ver. obl. 5. col. Ad de Fel. loco prælleg. col. ead.

Prælatus inferior potest præscribere in aliquibus ecclesiis diœcesis totum ius episcopale. Ita do. Ab. c. auditis. de præscr. in princi. Et idem tenet etiam c. accedentibus. circa fi. de excess præl. Et dic, q Aegidius consi. suo 25. inci. Virum Ab. plus dixit, q prælatus inferior potest præscribere facultatem vniendi ecclesias, & authorizandæ permutationibus. Vide Felin. c. auditis. in prin. nu. 1. col. 267.

Prælatus an possit exercere curã animarum in ecclesia sibi subiecta pleno iure, excluso episcopo? Vide, quæ posui in litera C. §. curam animarum an possit exercere prælatus inferior.

Prælatus inferior præscribit contra episcopum priuatiuè, non cumulatiuè, in his, quæ sunt iurisdictionis episcopalis, do. Abb. c. auditis. de præscri. 2. col. ver. aliud etiam. Et idem tenet d. Car. cle. si vna. de reb. eccle. non alie. 6. q. Vide Fel. d. c. auditis. ver. dum subdit Abb. nu. 9. col. 273.

Prælatus potest esse arbiter, seu arbitrator in causa suæ ecclesiæ. Ita do. Ab. c. cum olim. de præscr. 5. no. Idem tenet Anto. de But. c. cum inter. de re iud. Flo. l. si societatem. §. arbitrorum ff. pro socio. in prin. Et hoc modo limitabis l. penult. ff. de arbi. prohibentem compromitti in aliquem super re propria, quia non habet locum in compromisso facto in prælatum super re ecclesiæ suæ. Vide Felin. d. cap. cum olim. ver. dum dicit Abb. nume. 2. col. 424.

Prælatus negligens in omittendo, vel non obuiando, committit peccatum mortale. Vide per Fel. c. 1. de off. dele. ver. declara secundò principaliter? nu. 6. col. 915.

Prælatus, qui delinquit cum capitulo, an tunc delictum noceat ecclesiæ. Fel. de simo. c. de hoc. nu. 10. col. 784.

Prælatus negligens an possit deponi propter negligentiam? dic, aut est prælatus secularis, & iste non deponitur, aut est prælatus regularis, & iste potest deponi. Vide per Fel. c. 1. de off. dele. ver. alleg. col. ead.

Prælatus visitans curiam Romanam in habitu transformato, est excommunicatus ipso facto, de hoc est extranag. Ioanis. X XII. inc. & si decet. Vide latissimè per Fe. c. consuluit. de off. del. ver. secundò no. quòd prælati. nu. 21. col. 1021.

Prælatus suspectus de dilapidatione, qualiter contra eũ procedatur? Vide, quæ posui in litera D. §. dilapidatio.

Prælatus, qui agit pro iuribus suæ ecclesiæ, etiam quòd agat nomine proprio, tamen debet concipere libellum in personam suæ ecclesiæ, de quo vide, quæ posui in litera C. §. canonicus an possit agere.

Prælatus, qui habet beneficium annuale amouibile ad nutum superioris, an possit agere nomine proprio sine mandato? Vi. quæ posui in litera B. §. beneficium annuale.

Prælatus, qui non habet ecclesiam collegiatam, an possit esse testis in causa suæ ecclesiæ? Vide quæ posui in litera T. §. testes, et sic illi, qui sunt.

Prælatus, qui succedit patri immediatè in beneficio, debet priuari de quo vide, quæ posui in litera C. §. clericus succedens patri.

Prælatus potest illud, quod debitum est sibi ratione ecclesiæ suæ, remittere, puta, laicus, vel alius solut ecclesiæ omni anno decem, prælatus potest hoc remittere in vita sua, & non vltrà. Tex. est c. de cætero. de transact. & c. 2. de donat. Adde quòd do. Ab. c. veniens. de testi. el 1. idem tenet 1. col. ver. sed quæro. vbi limitat istud, dummodò prælatus remittat istud, quod est debitum sibi, & concernit vtilitatem suam, non ecclesiæ. Vide Feli. d. c. veniens. nu. 2. col. 538.

Prælatus non poterit facere compromissum, vt procedatur de iure & de facto. Ita do. Ab. c. cùm tempore. de arb. 3. col. ver. an autem. & vide Felin. c. 1. de consti. ver. & si dicatur, procedas de iure & de facto. nu. 51. col. 56.

Prælatus potest cogi ad soluendum de suo patrimonio, & hoc, quã do non est negligens in omittendo ea, quæ sunt vtilia ecclesiæ suæ. immo ecclesia poterit agere contra hæredes prælati. Fel. c. accepimus. de fid. instrum. ver. tertiò declara. numero. 9. columm. 817.

Prælatus auditur allegans ignorantiam, quod in diœcesi sua vacauerit beneficium per quinque menses. Do. de Rot. decis. 267. inc. Si propter negligentiã. Fel. c. quosdam. de præsum. uer. quinto est aduertendum. nu. 7. col. 943. par. 2.

Prælatus non tenetur assiduè monere peruersum, ex quo vehementer præsumit se non profuturum, immo debet tacere. Ita domi. Ab. c. scribam. de præsump. in prin. Adde, q in simili habetur, nã ecclesia desistit a remediis, vel censuris, quia vidit nul latenus proficere. Itè ecclesia non ponit iuueni pœnitentiam publicam, quia dubitat, quòd non faciet de his, & multis aliis similibus, vide per Fel. d. capit. scribam. in princ. nu. 1. colum. 947. parte 2.

Prælatus an obligetur ex iuramẽto præstito super reb. ecclesiæ suæ: Vide, quæ posui in litera I. ver. iuramentum præstitum per prælatum.

Prælatus, qui timore principum secularium non adiuuat Papã periurus est, do. Ab. c. ego N. de iureiu. 2. col. ver. not. ibi, contra omnes. Quod tamen intellige sano modo, videlicet ne sit talis metus, qui possit cadere inconstantem virum, quia isto casus difficultas excusat a periurio, c. breui. de iureiu. Item prælatus non tenetur a iuuare Papam contra proprios filios, & contra parentes. Adde Fel. d. c. ego N. ver. in tex. ibi, contra omnes. nu. 7. col. 1014. parte 2. Adde, quid contra propriam patriam? Considera. Adde, quid contra seipsum? Vide Felin. ibi col. ead.

Prælatus inferior non potest regulariter transigere sine consensu episcopi, tamen si agitur de recuperando pristino iure ecclesiæ de perdito, poterit facere transactionem sine consensu episcopi. Ita Fel. c. cum omnes. de consti. ver. primò ex eo, quod notat nu. 8. col. 88. Cui adde Io. An. c. 1. de pac in 6. Imo. & alios, Licèt Lap. ibi aliter dicat, & malè. Adde tu, prælatus inferior renunciauit priuilegio quod habet sine licentia superioris, an talis renunciatio valeat etiam in præiudicium successoris? dic quòd sic. Casus est. c. 1. de pac. Et hunc tenuit Host. c. si de terra. & c. accedentib. de priuil. & in sum. in tit. de his, quæ fi. a prælа. ver hoc no. Et hoc, quia facilius renunciatur priuilegio quam iuri competenti de iure communi.

Prælato non seruanti canones, subditi possunt resistere. Adde, q idem est, si prælatus ignorat leges & canones, quia subditi possunt resistere. Item si prælatus non seruat canones, licitè subditi possunt leuare obedientiam. Ita Fel. c. si quando. de rescr. in prin. col. 397.

Prælati, qui propriè dicantur? Vide Fel. c. 2. de iud. vers. glo. fi. nume. 9. col. 20.

Præla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prælati regulares qui non habent, nisi simplicem vsum facti vltra administrationem, possunt facere procuratorem ante tit. conte. in his, quæ pertinent ad suas administrationes. Fel. c. edoceri. de resc. ver. solus prælatus dat procuratorem. nu. 6. col. 603. Limita istud, nisi prælatus vellet constituere procuratorem, uel œconomum generalem, quia requiritur autoritas & consensus conuentus. Ita Fel. vers. seq. col. ead.

Prælati an possunt vocare concilium inuito Papa? Vide Fel. c. super literis. de resc. ver. nonò facit. nu. 21. col. 586.

Prælati regulares habent iurisdictionem supra monachos prouatiuè ad episcopum. Ita Feli. c. pastoralis. de offi. ord. ver. limita septimo. nu. 4. col. 118. Adde tu, quòd in tantum vera est hæc opinio, quòd vendicet sibi locum etiam in causa criminali. Vnde monachus licentiatus si ante quàm intret aliud monasterium, committit furtum, vel aliud crimen, correctio & castigatio spectat ad abbatem illius loci, vbi professus fuit, & non ad episcopum loci delicti commissi, & hoc, quia abbas habet iurisdictionem in monachos, etiam in crimininalibus. c. ea, quæ. & c. singulis. de sta. reg. vbicunque deliquerunt. Adde do. Abb. c. cum ab ecclesiarum. 4. col. de offi. ordi. Nec obstat regula iuris tradita l. fi. C. de iurisdom. iud. & gl. fi. d. c. cum ab ecclesiarum quæ dicit, quòd ipsi prælati & iudices inferiores habent iurisdictionem in subditos, non excluso superiore, sed accumulatiuè ad ipsum superiorem. Fallit in istis prælatis regularibus. Ita tenuit do. Ab. d. c. pastoralis. de offi. ord. 3. col. ver. sed & eam approbat. Ibi Felin, vers. limita septimò vbi supra nu. 4. col. ead; Et ita vidi obseruari Paduæ, dum essem scholaris, in monacho licentiato & capto cum furto à curia episcopali, qui tandem fuit restitutus abbati.

Prælati non possunt rescindere contractum, per quem est ius quæsitum ecclesiæ. Fel. de simo. c. querelam. nu. 2. col. 879.

¶ *Præmium an sit dandum illi, qui habet aliquid facere ex necessitate, vt puta familia potestatis, quæ capit bannitum, an debeat habere præmiũ? Bar. tenuit quòd non, l. 1. §. vtrum. ff. ad Syl. Fel. c. de hoc. de simo. ver. in ea glo in fi. nu. 7. col. 873.*

¶ *Præparatoria litis sunt seruãda secundũ statuta fori, vbi cœpiũ est iudiciũ, etiamsi clericus esset conuentus corã iudice laico, de quo vide, quæ posui in litera S. §. statutam laicorum ligat.*

¶ *Præscribendi facultati renunciari non potest. Ita Fel. c. si diligẽti. de foro compet. col. 182. & vide infrà §. præscriptioni an per pactum.*

¶ *Præscribens vniuersitatem bonorum, vtrum præscribat ius patronatus annexum illi vniuersitatis? Vide Fel. c. causam. de resc. ver. oritur tamen dubitatio noua. nu. 8. col. 548. Et vide, quæ posui in litera I. §. ius patronatus an potest præscribi.*

Præscribens seruitutem habentem causam discontinuam, seu interuallum annorum, vel mensium, an in ea præscribenda contra ecclesiam requiratur tempus duplicatũ? do. Ab. c. de quarta. de præscr. 3. col ver. extra gl. post multa tenet, quòd non duplicabitur tempus. Et idem tenet ibi Host. Adde, quòd contrarium tenuit d. c. de quarta. Innoc. Anton. de Butri. & Imo. & male, quia communiter tenetur, quòd in præscribenda seruitute habente causam discontinam, contra ecclesiam nõ duplicatur tempus. Adde Felin. dicto cap. de quarta. versicul. vtrum in præscribenda libertate seruitutis, num. 37. colum. 188.

¶ *Præscribi an possit contra episcopum priuatiuè, non cumulatiuè Fel. de præscr. c. auditis. nu. 9. col. 273.*

¶ *Præscribitur ius excommunicandi, non tamen absoluendi, & hoc venit ad limitationem tex. c. pastoralis. §. 1. de off. or. Vide quæ posui in litera E, §. excommunicatio potest acquiri præscriptione.*

Præscribitur ius visitandi in diœcesi aliena per prælatum extraneum, & etiam per prælatum subditum ipsi episcopo, de quo ui de §. procuratio debita episcopis.

Præscribitur cum titulo putatiuo, puta, quando prouenit ex fama, vel ex alijs coniecturis, & sic ex errore facti, de quo vide, quæ posui in litera T. §. titulus putatiuus est sufficiens.

¶ *Præscriptio an currat contra actionem temporalem, vt est Actio de dolo, vel Redhibitoria aut Quanto minoris, de quo vide supra §. præscriptio cum mala fide an currat hodie.*

Præscriptio an currat contra creditorem sciente debitore? Vide §. §. præscriptio cum mala fide an currat hodie. Et vide ibi, quid de præscriptione statutaria.

Præscriptio an currat contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam? Vide, quæ posui suprà §. præscriptio cum mala fide, an currat hodie.

Præscriptio an tollatur per statutum? Vide quæ posui in litera S. §. statutum an possit tollere.

Præscriptio an interrumpatur per malam fidem superuenientem etiam quod non durat? Vide, quæ posui in litera M. §. mala fides, quæ superuenit currente præscriptione.

Præscriptio an interrumpatur, quando quis dubitat de re, quã præscribit, an sit sua? gl. c. fi. de præsc. dicit quòd præscriptio currit, & idem tenet Inn. ibi, quia nõ dicitur in mala fide, ex quo scit q̃ res non est aliena. Et idem tenet gl. l. 3. §. genera. ff. de acqu. pos. Host. in sum. de præscr. rerum immobi. §. quæ exigantur. ver. quid si quis. & Bal. c. si diligenti. de præscr. 2. col. Vide Fe. d. c. fi ver. ad illud de eo, qui dubitat. nu. 9. col. 334.

Præscriptio proueniens ex errore iuris, nõ dat iustam causam præscribendi, de quo vide, quæ posui in litera T. §. titulus putatiuus proueniens ex errore iuris. Et vide etiam ibi. §. titulus putatiuus procedens ex errore iuris, est sufficiens ad præscribendum in præscriptione temporis longissimi.

Præscriptio procedens ex errore iuris & facti simul, est sufficiens, ad præscribendum. Vide quæ posui in litera T. §. titulus putatiuus procedens.

Præscriptio non currit, vbi est posita clausula decreti. Feli. c. cum accessissent. de const. ver. quartò limita. col. 172.

Præscriptio centum annorum non est subbata per priuilegium concessum ecclesiæ, q̃ nulla est contra eam præscriptio, quia tantum centenaria præscriptio curreret. Ita Fel. c. 1. de resc, ver. & dixit dominus meus. nu. 6. col. 330.

Præscriptio, an per præscriptionem acquiratur dominium directum? Vide per Fel. c. caterum. de iud. ver. an per præscriptionẽ. nu. 17. col. 51.

Præscriptio an habeat locum quando agitur de æquitate? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio præscriptionis.

Præscriptio interrumpitur per primum actum, qui solet fieri post contestationem litis, & hoc, vbi l. is non contestatur. Vide per Fel. c. insinuante. de offi. deleg. ver. in quantum do. Abb. nume. 16. col. 1026.

Præscriptio an interrumpatur per libellũ ineptum? Vide quæ posui in litera L. § libellus ineptus non interrumpit præscriptionem.

Præscriptio an sit contra ius naturale, do. Ab. rub. de præsc. 1. col. ver. secundò quærit, post multa dicit, q̃ præscriptio non est contra ius naturale. Et idem tenet glo. c. ius naturale. 1. dist. & Io. An. regula, possessor. de reg. iur. in 6. vide Fe. d. rub. uersi. dũ dicit Ab. nu. 1. col. 147. Adde tamen, quòd videtur, quòd præscriptio sit contra aquitatem, per tex. §. habeat Aut. vt ecclesia Romana & idem expressè tenuit Ang. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuc. & l. 1. C. de præscr. 30. anno. vbi dicit, q̃ arbiter, qui habet iudicare secundum æquitatem, debet reijcere exceptionẽ præscriptionis. Adde tamen, q̃ Bar. videtur tenere contra Ange. extraua ad reprimendum verbo, videbitur. & sic dicit ibi quòd habens potestatem procedendi de æquitate, debet seruare iura, per quæ iam est quæsitum ius parti, Et istam opin. Bart. & sic contra Ange. tenuit Lu. Ro. consi. suo. 49. inc. Conclusionem primam. Adde Fel. d. rub. ver. alleg. colum. ead. vbi ad plenum de hoc.

Præscriptio an constituat aliquem dominum? adeo, quòd per præscriptionem acquiratur dominium directum? vide, quæ posui in litera D. §. dominium directum an acquiratur per præscriptionem.

Præscriptio an impediat processum? & sic ingressum litis? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio præscriptionis.

Præscriptio non currit contra ecclesiam sede quasi vacante, vtputa, quando episcopus detinetur ab infidelibus. c. pe. de supplen. neg. præla. in 6. Et idem est si prælatus esset confirmatus, sed adhuc non haberet possessionem Host. c. olim. el 1. de rest. spol. & ibi Io. An. 4 col. Adde Fel. c. 1. de præsc. ver. q̃. hic dicitur nu. 3. col. 156. Adde, quid si prælatus esset excommunicatus Vide Fel. vbi suprà col. ead.

Præscriptio non currit contra ecclesiam inferiorem vacantem, etiam, q̃ episcopus possit pro ea agere, do. Ab. c. 1. de præscr. 1. col. ver. ego Do. & d. Ab. c. cum deputati. de ind. & do. Abb consi suo 33. inc. quia defunctus. Adde Fel. d. c. 1, ver. dum Abb. pulchrè. nu. 3. col. 158.

Præscriptio

Præscriptio an currat contra excommunicatum in iuribus & rebus propijs? do. Abb. c. 1. de præscr. 4. col. vers. sed ego. dicit, q̃ præscriptio non currit contra excommunicatum. Et idem tenet Bald. ibi, sed cum additione, nisi excommunicatio fuisset iusta, et si fuisset iniusta, tunc si excommunicatus est in mora petendi absolutionem, tunc bene curreret præscriptio contra excommunicatum. Adde Fel. d. c. 1. versic. dum solenniter concludit. nu. 8. col. 162.

Præscriptio an possit tolli per priuilegium? Ang. Auth. vt de cætero commuta. ecclesia. rerum. dicit, quòd priuilegium potest tollere præscriptiones, non tamen centenarias. Et idem tenet Franc. de Arc. consi. suo 15. penul. col. & Fel. rub. de præscr. versi. considera secundo, & not. num. 18. col. 155. Adde tu, quòd Bar. videtur sentire contra opi. istorum. auth. quas actiones. C. de sacros. eccle. vli. col. versic. item quærit glo, vbi ponit q̃stam, an possit concedi priuilegium in genere, q̃ contra aliquem non curat aliqua præscriptio, & post multa concludit, q̃ potest concedi priuilegium, q̃ non currat præscriptio aliqua, dum modò in priuilegio dictum sit expresse, Non obstante tali lege, vt l. rescripta. C. de preci. impe. offe.

Præscriptio an possit tolli per statutum? Vide §. §. præscriptioni an per pactum renunciari possit.

Præscriptio an currat contra legata facta ad pias causas, vel etiã facta pauperibus personis? Ponit do. Ab. c. 2. de præscrip. 3. col. ver. quarta lectura. Ibi vide Fel. ver. circa varios intellectus. nu. 4. col. 169.

Præscriptio an currat contra hæreditatem iacentem. d. Abb. c. de quarta. de præscr. 2. col. ver. quæro, nunquid dicit, quòd præscript, non currit contra hæreditatem iacentem, quamuis aliter & malè, teneat Anton. de But. ibi & Spec. tit. de præscript. §. 1. ver. item no. Adde, quòd opin. dom. Abb. tenuit etiam Bal. l. licèt. C. de iure deliber. in fin. Idem tenent ibi Ange. & Paul. de Cast. & Fel. d. c. de quarta. versic. contra hæreditatem iacentem. nu. 19. col. 179. Adde, quod opinio do. Ab. & aliorum non habet locum in vsucapione, quia illa bene currit contra hæreditatem iacentem. Et est ratio, quia est merè fauorabilis. Ita Ang. & Imol. l. fed si. §. seruus alienus. ff. de hæred. inst. Vide Felin. d. c. de quarta. nu. 20. ver. fallit primo. Ibidẽ. Item opi. do. Ab. non habet locum in præscriptione iam cœpta, quia currit contra hæreditatem iacentem, & sic perfici & compleri potest hæreditate iacente. Angel. & Imol. l. si seruus hæreditarius. ff. de stipu. seruo. & l. si inter. C. de non nume. pecu. Alexan. consilio suo 267. incip. In causa & lite vertente. Vide Fel. d. c. de quarta. num. 21. ver. fallit secundo. vbi supra. Item opinio dom. Ab. non habet locum in præscriptione conuẽtionali, & ratio est, quia illa recipit formam a conuentione partium. Bal. d. l. licet. C. de iure deliber. Vide Felin. d. c. de quarta. ver. fallit tertiò. vbi multa dicit in materia ista. num. 22. col. 180.

Præscriptio an currat contra priuilegiatum, qui succedit non priuilegiato, contra quem erat inchoata præscriptio? Vide supra §. priuilegiatus succedens.

Præscriptio an currat contra seruitutem? & sic, an seruitus acquratur per præscriptionem? Vide quæ posui in litera S. §. seruitutes an acquirantur per præscriptionem. & §. seruitus habens causam discontinuam.

Præscriptio an currat contra ecclesiam sine titulo. spacio 40. annorum in seruitutibus? Vide, quæ posui in litera S. §. seruitutes, an acquirantur per præscriptionem.

Præscriptio legitime decursa, an contra ipsam detur restitutio, in integrum? Vide, quæ posui in litera R. §. restitutio in integ. an sit danda illi, contra quem est præscriptum legitimè.

Præscriptio an interrumpatur per credulitatem malæ fidei superuenientem, an verò requiratur, quòd firmiter credat præscribens se esse in mala fide. Innocen. ponit cap. fin. de præscri. & videtur sentire, q̃ præscribens debet firmiter credere se esse in mala fide, ad hoc, q̃ præscriptio interrumpatur. Et idem senit Bart. l. naturaliter. ff. de vsucap. 2. col. ver. & ex hoc. Adde Fel. c. vigilanti. de præsc. ver. & no. q̃ si probaretur. nu. col. 198.

Præscriptio si est completa in mala fides, quæ superuenit, nõ nocet præscriptioni etiam in foro conscientiæ, de quo vide, quæ posui in litera M. §. mala fides quæ superuenit.

Præscriptio interrumpitur per malam fidem superuenientem onrente ipsa præscriptione. Tex. est c. vigilanti. de præscr. & c. si. eo tit. Vide, quæ posui in litera M. §. mala fides, quæ superuenit currente præscriptione, & hoc indubitanter de iure canonico, sed secus est de iure ciuili. Vide d. §. mala fides.

Præscriptio an tollat actionem? & sic, an extinguat obligationem ipso iure sine ope exceptionis, do. Abb. c. ad aures. de præscri. 1. col. ver. item facit iste text. tenet. quòd sic. Contrarium tenuit Cynus l. cum quis. de iur. & fac. igno. & Salic. l. sicut. C. de præscri. 20. anno. 6 oppo. Et idem videtur tenere Bartol. l. 1. §. accusationum. ff. ad Turpilia. vbi dicit, quòd quando quis accusatur de crimine super quo est præscriptum, non literatur ab accusatione sine ope exceptionis. Adde, quòd ibi contra Bar. tenuit Ange. vbi expresse dixit, quòd quoties accusatio est inepta, tunc talis ineptitudo reddit iudicium retro nullum, l. si patronus. ff. de iureiu. Ideo accusatio ab initio erit nulla sine ope exceptionis. Et idem videtur tenere dom. Alexan. l. eleganter. §. si quis. ff. de condi. indeb. Vide sequitur quòd opinio Bartol. nihil facit pro opin. Cyn. & Salic. in locis prælleg. Et adde, quòd Bald. l. fin. circa fin. C. ex qui. cau. maio. tenet opin. Cyn. & Salic. & Bar. d. l. fin. idem tenet Felin. d. c. ad aures. de præscr. circa princ. qui idem tenet, nu. 1. col. 199. & inde. Et dicit, quòd Salic. d. l. sicut. dixit, quòd opi. Cyn. erat communis. Et ego idem teneo, quia tempus sotum non potest esse causa priuationis. Adde, quòd secus est in vsucapione, quia illa bene operatur effectum suum ipso iure. Vide, quæ posui in litera V. §. vsucapio tollit actionem ipso iure sine ope exceptionis.

Præscriptio extinguit debitum, quia si quis illud soluit ignoranter, potest repetere, de quo vide, quæ posui in litera S. §. soluens debitum ignoranter.

Præscriptio an possit inducere, q̃ laici non teneantur ad solutionẽ decimarum, iam prædialium, quam personalium? Vide quæ posui in litera D. ver. decimarum solutione.

Præscriptio an currat tempore feriarum? de hoc est aliqua difficultas. Inn. c. ex transmissa. de præsc. tenuit, quòd in feryis vsitatis, & consuetis bene currit præscriptio, sed in repentinis no currit præscriptio, sed datur restitutio. Et idem tenet do. Abb. d. ca. ex transmissa. 2. col. ver. septimus casus est. & ibi Fel. v er. in quantum verò. nu. 8. col. 227.

Præscriptio currit contra absentem causa reipublicæ, sed restituitur in integrum. Vide do. Abb. cap. ex transmissa. de præscriptio. 3. colum. vers. octauus casus. & ibi Fel. ver. prædicto. colum. ead.

Præscriptio an tantum possit, quantum priuilegium? vt puta illud quod potest acquiri priuilegio, an possit acquiri per præscriptionem, vel consuetudinem? do. Abb. cap. accedentes. de præscr. 1. col. ver. no. q̃ valet, tenet, quòd sic, quòd quæsibile priuilegio, est quæsibile per præscriptionem. Idem tenet dom. Card. cle. 2. de religio. do. pen. col. Oldr. consil. suo 172. incipient. quia omnes. Idem tenet Fel. d. c. accedentes. vers. quæsibile priuilegio. num. 6. col. 232. Adde, quòd fallit hoc in aliquibus casibus, & primò, vbi lex expresse diceret, quòd quis non posset habere aliquid, nisi per priuilegium. glo. cap catholica. 11. distinction. Et in hoc vide Felin. c. accedentes. versicu. fallit tamen primo. nu. 6. col. eadem. Vbi multa ponit, quæ possunt acquiri ex consuetudine. Et hoc casu consuetudo æquipollet priuilegio. Item fallit, vbi quis acquireret per præscriptionem, & est incapax possessionis, quia præscriptio non valeret etiã si esset mille annorum. Ioann. Andr. cap. 2. de præben. in 6. Felin. cap. accedentes. versicul. fallit secundò. numer. 6. col. 233. Item fallit in casu, quo lex resistit præscriptioni, quia non valeret præscriptio, etiam de initio cuius non sit memoria, domi. Abb. cap. cum ex officij. de præscrip. 3 notæ. & ibi Anto de But. 3. col. Fel. d. c. accedentes. uer. fallit tertiò, vbi lex. nume. 6. column. vt suprà. & ibi ponit multa circa istam fallentiam.

Præscriptio an currat contra bona prohibita alienari per testatorem? Vide quæ posui in litera R. § res prohibita alienari per testatorem.

Præscriptio an currat contra pupillum, glo. c. cum non liceat, de præsc. tenet, q̃ non. Et idẽ tenet do. Ab. 5. col. ver. secundò quæro. Adde, an præscriptio currat contra furiosum & prodigum & ibi u. c. cum non liceat. do. Ab. tenet, quòd non currat contra furiosum & prodigum, de quo vide Io. An. in Spe. tit. de præscrip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scrip. in rub. & Bar. l. imperatores. ff. de re iud. Paul. de Ca. l. tutor. ff. de iureiu. Pet. de Anch consi. suo 5. inc. Pro patre nobili. circa fi. Adde Fel. d. c. cum non liceat. ver. dum Abb. postea extendit. nu. 8. col. 241. in fi.

Præscriptio an currat contra imperatorem, adeo quòd principes, & ciuitates possint contra iura imperialia præscribere, & non recognoscere ipsum imperatorem in superiorem? Vide quæ posui in litera C. §. ciuitas potest præscribere contra imperatorem.

Præscriptio an currat contra feudum? & sic an potest quis præscribere feudum respectu vtilis dominij? Vide, quæ posui in litera F. §. feudum an potest præscribi.

Præscriptio an currat contra censum? Vide, quæ posui in litera C. §. census an potest præscribi.

Præscriptio quando interrumpatur ciuiliter? do. Abb. c. illud. de præscr. 3. col. ver. venio ad secundum. tangit materiam istam tu dic, quòd multa sunt genera præscriptionum. Primò est vsucapio, quæ est præscriptio merè fauorabilis, quæ currit triennio, cum titulo & bona fide. Secundò currit præscriptio merè odiosa, quæ est inducta de iure ciuili per spacium 30. annorum cũ mala fide. Tertiò est præscriptio 10. vel 20. annorum. Quartò est præscriptio statutaria, quæ currit spacio decem annorum. Quintò est præscriptio 30. annorum cum bona fide sine titulo. Adde ergo, quo ad primum, quòd vsucapio currit triennio cũ titulo & bona fide, vt Insti. de vsucap. in princ. & hæc interrumpitur per contestationem litis. Vide dom. Abb. d. c. illud. 3. col. ver. venio. Secundò præscriptio mere odiosa, hæc interrumpitur per solam citationem, 16. q. 3. §. potest. l. cum notissimi. C. de præscr. 30. annorum. do. Ab. loco præa. Tertiò præscriptio mista 10 vel 20. ann. & ista interrumpitur litis contestatione facta coram iudice competenti, vt d. §. potest. & l. penul. C. ne de sta defun. dom. Ab. d. c. illud 3. col. ver. quædam est præscriptio. Quartò est præscriptio statutaria, & ista etiam interrumpitur per solam citationem. Bar. l. 2. §. si rem. ff. pro empt. do. Abb. d. c. illud. 3. col. ver. sed dubitatur. Idem tenet Angel. d. l. 2. §. si rem. Contrarium tenuit Imol. d. cap. illud. & Imol. d. §. si rem. Vide consilium Paul. de Cast. consil. suo 283. 2. col. & consi. 185. circa fi. Vide Felin. c. illud. ver. circa ciuiles interruptiones. num. 2. col. 211. Adde & limita illud, nisi statutum disponeret, quòd præscriptio non interrumpitur, nisi per libellum, quia isto casu præscriptio non interrumperetur per solam citationem. Ita Salic. l. fin. C. de præscr. 30, anno. Vide Felin. d. c. illud. ver. limita tamen egregie. num. 3. col. 212. Quintò de præscripsione 30. annorum cum bona fide sine titulo, & ista interrumpitur per litis contestationem, quia sola citatio nõ sufficit, do. Abb. d. c. illud. 4. col. versic. præterea. Vnde plus dicit quòd præscriptio cœpta contra ecclesiam, non interrumpitur per citationem, sed requiritur litis contesta. Et ex istis verbis dom. Abb. not. diligenter primò, quòd præscriptio cum bona fide, etiam 30. ann. non interrumpitur per solam citationem, quamuis communiter Scribentes d. c. illud. dicant contrarium vbi dicit, quòd præscriptio longissimi temporis interrumpitur per solam citationem, secundò præscriptio cœpta contra ecclesiam, non interrumpitur per solam citationem. Vide Felin. latè de hoc, dicto cap. illud. ver. deinde pondera. num. 4. col. vt supra.

Præscriptio longissimi temporis an interrumpatur per solam citationem? Vide §. §. præscriptio quando interrumpatur ciuiliter.

Præscriptio cœpta contra ecclesiam, an interrumpatur sola citatione, an verò requiratur lit. conte. Vide §. §. præscriptio quãdo.

Princeps obligatur ex contractu suo inito cum subdito, adeo q. si obligatio esset facta ratione dignitatis, successor obligatur ad iuris obseruantiam. Ita domin. Abba. capit. 1. de proba. in prin. & Cyn. l. digna vox. C. de legi. Bald. capi. 1. de probati. Bald. l fin in fin. C. de transi. vbi dicit, quòd si papa, vel Imperator facit capitula cum ciuitatibus, quòd sunt seruanda, ni si dolus interueniat, & Bald. l. ex imperfecto. C. de testa. vbi dicit, quòd æquitas, quæ in contractibus requiritur, suadet q. princeps obligetur ad obseruantiam ipsius de iure gentium. Vide Bar. l. prohibere. §. planè ff. quod vi, aut clam. vbi dicit, q. si rex donat aliqua, quæ non diminuunt valde iurisdictionem suam, valet donatio, & præiudicat successori. Bald. capitu. 1. de na. feu. dicit, quòd princeps obligatur præcisè ex contractu suo Vide per Felin. dicto cap. 1. de proba. num. 1. col. 318. vbi ponit multa in materia ista. Adde & pone, quòd si princeps faciat priuilegium, vel legem, vel statutum cum non subdito, quo casu videtur facere contractum, an possit reuocare priuilegium, legem, vel statutum? Dic, quòd non. Ita do. Abba. c. nouit. de ind. 8. columnn. ver. & no. Secus in subdito, cui princeps concessisset priuilegium, statutum, vel legem, quia ex quo non habet vim contractus, potest reuocare, vt dicit gloss. fin. regula, decretal. de reg. iur. in 6. Spec. de instru. edi. §. nunc dicendum. in fi. Pet. de Anch. consi. suo 21. incip. Vi factum est dom. Abb. d.c. nouit. loco prælegato. Bald. l. qui se patris. 9. colum. ver. scias. C. vnde lib. Latissime per Felin. d. cap. 1. de prob. ver. & istis adde elegantem doctrinam. colum. 3 9. circa med. Adde tu illud, quod dicit ibi Felin. q. si esset concessum statutum, vel priuilegium absenti, potest princeps ex causa reuocare, per ea, quæ habentur l. absenti. ff. de donatio. Item lex transiens in priuilegium ecclesiæ non potest reuocari in eius præiudicium. Innocent. capitu. nouit. de iudic. Limita omnia prædicta, in quantum dicitur, quòd princeps obligatur ex suo contractu, quòd hoc est verum, quo ad obligationem naturalem solum. quia ius naturale princeps tollere non potest, vt Instit. de iud. nat. gen. & ci. Innocen. & alij. capit. quæ in ecclesiarum. de constit. secus est, quo ad obligationem ciuilem, ex qua non obligatur princeps, secundum domin. Abb. dicto cap. 1. de proba. in princ. Anto. de But. ibi, & expressius Imo. Et ratio est, quia illa obligatio descendit a iure ciuili. Insti. de obl. in prin. Et princeps iuris ciuili non

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiacet.l.prin ceps ff.de legi. Adde tamen, q. Bald. dicta l. princeps, tenet contrariũ, q. immo princeps obligatur ex suo cõ tractu naturaliter & ciuiliter. Adde Felin. dicto capit. 1. de tractu naturaliter & ciuiliter. Adde Felin. dicto capit. 1. de proba.ver.modo aduerte, quia prædicta debent.numer.3.colũ. 320.vbi ponit plenè de q. ista. Limita etiam, quòd princeps non tenetur ex suo contractu, quando talis contractus esset in præiudicium subditorum, quia contractus non tenet ipsis inuitis.Host.c.dilecti.de maio.& obed.vbi Ioan.Andr. Anto. de Bu. dom. Abb.cap.generalis si de feu. fue.contro & l.quicunque.vltim. col. ver.deinde not.C. de ser.fug.do.Abb.d. capit. nouit.8.col.loco prælegato.Vide omnino Host.c.quanto.de iurei. vbi dicit, quòd pactũ inter principes de remissione damnorũ datorũ, seu illatorũ subditis, non valeat in eorũ præiudicium, & Hosti.in sum.de pœni. & remiss.§.quibus, & qualiter. ad fin. ver.sed pone.dicit, q. si finita guerra fieret pactũ de rebus depredatis hinc inde, emptores, vel detentores illarũ rerũ non sunt tuti in foro conscientiæ. Et idem tenet Petr. de Anch. regula, peccatũ. de reg. iur. in 6.9.chart.ver. sed moueo vnam q. Vide ad plenũ per Felin.dicto capit. 1.de prob. versi secũdò declara notabiliter.numero 4.colũ. 321. Limita etiam circa contractũ principis, q. princeps non obligatur, quando contractus factus per principem, contineret magnam diminutionem iurisdictionis suæ. Ita Felin. dic. capit. 1. de prob.ver.tertiò declara hanc materiam. Ibidem.num. 5.& ibi multa addit ad hoc propositũ. Limita etiam, q. princeps non tenetur ex suo contractu,& hoc, quando ex causa iusta vult venire contra suũ contractũ factum cum non subdito. vel subdito, quia posset Bald. l. final. ff. de sena. Felin. dicto capit. 1. de proba.versi. quinto declara.numer. 6. col. 322. Limita etiam, q. princeps potest venire contra suum contractum, & hoc, quando fuit inductus ad contrahendum aliquid non bene informatus, domi. Abbat. capit. sicut. el primo. de ireiuran. 3. not. vbi dicit, q. si Cardinales ante creationem Papæ aliquid stătuunt, & promittit quilibet. si fuerit electus, illud obseruare, si est in præiudicium dignitatis suæ, non tenetur electus obseruare. Et idem tenuit Cald. consilio suo 3. titul. de iureiurand. Et hoc nota. quod principes, qui ante creationem suam faciunt promissiones, si sunt præiudiciales, non tenentur, de quo vide per Felin. dicto capit. 1. de probat. ver. sextò declara. numero 7. Ibidem.

Princeps an & quando possit conferre beneficium. Fel.c.de hoc.de simo.nu.9.col.873.

Princeps potest interpretari sententias suas,& priuilegia, capit. cum venissent. de iud. & ibi scribentes. Bald.l.hi.qui. C. de appellat. Innocent. capit. olim. de verbor. signi. Ludo. Roma.l. 1. ff. si cert. petat. 7.col. Bal. l.omni.C. de sacrof.eccl.in fi. Fe. c.qualiter & quando.de accu. el 1.ver.quartò nota, q. nu.29. col.746.

Princeps an possit obligare subditos suos per pactum, eis nolentib. imò contradicentibus? Vide S.§.princeps obligatur ex contractu.circa medium.

Princeps est solutus legib.nõ tamen est solutus dictã mine rationis. Ita Fel.c.1.de consti. ver. quinta declaratio est, q. licèt princeps.nu.31.col.45.

Princeps secularis potest per suam legem limitare, seu interpretari ius diuinum, ex causa, quia licèt lex diuina dicat, Non occidas, tamen in multis lex tolleret homicidium. Item lex diuina contentatur duob. testib. vel tribus, tamen lex principis non tolleret hoc in multis casibus. De quo vide per Felin.cap. quæ in ecclesiarum. de constit. ver. prima conclusio, princeps. nume. 2. col. 113. Et dico, quòd lex potest interpretari ius diuinum, dic, quòd habet locum etiam in consuetudine, & quod dixi in principe, habet locum etiam in populo, quia populus potest tantum in suo territorio, quantum princeps in suo imperio,de quo per Felin. d. cap. quæ in ecclesiarum. ver. allegato, col. vt S.

Princeps an possit authenticare scripturam non authenticatam, in præiudicium tertij? Vide, quæ posui in litera S.§.scriptura non authenticata.

Princeps an possit præscribere contra imperatorem? Vide, quæ posui in litera C.§. ciuitas potest præscribere.

Princeps, vel ciuitas, qui non recognoscit superiorem, si est negligens in ministranda iustitia, an papa possit supplere negligentiã eorum? an verò imperator? do. Ab.o.licet. el 1. de fo. compe. 6. col. ver. sed pro eius dicit, q. Papa non supplet, sed imperator. Adde, quòd idem tenet Fel.c.cum non liceat. de præscr. ver. decimò considera. nu. 12. col. 248. Adde, quòd contra hoc videtur sentire ipsemet do. Ab. c. nouit. de iud. 10. col. vbi dicit quòd non recognoscens imperatorem in superiorem, potest conueniri coram Papa, de quo etiam per Fel. d. ca. cum non liceat. ver. allegato.

Princeps an possit alienare ciuitates sui regni? Vide Bar. l. prohibere. ff. quod vi, aut clàm. & vide do. Card. consilio suo 138. incip. ad quædam. 4. col. Et ibi dicit, quòd princeps potest disponere de bonis regni sine consensu maioris partis baronum. Et dixit Host. c. dilectus. de maio. & obe. quòd princeps non potest alienare vnam ciuitatem contra voluntatem suorum ciuium. Et vide Old. consil. suo 94. incip. Eleganter. in fi. Adde Felin. cap. ad audientiam. de præscr. ver. de alijs verò principibus, nu. 4. col. 250.

Princeps an posset obligare iurisdictionem, quam habet in homini bus? Bar. l. is, qui. §. fi. ff. de pig. dicit, quòd non, nisi ex causa ardua. Vide Bal. de pace Constan. verbo, obiectioni, Adde Fel. c. ad audientiam. de præscr. ver. allegato. col. vt §.

Princeps si destruit domum communem alicuius, propter delictũ vnius consortis, an teneatur soluere pretium alteri consorti absenti? Vide in litera R.§. res.

Princeps, quando fuit causa, quòd ex sola sua voluntate quis acquireret dominium, potest ex sua sola voluntate auferre. Fe. c. quæ in ecclesiarum. de const. ver. quinta declaratio est, quando princeps ex sua voluntate. nu. 48. col. 132.

Princeps potest auferre bona acquisita ex præscriptione, vel vsucapione sine causa, quia talis modus acquirendi inductus fuit ab eo, & ab eo potest auferri, etiam sine causa. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const. ver. allegato. col. ead.

Princeps an possit legitimare spurium in præiudicium venientis ab intestato. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. & colum. prælegat.

Princeps non potest reuocare dominium acquisitum de iure naturali, puta, ex contractu. Fel. c. quæ in ecclesia. de consti. ver. tertiò confirmatur. nu. 51. col. 133. etiamsi princeps ipse contraxisset cum priuato.

Princeps si possidet rem alienam, credens eam esse suam, & eam donet, vt suam, confirmatur donatio, spacio quatuor annorum in præiudicium veri domini. Felin. ca. quæ in ecclesiarum. de constitu. versic. septima & vltima declatio. column. prædicta.

Princeps si facit transactionem cum inimicis suis de damnis datis hiucinde in bello, ad hoc, ne subditi possint amplius petere dãnum, vtrum talis transactio nocet subditis? Ponit Felin. capit. quæ in ecclesiarum. de constit. versic. secundò not. in hac materia. numero 53. column. 134. Adde adicta illa, quæ posui in litera C. §. ciuitas habent iura principis. quia sunt valde vtilia.

Princeps si mandat aliquid faciendum, præsumitur, quòd moueatur ex causa rationabili, dato, quòd non appareat causa, & ideo Cyn. l. rescripta. C. de pre. impe. offe. 3. q. dicit. quòd si princeps mandat alicui, vt aliquem in furca suspendat, potest ille sine vllo peccato exequi. Adde, quòd istud tenet Felin. capitulo, quæ in ecclesiarum. de constit. ver. quinta conclusio est, quòd in dubio præsumitur. numer. 60. colũ. 136. Adde tu, in quantum Cyn. dicit dic. l. rescripta. quòd iudex debet suspendere illum, quem mandat suspendi princeps, quòd hoc non est verum, quãdo iudex cognosceret, quòd princeps sententiam tulit, vel mandat ex iracundia, quia motus debet retardare executionem ipsius sententiæ, vel mandati. Ita notabiliter dicit gloss. capitulo cum apud Thessalonicam. 11. quæstion. 2. Et hoc modo limitat. Cy. d. rescripta. Adde & alios casus dict a gloss. c. cùm apud.

Princeps obligatur ex suo contractu, Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. limita secundò, vt non procedat. vbi supra. nu. 62. col. 137. Adde tu, quòd princeps adeo obligatur ex suo contractu, quod talis contractus habet vim legis. Ita Bar. l. donationes. C. de do. inter virum & vxo.

Princeps si mandat aliquid, ob quod timetur scandalum futurum seu turbatio Christianitatis, vel magnum peccatum, non est ei obediendum. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. versic. limita quarto. nu. 64. col. 137.

Princeps

Princeps potest vendere rem communem, quam habet cũ priuato, co-requisito tamen ei debet dare partem pretij. Fel. capit. quæ in ecclesiarũ. de consti. versi. sexta declaratio est, quòd vbi princeps. n. 51. col. 132.

Princeps, qui non recognoscit superiorem, potest committere cãs appellatione remota. Ita Fel. cap. 1. de rescr. 2. col. versi. amplia secundò, etiamsi Papa. num. 2. column. 327. Adde Bartol. l. prima. ff. a quib. appell. non licet.

Princeps licet in concernentibus iurisdictionem voluntariam imponat necessitatem alicui inferiori faciendi aliquid, non tamen videtur astringere, vt delegatam, sed vt ordinariam iurisdictionem exciteat. Fel. c. licèt in corrigendis. de offic. or. nu. 6. colum. 1130.

Principes si sunt constituti domini per priuilegium Papæ, seu imperatoris in aliqua prouincia, ex quo sunt inuestiti per priuilegium efficiuntur vicarij, & acquirunt potestatem legitimandi, restituendi famã, creandi notarios. Pa. de Castr. consili. suo 225. inci. Super primo dubio, circa fin. Ang. consi suo 214. In causa accusationis. 3. col. Adde Fel. c. cùm nobis. de præsc. ver. tertia declaratio. Licèt reseruata principi. n. 6. col. 262. vbi dicit, q. in concessione facta magistratui non comprehendantur reseruata principi in signum priuilegij singularis.

Principes stangentes in eodem loco pari imperio si vnus deliquit, vel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipso se submittere iurisdictioni & imperio condomini. Felin. cap. cùm inferior. de mai. & obe. ver. declarantur ista duobus modis. nu. 3. col. 1218. Adde tu, q. hoc verum est, quando ciuitas, vel princeps, aut rex, qui non cognoscunt superiorem, hoc faciunt non coacti, quia si volunt, possunt se submittere iurisdictioni minoris, vel æqualis. Ita Barto. l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iudic. Fallit in Papa, quia non potest se submittere laico, de quo vide, quæ posuit Felin. capit. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. num. 5. col. 216.

¶ *Principalis persona an possit esse testis in causa? Vide quæ posui in litera D.§. denunciator quando potest esse testis.*

¶ *Prior manualis, qui ad nutum superioris amoueri potest, dicitur habere dignitatem, & potest dari iudex delegatus a Papa. Ita Fel. c. 2. de iud. ver. gl. fi. nu. 9. col. 20.*

Prior fratrum Mendicantium dicitur habere dignitatem, & potest dari delegatus Apostolicus. Ita Fel. c. cũ olim. de mai. & obe. in prin. col. 1210. Adde, q. idem est in Guaratano fratrum Minorum, vt per Felin. ibi, dicto cap. cùm olim. in princi. nu. 1. col. ead.

¶ *Prioratus manualis licet conferatur semel alicui, vel per Papã conferatur, vt perpetuus, per hoc tamen non mutat naturam, imo eo vacante reassumit suam naturam pristinam. Felin. capit. in nostra. de rescrip. ver. nouò no. quòd licet. num. 45. colum. 847.*

¶ *Priuata persona potest excommunicare suos malefactores, & hoc ex priuilegio sibi concesso a Papa. Fel. c. ex parte decani. de reser. in prin. nu. 1. col. 848.*

¶ *Priuetur licèt hoc verbum importet per sententiam. gl. c. quicũque. ver. tanouetur. de har. in 6. tamen pro latum a testatore, importat ipso iure. Fel. c. Rodulphus. de reser. ver. priuetur, licèt hoc verbum. nu. 24. col. 892.*

¶ *Priuatio beneficij, si agitur ad priuationem beneficij, dicitur cãciuiliter intentata. Frid. consi suo 22. Do de Ro. conc. 402. inc. Item si committitur. Fel. c. super his. de accus. ver. vltim. no. q. quando de crimine. nu. 2. col. 717.*

¶ *Priuilegium datum ad aliquid agendum, putà ad nundinas faciendas, quanto tempore perdatur, si non vtitur priuilegio priuilegiatus. Bar. ponit l. filijs. C. de dec. li. 10. Sed si datu est priuilegium ad non faciendũ, non perditur ĩstatim. sed requiritur tempus quadragintà anno. Doct. d. c. cùm accessissent.*

Priuilegium concessum alicui, in quo concessa est simpliciter facultas aliquid faciendi, si eo non vtitur, cum potest, perditur secus est, quando priuilegium est concessum aliquid faciendi, & facultas faciendi est posita in expressa & libera voluntate eius cui facta est concessio, quia etiam si non vtatur, cùm possit, nõ amittit priuilegium, de hoc est gloss. aurea. 100. caput priuilegio. gloss. penult. de priuileg. Adde Felin. capit. cùm accessissent. de consti. ver. limita secundò hanc regulam. nu. 26. colum. 168.

riuilegium concessum alicui cum clausula decreti, vel alia prohibitiua, non tollitur, nec per actum contrarium, nec per renunciationẽ partis, nec per præscriptionem, pone exemplũ. Papa cõcessit abbati per priuilegium vt conferret beneficia, prohibendo ne beneficia monastica conferat clericis secularibus. dato, quòd contra illud priuilegium longo tempore factum fuerit, tamen non est derogatum. Vide Dom. de S. Ge. c. cum de beneficio. de prab. in 6. 2. col. Adde Fe. c. cum accessissent. de const. quartò limita, nisi in priuilegio nu. 30. col. 172.

Priuilegium non amittitur, si faciens contra priuilegium suum, protestatur, quòd non intendit ea renunciare, quia protestatio uat. Fel. c. cum accessissent. de consti. ver. quintò limita, nisi faciens. nu. 30. col. 172. Adde tu, quòd ille qui venit contra priuilegium suum, etiamsi non protestetur, non dicitur renunciare priuilegio suo, nisi quo ad actum illum tantum, & pendentes ab eo, & non, quo ad alios actus, de quibus loquitur priuilegium. Ita Bart. l. 2. §. fi. ff. de decu. Cyn. & Sal. l. voluntaria ff. de excu tut.

Priuilegium concessum ad pias causas, est irreuocabile. Ita Fe. c. nouit. de iud. ver. in gl. in ver. quicunq; nu. 7. col. 96.

Priuilegium concessum alicui per principem, an ipse princeps possit illud reuocare, quandocunque sibi videbitur, etiam postquàm est translatum dominium? Vide per Fel. cap. nouit. de iud. ver. dicit hic Are. considera bene. nu. 8. col. 90. & versic. nunc transeo. nu. 10. col. 99.

Priuilegium concessum cuicunq; causa remunerationis, est irreuocabile. Ita Fel. c. nouit. de iud. ver glo. in verbo, quicunq;. nu. 7. col. 96.

Priuilegium concessum non subdito, non potest reuocari amplius per ipsum concedentem. Ita Fel. c. nouit. de iudi. ver. ex dicto ergo singulari Inn. nu. 9. col. 97. in fi. Adde do. Abb. d. c. nouit ver. quarta solutio.

Priuilegium concessum ab inferiore principe, puta ab episcopo, ipse inferior illud priuilegiũ non potest reuocare. Ita Fel. c. nouit. de iud. ver. limita secundò, vt non procedat. nu. 11. col. 100.

Priuilegium an reuocatur per principem? dic, q. princeps potest reuocare suũ priuilegiũ, etiam sine causa. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ver. secundò confirmatur. num. 51. column. 133. Adde tu, quòd princeps non solum potest reuocare suum priuilegium sed etiam antecessoris, sine causa. etiamsi ex eo esset quæsitum ius alteri. Fallit hoc, quando princeps recepisset pecuniam ex concessione ipsius, quia nõ posset reuocare. Ita Bal. l. qui se patris. 11. col. ver. hoc scias. C. vnde lib. Bar. Cepo. de serui. tit. de via.

Priuilegium qualiter perdatur? Ponit Fe. c. cum accessissent. de consti. ver. an gl. pe. in fi. nu. 23. col. 167. Adde ad omnia, quæ sunt dicta per eum ibi, q. priuilegium perditur, seu finitur cessante causa, propter quam concessum est priuilegium. Ita Bar. l. Titia. §. vsuras. ff. de le. 2. Adde Bar. l. beneficium. ff. de consti prin. ver. quæro, quanto tempore.

Priuilegium amittitur per contrarium actum, etiam vnico actu. & hoc, quando priuilegium est natum ex statuto, vel lege, vel concessione principis secus est, quando est quæsitum ex consuetudine, quia sicut vnico actu non est quæsitum, seu inductum, sed pluribus, ita multiplici contradictione tolli debet. Fel. ca. cum accessissent. de consti. ver. septimo limita, dummodo priuilegium. nu. 3 col. 172. Adde ad prædicta, quòd verum est, quòd priuilegium concessum personæ perditur vnica contrauentione spontanea. Casus est c pro illorum. de præben. & ibi dom. Ab. 2. col. ver. vltimo not. Adde, quòd secus est, si priuilegium est concessum pro loco siue ecclesiæ, quia tunc requiritur spacium 40. annorum, quemadmodum requiritur in præscriptione cuiuscunq; rei ecclesiasticæ. Ita d. Abba. dicto ca. pro illorum. 2. colum.

Priuilegium concessum per principem cum clausula, q. omnia habeantur pro expressis, vigore istorum verborum non veniunt nisi quæ communiter solent exprimi, & non, quæ de raro solent accidere pone, Papa. vel alius princeps concessit priuilegium, vel reseriptum, & posuit in eo clausulam, istam, Volumus quòd omnia habeantur pro expressis, dic, quòd ex verbis istis veniunt solum ea quæ consueuerut exprimi, & intelligitur de consuetis communiter, secus si de raro, quia per illa verba illa non veniunt. Fel. c. cum M. de consti. ver. secunda declaratio. nu. 42. col. 199. Adde Bar. l. scio. §. medico. s. op. ff. de an. leg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuilegium secundum speciale contra primum generale, an valeat, etiamsi non faciat mentionem de prima? Ponit Fe. c. 1. de rescr. ver. valet secundum priuilegium. nu. 3. col. 328. Adde do. Abb. c. veniens. de præscr. 4. col. vers. primum non tangunt hic Doct. Adde Fel. d. c. 1. de rescr. ver. secunda dispositio. nu. 10. col. 334. vbi ad plenum tangit hunc articulum.

Priuilegium & indulgentia qualiter differunt. Fel. de fi. instr. ca. contingit. nu. 4. col. 820.

Priuilegium continens idem, quod ius commune, debet ita intelligi, vt aliquid addat iuri communi. Fel. c. 1. de rescr. ver. priuilegium continens prima facie idem, quod ius commune. nu. 4. col. 330. aliàs priuilegium esset frustratorium.

Priuilegium vbi præiudicat alteri in iure quæsito, vel infert damnum, tunc exponitur simpliciter ad terminos iuris communis, prout iacet. Ita Fel. c. 1. de rescr. ver. declara duobus modis. nu me. 9. col. 332. Adde tu, quòd priuilegium principis intelligitur concessum sine præiudicio tertij, ideo non extenditur in damnum tertij, c. quamuis. de rescriptis. in 6. Bartol. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. vlt. colum. & l. impuberi. ff. de admini. tut. 2. not. Adde, quòd istud etiam procedit, quando priuilegium est concessum motu proprio. Ita Io. Andr. cap. motu proprio. de prabend. in 6. domin. Abbas ca. 1. de iudic.

Priuilegium principis non tollit ius tertij. Fel. c. nonnulli. de rescr. ver. si autem priuilegium tollit ius commune. nu. 12. col. 704. circa fi. Adde Bar. l. Gall. §. & quid si tantum. ff. de lib. et post. vlt. col. & Pe. & Bar. l. impuberi 2. no. de admi. tu.

Priuilegium concessum ciuitati. an extendatur ad castra, villas, & commitatenses? Ponit Fel. c. Rodulph. de rescr. ver. & ista faciunt. nu. 10. col. 882.

Priuilegium clausum in corpore iuris, non tollitur per clausulam derogatoriam iuris, vel principis, ideo cautus sis tu, qui habuisti priuilegium à principe super immunitate, vt id factas inseri in statutis. Ita Fel. c. 1. de rescrip. ver. vnum. in propositis. nu. 12. col. 335.

Priuilegium quod vtitur relatione ad aliud priuilegium, per dictionem, Iuxta, vel Prout, referendo se super eo, de quo in priuilegio concedentis, & clare non constat, neque certè, tunc priuilegium non valet, licèt illa relatio declaretur. Ita Fel. capi. ex parte. el 1. de resc. ver. aliquando verò priuilegium. nu. 11. col. 347.

Priuilegium confirmatum talis, si dubitatur de modo, oportet vt exhibeatur illud, ad quod fit relatio, dom. Ab. c. inter dilectos. de fid. instru. 6. column. ver. & hæc possent adduci. Adde ibi Felin versic. & iuxta hæc subdit hic magistraliter Inno. nu. 7. col. 826.

Priuilegium concessum personæ si dubitatur, an sit reale, vel personale, & sic, an transeat in successorem? Ponit Fel. c. mandata. de præsum. nu. 3. col. 940. Vide Io. An. regula, priuilegium. de reg. iu in 6. Bar. l. quia. ff. sol ma. & vide ibi additionem, quam posui ad Fel. circa fi. col. ead.

Priuilegium concessum tibi & hæredi in singulari, de quo hæredes intelligatur? Item, si priuilegium est concessum tibi & posteris de quibus posteris? Item, si cocessum est priuilegium tibi et tuæ generationi, de qua generatione intelligatur? Item, si concessum est priuilegium tibi & descendentibus de tua progenie, de quibus descendentibus intelligatur? Item, si concessum est priuilegium omnibus descendentibus, tam masculis, quàm fœminis, quæ filiæ fœminæ intelliganturs & an veniant maritatæ. De his omnibus & multis similibus, vide additionem, quam posui ad Felin. cap. mandata. de præsumpt. ver. in gl. 3. ibi, reseruata. circa fi. col. 941.

Priuilegium an possit tollere præscriptienem, etiam centenariam? Vide S. p. præscriptio ant possit tolli per priuilegium.

Priuilegium secundum an tollat primum habens clausulam derogatoriam, & verum sufficiat, quòd in secundo priuilegio dicatur. Non obstantibus priuilegijs quibuscunque etiamsi essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, etiam quòd aliter non specificentur, an per ista fit derogatum primo priuilegio: Frid. de Senis tenuit, q sic. const. suo 47. inc. habita super casu. & Io. de Ana. const suo 46. inc. quæ in facto proponebantur. Imo. l. licitatio. §. earum. ff. de publica. do. Alex. consil. suo 356. Nec arguendi sumus. 8. col. ver. oct. quò fortificantur Et idem voluit Bal. c. cum dilecta. de resc. circa fi. vbi dicit, q quando Papa vult, q tenor obstantium habeatur pro scripto de verbo ad verbum, quòd tunc nulla obstantia habet nocere rescripto. Adde tamè, q cõis opi. est in contrarium, q non sufficit, q in secundo priuilegio dicatur, Non obstantib. priuilegijs quibuscunq;. sed requiritur specifica mentio. Ita tenet Cal. si. de priui. consi. suo 111. inc. Habet ordo S. Clara. & d. Car. consi. 53. inci. Dominus Gre. Papa. & idem tenet Fri. de Sen. sibi contrarius. consi. suo 233. inc. Casus talis est, monasterium. Pau. de Cast. consi. suo 312. inc. Quoniam additionem. & consi suo 53. inc. Passus iste. d. Car. consi. 137. incip. Factum sic se habet. Adde, quòd d. Ab. c. cùm instantia. de censi 2. col. nihil firmat sed solum dicit, quòd verba primi & secundi priuilegij sunt bene cõsideranda, & secundum earum vim iudicandum, vel pro priuilegio, vel pro reuocatione. Vide Fel. c. accedentes. de præsc. uer. cæterum super his remissiue. in 4. col. 231. Adde tamen, q prima opi. potest saluari in aliquib. casibus. & primò, quando primum priuilegium habens clausulam derogatoriam, reuocatur per viam legis, etiam quòd non sit facta mentio de verbo ad verbum, tamen primum priuilegium tollitur. Casus est clerdudum. de sepul. in fi. Et expresse hoc tenet Io. An. c. 1. de excess. pral. in 6. Item si stylus Romanæ curiæ haberet, quòd sufficeret, quòd diceretur in secundo priuilegio. Non obstantib. priuilegijs quibuscunq; & sic mentio implicita, tunc tolleretur primum priuilegiũ per secundũ. Ant. de Bu. consi. suo 2. Itẽ si secundum priuilegium concederetur motu proprio, tunc primũ tolleretur cum mentione implicita. Vide Fe. ad plenum in hoc. d. c. accedentes. de præsc. ver. alleg. & ver. soleo tamen. nu. 5. colum. 232. Adde ad ista, quæ posui §. priuilegia quæ habent.

Priuilegium canonis. si quis suadente. 17. q 4. cõprehendit omnes personas Deo dicatas, etiam non habentes ordines, & comprehendit etiam moniales. Tex. est c. de monialib. de sen. exc. et ibi vide Fel. in prin. col. 1095. & inde.

Priuilegium generaliter concessum non includit casum contra rẽpu. & si includeret, non valeret, pone, q princeps, vel ciuitas concessit alicui immunitates, tantum tenetur ad collectas, quæ imponuntur ratione belli. Feli. c. causam, quæ. de resc. ver. quinta declaratio. nu. 17. col. 552.

Priuilegium vitiatur indistinctè per surreptionem non dolosam, & de hoc vide, quæ posui in litera S. §. surreptio non dolosa.

Priuilegium concessum Iudæis, vt possint mutuare super reb. alienis, etiam furatis, intelligitur, quando ipsi ignorant esse alienas, vel etiam furatas secus, si sciunt, & ideo tenentur tunc eas restituere pro dicto pretio. Ita Fel. c. causam, quæ. de reser. nu. 10. col. 549. Adde tu, quòd si princeps concedit priuilegium Iudæis retinendi res furtiuas sibi pignoratas, donec sibi pretium restituatur, tale priuilegium non afficit clericos, nec studentes, & ideo debent restituere perdito pretio, etiamsi ignorant ipsi Iudei res furatas esse. Ita d. Abb. c. quod clericis. de fo. compe. 8. col. ver. ex hoc infero. Et per ista ampliatur, quod hic dicitur per Fel. quod no. perpetuò.

Priuilegium principis concessum alicui, semper ita interpretatur vt noceat tertio. Ita Fel. c. causam, quæ. de rescri. ver. interpretatio priuilegij. nu. 10. col. 549. vide supra §. priuilegium. vbi præiudicat.

Priuilegium enormiter ladens ecclesiam, non valet. Fel. c. causam quæ. de rescr. ver. & istis adde. n. 11. col. 550.

Priuilegiũ, quod sapit beneficiũ, latissimè interpretatur, vnde si princeps donat ciuitatem, videtur donare comitatũ & districtũ. Ita Felin. capit. cãm, quæ de rescript. versic. tertia declaratio. n. 12. colũ. 551. Adde tu, quòd priuilegiũ debet interpretari contra concedentem. Innoc. cap. cùm dilecti. dr don. Bald. l. nec auus. C. de emanci. lib. Pa. de Cast. l. beneficiũ. ff. de constit. prin. vbi latissimè per domin. Ias. May. præceptorem meũ. Adde Fel. d. c. causam quæ. ver. similiter dicit Imol. num. 13 Ibidem.

Priuilegiũ, quod sapit beneficiũ, pone q princeps concessit Castrũ Titio & filijs suis, intelligitur etiam de nepotibus, quia latissimè interpretatur. Ita Felin. caps causam quæ. de rescr. ver. similiter dicit Pet. de Anch. n. 13. col. ea. 551. Adde tu, quòd Bar. l. quoties. C. de prim. scho. li. 12. versi. no. singulariter dicit, quòd priuilegium concessum Titio, & filijs suis masculis, & fœminis, extenditur ad filias fœminas virgines, vel viduas non ad maritatas, quia dicuntur de domo mariti. Idem tenet Lud. Ro. l. 1 ff. ad Syl.

Priuile-

Priuilegium lite pendente impetratum, an valeat? do. Ab. capit. causam, quæ. el 2. de testi. 2. col. versicu. glos. 2. tenet, quòd non etiamsi esset concessum motu proprio concedentis, quia princeps concedendo priuilegium motu proprio, non videtur velle præiudicare iuri alterius. Et ibi tenet idem Anton. de Butrig. & Imol. Videibi Feli. ver. in glo. de. ibi, non valet. nume. 2. colum. 391. vbi latè examinat istum passum, & finaliter tenet opin. domi. Abb. & aliorum. Adde tu, quod ego inuenio Pa. de Cast. & Ang. & expresse dom. Alexand. l. qui autem. ff. si quis cau. qui tenent contra Feli. & alios, videlicet, q si lite pendente princeps concedit priuilegium motu proprio, pars poterit vti tali priuilegio, quamuis emanauerit lite pendente. Et ita limitant tex. c. si. vt li. pẽ. & l. 2. C. c. & l. tutor petitus. ff. de excep. tut. Tu tamen tene contrariam opinionem, quia priuilegium concessum pendente lite, etiam motu proprio, non nocet causæ pendenti, neque parti aduersæ. Ita tenet latè Ioann. An. in addi. Spec. titul. de dol. & contu. in fin. ver. porrò. in addi. magna, incip. de hoc interesse. Idem tenent omnes. d. ca. causam, quæ. Et ista est communis opinio, à qua non recedas. Pro ista opi. facio tria fundamenta. primo, quia regula est, q princeps non videtur præiudicare iuri tertij, nisi expresiè dicere, etiamsi aliud facit, vel scribat cum clausula, Motu proprio. Ita tenet Bald. cap. ad aures. de reseri. domin. Anton. de Butr. cap. per venerabilem. qui si. sint leg. 34. column. domin. Abb. cap. 1. de iud. 13. col. Gemi. c. si propter. de reserp. in 6. 9. col. Hinc est. q in beneficialibus motus proprius principis non facit secundum impetrantem præferri primo, nisi de eius literis mentio fiat. Ita dom. Anto. de But. & Cald. c. mandatum. de rescrip. & ibi Imol. pen. col. Hinc est etiam, quòd motus proprius superioris non præiudicat vnioni factæ per ordinarium, etiam nondum sorti effectum, secundum Gemi. in repet. cap. postulasti. de rescr. 26. col. eo quia motus proprius non tollit ius quæsitum alteri in rem. vel ad rem. Allegat glo. 3. ca si motu proprio. & ibi Ioann. An. de præben. in 6. Secundo moueor, quia motus proprius superioris, licet tollat vitium obreptionis, non tamen tollit alia impedimenta, gl. cle. si Romanus. de proba. verbo, validam. Tertiò moueor vna ratione, nam leges generales fiunt motu proprio principis, l. humanum. C. de legi. Bar. authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. tenet, q non trahuntur ad lites pendentes, l. leges & constitutiones. C. de legi. §. 1. Authe. vt cum de appell. cog. & §. 21. Authen. in medio lit. ne fiant sac. iussio.

Priuilegium contrarium rationi, vel contra stylum & cursum priuilegiorum, est suspectum de falsitate. d. Ab. d. c. causam quæ. de resti. 1. col. ver. vlti. tene. Adde Fel. d. c. causam, quæ. ver. in gl. fi. ibi, rationabili. nu. 11. co. 596.

Priuilegium quando impetratur super re litigiosa, an pars impetrans debeat facere citari aduersarium suum? Vide, quæ posui in litera L. §. litigans ob beneficium.

Priuilegium fori superueniens post, quàm quis præuentus est in citatione coram vno iudice, non eximit illum ab illo iudice. Ita dicit text. c. proposuisti. de foro comp. & l. si quis postea. ff. de iudi. Adde tu, quòd istud est verum ita demum, quando priuilegium fori esset concessum ad postulationem partis, secus si motu proprio superioris. Ita tenuit gl. l. qui autem. ff. si quis cau. & Bar. l. 1 ff. de pœ.

Priuilegium perditur propter delictum. Ita Fel. c. si. de fo. compe. versi. quomodo priuilegium perdatur delicto. nu. 5. col. 218. 2. part.

Priuilegij quæstio si oritur incidenter, iudex inferior potest cognoscere. Ita Fel. c. cum venissent. de iud. in prin. col. 86. 2 par.

Priuilegij interpretatio si sit à principe, præiudicat omnibus. Ita Fel. c. cum venissent. de iud. ver. quintò dicit, & in hac materia. num. 1. col. ead.

Priuilegij interpretatio si sit ab inferiore, præiudicat solum præsentibus. Ita Fel. c. cum venissent. de iud. ver. allegato. col. ead. & inde.

Priuilegij interpretatio debet fieri, dum modò minus ladat ius cõmune, quàm fieri potest. Ita Fel. c. 1. de rescrip. versi. secundo declara. col. 332. nu. 9. Adde dom. Abba. cap. certificari. de sepul. 3. col.

Priuilegij interpretatio regulariter fit strictissimè. Fel. ex cãm, quæ. de resc. ver. interpretatio priuilegij. nu. 10. 549. Adde tu, quòd priuilegium concessum per principem alicui contra ius commune, est strictè interpretandum, & non ampliandũ. Ioann. de Imol. l. etiam. ff. solut. mat. Adde, quòd hoc verũ est, nisi concessum sit priuilegium contra legem priuatam, vel contra statutum, quia latissimè interpretandum. Io. An. Host. & aly. c. olim, de ver. sig.

Priuilegio honorabili ecclesiæ omnes de ecclesia renunciare non possunt. Ita Fe. c. si diligenti. de fo. comp. ver. tertium corollariũ. nu. 16. col. 187.

Priuilegio dicitur renunciatum per actum contrarium factum contra ipsum priuilegium, & hoc ita demum verum est, si actus ille sortiens sit effectum, aliter non, quia ex solo conatu nõ dicitur renunciatum ipro priuilegio Fel. c. cum accessissent, de const. ver. sextò limita, dummodò actus. nu. 30. col. 172.

Priuilegia Papæ non probant in factis antiquis etiam in verbis enunciatiuis. Do de san. Gem. c si Papa de priu. in 6. 3. co. Ad de Fel c. cum causam. de prob. ver. & extende prædicta etiam ad priuilegia. col. 485. Dic tamen q in factis nõ antiquis ista non habent locum. Fel. d. c. cum causam. ver. & extende. nu. 5. cnl. ead. & nu 6. col. 486.

Priuilegia si habent clausulam derogatoriam ad alia priuilegia ad hoc, vt tollatur per priuilegium contrarium, non sufficit generalis clausula. Non obstantibus priuilegijs. Ita Felin. cap. nonnulli, de resc. ver. amplia secundò. num. 4. col. 692. Adde tu ista ad illa, quæ tacta sunt ibi per Feli. vt veritas magis dilucidetur, & primò declarandum est, quod sint species priuilegiorum. Vnde fac regulam, quòd priuilegium secundum nõ tollit primum habens clausulam derogatoriam. nisi de ea fiat mentio in secundo expressa, & ei derogetur. Ita Pau. de Cast. consilio suo 306. incip. Quoniam adiectione non indiget. Secunda species priuilegiorum est, quando secundum priuilegium habet clausulam, Se mortis alijs priuilegijs sub quacunq; forma loquentibus, etiamsi sint talia priuilegia, q de eis sit fiendamentio de verbo ad verbum, quæ voluit pro expressis haberi, an tale priuilegium tollat primum habens clausulam derogatoriam? Vide Pau. de Cast. d. consilio suo 316. incip. Quoniam. qui tenet, quòd non. Adde, quòd domin. Abba. capitu. cum instantia, de censi. tenuit, quòd sic. Tertia species priuilegiorum est, quando priuilegium est speciale, quia derogat generali. siue sit primum, siue sit secundum, licèt nulla sit facta mentio de primo. Io. An. & aly c. veniens. de præscrip. Scribẽtes c. dudum. & capitul. quamuis, de præbend. in 6. No. regula, generals, de regul. iur. in 6. Adde tamen, nisi per generale priuilegium esset acquisitum ius alteri. Ita Barb. capitu. venens, de præscriptio. 4. column. versicul. aduerte, hic sunt. Vide per Doct. cap. 1. de concess præb in 6. & c. 1. de excess præla. in 6.

Priuilegia concessa episcopis, vt est, quòd sententias eorum non leganti, sed faciant legi per alium, vel similia, non extenduntur ad episcopos electos non consecratos. De quo vide, quæ posui in litera E §. episcopus electus confirmatus.

Priuilegia paupertatis. Primum est, quod ponit Bal. l. 2. § si quis in iudicio. ff. si quis cau. vbi dicit, q si persona pauper non prosequitur appellationem propter paupertatem, est iusta causa dãdi sibi biennium. Idem tenet Innoc. cap. ex ratione. de appella. Fel. idem tenet c. significantibus. de offic. deleg. versi. & tu notabis sex priuilegia. num. 5. col. 1090. Secundum est si statutum dicit, quòd non soluenti onera non reddatur ius. Fallit hoc in paupere Bald. d. l. acceptam. C. de usur. Fel. præallegato loco idem tenet. Tertium, quòd administrator reipub. potest remittere collectam pauperi. Bart. d. omnes. C. de anno. & tribu. lib. 10. Anto. de But. do. Abb. c. scientes, de decimis. Fel. vbi prà. Quartum, vbi in rescripto est clausula, Et quosdam alios, non possunt conuenire pauperes. Bal. c. sedes, de rescrip. Fel. tenet idem loco præallegato.

Priuilegia principum motu proprio concessa, seruanda sunt, sicut sonant. Ita Fel. c. causam, quæ. de reseri. versi. & adde Io. An. nu. 14. col. 552.

Priuilegia principum per partem obtenta, strictè interpretantur. Ita Felin. d. c. causam, quæ, de rescriptio. versic. proximè allegato. col. ead.

Priuilegiorum verba si sunt Papæ, interpretanda sunt secundum canones, non secundum leges. Felin. cap. causam, de rescript. versic. quarta declaratio. numer. 16. Ibidem.

¶ Priuilegiatus quando possit vti priuilegio suo cõtra pariter priuilegiatum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui legiatum? Vide per Bar. authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. 1. col. ver. quandoque quæritur. Ioan. An. c. 1. de iure patro in 6. Ant. de But. disput. incip. Clericus quidam, Bal. l. 2. C. de priu. fisci. & authen. habita. C. ne filius pro patre. 11. col. d. Abb. c. in præsentia, de proba. 12. col. ver. & quoniam iste articulus, & vide per Fel. d. c. in præsentia versi. sed aduerte diligenter. nu. 30. col. 391. Adde ad ista Bal. d auth. quas actiones. 3. col. ver. quæstio stat in hoc. vbi de hoc latissimè Bar. l. verum. §. item quæritur. ff. de mino. 1. not.

Priuilegiatus quando non potest uti priuilegio suo solus commodè, tunc priuilegium egreditur personam priuilegiatam, etiamsi, personæ necessariæ ad illum finem non sunt expressæ in priuilegio, quia intelliguntur inclusæ in priuilegio. Bal. ponit multa, in ista materia, auth. habita. 2. col. C. ne fi. pro pat. Tu videm similis gl. c. admonere. 23. q. 2. & glo. c. omnino. 31. dist. vbi reiectio usu alicuius rei, intelligitur prosæ, & vxore sua. Adde Feli. c. quàm sit. de iudæ. in prin. nu. 1. col. 968.

Priuilegiatus notoriè si citatur, an debeat comparere ad allegandum priuilegium suum? Vide Fel. c. cum ordinem, de rescr. uer. ad allegandum. nu. 8. col. 416. Adde, quæ posui in litera C. §. citatus, qui notoriè est priuilegiatus.

Priuilegiatus notoriè si non comparet ad excipiendum, & allegandum se esse de bis, quibus exceptio declinatoria competit, & iudex procedit, an processus teneat? Felin cap cum ordinem de rescrip. ver. considera tertio. in fin. ibi, ex his apparet. nu. 8. colum. 461.

Priuilegiatus si impetrat aliud priuilegium, debet facere mentionem de primo priuilegio, & hoc, quàdo impetrat aliud priuilegium pinguius, aliter non valet secundum priuilegium. Vide, quæ posui in litera G. §. gratia limitate concessa.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato, contra quem erat inchoata præscriptio, an poterit uti priuilegio suo? do. Abb. capi. de quarta. de præscript. 8. column. ver sed quæritur. Dic, quòd istam q posuit glo. authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & quòd non firmat pedes, ipse autem do. Abb. ibi dicit, quòd priuilegiatus, qui succedit non priuilegiato, aut habet priuilegium, quod extinguit præscriptionem, aut quod præscriptionem differt, aut quod illam mutat. Primo casu priuilegiatus succedens non priuilegiato, non utitur priuilegio suo, secundo casu, quando differt, tunc utitur suo priuilegio, tertio casu priuilegiatus utitur iure priuati pro tempore præterito, pro futuro utitur priuilegio suo. Istā opinio domin. Abb. est communis, quā tenent omnes. d. authen. quas actiones. Vide Felin. dicto cap. de quarta. versicul. dum ponit Abb. de priuilegiato. num. 38. column. 189. Addē tu, quòd ista doctrina dom. Abb. d cap. de quarta. fuit originalis. Cyn. d. authen. quas actiones. quam tamen reprobat ibi Salic. 5. colum. vbi dicit, si habens priuilegium, per quod tollitur præscriptio, succedit priuato, eo non utitur, l. si fundum. ff. de fun. dota. quantò minus debet posse uti ille, qui habet priuilegium minus patens. Adde, quòd miror, quod Fel. d. c. de quarta. loco prædicto, non respondeat Sali. pro sustentatione opin. do. Abb. ibi, quæ est communis, ut dixit. Tu verò sic poteris respondere. Ius non vult, quòd in totum tollatur ius præscribentis per istam successionem, sed bene, q differatur, vel mutetur. Ita Bal. & Fulgos. d. authentic. quas actiones. Adde etiam, quòd opin. Cyn. d. authen. & domin. Abb. d. cap. de quarta. potest probari a simili, nam princeps potest concedere debitori rescriptum, per quod differtur solutio & debitum, sed non potest concedere rescriptum, per quod in totum tollitur debitum. Text. est l. quoties, & l. vniuersa. C. de preci. impe. offer. Ideo habens priuilegium, per quod in toto tam tollitur præscriptio, si succedit priuato, non potest eo uti, quia in totum tolleretur debitum. Tene ergo opinio. Cyn. & dom. Abb.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato quando poterit uti priuilegio suo? Felin. c. de quarta. de præscript. vers. allegato colum. vi S. nu. 39. vers. Et adde in terminis remittit se ad. Anto. de But. in disputatione sua inc. p. Stante statuto. Adde tu in materia ista Cy Bald. Fulgos. authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Bar. & alias l. cum filius. §. in hac. ff. de verbor. oblig. Adde etiam Cy. Bal. & Fulgos. d. authen. quas actiones. vbi dicunt, quòd clericus, qui succedit laico non per hoc poterit conueniri coram iudice laico, nec per dit priuilegium forisciā si conueniatur ex persona laici, cui successit. Et vide gloss. quæ idem tenet, c. clericum nullus. verb. secularem. 11. q. 1. Etiā tenent omnes cap. quia. de iud. Bal. Salic. l. 1. C. si pen. appella. mors interue. do. Alex. l. si constante. §. 1. sol. mat. Adde, q Imol. l. si cum hominem. ff. de fideiuss. limitat istud, vt procedat, quo ad instantiam de nouo inchoandam, secus si instantia esset iam inchoata contra priuatum, & cœptum iam esset iudicium, quia isto casu clericus tunc ex persona priuati, cui successit, potest conueniri coram laico. Adde tamen, quòd istud nō bene affirmo, sed tu cogitabis, quia quotidianum. Adde etiam ad ista, quòd si reus non priuilegiatus peruenit ad priuilegia eos assumit priuilegium eorum. Tex. c. 1. de iure patro. in 6. domin. Abb. cnsil. suo 9. 1. volu. incip. Hic cadunt quatuor dubia.

¶ PRO CONDEMNATO HABEATVR, intelligitur per sententiam. Fel. c. Rodulphus. de rescr. numer. 25. versic. Ang. dat doctrinam. col. 893.

pro confesso, intelligitur per sententiam. Fel. c. Rodulphus. de rescrip. versic. careat viribus. ibi, habeatur pro confesso. col. 895. nu. 27.

¶ Pro priuato habeatur, intelligitur per sententiam. Felin. ca. cip. Rodulphus. de rescri. vbi supra col. 895. nu. 27. ver. Habeatur pro priuato.

¶ Probatio, quæ sit per testes, est dignior, quàm sit probatio, quæ sit per instrumenta, & ratio est, quia dicitur probatio viuæ vocis. Fel. rub. de fid. instr. in prin. col. 780.

Probatio quæ propriè dicitur. Fel. rub. de prob. nu. 1. col. 312.

Probatio posita in præsumptione, an requirat veram probationē. Ibidem. nu. 2. col. 313.

Probatio vbi facta est mentio probationis per modum conditionis an sufficiat probatio per coniecturas. Ibidem, nu. 3. col. 314.

Probatio an propriè dicatur fieri per iuramentum. Ibidem. nu. 7. col. 316.

Probatio an sufficiat quæ præsumptiuè concludit? Vide Bar. l. 1. ff. si cer. pet. 3. col. ver. tertio quæro. & l. furest manifestus. ff. de fur. & l. certum. §. si fundum. ff. de confess. Bal. l. neque natales. & l. fi. C. de prob. Adde Fel. c. quia verisimile. de præsum. ver. an illo articulo, an sufficiat num. 6. col. 951. Et ibi posui additionem.

Probatio qualiscunque requisita à lege, vel statuto, intelligitur de idonea, vide, quæ posui in litera V. §. verba generalia.

Probatio, quæ de sui natura est difficilis probationis, probatur per famam & coniecturas, vide, quæ posui in litera F. §. fama sola per se.

Probatio actoris dicitur dubia, quando ex se, & ex facto suo est dubia, & in isto casu habet locum tex. c. in præsentia. de prob. qui dicit, q dubia probatio non releuat probantem sed si est dubia ex facto rei, puta quia reus offuscat eam probando aliquid ex aduerso, ex quo probatio actoris redditur æquè nota, tunc nō habet locum tex. d. c. in præsentia. de quo vide d. Ab. d. c. in præsentia. 3. col. versi. no vltrius. Adde Fe. d. c. in præsentia. ver. in tex. ibi non elidit, nu. 12. col. 381. Adde, q ista procedunt in casib. ciuilib. sed in criminalibus, vbicunq; intentio actoris redditur dubia, hoc sufficit pro absolutione rei. Ita Bar. l. nō solum. §. sed vt probari. ff. de no. op. e. nun. d. Ab. d. c. in præsentia de prob. 3. col. ver. tenet Bar. vbi dicit, q exceptio rei reddens. probationem actoris dubiam, eam penitus excludit. Adde Fe. d. cap. in præsentia. ver. sed aduerte, quia prædicta. num. 13. col. 382.

Probatio in genere facta, non prodest, quando quælibet species generis non consequitur illum effectum, ad quem proponitur. Ita do Ab. c. in præsentia. de prob. 4 col. ver. no vltrius. Adde Feli. d. c. in præsentia. ver. in tex. ibi, verbum dubium. nu. 14. colu. 382. Limita conclusionem istam primò in probatione, quæ nō potest esse, nisi præsumptiua, puta de filiatione, quia sufficit probatio per præsumptiones. Casus est l. situm. ff. de bis, quæ sunt sui vel alie. iur. gl. c. transmissa. quæ si sint legi in glo. pe. Fel. d. c. in præsentia. ver sed aduerte vltra omnes. nu 15. col. 383. Item limita, vbi agitur de probandis indicijs, quia sufficit probatio ue risimilis. Fel. d. c. in præsentia. versi. secundò limita nu. 16. Ibidem. Item limita, vbi probatio concludit ex præsumptione approbata a lege, vt puta si testis dicit scio, quia sum vicinus sum coniunctus, nam lex præsumit coniunctum scire qualitatem coniuncti, l. octauo. ff. vnde cogna. Bartol. l. prima. ff. si cert. pet. & l. de ætate. 2. q. ff. de mino. Bald. l. prima. C. de ser. fu. nam

in istis probatio in genere procedit. Item limita, nisi probatio concludat ex præsumptione approbata à lege. Bartol. in l. 1. ff. si cert. pe. & l. de ætate. 2. q. ff. de mino. Bald. l. 1. C. de ser. fu. item limita, nisi probatio concludat à communiter accidentib. quia in isto casu satis probatio concludit. Ita gloss. fin. l. neque natales. C. de prob. vbi Bald. & vide gloss. c. literas. de despon. impu. Fel. d. c. in præsentia. versi. quarto limita. Ibidem. num. 17. Item limita, vbi probatio in genere esset versificabilis & conclusiua ab omni parte, quomodocunque intellecta, quia si posset sustineri intentum probantis, valeret talis probatio. Ita Dom. de san. Ge. cap. 1. vlt. col. de pac. in 6. & Io. And. ibi, Fel. d. c. in præsentia. ver. quinto limita, nisi. vbi suprà. nu. 18. col. ead. Item limita, quòd probatio facta per verba æquiuoca, probat, & hoc, quando communis vsus loquendi acciperet verba in certa significatione, de quo vide Felin. d. ca. in præsentia. ver. limita sexto. nu. 19. Ibidem.

Probatio, quæ sit per priuilegium, dicitur probatio euidentissima. Ita dom. Abb. cap. licet. de proba. 4. col. nu. 11. Anto. de But. c. cum inter, de re iud. Felin. d. c. licet. vers. nota vndecimo. num. 10. col. 420. Et facit istud ad statutum, quod requirit euidentissimam probationem, quia probatio per priuilegium, dicitur euidentissima.

Probatio valet etiam nulla data dilatione. Ita Bart. l. in crimine. in prin. ff. de adul. et l. fi. ff. de fer. in fi. ver. certè ex hoc apparet. & do. Abb. c. licet. de proba. 5. col. ver. sed circa hoc quæro. Imo. c. prudentiam. §. sexta. de offi. dele. Et ratio est, quia dilatio non est de ordine iudicij, de quo vide plenè per Fel. d. c. licet. versi. istis inferunt hic. nu. 14. col. 422.

Probatio facta ante terminum assignatum partibus ad probandum, an valeat? Vide per Fel. d. c. licet. de prob. in versi. allegato, col. vt supra.

Probatio in iudicialibus non est fienda per præsumptiones & argumenta, sed clarè intentio agentis est deducenda in iudicio, quia aliter non diceretur plena probatio. Bald. cap. 1. §. fi. crumenta. 2. colum. de consue. recti seu. Lud. Rom. l. 3. C. de test. mili. Adde ista ad statuta quæ faciunt mentionem de probatione, quia intelliguntur de propria. Ita Bart. l. 3. §. hac verba. ff. de neg. gesta. Et adde, quod dixit Bald. c. 5 §. comenticulas. de pa. iur. fir. vbi dicit quòd probatio imperfecta, vel priuilegiata, quæ alias sufficeret de iure communi, non comprehenditur in statuto, vel pacto. Adde Felin. in materia ista rub. in prin. col. 312. & inde.

Probatio liquidissima est illa, quæ sit per præsumptiones, vel coniecturas à iure approbatas, & sic ille dicitur plenè probare, qui intentionem suam probat per præsumptiones legis. Ita Bart. l. absentem ff. de pœnis 1. colum. versic. venio ad secundum. Vide Bal. l. si tutor. C. de peri. tuto. Adde Fel. rub. de proba. versi. secunda conclusio. nu. 2. col. 313. vbi dicit, quòd ista limitantur, vbi probatio requiritur per modum conditionis, quia tunc non sufficit probare per coniecturas.

Probatio manifestissima est illa, quæ sit per scripturam, vel per testes. Bald. l. si quis adulterium. ff. de adult. Idem tenet Ang. l. 1. C. de test. mil. Adde Felin. rub. de proba. versic. allegato colum. eadem.

Probatio si à lege exigitur cum aliquibus verbis qualificatis, tunc non sufficit probatio semiplena cum iuramento, sed requiritur vera & propria probatio. Ita Archid. & Io. And. cap. pia. de exceptio. in 6. & alij sequuntur ibi opin. istam. Et idem tenet do. Abb. cap. cum dilectus. de ordi. cogni. 13. col. ver. aduerte, quæritur primò. Vide plenè per Fel. rub. de proba. versic. tertia conclusio. nu. 4. col. 315.

Probatio superflua an valeat? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum quod exigit.

Probatio astricta per statutum, vel consuetudinem, ad certam speciem probationis, puta per instrumentum tantum, vel per testes tantum, an valeat? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod restringit facultatem probandi.

Probatio iusta resultans partim ex instrumento, partim ex testibus, facit, quòd testes, possunt produci, publicatis attestationibus mixtis cum instrumentis, de quo vide plenè per Felin. cap. 2. de proba. versic. septimò intellige. num. 16. col. 342. Et ista veniunt ad limitationem eorum, quæ habentur cap. fraternitatis. de testi.

Probatio inualida de iure, an per statutum possit fieri valida? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum faciens validam probationem.

Probatio, quæ sit per testes, illi renunciari non potest. Fallit, nisi sit iuratum. Fel. c. si diligenti. de fo. comp. vers. primum corollarium. num. 3. col. 182.

Probatio legitima non est, quæ sit per vnum testem cum iuramento, glo. est c. at si clerici. de iud. vers. legitima. & gloss. l. cùm de indebito. ff. de prob. Doct. l. fin. C. si mi. ma. se dix. Adde Felin. c. prudentiam. de offi. dele. § sexta. ver. virum probat denunciatione. nu. 16. col. 999.

Probationes factæ coram iudice appellationis, appellatione desertæ, non valent, tanquam factæ coram incompetenti iudice. Ita Ant. de But. & Abb. c. quoniam contra. de prob. Adde nisi fuisset dubium de appellatione, & fuisset pronunciatum appellationem non desertam, & ab hoc non appellatum, quia valent probationes. Ita Imo. c. in præsentia. de proba. Felin. c. cùm contingat. de offi. dele. vers. secundò not. quòd istæ probationes. nu. 9. col. 1084.

Probationes admissæ contra præsumptionem iuris, & de iure, valent, dom. Abb. cap. cum contingat. de offi. deleg. versic. ex quibus potes. 3. col. Adde Bario l. inter stipulantem. §. 1. 1. colum. ff. de verb. oblig. Ludo. Roma. l. si duo. ff. de acquir. hared. Anto de But. cap. quia plerique. de immuni. eccle. vlt colum. & c. cum dilecta. de rescrip. Imol. c. quanto. de præsumptio. Bald. notabiliter in simili, quem videas, l. filium. 18. colum. vers. quia fecimus mentionem. C. fam. ercis. Felin. d. c. cum contingat. vers. & in quantum dicit Abb. quod probatio. num 10. Ibidem.

Probationes factæ in iudicio pro libertate, multum sunt priuilegiatæ, & hoc modo poteris ampliare text. capitu. fina. de re iudic. qui text. loquitur in sententia lata in fauorem libertatis, quia fauorabilis, & sic non solum habet locum in sententia, sed etiam in probationibus. Vide per Felin. cap. ex literis. de proba. versic. in text. ibi, pro libertate. num 4. col. 347.

Probationes rei sunt fauorabiliores, quàm probationes actoris, etiamsi non sint pares, gloss. singu. cap. clerici. 81. distinctio. quæ vult, quòd credatur duobus laicis pro clerico accusato, quàm duobus clericis deponentibus contra clericum accusatum. Et ex istis dicit dom. Abb. cap. tertio loco. de proba. 1. colum. versicu. & not. quòd reus, quòd iudices non debent de facili præponere testes actoris, sed debent potius errare in absoluendo, quàm errare in condemnando. Adde Felin. cap. 3. de proba. versicu. vltimò not. quòd vbi probationes. num. 5. colum. 347.

Probationes imperfectæ an probent? pone, quòd sint duæ probationes semiplenæ, an coniungantur, vt faciant plenam probationem, do. Abb cap. cum causam. de proba. 3. colum. versic. sed circa. dicit, quòd si sunt probationes diuersæ, quæ tamen tendunt ad vnum, si sunt commissibiles & sufficientes ad inducendum animum iudicis, quod plenè probant, & hoc habet locum, etiamsi sunt probationes diuersi generis, vtputa vnus testis cum fama, si autem istæ probationes non sunt commissibiles, quia tendunt ad diuersa, tunc non probant. Ibi vide latè per eum. Bartol. l. admonendi. ff. de iureiuran. 9. colum. versic. his præmissis quærit, vtrum duæ semiplenæ probationes faciant vnam plenam probationem, & finaliter concludit, quòd duæ semiplenæ faciant vnam plenam, & dicit, quòd est casus capitu. fina. de successio. ab intesta. Idem tenet Bald. l. 2. ff. de excusa. tuto. Bald. l. 2. C. quorum appell. non recip. Adde Felin. dicto cap. cum causam. versic. gloss. fina. ibi, multa iuuant. nume. 9. columna 485. Limita istud non procedere, quando tales probationes, quæ sunt coniungendæ, essent in sua specie imperfectæ, puta, quòd fama esset probata per vnum testem, & figam per vnum testem, etiam isto casu istæ duæ probationes imperfectæ non coniunguntur. Ita Bald. l. si quis. § primo ff. de edendo. Adde Felin. circa istam limitationem, dicto cap. cum causam. versic. limita ista num. 11. col. 486.

Probationes & articulos in dubijs iudex debet admittere magis, quàm respuere. Vide infra §. publicatio sola testium, circa fin.

Probationes omissæ in causa principali, possunt produci in causa appellationis à diffinitiua, tamen fallit in aliquibus casib. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia vide, quæ posui in litera A. §. appellationis causa distinctum.

Probationes omissæ in causâ principali, non possunt produci in causâ appellationis ab interlocutoria, de quo vide, quæ posui in litera A. §. appellatio ab interlocutoria.

Probationes si sunt subtractæ per aduersarium, adeò quòd quis non potest probare, an subtrahens debet perdere causam? Innocen. cap. intimauit. de testi. tenuit, quòd sic. Et idem tenet Innocen. cap. intimauit. de testi. tenuit, quòd sic. Et idem tenet Ange. l. 1. §. si reus. ff. de eo, per quem fac. erit. Adde, quòd contrarium tenuit Bald. d. c. intimauit. & l. prouidendum. C. de postul. do. Abba. c. cùm causam. antepe. col. vers. ego dicerem. de testi. Pet. de Ancha. cons. suo 381. incip. In casu præmisso. Adde Felin. d. cap. cùm venerabilis. de exce. vers. sortius dixit Innocen. num. 21. colum. 54.

¶ Procedere de facto, si commissio dicit, Procedas de facto, quid importat? Bart. cons. suo incip. Punctus quæstionis vertentis. dicit, quòd poterit iudex procedere sine causæ cognitione, & sine probatione, etiamsi rigor iuris repugnet. Vide Felin. cap. olim. de accus. vers. quid autem, si dicatur in commissione. num. 6. col. 846.

¶ Processiones, an clerici, vel religiosi teneantur venire ad processiones, quando sunt vocati ab episcopo diœcesano? Ponit Felin. cap. dilectus. de off. ord. vers. circa undecimum, de processionibus. nu. 7. col. 1146.

¶ Processus factus coram iudice, qui habet iurisdictionem elidibilem, si hoc scit, non valet processus. domi. Abba. cap. si duobus. de appel. 5. col. versic. vemo ad secundum. Felin. ibi, versic. circa secundum membrum. num. 11. colum. 632. Adde & limita istud, quòd si ipse iudex ignorat se habere iurisdictionem elidibilem, quia tunc valet processus. Ita dom. Abb. loco prælegato, etiam si pars sciebat. Innocen. cap. 3. de dilatio. Ioan. And. regula, sciens. de regu. iur. in 6. Bald. l. si quis. C. de episc. aud. gloss. singu. clem. 2. vt lite pendente. verbo, competente. ibi do. Card. Imo videtur, quòd processus valet, etiamsi iudex scit se habere iurisdictionem elidibilem, quod tenuit dom. Card. d. cle. 2. 3 q. & ibi do. Abb. & Imo. 1. col. Est verum, quòd do. Abb. d. c. si duobus. tenuit contrarium, vt supra retuli. Vide Felin d. c. si duobus. vers. limita conclusionem, nisi iudex. num. 12. Ibidem. Adde & concludein materia ista quotidiana, quòd si exceptio, per quam iurisdictio elidi potest, est notoria, quòd processus est nullus. Vide Felin. d. capit. si duobus. vers. primò, nisi exceptio. nume. 13. colum. vt supra. Item si pars presens in iudicio scit exceptionem competere absenti, & tacet per dolum, tunc non valet processus. Ita dom. Abb. dicto cap. si duobus. 6. colum. vers. ad tertium. & ibi Anton. de Butri. & Felin. versicu. secundò restringe. nume. 14. Ibidem.

Processus an sit nullus, eò quia ordo iuris non sit seruatus? Vide, quæ posui in litera O. § ordo iuris non seruatus.

Processus factus coram duobus iudicibus habentibus iurisdictionem ordinariam, nec recognoscentibus se, vt superior & inferior, an valeat? Vide in litera C. §. citatus coram duobus iudicibus.

Processus nullus, de eo non est fienda mentio in secundo rescripto. Vide de hoc, quæ posui in litera R. §. rescriptum, quod non facit mentionem.

Processus factus post appellationem, de eo non est fienda mentio in secundo rescripto, de hoc vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum, quod non facit mentionem.

Processus agitatus vigore primi rescripti reuocati per secundum, valet, donec excipiatur de secundo per partem. Ita Felin. cap. ceterum. de rescrip. vers. valet processus factus. nume. 11. colum. 389.

Processus agitatus coram iudice reuocato, tenet, pone, quòd pars impetrauit secundum rescriptum, per quod reuocatur primus iudex, tamen post præsentationem rescripti comparent coram isto iudice reuocato, dico, quòd processus valet, & tenet. Ita Felin. cap. ceterum. de rescri. ver. quartum corollarium. num. 15. col. 381.

Processus agitatus coram iudice reuocato, valet, etiamsi sciat de reuocatione sua aliunde, quàm per exceptionem partis. Felin cap. ceterum. de rescript. versic. extensio prima. nume. 17. colum. 382.

Processus iudicis valet, qui habet defectum impeditiuum suæ iurisdictionis non occultum, si non opponatur. Felin. c. sciscitatus de rescrip. nu. 4. vers. valet processus. col. 486. Adde, quòd contra tenuit do. Abb. d. c. sciscitatus. ver. in 3.9.

Processus factus contra contumacem, dicitur summarius. Bar. l. 1. C. quo. app. ver. gl. sol. Fel. c. causam. qua. de testib. vers. quartò restringe. nu. 11. col. 550. Vtrum talis processus probet in alio iudicio contra eundem, vide. quæ posui in litera A. §. acta contra contumacem facta.

Processus quando potest diuidi per iudicem? Vide latissimè per Felin. cap. cum venisset. de testi. versicu. vltimò per illum text. colum. 610. num. 1.

Processus factus per excommunicatum, quamuis nullus, interrumpit præscriptionem. d. Abb. c. cùm inter. de except. 4. col. vers. primum dictum. Adde ibi Fel. vers. dum dicit Abb. quòd processus factus. nu. 17. col. 43.

Processus factus coram iudice, cui commissa est causa vltra vnam dietam sine derogatione, ad cap. statutum. de rescript. in 6. est nullus, etiamsi pars aduersa non comparuerit ad allegandum nullitatem rescripti. Ita dom. Abba. cap. olim. de except. 2. colum. versic. secunda quæstio. Felin. d. cap. olim. idem tenet vers. dum dicit Abb. 2. quæst. nu. 3 colum. 71. Adde, quòd idem, est, etiamsi pars comparet & consentiret ex. de, quòd idem, est, etiamsi pars comparet & consentiret ex. presiè, vel tacitè, trahi vltra vnam dietam, quia processus est nullus, per text. d. c. statutum. in fin. & pulchrè dom. Car. cons. suo 72. incipien. Omnis à me charitas. Ratio est, quia hodie ista impetratio vltra vnam dietam est ipso iure nulla, & consensus partis sequens non potest validare illam, gloss. d. c. statutum. verbo, committantur. Adde Felin. d. cap. olim. in vers. antè dicto. col. eadem.

Processus factus cum excommunicato, an sit nullus? dom Abb. capitu. exceptionem, de except. 6. colum. dicit, quòd processus valet cum excommunicato antè quàm excipiatur, per cap. pia. de except. in fin. Contrarium tenuit Ang. l. 1. C. de tempo. appell. in princ. Adde Felin. d. cap. exceptionem, qui videtur transire cum do. Abb. vers. item in quantum gloss. hic. nume. 45. colum. 131.

Processus Papæ factus contra subditum non citatum, etiam de plenitudine potestatis, non valet, & hoc etiam in notoriis. Ita dom. Abb. cap. cum olim. de reindi. 8. col. versic. dom. Anton. dicit. & idem tenet dom. Abb. cap. 1. 2. col. de causa poss. & pri. Bald. l. fin. C. de legi. vbi etiam Pau. de Castr. Old. consilio suo 44. Felin. d. cap. cum olim. vers. Non est cuandus necessario absens. num. 11. colum. 429. Adde & restringe suprà dicta tribus modis, & primò, quia sunt aliqui casus, in quibus potest omitti citatio, non solum per Papam, sed etiam per inferiorem. Et qui sunt isti casus, vide per domi. Alexand. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Felin. d. cap. cum olim. vers. recipiunt tamen ista tres declarationes. numer. 13. colum. 433. Item restringe secundò, quia licet in criminalibus sententia non potest ferri contra absentem, tamen fallit in Papa. Felin. d. capitu. cum olim. versic. secunda declaratio. numer. 14. colum. 435. Item restringe tertio, vbi materia esset talis, quòd in ea possit princeps præiudicare alicui inuito. Vide Felin. d. cap. cum olim. vers. tertia declaratio. vbi ponit multa exempla. num. 15. colum. eadem.

Processus factus per literas surreptitias, irritatur. sed factus contra formam mandati irritus nunciatur. Felin. cap. cum dilecta. de rescr. in prin. nu. 1. col. 609.

Processus factus à iudice excommunicato, an semper sit nullus? dic, quòd non, quia oportet, quòd pars probet, quòd sit publicè excommunicatus, de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui est inhabilis.

Processus factus contra absentem, est nullus, & hoc, quando iudex nullam habet iurisdictionem, dom. Abb. cap. si duobus. de appellatio. 4. colum. versic. primo casu. Bald. l. si qui. C. de episcop. audi. Bartol. l. 3. ff. de iudic. Vide Felin. d. capitu. si duobus. versic. Circa quatuor membra. nume. 7. colum. 631. Adde & limita prædicta, nisi talis iudex pronunciasset se iudicem competentem, & non fuit appellatum, quia valet processus. dom. Abb. d. cap. si duobus. 5. col. versic. sed sup. vbi Anton de Butr. Innocen. capit. 2. de dilatio. Bart. l. 2. ff. si quis in ius voc. 2. colum. versicu. procedo. Quod tamen intellige sano modo, dummodò sit talis persona, quæ possit prorogare iurisdictionem non sui iudicis tacitè, vel expresse, secus est in clerico, qui

qui non potest per comparitionem prorogare iurisdictionem in dicis. cap. si diligenti. de foro compet. & tunc nullus est processus, etiam contumacia punitiuus, dom. Abb. d. cap. si diligenti. vlt. colum. versi. quæro. & ibi Ioan. And. & Anton. de But. Philip. d. cap. si duobus. 10. colum. quamuis Bar. tenuit contrarium, & malè, d. l. 3 ff. de iudi. Vide Felin. d. c. si duobus. vers. limita hæc, nisi pronunciasset. vbi suprà. nu. 8. colum. 631. Item limita, quando pars litigasset coram ordinario non suo, & nihil opposuit, quia valet processus, secus coram delegato, & hoc, quia priuatus consensus non potuit attribuere iurisdictionem habenti. Anton. de But. d. cap. 2. de dilatio. 8. & 12. colum. & Philip. d. cap. si duobus. Felin ibi, in vers. Limita secundò istud membrum. vbi suprà nume. 9. colum. eadem. Item limita, quo ad processum contumaciæ punitiuum, quia si iudex ignorat defectum suæ iurisdictionis, valet processus, & hoc, si pars comparendo potuit prorogare iurisdictionem non sui iudicis tacitè, vel expresse, vt suprà in alio casu. Ita dom. Abb. d. cap. si duobus. Vide Felin. ibi vers. tertio limita, quo ad processum. num. 10. colum. 632.

Processus delegati impediti impedimento iuris non oculto, ipso iure est nullus, de hoc vide Fel. c. sciscitatus. de rescri. vers. Consideranbene. dum tenet Abb. nu. 5. col. 487.

Processus potest pronunciari nullus parte absente per iudicem. Fel. c. causam, qua. de rescri. in prin. col. 540.

Processus valet, si iudex processit ordinariè vbi debebat procedere summariè, ex mandati. Ita Fel. c. cum dilecta. de rescri. versic pro præditis bene facit. nu. 7. col. 623.

Processus inualidus potest ratificari per partes. Felin. cap. significasti. de foro comp. ver. tenemenii. l. 2. C. communia vtriusq; iudic. num. 7. col. 210.

Processus iudicis pronunciantis super exceptionibus præindicialibus in principali causâ, an ipso iure sit nullus? Vide per Felin. cap. exhibita. de indic. versi. vtrum processus. num. 6. colum. 130.

Processus simultaneus super principali & exceptionibus præiudicialibus, an sit nullus? Ponit Fel. c. exhibita. de iudi. vers. postea tertiò, subdit Aret. nu. 7. col. 431.

Processus iudicis reseruantis exceptiones præiudiciales ad merita causæ, si proceditur super principali, an valeat. Vide per Fel. c. exhibita. de iud. versiculo allegato, col. eadem & inde. Et vide, quæ posui in litera E. §. exceptiones dilatoriæ præiudiciales reseruatæ.

Processus publicatio an sit de actis? Vide per Felin. c. quoniam contra, de proba. versi. quid autem de publicatione processus. num. 6. col. 452. & inde.

Processus non præsumitur authenticus pendente appellatione, & hoc intellige de processu agitato in causâ principali. Ita domin. Abba. capitu. quoniam contra. de proba. 12. colum. versi. ego in effectu. Et idem tenet Anton. de But. ibi, & Imol. Innoc. cap. in præsentia. de renun. Vide latius per Felin. d. cap. quoniam contra. versic. prima conclusio, Pendente appellatione. num. 21. col. 459.

Processus præsumitur ritè factus, postquam sententia transiuit in rem iudicatam, siue lata sit sententia in præsentem, siue in absentem, siue de recenti, siue non. Ita do. Abb. cap. quoniam contra. de proba. 15. col. versi. secunda est opinio. & ibi Imol. Anton. de But. cap. in præsentia. 9. colum. de renun. Ludo. Roma. l. sciendum. 24. colum. ff. de verb. oblig. Adde Felin. d. cap. quoniam contra. versi. quarta conclusio. Postquam sententia, num. 31. colum. 466. Limita conclusionem istam, quòd si pars dicit, solennitates processus non fuisse seruatas, quod admitteretur ad probandum. dom. Abb. d. cap. quoniam contra. 16. colum. versicu. si tamen pars vult. & ibi Anton. de Butr. vbi etiam Felin. versic limita vno modo. num. 33. colum. 467. vbi multa adducit pro ista opi.

Processus an præsumatur ritè factus, ex quo iudex in sententia sua dicit, Viso libello, Visa litis contestatione, dom. Abb. c. quoniam contra. de proba. 17. colum. versicu. nunc quaro. tenet, quòd non, & ratio est, quia notarius non intelligitur rogatus de hoc. Idem tenet Innocen. ibi, & Bald. Anton. de Butr. & Imol. qui dicunt, quòd quotidie allegatur istud dictum Innocent. quòd notarius non facit fidem, nisi de eo, de quo fuit rogatus, etiamsi in instrumento plura continentur. Adde Felin. d. c. quoniam contra. versic. quinta conclusio. Quamuis in sententia. num. 34. colum. 468. Ista intelligesano modo, nisi notarius scriberet omnia acta, & subscriberet se, quia præsumeretur pro rectitudine processus. Ita dom. Abb. d. cap. quoniam contra. 18. col. versic. sed quantum. & ibi Felin. versi. fallit primò ista conclusio. nume. 35. colum. 469. Item etiam intellige ista, nisi index in sententia diceret, Viso libello, Visa litis contestatione, & sententia esset lata præsentibus partibus, & tacentibus, quia præsumeretur pro rectitudine processus, & acta probarent. Ita dom. Abb. d. cap. quoniam contra. 18. col. ver. adde etiam huic opinio. & ibi Innocen. Bart. authent. si quis in aliquo. C. de eden. in fin. Salic. l. emancipationem. C. de fide instrum. versi. in contrarium facit. & ibi Bald. Adde Felin. d. cap. quoniam contra. versic. fallit secundò. num. 36. col. ead.

Processus nullus non facit desinere rem esse integram. Imol. c. constitutus. 12. col. de rescri. Adde Fel. c. causam, qua. el 1. de testi. in prin. nu. 2. col. 547.

¶ Procuratio an debeatur episcopis visitantibus diœsim suam? An verò ipsi episcopi debeant visitare sumptibus suis, vide quæ posui in litera E. §. episcopus an debeat visitare.

Procuratio non debetur episcopis non visitantibus, de quo vide, quæ posui in litera E. §. episcopus si non visitat.

Procuratio debita episcopis pro visitatione, an possit præscribi, adeò quòd ipsi subditi non teneantur ad solutionem procurationis? dom. Abb. cap. cum ex officij, de præscript. 4. colum. vers. quæro, nunquid. ponit multa circa difficultatem istam, videlicet an indistinctè sit prohibita præscriptio procurationis? & finaliter concludit, quòd procuratio non potest præscribi, nec in totum, nec in parte. Adde tu & fac regulam, quòd contra ipsam procurationem non currit præscriptio. Text. est cap. cum ex officij, & cap. cum instantia. de censib. Speculat. titul. de legato. § superest. versic. illud quoque. Hostien. in summa, titul. de censib. § ex causa. domi. Card. & Imol. clemen. 1. de censib. Felin. d. cap. cum ex officij versic. caterum vt intelligas. num. 9. colum. 295. Adde & limita istam regulam, videlicet quòd in modo soluendi procurationem bene potest præscribi, puta, quòd soluatur in pecunia potius quam in victualibus procuratio, nam in hoc valeret præscriptio, quia si per longum tempus esset facta solutio procurationis in pecunia, valet præscriptio. Specul. & Ioan. And. ibid. titu. de legato. § superest. d. versic. illud. circa princip. Vide Felin. d. cap. cum ex officij. versic. limita primò, dum modò. numer. 10. Ibidem. & vide, quæ posui in litera E. §. episcopus visitans diœcesim. vbi teneo contra opin. istorum, vt inferius melius patebit. Item limita prædictam regula, quòd præscriptio bene currit contra procurationem, quo ad tertium, non quo ad episcopum, & hoc, quia vnus potest præscribere contra clericos diœcesis, quia tenentur soluere præscribenti, de quo vide Felin. d. cap. cum ex officij. versic. limita secundò, dum modò. ibi. numer. 11. columna 296. Item limita prædictam regulam, quia præscribitur procuratio, & hoc quando alius prælatus diceret se præscripsisse potestatem visitandi subditum alterius episcopi, nam talis præscriptio potest induci. Text. est d. cap. cum ex officij. Hostien. in summa in titul. de censib. d. §. ex causa. Et dic, quòd hoc non solum potest fieri à prælato extraneo, sed etiam à subdito ipsius episcopi, dom. Abb. d. cap. cum ex officij. 5. nota. Vide Felin. d. cap. cum ex officij, versicu. limita tertiò nisi. numer. 12. columna eadem. Item limita prædictam regulam, quando esset præscriptio tanti temporis, de initio cuius non sit memoria in contrarium, quia bene talis præscriptio currit contra procurationem. Vide Felin. d. cap. cum ex officij versic. limita quarto. numer. 13. colum. ead. vbi adducit multas opin. prò & contrà. Item limita prædictam regulam in procuratione debita ex alia causâ, quam ex causâ visitationis, quia contra talem procurationem currit præscriptio. Imol. clem. 1. de censibus. vltima colum. & ibi dom. Card. q. 13. Et idem tenet dom. Abba. d. cap. cum ex officij. 9 colum. versicul. ego plus. & Felin. d. cap. cum ex officij. versic. limita quintò, nisi allegetur. num. 14. columna 297. vbi dicit, quòd procuratio est debita aliquando ratione consuetudinis, vel oneris, & sic contra istam procurationem currit præscriptio, vt suprà. Item limita prædictam regulam in procuratione debita de iure speciali, puta, quòd prælatus inferior, qui iure speciali visitaret, quia isto casu procuratio

poterit

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest præscribi, & sic contra talem prælatum inferiorem præscribi potest circa procurationem, Imol. d. clem. 1. de censib. vlt. col. & ibi dom. Card. d. q. 13. Vide Felin. d. cap. cùm ex officij. versic. limita sextò, dum modò. Ibidem, num. 15. colum. 298. Item limita prædictam regulam in parte procurationis, quia bene præscribitur contra partem procurationis, non est contra totam. Et hoc tenet expressè Arch. cap fin. de censib. in 6. versic. iterare. Innocen. & Ant. de But. & Imol. d. c. cum ex officij. Sed contrarium tenuit Ioan. And. d. cap. fin. de censib. in 6. & do. Abb. d. c. cùm ex officij. 4. col. versi. quæro, nunquid. Vide Fel. d. c. cum ex officij. vers. limita septimo. nu. 16. col. ead. Adde, quòd Benedictus Papa XI. fecit solennem constitutionem incip. vas electionis. in qua posuit & taxauit quotam procurationis in omni genere ecclesiarum, & ibi apparet, quòd non est licitum accipere pecuniam pro prandio, & sic confunditur opinio do. Abb. consilio suo 7. 2. vol. De quo videas, quæ posui in litera E. §. episcopus visitans diœcesim suam an possit pro prandio. Item non est licitum accipere aliquid vltra taxam, etiam à voluntate, vt d. constitutione, vas electionis. quam Francisc. Paulinus posuit in suo tractatu Visitationis, de verbo ad verbum, & glossauit.

Procuratio an possit habere in pecunia, non in victualibus, & sic accipere pecuniam pro prandio? Vide supra. §. procuratio debita episcopis. Et vide, quæ posui in litera E. §. episcopus visitans diœcesim suam an possit pro prandio.

Procuratio debita ex alia causa, quam ex causa visitationis, bene potest præscribi, vide supra. §. procuratio debita episcopis.

Procuratio debita ex priuilegio, vel de iure speciali, vtputà quod prælatus inferior possit visitare, contra talem procurationem currit præscriptio. Vide supra. §. procuratio debita episcopis.

Procuratio an possit remitti per episcopum, dom. Abb. cap cùm ex officij. 5. colum. versic. idem ponit quæstionem istam. & concludit, quòd prælatus, dum visitat, potest remittere procurationem expressè, & tacitè. Est verum, quòd Hostien. ibi tenuit, quòd non potest remitti. Innocen. autem ibi tenuit, quòd pallo potest remitti procuratio in parte, non autem in totum. Felin. d. cap. cùm ex officij. versic. dum posita ex prædictis. nume. 17. colum. 299 tenet, quòd non potest fieri remissio procurationis, nisi in 4. casibus. Primò, quando sit remissio non in totum. Secundò, quando fit remissio compositionis in modo procurandi. glos. cle. 2. de censi. verbo, compositionis. tertiò, quando procuratio debetur iure speciali, non iure communi. quartò in remissione procurationis, quam faciunt legati, vbi vide latè per Felin. an hoc sit verum, quòd legati possunt remittere procurationem sine authoritate Papæ, d. cap. cùm ex officij. versic. quartus casus num. 18. Ibidem. col. 300. Et posui latè in litera L. §. legatus Papæ.

Procuratio debita legatis sedis Apostolicæ non potest præscribi. Ita do. Abb. & accedentes, de præscript. 1. col. vers. not. quòd vide. gl. clem. 1. de consi. verbo, exemptione. Imò neque exemptio generalis excusat a procuratione legatorum, vt d. gl. & tex. est l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. & text. & valde. 94. distin. Adde Fel. d. c. accedentes. ver. exemptio, quamuis generalis, non excusat. nu. 3. col. 230.

Procuratio non potest præscribi contra legatum sedis Apostolicæ, & sic clerici non possunt præscribere contra legatos sedis Apostolicæ circa procurationes non soluendas. Ita Abb. & accedentes. de præscript. 2. col. versi. quæro hic. Adde, quòd Ioan. de Ligna. & accedentes, aliter dixit limitando illum text. videlicet q. clerici non possunt præscribere contra legatos, sed bene aliqui clerici possant præscribere contra alios clericos, adeo quòd ipsi non teneantur soluere sed totum spectet ad illos clericos, contra quos fuit præscriptum. Dic tamen, quòd istud dictum Ioan. de Ligna. reprobat ibi dom. Abb. & do. Card. ibi. Adde, quòd do. Abba. consilio suo 95. incip. quædam ecclesia. 1. vol. sequitur istud dictum Ioan. de Ligna. & etiam consil. suo 26. incip. In quæstione. 2. vol. Vide ad plenum per Felin. d. cap. accedentes. versic. cæterum limitauit Ioan. de Ligna. num. 6. col. 234. vbi dicit, quòd excusandus esset, qui teneret, quam partem vellet. Adde tamen, quòd si essent aliqui clerici, qui haberent certa bona pro suis necessitatibus in aliqua ecclesia, & alia bona illius ecclesiæ remanent prælato, isti clerici non tenentur soluere, sed solum prælatus. Ita do. Abb. d. c. accedentes, limitando illum text. 2. col. vers. oppo. contra text. & Felin. ibi vers. vlterius, in quantum Abb. hic. nu. 7 col. 135.

Procuratio debita legatis sedis Apostolicæ si est remissa clericis alicuius ciuitatis per priuilegium Papæ, si multi clerici existerentur per tale priuilegium, alij clerici illius ciuitatis possent appellare. Ita do. Card. cap. accedentes. de præscr. & ibi do. Abb. vlt. col. vers. ex his infertur. vbi etiam Felin. nume. 8. vers. tertia conclusio. col. 237. Adde & limita. nisi Papa concessisset priuilegium exemptionis motu proprio, quia tunc appellare non licet. Ita dom. Abba. loco prædicato, & Old. consil. suo 22. Vide Felin. d. c. accedentes, versic. quarta conclusio. num. 8. col. vt supra.

¶ *Procurator agens in primo libello procuratorio nomine, licèt postea simpliciter in iudicio compareat, intelligitur etiam pro curatorio nomine comparere, quia præsumitur repetita illa qua litis, Fel. cap. cùm M. de constitut. 1. notabili. ibi, adde, quod voluit nume. 2. colum. 178. Tu adde Bald. l. etiam. C. de fideicommiss. & in practica Papiensi, vers. Simeon Spelta. Adde, quid dicendum in procuratore constituto ad contrahendum, an debeat exprimere nomen domini? dic, quòd non, quantum pertinet ad ipsum dominum, quia præsumitur, quòd vigore mandati præcedentis faciat. sed si ageretur de aliqua differentia inter dominum & aliam tertiam personam, bene requiritur, quòd agat nomine domini, & quòd exprimat nomen ipsius domini. Ità Bar. l. si pupilli. §. item si procuratori. vlt. col. vers. quæro extra l. ff. de neg. gest. & Bar. l. post dotem. 3. col. vers. secundò, quòd procurator ff. sol. mat. & l. qui alienæ. §. si is, qui. ff. de acqui. hære. Bald. d. l. etiam.*

Procurator datus simpliciter ad fideiubendum, potest renunciare beneficio de duobus reis, & beneficio de fideiussoribus. Ita Fel. c. cùm M. Ferrar. de constitut. versic. ex quo consuluit Ludo. Rom. nu. 6. col. 181. post med. Adde Bar. l. si fraudator. in prin. de his, quæ in frau. credi.

Procurator habens potestatem obligandi dominum ad certã quantitatem, etiam conditionè taxatiua, potest ipsum obligare ad cambia soluenda pro illa quantitate, si de cambijs est consuetudo in loco. Felin. c. cùm M. Ferrar. de constitut. versi. & col. proximè alleg.

Procurator datus post litis contestationem, non potest constituere alium procuratorem. Felin. c. cùm M. Ferra. de consti. versicu. sed contra prædicta tenet. Bar. nu. 9. col. 183. Et de hoc est gl. c. 1. de procu. in 6. verbo, ab eo.

Procurator potest sine dubio protestari nomine domini. Felin. ca. cùm M. Ferrariensis, de constitu. versi. hanc conclusionem limita. num. 56. col. 201. Et an requiratur speciale mandatum, ibi vide. Adde, quid de coniuncta persona, quæ agit pro coniuncta sine mandato, an poterit protestari pro coniuncta persona? Ibi vide Felin. & quæ posui in litera C. §. coniuncta persona potest agere.

Procurator constitutus per dominum, qui iurauit non reuocare eum, an ipse dominus poterit illum reuocare? Fel. cap. cum M. de constit. versi. secunda conclusio. Protestatio. num. 61. colum. 202. Adde gl. not. c. fi. de procu. in 6. vers. reuocatus, & ibi scribentes. Bar. l. cum precario. ff. de preca. Et quid in alijs dependentibus à voluntate mera aliter, putà, promisi, vel protestatus sum non reuocare testamentum, an poterit reuocari? Vide Bar. d. l. cum precario.

Procurator non potest admitti in causa criminali, & si admittitur, iudicium est nullum. etiamsi non opponatur. Fel. c. fœlicitatus. de rescrip. versi. sed contra opi. communem. nu. 4. col. 487. in prin. Adde, quòd idem tenet Bar. l. pen. §. ad crimen. vltima col. vers. quæro, quid si procurator. ff. de pub. iud. & Bald. l. ita demum. 2. col. vers. sed quid dicemus. & l. licèt. 3. col. versi. sed quo ad secundum membrum. C. de procurat. Bald. l. falsus. 12. col. versi. venio modo. C. de furtis. Adde Bart. l. filiusfamilias, §. veteranis in fine, de procurat. qui facit differentiam inter procuratorem, qui totaliter esse non potuit, & alium procuratorem. Adde etiam, quòd Papa, vèl Imperator de potestate ordinaria non potest procuratorem admittere ex parte rei in causa criminali. Text. est c. veniens. de accus.

Procurator datus ad audiendam sententiam, poterit tamen appellare, quia hoc est vicinum mandato. Do. de Ro. tit. de procu. la 2. in antiquioribus. Adde Fel. c. causam, quæ nu. 6. de re iud. vers. sic etiam dicit Rot. col. 451. in prin.

Procurator

Procurator si vult appellare ab executione excessiua facta contra dominum, oportet, quòd habeat speciale mandatum ad hoc, aliter non admittetur, de quo vide, quæ posui in litera A. §. appellans ab executione excessiua, si est procurator.

Procurator si vult producere exceptiones, quas postea si non posset probare, dominus veniret condemnandus ex forma statuti, tunc talis procurator non admitteretur, nisi haberet speciale mandatum ad hoc, de quo vide, quæ posui in litera A. §. appellans ab executione excessiua, si est procurator.

Procurator potest expelli à iudicio semper, de quo vide, quæ posui in litera E. §. exceptio. Tu non posses esse procurator.

Procurator quamuis nõ admittatur ad disputandum in causa criminali super ipso crimine, tamen admittitur ad opponendum exceptionem contra accusatorem, vel contra iudicem. Bar. l. pe. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Arch. c. in criminali. 5. q. 3. Felin. c. memimimus. de accusat. vers. not. ibi, excusaret. nu. 9. col. 707. Adde ad ista, & fac conclusionem, & primo, In actione populari, vbi non venit imponenda pœna corporalis, procurator admittitur ex parte rei secus ex parte actoris, l. licet. ff. de proc. vbi Bar. Limita, nisi quis agat pro priuato interesse, l. pe. ff. ne quid in loco public. Limita secundò, nisi lis esset contestata, quia cùm agens sit dominus litis potest procuratorem constituere. Felin. d. c. memimus vers. limita primò, nisi quis agat, nu. 10. col. 708. Item vbi agitur de crimine ciuiliter, admittitur procurator, quia tunc cessant omnes rationes. Fel. d. c. memimus. vers. secunda confiuco. Vbi agitur. Ibidem, nu. 11. Item procurator non admittitur, vbi agitur de crimine criminaliter, tamen tertius potest pro interesse suo defendere accusatum, l. si seruus. ff. de public. Vide Cyn. l. 1. C. de bonis dam. Fel. d. c. memimus. vers. tertia conclusio. vbi supra. nu. 12. col. eadem. Item admittitur procurator in causa criminali, & hoc, quando principalis per se comparere non potest, vtputa, quando vniuersitas accusatur, vel monialis, cap. vnico, de statu mo in 6. Bart. l. cancellatores. C. de re mil. lib. 12. Archid. 11. q. 1. in summa. Felin. d. c. meminimus. vers. quarta conclusio. nu. 13. col. ead. Adde, quòd quando vniuersitas accusat, vel accusatur, potest constituere procuratorem. Bart. l. 2. ff. de quæst. circa fin. Item in causa criminali ad proponendam exceptionem non concernentem crimen, de quo vide Felin. d. c. meminimus. ver. quinta conclusio. nu. 14. Idem, Item vbi reus est in vinculis, potest procurator constitui in causa criminali. Dom. de Rota conclusione 296. incip. Item licet Bald. l. minime. C. de appell. Contrarium tenuit do. Card. & Abb. d. cap. meminimus. de accusat. & ibi Felin. versicu. sexta conclusio est. Vbi. numer. 15. colum. vt supra. Adde, quòd Bald. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procura. dicit, quòd reus carceratus potest per procuratorem comparere, tamen ad quosdam actus, & ad quosdam non, vt in tortura & litis contestatione. Vide etiam Bal. l. eos. §. quid. C. de appell. Et dicit etiam Bald. d. §. publicè. quòd exceptionem peremptoriam non poterit fortè opponere, sed dilatorem sic. Adde Specul. titu. de procurat. qui tenet, quòd ad merita causæ admittitur procurator, quando reus est in carcere, secus, si non est carceratus. Et idem tenet Cyn. l. reos. & ibi Bald. C. de accusat. & Ioan. Andre. in Specul. titulo de procurat. §. 1. Imò quilibet extraneus, & fortius coniuncta persona.

Procurator in causa criminali potest constitui ad vnum articulũ, puta ad videndum iurare testes. Innoc. c. ex parte. de testi. vbi Ant. de But. 15. col. ver. venio ad secundum. Pet. de Anch. consil. suo 267. incip. Plenè & subtiliter. Fel. d. c. memimus. de accus. vers. vlterius præter has. nu. 16. col. 709.

Procurator in causa criminali potest constitui, & hoc, quando criminalis causa incidit cum ciuili. Do. de sancto Gem. c. ex antiquis. 54. distin. 2. col. vers. nota primò. Felin c. memimus. de accus. vers. item adde in materia. nu. 17. col. ead.

Procurator admittitur in causa criminali, & hoc, quando accusatus de vulnere dicit, quòd vulnus non est mortale, tunc si dubium est an vulnus sit mortale, vel non, admittitur procurator, tamen si apparet vulnus mortale, processus erit nullus. Bar. l. prator. an princ. ff. de damno infec. Bald. l. eleganter. §. penultimo. ff. de edendo. Felin. c. meminimus. de accusat. nume. 18. versic. item vide Bart. col. eadem.

Procurator vtrùm possit prorogare iurisdictionem iudicis delegati, de tempore ad tempus, gloss. cap. cùm olim. il 1. de offi. deleg. verbo protinus. tenuit, quòd sic, tamen doctores ibi reprobant gloss. & Bald. l. nam & nocere. ff. de pac. vbi dicit, quòd procurator non potest prorogare solutionem, nisi sit datus cum libera. Adde tu Felin. d. cap. cùm olim. versic. in eadem gloss. ibi, si iudex. nume. 8. col. 1070. vbi expressè dicit, quòd procurator cum libera, poterit prorogare iurisdictionem iudicis delegati de tempore ad tempus. Adde, quòd idem sentit dom. Abb. d. cap. cùm olim. 3. colum. versic. & nota hoc vltimum.

Procurator excedens fines mandati, non obligat dominum, nisi sciat, vt suprà §. procurator, qui fines. Adde & limita, vt non habeat locum in criminalibus. Text. cap. fin. de homi. in 6. Bald. l. cum mandati. C. manda. Adde, quòd Bald. limitat illum text. l. non ideo minus. vltima col. C. de accus. videlicet quòd vbi est in potestate mandatarij, excedere fines mandati, dominus non obligatur, secus, vbi non erat in potestate mandatary, quia tunc bene obligatur dominus. Et ibi ponit exemplum, pone, dominus dixit, Percutias talem baculo, quem tamen percussit gladio, ex quo excessit fines mandati, si eum interfecit, quòd dominus non tenetur, & si est clericus, quòd non est irregularis. Adde, quòd Felin. cap cùm olim. 1. de offic. deleg. versic. in eadem gloss. ibi, de tempore ad tempus. nume. 9. col. 1070. transit cum ista opin. Bald. Ego credo, quòd malè dicat Bald quia text. d. c. fi. de homicid. in Sexto, dicit aperiè, q. licèt mandans expressè inhibeat ne occidat, vel mutilet, tamen si mandatarius fines mandati excedit, irregularis efficitur mandans, quia mandando in culpa fuit, & hoc cogitare debuerat, & sic cogitabis.

Procurator datus ad audiendam sententiam, vel ad comparendũ in iudicio duntaxat, potest appellare, & hoc, quia appellare est vicinum mandato. Dom. de Rota tit. de procur. in antiquioribus. 2. decisione. Pau. de Cast. consil. 26. incip. In Christi nomine, viso puncto. Adde Felin. qui multa cumulauit in materia ista, cap. cùm olim. al 1. de offic. deleg. versi. fallit quartò in casibus gloss nu. 1. col. 1071.

Procurator admittitur ad agendum cum cautione rati, quando est dubium de mandato. Text. d. non solum. §. qui alieno. ff. de procur. l. 1. C. eo. & cap. 1. eodem titul. dom. Abba. cap. coram. de offic. deleg. versic. & fortè gloss. Adde Felin. d. c. coram. versic. quando faciens dubium de mandato. nume. 7. colum. 1076. Et ibi dicit, quòd regula ista fallit, quando per cautionem non est plenè consultum aduersario. Et istud idem tenet Bartol. dict. l. non solum. §. qui alieno. versic. tertius casus.

Procurator, qui post contestationem litis constituit alium procuratorem, & de mandato istius dubitatur, debet admitti cum cautione rati, & in cautione debet cauere, quòd procurator primus habebit ratum, & non dominus. Bart. l. de curatore. 1. col. ff. de cura. bo. dan. Ioan. And. & Dom. de san. Gem. c. is, qui. de procur. in 6. & Pe. de Anch. ibi. Adde Fel. c. coram, de offi. deleg. versic. proximè allega. ibi. Et adde quod subst itutus. col. 1077. post prim.

Procurator ex generali mandato non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis. Doct. c cum olim. il 1. de offic. deleg. Fallit hoc, si haberet generale mandatum cum libera. Item, si prorogat sciente & patiente domino, quia valet prorogatio, Felin. c. P. & G. de offi. deleg. versiculo, procurator ex generali mandato. nu. 11. col. 1096.

Procurator ad negotium speciale non potest substituere, quia videtur electa industria persona. Ita do. Abb. c. fin. §. cæterum. de offi. deleg. Idem tenet Felin. d. c. fin. §. cæterum. 2. notabi. nume. 8. col. 1108. Limita nisi forma mandati sit adeo limitata, quòd per substitutum mutari non possit. Ita Bart. & Salic. l. quod quis. C. de procurat. Adde Felin. d. c. fin. §. cæterum. vers. num & col. prædictis.

Procurator si est contumax in comparendo, an propter eius contumaciam possit deueniri ad secundum decretum Innocen. cap. 1. vt lite non contesta. tenuit, quòd sic. Vide domi. Abba. ibi, 6. colum. versicu. secundò discrepat. vbi tenet contra Innocent. Tamen opin. Innoc. tenuit Bald. & Ange. l. prima. §. si procurator. ff. si quis ius di. non ob. Adde quòd Bartol. l. quamuis. ff. de dam. infect. & l. 3. C. de procur. tenuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuit, quòd propter contumaciam procuratoris non possit procedi ad secundum decretum. Et sic contra Innocen. istam opin. Bart. tenuit do. Abb. d. c. 1. vt lite non contest. vers. secundo discrepat. Ant. de But. & Imo. d. c. 1. Adde, quòd idem tenet Fel. d. c. 1. vt lite non contest. vers. nihilo minus tenet opin. Abb. nu. 3. col. 267. Fallit hoc, vbi dominus fuit requisitus, & misit pro curatorem, qui fuit contumax, quia isto casu optimo Innoc. posset procedere. Fel. d. c. 1. vt supra. vers. Quatuor casibus. col. 268. Fallit etiam, quando dominus scuit contumaciam procuratoris, & eam nò purgauit. Fel. vbi supra. vers. secundus casus col. 268. Fallit etiam, quando essemus in casu, quando ficta contumacia domini sufficit, vbi vide per Fel. col. vt supra. quia tunc procederet opin. Inn. vers. Tertius casus.

Procurator si est contumax, an propter eius contumaciam possit deueniri ad primum decretum contra dominum, dom. Abb. c. cùm deputati. de iudic. versic. & per hoc dubito. tenet, quòd non. Adde, quòd contrarium tenet Barto. l. 3. C. de procur. versicu. vltimò not. & dom. Alexand. ibi. Adde Felin. cap. 1. vt li. non contest. qui idem tenet vers. Quartus casus. ibi, Remanet ergo ex istis. col. 268.

Procurator in actione populari admittitur, vbi non venit pœna corporalis ex parte rei, non autem ex parte actoris. Felin. de accusa. c memininus. nu. 10. col. 709.

Procurator admittitur, vbi agitur de crimine ciuiliter Ibi. nu. 11. col. eadem.

Procurator si est contumax propter casum fortuitum, dominus excusatur. Ita Bartol. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obten. 1. colum. versic. tamen si procurator. dom. Abb. cap. 1. vt lit. non contest. 4. colum. versic. hoc præmisso. Adde Felin. d. c. 1. versi. excusatur dominus. nu. 5. col. 268. Limita, dum modò sit talis casus, & dominus potuisset illum adducere ad sui excusationem, si in personam suam cotigisset. Bart. l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. Felin. idem tenet d. c. 1. loco præallegato. Limitat etiam, nisi procurator potuisset substituere alium. & non substituit, quia tunc non excusaretur dominus. Vide per Felin. d. cap. 1. num. col. & versic. ante dictis. vbi multa posuit in materia ista.

Procurator si est verus contumax ab initio, non repellitur dominus ab appellando. Ita Bart. l. 1. §. si procurator. 2. colu. versi. ex prædictis. ff. si quis ius dic. & ibi ponit rationem. idem tenet dom. Abb. cap. 1. vt lite non contest. 9. col. versic. tertio dicit Bart. Adde Felin. d. cap. 1. versic. si procurator est verus contumax. num. 6. col. 269. qui idem tenet, sed procedit multum intricatè, quare fuit mihi visum in hac difficultate ponere additionem istam, & hoc, quia inuenio, quòd multi tenuerunt istam opinionem, & multi etiam tenuerunt contrarium, quamuis Felin. ibi transeat, nihil addendo, neque declarando, imò confusè processit. Adde ergo pro dilucidanda veritate, & dic, quòd Bart. & omnes tenent, quòd ex vera contumacia procuratoris non perdit dominus beneficium appellandi. Ita tenuit Bartol. d. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dic. 2. colum. versicu. ex prædictis. Bartol. l. 1. §. finali, ff. quando appell. sit. & leg. final. vltima colum. ff. de in integrum restit. & l. neque infantes. ff. de fideicommis. liber. Anton. de Butr. d. cap. 1. vt lite non contest. 9. colum. dom. Abba. ibi, 6. colum. versic. tertio dicit Bartol. Bart. Cepola in cautela 86. Adde tamen quòd Specul. limitat hoc titul. de appell. §. 1. versic. illud, dum modo appelletur intra decem dies, qui tamen currunt a tempore sententiæ, non autem à tempore scientia domini. Idem tenet Innocet. d. cap. 1. & Anton. de Butr. 8. colum. & Imo. ibi in vltimo notabili. Adde tu. & tene contrarium, quòd est aquius, prout tenet Gemi. post Lapum cap. 1. 1. colum. versic. ex isto. de consti. in Sexto. & dom. Abb. d. capitu 1. 7. colum. ad finem, sequitur Ang. consilio suo 258. incip. tutor. vltima. colum. & d. l. 1. §. fin. ff. quando appell. sit. Domi. de Rota decio. 16. incip. Item quòd appellatus. & decisi. 363. incip. Ex hoc insurrexit.

Procurator, qui omisit appellare propter negligentiam, nocet domino. Ita Bart. l. 1. §. si procurator. 1. col. vers. si vero. ff. si quis ius dicen. do. Abb. c. 1. vt lite non contest. 6. col. vers. tertio dicit Bart. Fel. d. c. 1. vers. si procurator est verus contumax. nu. 6. col. 269. Adde & extende, quòd etiam procedat, quando procurator appellauit, sed non petijt apostolos intra terminum iuris. Ita tenet Bal. d. c. 1. 6. col. vt lit. non contest.

Procurator, qui omisit appellare propter negligentiam, nocet domino, vt supra. §. proximo. Adde, quòd hoc fallit, quando procurator non est soluendo, quia si dominus non posset consequi ab eo interesse suum, poterit appellare ipse dominus. Ita dom. Cardi. cap. 1. vt lit. non contest. Adde Fel. ibi. d. cap. 1. versic. cæterum, dum dixit. num. 7. colu. 270. qui videtur reprobare opin. Card. quamuis postea eam sequatur, sed quia nihil boni dicit, ideo dicta, proopin. Card. quòd quando procurator non est soluendo, tunc negligentia procuratoris non nocet domino in non appellando, ita tenuit gloss. l. 1. §. fin. ff. quando appell. sit, & gloss. authent. hodie. C. de appell. quas gloss. Felin. loco prædicto allegato adducit, & illam gloss. d. l. fin. ibi Bartol. tenuit, & alij sequuntur, Bald. & Salic. d. authent. hodie. etiam tenent gloss. illam. Idem tenet Bald. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. do. Alexand. consil. suo 237. incip. Visis processibus. Adde tamen & intellige hoc sanè petita prius restitutione & obtenta, non autem ipso iure. Ita limitat Bald. cap significante. de appell. vlt. colum. & Salic. d. authent. hodie. versic. sed dubium. Limita etiam, quando procurator omisit appellare fraudulenter, vt ex actis apparet, tunc non præiudicat domino. secundum Barto. & alios, d. l. 1. §. fin. ff. quando appell. sit. Bald. d. authent. hodie. & d. l. ab eo. Ant. de But. d. cap 1. dom. Alexan. d. consil suo, 4. & 5. col.

Procurator, qui gerit aliquid nomine domini procuratorio, non obligat dominum ad aliquod illicitum, vel ad pœnam. Ita do. Abb. c. 1. vt lit. non contest. 7. colum. versi. ad secundum, vtriu. Adde Felin. d. c. 1. verb. Circa secundum membrum. nume. 8. col. 271. & ibi dixit, quòd procurator datus generaliter, non censetur datus ad illicita? & quòd dominus non incurrit in pœnam c. eum, qui. de præb. in 6. facto procuratoris, quod not. perpetuò, & non obliuiscaris.

Procurator generalis potest obligare dominum ad pœnam, videlicet promittendo pœnam, quæ erat consueta promitti, puta in venditione. Ita Bartol. l. si procurator. in princ. p. ff. de iure fisc. Adde Felin. cap. 1. vt lite non contest. versicu. secunda declaratio. numer. 10. colum. 273. Intellige sano modo, dum modò pœna apponatur, dum actus est inser. secus, si actus esset deductus in esse. Angel. l. apud Celsum. §. in hac. ff. de doli except. Vide per Felin. d. cap. in loco prælloqato, colum. vt supra. nume. 11. Intellige etiam ista, dum modò appositio pœne adeo sit de substantia actus, quòd sine ipsa non possit expediri actus, secus, si possit expediri. Ioan. And. cap. solet. de sentent. excom. in 6. Vide per Felin. d. cap. 1. vt lit. non contest. versic. restringe secundò numer. 11. colum. 274. Adde ad ista dom. Abba. cap. 2. de preca. vbi limita istud de pœna, quòd debet intelligi, quòd procurator possit promittere pœnam, quæ venit ex natura contractus, secus, si esset præter naturam contractus. Et ibi vide, quid in prælato, an possit promittere pœnam, & obligare ecclesiam suam & successorem, quando contrahit.

Procurator si facit aliquid, quod sit illicitum, si dominus ex post facto tacite, vel expresse ratum habuit illud, quod fecit procurator, tunc actus procuratoris nocet domino. Lap. alleg. 117. Domin. de sancto Gemi. c. eum, qui. de præben. in 6. Adde Felin. c. 1. vt lit. non contest. versi. tertia declaratio. numer. 12. col. prædicta. Adde, quòd idem erit, si procurator aliquid facit præsente domino & tacente. imò plus, si esset falsus procurator, & præsente domino gerat se pro procuratore, & dominus taceret, quia tunc actus procuratoris, quantumcunque falsi, noceret domino. Ita Fel. d. c. 1. vt lite non contest. versic. quarta declaratio. num. 13. col. præalleg.

Procurator quando noceat domino confitendo in iudicio? Vide, quæ posui in litera C. §. confessio procuratoris an noceat domino.

Procurator si erat excommunicatus tempore constitutionis, videlicet quando fuit constitutus procurator, ipsa constitutio est nulla ipso iure sine ope exceptionis. Ita Specul. titulo. de procura. in princip. Ioan. And. & Anton. de Butr. cap. post cessionem. de proba. & ibi dom. Abb. d. cap. post cessionem. 14. colum. versicu. sed circa hoc. Adde Felin. d. cap. post cessionem. versic. prima conclusio. nume. 20. colum. 371. Limita istam conclusione primò, quòd si procurator facit se absolui, & dominus certificatus de absolutione si perseverat in sua voluntate, quòd valet ista constitutio ex nouo consensu,

sensu, imo non requiritur nouus consensus expressus, sed sufficit tacitus. Ita dom. Abb. d. cap. post cessionem. 14. colum. versic. quòd si constituens. quamuis ibi Anton. de But. tenuit, quòd nouus consensus requiratur, tamen Felin. d. cap. post cessionem. tenet opin. do. Abb. Eum vide in prædicto versi. Et pro opin. do. Abb. facit dictum Innocent. cap. ex parte decani. de rescri. vbi dicit, quòd tacitus consensus facit quem procuratorem, & est bonus textus cap. fin. de iureiurando, in sextò. Et notabis istud, quia si non apparebit de scientia absolutionis, non sufficeret, quòd dominus non commutasset voluntatem. Et hoc est, quia à principio illa constitutio fuit erronea. Est verum, quòd dom. Abb. d. cap. post cessionem. 14 colum. tenuit, quòd si dominus perseuerat in consensu erroneo, & post factum habet ratum gestum per ipsum procuratorem, quem postea scuit excommunicatum, quòd valet, sed Felin. aliter sentit vbi d. cap. post cessionem. versic. secundò declaratio. num. 21. colum. ead. Limita etiam istam conclusionem, quia non habet locum in alio procuratore inhabili, puta in minore & milite, quia constitutio à principio non est nulla sicut est in excommunicato, & sic valet iudicium agitatum cum minore & milite, si non opponatur. Bart. l. exigendi. 1. colum. versic. & sic not. C. de procura. & l. filiusfam. ff. eo §. veterani. Adde Feli. dicto cap. post cessionem. de probat. versi. tertiò declara & limita. numer. 22. colum. vt supra.

Procurator inhabilis potest exercere officium procuræ, si non opponatur, & valet iudicium agitatum cum eo. Fallit in procuratore inhabili ratione excommunicationis, vt per Felin. cap. post cessionem. de probat. versic. prædicto, columna ead. & vide supra §. præced. qui incipit, procurator, qui erat excommunicatus.

Procurator, si fuit excommunicatus post mandatum procuræ, & sic post quàm iudicium cum eo cœptum est, illa excommunicatio non inhabilitat mandatum, neque annullat acta, & hoc ita demum verum est, nisi opponatur. Ita Ioan. Andr. & Anton. de But. cap. post cessionem. de proba. & Felin. d. cap. post cessionem. versi. & not. quòd excommunicatio superueniens. num. 23. col. ead.

Procurator occultè excommunicatus, si gerit negocia alterius eius gesta sunt nulla. Ita dom. Abba. cap. post cessionem. de proba. 14. colum. versi. sed annecto quæstionem. Idem tenet ibi Ioan. And. & Ant. de Bu. Adde Fel. d. cap post cessionem. ver. secunda conclusio, Gesta cum procuratore. nume. 24. col. 372. Limita istam conclusionem non procedere in procuratore excommunicato occultè, qui gerit aliquid ratione publici officij, quia valent eius gesta. Ita Innocent. c. cum dilectus. de consue. & ibi Ioan. And. & Pet. de Anch. & dom. Abba. d. cap. post cessionem. vltima colum. versic. hoc non placet hic. & idem tenet c. veritatis. de dolo & contum. in fin. & c. pastoralis. §. verum. 5. col. vers. quædam gerì possunt. Adde Felin. d. c. post cessionem. vers. prædicto, col. 430. & adde do. Abb. c. fi. de procu. 5. col. vers. in gloss. ibi.

Procurator inhabilis si ratione sua inhabilitatis damnificat dominum suum, puta ex nullitate gestorum, dominus poterit agere contra procuratorem, & hoc, si dominus, qui eum constituit, ignorabat inhabilitatem, & ratio est, quia se ingerit in officio sibi interdicto. Ita Io. And. c. fi. de procu. & ibi do. Ab. 1. col. vers. in gloss. 1. ibi.

Procurator excommunicatus constitutus cum potestate substituendi alium procuratorem, non potest valide alium procuratorem constituere, præsupposito, quòd constitutio de ipso procuratore excommunicato sit ipso iure nulla. Ita do. Abb. c. post cessionem. de proba vlt. col. ver. sed quæro de quæstione. vbi Imol. & Bar. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. possess. Adde Felin. d. cap. post cessionem. vers. tertia conclusio. num. 25. colum. 374. Limita istam conclusionem, nisi esset constitutus procurator excommunicatus ad substituendam certam personam, quia isto casu talis procurator, quantumcunque sit excommunicatus, posset substituere, secus, si esset constitutus generaliter ad substituendum. Ita do. Abb. d. cap post cessionem. vlt. col. d. vers. sed quæro Verum est quòd Ant. de But. ibi tenet, quòd indistinctè possit substituere, sine sit generaliter constitutus, siue ad certam personam, de quo vide per Fel. d. c. post cessionem. versic. alleg. col. vt supra.

Procurator post litem contestatam an teneatur docere de suo mandato? dom. Abb. cap. quoniam contra. de proba. 25. col. versic. venio nunc finaliter. tenet, quòd procurator post litem contestatam tenetur de mandato docere, & ibi dicit, quòd ista fuit opin. Innocent. Item tenet ibi Anton. de But. & idem tenet Bart. l. licèt. C. de procura. in principio. Adde, quòd gl. dicto cap. licèt. & gloss. l. Pomponius. §. ratì. ff. de procura. tenent contrarium, & Salic. d. l. licèt. 2. colum. versic. sed tunc. vbi etiam Bald. & Paul. de Castr. Istam opinionem tenent Ioan. Andr. & Imol. d. cap. quoniam contra. & Anton. de But. cap. cum M. Ferrariensis. de consti. 12. colum. Et ratio est, secundum eos, quia ex quo fuit admissus procurator vsque ad contestationem litis, videtur quod sit in quasi possessione officij procurationis & propter hoc ille, qui opponit, hoc debet probare, & non procurator docere de mandato suo, ex quo est in possessione. Et istam partem tenet etiam Felin d. cap. quoniam contra. versicu. septimò quæro, secundum omnes hic. nume. 53 colum. 478. Tu dic, quòd de hoc est optima gloss. cap. 1. de elect. in Sexto, quæ videtur tenere, quòd isto casu iudex ex officio suo poterit compellere procuratorem exhibere mandatum, quamuis Salic. d. l. licèt. aliter intelligat illam gloss. Sed dom. Abb. loco præallegato dicit, quòd gloss. illa mòdificat dictum Innocent. & sic tenet quòd iudex possit procuratorem compellere ex officio suo. Adde Bartol. in materia ista, dicta l. licèt. & dic, quòd ista habent locum etiam in iudice, vt per domin. Abba. loco præallegato, & Felin vbi supra.

Procurator non potest reuocari post contesta. lit. nisi causæ cognita, vt cap. 2. de procur. in 6. Adde, quòd istud habet locum in procuratore ad iudicia, sed procurator ad negocia potest quandocunque liberè reuocari. Felin. cap. ex parte decani. de rescript. versic. & aduerte, quia non capitur. numero 27. columna 865.

Procurator, qui non habet mandatum, an potest repelli ex officio iudicis, etiamsi pars non petat? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex ex officio suo.

Procurator sine speciali mandato domini, non potest interpretari libellum productum à domino. Ita Fel. c. cum venisset. de iudic. vers. potestas interpretandi. nu. 2. col. 87.

Procurator, si facit litis contestationem, an valeat? Ponit Felin. c. pastoralis. de iud. versi. in glo. quòd iste tex. procedat in procuratore. num. 2 col. 107.

Procurator intelligitur reuocatus per mortem constituentis re integra, fallit tamen in multis casibus, de quibus vide in litera M. §. mandatum procuratoris. Et etiam, quando dicatur res integra ibi, vnde poterit agere supra lites nouandas.

Procurator datus ad lites motas & mouendas non potest cognoscere de mouendis ex nouo, quòd nondum erat cognitum tempore, quo fuit constitutus procurator. Dom. de Rot. decis. 313. incip. Fuit dubitatum. Adde Felin. cap. relatum. de officio deleg. versic. sextò, Delegatus ad causas. nume. 8. col. 981. Adde, quòd secus est in delegato, vide, quæ posui in litera D. §. delegatus ad lites.

Procurator non potest reuocari, vbi factus est primus actus, qui solet fieri, post contestationem litis, vbi lis non contestatur. vide per Felin. cap. insinuante. de offi. deleg. versi. in quantum Abb. dicit. num. 16 col. 1026.

Procurator in rem suam quis dicatur? Ponit gloss. cap. 1. de procu. in Sexto, verbo, in rem. Adde, an appellatione procuratoris in materia odiosa, venit talis procurator? Vide gloss. l. qui stipendia. C. de procurato. verbo, suam. & ibi Bald. Vide etiam gloss. l. 1. in gloss. 2. ff. de procura. & ibi Bald. Adde Fel. cap. licèt. de officio deleg. versi. quis dicatur procurator in rem. num. 3. colum. 1059. Adde quòd est quæstio, quando aliquis est procurator in rem suam, quomodo possimus cognoscere? de quo vide Bart. l. qui stipendia. C. de procura. & vide per Fel. d. cap. licèt. vbi supra. colum. eadem. Adde, si procurator datus in rem suam, intentat actionem vtilem nomine domini, qui est excommunicatus. quòd repellitur. Ita do. Abb. d. c. licèt. in fin. & glo. c. 1. de iure pa. in 6. Adde Fel. d. c. licèt. vbi supra ea. col. vers. est tamen quæstio.

Procurator quamuis in sententia iudicis sit aliquis nominatus, vt puta dicit iudex, sententia lata contra Titium procuratorem Sempronij, talis denominatio non probat quem esse procuratorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem, Innocen. capitu. cum in iure. de offic. delega. Ange. Authent. vt ſponſa. largi. § hoc inſuper. 2. colum. verſicu. ſed nunc quæro. Adde, quòd iſtud habet locum in quocunque inſtrumento enunciante aliquem eſſe procuratorem, quia ei non creditur, & ideo cauti notarij in inſtrumento proponunt iſta verba, Se vidiſſe inſtrumentum procuræ à tali notario rogato. Et iſta in terminis dicit Bald. rubri. C. de fide inſtrumen. 6. colum. Adde ad iſta, quòd videlicet ſententia pronuncians quem procuratorem, etiam non nocet domino abſenti & ignoranti, quia ipſe dominus poterit quandocunque opponere ipſi procuratori, quòd non erat procurator, quia talis denominatio facta in ſententia, non nocet domino. Innocent. capitul. ſuper literis. de reſcript. Specul. titul. de ſyndico. § 1. verſic. quid ſi iudex. Bart. l. licèt. C. de procu. 2. colum. verſi. ſecundus caſus principalis. Bald. l. falſis. 11. colum. C. de fur. dom. Abb. d. cap. cum in iure. 2. col. verſic. venio ad tertium. Adde Felin. d. cap. cum in iure. verſic. ſententia enuncians. num. 14. col. 1066.

Procurator, contra quem poſt litem conteſtatam opponitur, ſe non habet mandatum, quis habet probare, ipſe procurator, an opponens? Bartol. l. licèt. C. de procurato. ſecunda columna verſicu. ſecundus caſus. dicit, quòd procurator debet docere de mandato. Et idem tenet Innocent. capitulo quoniam. de proba. & ibi domi. Abb. pen. colum. Sed contra tenuit gloſſ. l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & ibi Angel. Bald. & Salice. d. l. licèt. Innocent. cap. 1. de ele. in 6. verſic. abſentia. Imol. d. cap. cum in iure. de offic. delega. Adde Felin. pleniſſimè d. cap. cum in iure. verſi. in quantum Doct. dicunt. num. 15. col. 1066.

Procurator conſtitutus ad agendum, vel ad litigandum cum non certa perſona, an poteſt reuocari, etiam non facta notitia reuocationis, niſi ipſi ſoli procuratori, an verò eſt ſienda etiam alijs? Ponit Felin. cap. ex parte decani. de reſcript. verſic. quarta regula, quando procurator. nume. 23. colum 862.

Procurator reuocatus ſi non fuit certioratus de reuocatione, & fecit expenſas cauſa procurationis, adeò quòd damnum patitur, non obſtante reuocatione poterit agere contra dominum actione mandati ad intereſſe. Ita Felin. capitul. ex parte decani. de reſcript. verſiculo poſtremò. numer. 26. colum. 865.

Procurator conſtitutus cum pacto, vel iuramento facto ab ipſo conſtituente de non reuocando ipſum procuratorum, an poterit eũ reuocare? Vide, quæ poſui in litera D. §. dominus, qui conſtituit procuratorem.

Procurator conſtitutus ad renunciandum cauſa permutationis cum iuramento de non reuocando, an poterit reuocari? Vide, quæ poſui in litera D. §. dominus, qui conſtituit.

Procurator conſtitutus cum iuramento ad renunciandum ſimpliciter, an poteſt reuocari? Vide quæ poſui in litera D. §. dominus, qui conſtituit.

Procurator reuocatus, licèt reuocationem ignorauerit, tamen non poteſt facere actum, qui non poteſt expediri, nec ſortiri effectum citra conſenſum domini, puta non poterit transferre dominium, quia per procuratorem reuocatum non transfertur dominium. Ita Felin. cap. ex parte decani. verſi. fallit ſecundò dicta regula. nu. 14. col. 855.

Procurator conſtitutus ad renunciandum beneficio, ſi reuocatur, & ipſe ignorat reuocationem, valet renunciatio. Fel. c. ex parte decani. verſi. excipiuntur tamen ab iſta fallentia. nume. 15. col. 857.

Procurator conſtitutus ad renunciandum beneficio, ſi reuocatur & ignorat, ille licèt ignorat reuocationem, ſi dominus conſtituens renunciat, valet renunciatio domini, & non procuratoris, & hoc modo limitabis cle. de renun. Ita Felin. cap. ex parte decani. de reſcrip. verſi. limita ſecundò d. cle. 1. nume. 16. colum. 858.

Procurator conſtitutus ad recipiendam pecuniam mutuò, ſi recepit ipſam pecuniam mutuò, ſed in inſtrumento non dicitur quòd acceperit, ſed ſolum dicit ſe recepiſſe, an talis confeſſio noceat domino, adeo quòd poterit ex tali inſtrumento agi contra dominum, ſi non probatur de receptione pecuniæ, domin. Abba. capitu. ſi cautio. de fide inſtruments. quarta colum. verſicu. ſed circa. tenet, quòd non. Et idem tenet ibi Anton. de Butr. & Imol. & idem tenet Bartolus, Bald. Pald. de Caſtr. l. 2. §. fina. ff. ſi cert. pet. Bartol. l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. Frideric. de Senis conſilio ſuo 53. Paul. de Caſtro conſilio ſuo vltimo, Petr. de Ancha. Domi. de Sancto Gemi. capitu. qui generaliter. §. fina. de procura. in 6. domi. Abb. capitu. cum olim. de offic. delega. 2. colum. Adde Felin. d. cap. ſi cautio. verſic. ſecundò quæruntur hic do. Ant. nu. 86. col. 905. Adde ad iſta, quæ poſui infrà §. procurator ſi confeſſus eſt ſe mutuò recepiſſe. & §. procurator conſtitutus à domino.

Procurator conſtitutus à domino ad recipiendas ſolutiones à debitoribus, & ad eos quietandum & liberandum, ſi talis procurator confitetur ſe recepiſſe ſolutiones, non præiudicat domino, confitendo, niſi appareat de ſolutione. Ioan. And. in Specul. titu. de teſti. § 1. verſi. ſed pone, Aegi. Adde Felin. cap. ſi cautio. de fide inſtrumen. verſi. & iſta habent locum. nume. 87. colum. 905.

Procurator laicus an poſſit conſtitui in ſpiritualibus actibus? Vide, quæ poſui in litera L. §. laicus an poſſit eſſe procurator.

Procurator ſi confeſſus eſt ſe mutuò recepiſſe, non agitur contra dominum, niſi probetur numeratio. Bartol. Pau. de Caſt. l. 2. ff. ſi cert. pet. Pet. de Ancha. Domi. de Sancto Gemi. cap. qui generaliter. §. fin. de procura. in 6. Ludo. Roma. l. prædia. ff. de acquiren. poſſ. Ioan. And. in addit. Specu. titu. de teſte. §. 1. verſic. ſed pone, Aegidi. Angel. l. 2. C. de quadri. præſcrip. Anton. de But. domi. Abba. capitu. ſi cautio. de fide inſtrum. Imol. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. Paul. de Caſt. conſilio vlti. Adde Felin. cap. cum olim. il 1. de offic. deleg. verſic. ſi procurator confeſſus. num. 3. col. 1068. & inde. Adde tu, & dic, quòd in illo primo dicto Felin. d. c. cum olim. tenenda eſt opin. Bart. d. 2. ff. ſi cert. pet. quam poſui etiam l. à diuo Pio. §. ſi emptor. ff. de re iudi. do. Alex. d. l. 2. ſi cert. pet. Et eſt communis opi.

Procurator conſtitutus ſi eſt à domino cum clauſula ad recipiendam pecuniam mutuò, & confitendum recepiſſe, valet confeſſio contra dominum, quia alias illa verba nihil operarentur. Ita Bald. Paul. de Caſtr. l. 1. ff. ſi cert. pet. & Paul. de Caſtr. conſilio ſuo vltimo Adde tu, quòd Bart. d. l. 2. in fin. tenuit contrarium, videlicet quòd talis confeſſio non noceat domino, & ſic, quòd dominus non obligatur ex tali confeſſione. Adde Felin. cap. cum olim. il 1. de offic. delega. verſicu. fatentur tamen iſti primi. nume. 3. colum. 1068. vbi videtur ſequi opi. Barto. d. l. 2. & ibi intricatè loquitur effundendo multa verba, tamen non bene declarat, quæ fuerit mens Bartoli, & quæ fuerit communis opin. Adde tu & dic clarius, quòd Barto. d. l. 2. & fin. dicit, quòd ſi dominus diceret in inſtrumento, Facio te procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuò, & confitendum te recepiſſe pecuniam, quòd dominus non obligatur. Iſtam opin. Bart. tenet Anton. de But. cap. ſi cautio. de fide inſtr. Adde tu, quòd magis communiter alij tenent contrarium, vt Bal. Fulgo. Paul. de Caſt. d. l. 1. Ang. Io. de imo. Pa. de Caſt. l. ſi debitorem. ff. de ſol. do. Alex. d. l. 2. Et hoc modo intelligas Felin. d. c. cum olim. qui ſatis confuſe loquitur. Et iſta eſt communis opi. reprobata opi. Bar. l. 2. Adde Fel. ad omnia.

Procurator conſtitutus ad vendendum, vtrum poſſit vendere, & transferre dominium habita fide de precio, pecunia tunc non interueniente? dom. Abb. cap. cum olim. il 1. de offic. delega. 2. colum. verſi. nunquid procurator. dicit, quòd ſi eſt procurator eccleſiæ minoris, vel ſiſti, non poteſt talis procurator transferre dominium, per l. ſi procurator. ff. de iure fiſci. Sed ſi eſt procurator alterius, & generalis, quòd poteſt, per l. cuicunque. ff. de inſtitu. ſi eſt procurator ſpecialis, & tunc diſtingue, vt per eum ibi. Adde Bart. l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. verſic. quæro, an ille. vbi magis clarè loquitur, quam dom. Abb. & diffuſus. Et cum Bartol. concordant omnes. Bald. l. in ciuile. ff. de rei ven. & Bald. l. ſi non donationis. C. de contrahend. emp. dom. Abb. cap. 2. de preca in fin. Bald. l. s. C. de hære. vel act. vend. gloſſ. l. 1. C. de fide inſtrum. & iur. haſta fiſca lib. 10. & ibi Bar. & Bald. l. cum vendente. C. vbi cauſa fiſca. Bar. l. alio. vlt. col. ff. de alimen lega. Ang. l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. Adde Fel. d. c. cum olim. verſ. procurator ad vendendum. nu. 5. col. 1069.

Procurator, qui ſines mandati exceſſit domino ſciente, & non contradicente,

*radicente, an obliget ipſum dominum? gloſ. c. cùm olim. il 1. de eſſ. deleg. verbo protinus. tenet, quòd ſic, & ibi do. Abb. Ant. de But. c. contingit. vlt. col. de tranſact. Io. And. c. cum quis. de ſenten. excom. in 6. & ibi Do. de ſanct. Gemi. 1. col. And. de iſer. c. vnico. §. pe. de probi. feu. alien. per Frider. Anton. de But. c. cæterum. in ſi. de iudic. Imol. l. 1. §. item ſi voluntate. ff. ſol. mat. & l. ſæpe. vlt. char. ff. de re iudic. Do. de ſancto Gemi. c. qui ad agendum. de procura. in 6. Adde latiſſimè per Felin. d. c. cùm olim. verſ. glo. in verſ. procurator. num. 6. col. 1070.

Procurator an poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua eſt procurator? do. Abb. ponit c. inſuper. de teſti. 5. col. verſ. vide Bart. in l. differre. Vide glo. c. Romana. gl. pe. de teſti. in 6. Ant. de But. c. cum à nobis. de teſti. Bart. l. differre. §. idem. 1. col. verſ. idem decreuerunt. ff. de iure fiſc. Adde Fel. d. c. cùm à nobis. verſ. de procuratore autem. nu. 14. col. 626.

Procurator qui habet multas cauſas coram vno iudice, poteſt comparere coram illo iudice, & dicere, Compareo generaliter pro omnibus meis cauſis coram vobis pendentibus. ita Bart. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. 2. col. verſ. ſed quid. Adde Felin. c. imputari. de fide inſtr. verſ. vltimò dicit hic do. Anton. nu. 11. colum. 876.

Procurator conſtitutus ad acceptandum poſſeſſionem beneficij, an debeat habere ſpeciale mandatum? Ponit Fel. cap. nonnulli. de reſcript. §. ſunt & alij (alias eſt cap.) num. 11. verſ. ſcias tamen. colum. 740.

Procurator falſus impetrans literas ad lites ſine ſpeciali mandato, non impugnatur, & hoc, quando cauſa committitur auditoribus Rotæ. Fel. c. nonnulli. de reſcrip. §. ſunt & alij. verſ. fallit quartò regula. nu. 13. col. 744.

Procurator falſus, qui impetrauit reſcriptum tantùm ad lites ex certa ſcientia Papæ conceſſum, valet. Felin. c. nonnulli. §. ſunt & alij, de reſcrip. verſic. fallit ſeptimò, vbi princeps. nume. 15. colum. 746.

Procurator falſus quot modis dicatur? Felin. cap. ex parte decani. de reſcript. verſi. in glo. verbo, procurator. num. 4. col. 850. remittit ſe ad do. Abb. ibi, & ad Bal. & alios vt ibi. Adde tu, quòd falſus procurator eſt ille, qui petit aliquid, vt procurator, cùm non ſit, & ſi conſequitur, quod petijt, ſit obreptio, & ſic incidit in crimen falſi. Ita Bart. l. ſi autem. §. item. ff. de neg. geſt. Adde ad iſta, quòd appellans ſe doctorem, cùm non ſit, punitur pœna falſi. Bart. l. eos. §. qui ſe pro milite. ff. de fal. Adde, quòd iſtud ita demum verum eſt, quando ſe appellat doctorem, & aliquem actum facit doctoris congruentem, ſecus ſi ſimpliciter ſe doctorem appellat. Ita limitat Bart. illum. §. qui ſe pro milite. l. quiſquis. C. de aquæduct. lib. 11. Adde Barto. l. reddatur. de profeſſ. & medi. lib. 10 Vide Bald. l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. Et hoc modo intelligas in procuratore. Et an dominus poſſit ratificare geſta falſi procuratoris, vide ſuprà, §. procurator falſus.

Procurator falſus ſi gerit negocia domini ſcientis, & non contradicentis, an facit dominus ſibi præiudicium? Ponit Felin. c. ex parte decani. de reſcript. verſic. ſubdit iuxta hoc. nume. 5. colum. 851.

Procurator ſi facit aliquid in iudicio ante receptum mandatum, an valeat? Vide Felin. c. ſciſcitatus, de reſcript. verſic. adde etiam in materia. nu. 14. col. 493.

Procurator datus ad agendum cum pacto, vt non liceat eum reuocare, tamen pacto non obſtante poſſum eum reuocare, imò, ſi pœna eſſet appoſita, quid, ſi eſſet iuratum? Ita Felin. c. edoceri. de reſcript. verſ. & dum Abb. dicit non valere, nu. 7. col. 603. an iſta habeant locum in ſpiritualibus? Vide Fel. loco præallego, nu. & col. præallegatis.

Procurator an debeat ſcire ſuam reuocationem per certam notitiam, vel ſufficiat, quocunque modo ſciat? Vide quæ poſui in litera R. §. reuocatio procuratoris.

Procurator ſi habet plenum mandatum ad agendum & defendendum, tamen non poterit impetrare literas ad lites. Fel. cap. nonnulli. de reſcript. §. ſunt & alij. col. 730. in prin.

Procurator impetrans reſcriptum, per quod petit cauſam committi alicui creditori, non indiget ſpeciali mandato. Fel. c. nonnulli. de reſcript. num. 13. col. 744.

Procurator, qui habet plenum mandatum, poteſt illud, quod poterit ſi haberet mandatum cum libera, quia iſta duo æquiparantur. Ita Felin. d. c. nonnulli. de reſcript. §. ſunt & alij. nu. 3. col. 730. & inde. Ideo procurator, qui habet plenum mandatum, debet poſſe impetrare literas ad lites, quia poteſt requirere ſpeciale mandatum. Fel. d. §. ſunt & alij. verſi. præterea quòd habens mandatum & generalem adminiſtrationem. nu. 3. col. 730. Adde, tu an habens plenum mandatum, vel cũ libera poſſit donare? Vide do. Abb. c. petitio. 2. col. ver. in glo. de procur. Adde, an procurator conſtitutus ſub hac forma vt faciat omnia ea, quæ ipſe conſtituens in propria perſona potuiſſet facere, an videatur habere poteſtatem explicandi & exigendi ſpecialia mandata, de quo vide Bar. l. ſi procurator. C. de procur. verſic. idem forte. & do. Abb. c. ſi de dila. in ſi. Adde ad iſta, pone, procurator eſt cõſtitutus ad certa negocia, & poſtea ſubijcitur clauſula, Promittens ipſe conſtituens habere ratum, quicquid procurator ſuus fecerit, an videatur ex hoc cõceſſa libera? Vide Bar to. & alios l. 1. ff. de offic. procu. caſa. & Bar. l. procurator cui libera. ff. de procur.

Procurator conſtitutus, & in mandato ipſius ſunt enumerati aliqui caſus requirentes ſpeciale mandatum, & poſita poſtea eſt clauſula generalis an talis procurator poterit impetrare literas ad lites. Fel. ponit c. nonnulli. de reſcript. § ſunt & alij. in ver. amplia ſecundò, etiamſi in mandato. nu. 4. col 730. ibi cum vide, quia eſt caſus, qui ſæpius poſſet euenire de facto, & ſcribentes in materia iſta fuerunt contrarij.

Procurator falſus, an geſta per ipſum poſſit dominus rata habere? Vide quæ poſui in litera G. §. geſta per falſum procuratorem.

Procurator falſus impetrans literas ad lites ſine ſpeciali mandato, etiamſi offerat cautionem rati, non ſufficeret, quia ratihabitio non trahitur retro, vbi requiritur mandatum ab initio. Felin. c. nonnulli. de reſcript. §. ſunt & alij. verſi. regulariter autem ratificatio. nu. 8. col. 738. Adde, quòd factum falſi procuratoris poteſt tacitè & expreſsè ratificari per dominum, do. de Rot. deciſ. 424. incip. Si habens. & deciſ 459. incip. Fuit dubitatum, & deciſ. 460. incip. Per prædicta not. Adde, quòd fallit in aliquibus caſibus, & primò, vbi eſt ſtatutum, quòd procurator non habens mandatum non admittatur ad agendum. Bal. l. ſi vxorem. 2. col. verſic. prædicta ſunt vera. C. de condi. inſer. Item ſi procurator illegitimus, de cuius mandato dubitatur, fuerit admiſſus cum cautione rati aduerſario proteſtante, ſcilicet niſi apparuerit non habere mandatum, quia eius geſta non poſſunt ratificari per dominum inuito aduerſario. Caſus eſt l. inter quos. §. qui alieno. ff. de dam. infect. Ita Ludo. Rom. in ſing. verſic. procurator. & verſi. tu habes. l. ſi tutor. Adde ad iſta illa, quæ poſui circa materiam iſtam in litera R. §. ratificatio. Adde ad iſtas fallentias Bart. l. obſervare. ff. de offic. proconſ. & leg. In materia iſta vide, quæ poſui in litera R. §. ratificatio domini regulariter.

Procurator falſus, ſi impetrat reſcriptum ad lites, non ſolùm reſcriptum eſt nullum, ſed etiam talis impetrans tenetur in expenſis, & etiam tenetur pœna falſi. Fel. c. nonnulli. de reſcrip. §. ſunt & alij. verſ. amplia ſeptimò. nu. 9. col. 738.

Procurator falſus, qui non habet mandatum, poteſt tamen impetrare literas ad beneficia. Felin cap. nonnulli de reſcript. §. ſunt & alij. verſic. fallit primò in impetrante literas. nume. 10. colum. 739.

Procurator conſtitutus ad acceptandum beneficium, debet habere ſpeciale mandatum, ad hoc tamen ſufficit, quòd mandatum dicat generaliter ad acceptandum beneficium, licèt non dicat de tali beneficio. Fel. c. nonnulli. de reſcript. §. ſunt & alij. ver. ſcias tamen circa prædicta. nu. 11. col. 740.

Procuratoris reuocatio, etiam non intimata, valet, quando agitur ſolùm de præiudicio conſtituentis. Fel. c. ex parte decani. de reſcr. ver. fallit tertiò iſta ſecunda regula. nu. 18. col. 859.

Procuratoris reuocati geſta an poteſt dominus ratificare? Vide, quæ poſui in litera R. §. reuocatio procuratoris, & non intimata.

Procuratori reuocato ſi ſoluitur. dico ignoranti reuocationem, liberatur ſoluens, etiam quòd iſte ſit actus, ad cuius eſſentiam requiratur voluntas domini, & hoc fauore liberationis Felin. cap. ex parte decani, de reſcript. verſic. ſecundus caſus. num. 17. col. 858.

Procuratorem ſi quis conſtituit pro ſe, & alijs præſentibus non contradicentibus, valet procuratoris conſtitutio. Ita Felin. c. ex parte decani. de reſcrip. verſ. & ſcias, quòd ſi quis conſtituit. num. 6. colum. 851.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Procuratores seu œconomi cleri non possunt remittere, seu liberare vnam ecclesiam, & aliam aggrauare Ioan. And. c. nulli. de reb. ecc. non alien. do. Abb. consil. suo 24. incip. In nomine Domini. 2. vol. Adde Fel. c. accedentes. de præscript. ver. vltimò, dum tangit Abb. nu. 8. col. 238.

Procuratores si duo sunt dati ab eadem persona per duo instrumenta, neque apparet, quod instrumentum sit factum antea, nullum ex ipsis instrumentis facit fidem, & per consequens, datio procuratoris est nulla, de quo est glo. in simili c. si quis iusto. de elect. in 6. verbo, nominatus, Ioan. An. in Spe. tit. de procur. §. ratione. vers. item quòd licèt plures. Dom. de sanct. Gem. c. si duo. 3. col. de procur. in 6. Adde, quòd conclusio ista procedit, nisi in vno instrumento daretur minor potestas, quàm in alio. Bal. l. falsis. 13. col. ver. scias etiam. C. de fur. Item procedit ista cõclusio, nisi in aliquo istorum instrumentorum fuisset dictum, quòd per hoc non intendit reuocare aliquem alium suum procuratorem. Ioan. And. d. vers. item quòd licèt plures. Adde Fel. c. imputari. de fide instr. in prin. nu. 1. col. 874. & inde.

Procuratores plures dati, in solidum, cum clausula, Quòd non sit melior conditio occupantis, pone, quòd vnus sit contestatus litem, & alter produxit testes, an productio valeat? videtur dicendum, quòd non, ex quo vnus cœpit vti officio procurationis, per text. c. si duo. de procur. in 6. Vide per do. Abb. c. in nomine Domini. de testi. 8. col. vers. vltimò ponit. Adde, quòd maius dubium est, an statim talis receptio non valeat, an verò sit annullanda ope exceptionis? de quo vide ibi do. Abba. & Fel. d. c. in nomine Domini. versic. septimò quæritur iuxta prædicta. nu. 36. col. 504.

¶ *Prodigus, an contra eum currat præscriptio? vide suprà, §. præscriptio an currat contra pupillum.*

Prodigus potest per procuratorem contestari litem, Ita Felin. c. pastoralis. de iudic. versic. vniuersitas potest procuratorem, circa princ. nu. 3. col. 108.

¶ *Proditor etiam si est constitutus in dignitate, vel sit nobilis, debet puniri ita acriter, ac si esset rusticus, vide, quæ posui in litera D. §. dignitas est tanti roboris.*

Proditor quis dicatur? dic, quòd ille dicitur proditor, qui habet vnum in corde, & aliud in verbis. Pet. de Ancha. cap. 1. de homi. Idem de percutiente socium in via. Idem dic de offendente sedentem in mensa Bart. l. respiciendum. ff. de pœn. §. delinquunt. Adde, quòd Pet. de Anch. cle. 1. quia verò. de statu mona. dicit, quòd ille etiam dicitur proditor, qui secreta sibi commissa reuelat. Adde Fel. in materia ista, cap. 1. de homi. in princ. nu. 1. col. 1010. & seq.

Proditor fugiens ad ecclesiam, an gaudeat immunitate? Vide, quæ posui in litera H. § homicidium commissum.

¶ *Producens instrumentum in iudicio, videtur confiteri omnia contenta in eo esse vera, etiam contra se, & ex ipsis potest condemnari, Innocen. c. cùm venerabilis, de excepti. do. Abb. d. cap. cùm venerabilis. 10. col. vers. venio ad secundum. vbi dicit, quòd quando quis sine dolo & ignoranter produxit instrumentum, quod postea probatur falsum, non debet iudex secundum illud iudicare, quia ex quo ignoranter fecit, non debet ex hoc puniri, postea 12. colum. dicit, quòd producens scienter instrumentum, etiam si sit falsum, videtur facere omnia contenta in ipso instrumento, & debet condemnari in eo, quod facit instrumentum contra ipsum producentem. Idem tenet Bartol. l. post legatum. ff. de his quib. vt indig. 2. colum. Bart. l. scripturæ. C. de fide instr. in princ. Pet. de Ancb. consil. suo 218. Fel. d. c. cùm venerabilis. versi. prima conclusio. Producens instrum. num. 22. col. 55. Adde, quòd non solum producens videtur fateri contenta in instrumento, sed etiam videtur approbare personam tabellionis, adeo quòd contra ipsum non poterit opponere, de quo vide additionem, quam posui ad Felin. d. c. cum venerabilis. d. versic. col. ead. Adde, quòd in quantum dixi, quòd producens instrumentum videtur fateri omnia contenta in eo, quòd ista conclusio limitatur non habere locum, nisi in verbis instrumenti depositiuis, non enunciatiuis. Ita Bald. d. c. cùm venerabilis, de excep. 5. col. & ibi Fel. versi. limita dupliciter. nu. 23. col. vt suprà.*

Producens testes in iudicio, amplius eos reprobare non potest, & hoc circa personam, secus est in dictis, de quo vide, quæ posui in litera T. §. testis semel approbatus.

Producens falsos testes in iudicio, si dicit se nolle eis vti, excusatur à falso. Bart. l. si falsos. C. de fal. do. Abb. c. præsentium. de testib. Adde ibi Fel. nu. 11. secunda conclusio. col. 636. & inde. Et vide, quæ posui in litera T. §. testis, qui reputatur falsarius ex depositione sua.

Producens in iudicio saccum instrumentorum, talis productio valet, neque dicitur probatio incerta, ex quo est restricta ad contenta in sacco. Imol. cap. imputari. de fide instrum. Spec. & ibi Ioan. And. titu. de fide instr. §. videndum. versic. item not. Adde Felin. d. c. imputari. versic. vltimò dicit hic do. Anton. num. 11. col. 876.

Producens instrumentum in iudicio, quo vult vti, si protestatur se velle vti in parte & partibus, an teneatur edere? Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum suum.

¶ *Productio instrumentorum an potest fieri post conclusionem in causa? Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentorum productiones.*

Productio iurium & actorum, vtputa instrumentorum & similium, an possit fieri coram notario solo absque præsentia iudicis? do. Abb. c. quoniam contra. de proba. 8. col. ver. nunquid autem sufficiat. tenet, quòd sic, & idem tenet Bar. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. 3. col. vers. iuxta prædicta. & l. eos. §. super his C. de appell. in fi. Salic. d. l. eos. §. super his. versic. item nota Pe. de Anch. c. 1. de appell. in 6. 5. col. Fel. d. cap. quoniam contra. vers. expedita materia glo. nu. 38. col. 472. ibi tenet contra dom. Abb. & alios, vt hic. Adde, quòd contrarium, videlicet quòd non sufficiat acta produci coram solo notario, tenent Hostien. Anton. de But. & Imol. in d. c. quoniam contra. Bal. l. 2. in princ. C. de eden. Bar. l. si quis. C. de accus. Vide per Felin. latissimè. d. c. quoniam contra. vers. contrariam partem. num. 39. col. 472. & ibi dicit, quòd ista est versior opin. pro qua facit l. iudices. C. de fide instru. l. si quando. C. de testi. vbi dicitur, quòd in productione instrumentorum requiritur causæ cognitio, & cum produci debeant, pars debet esse præsens, vel citata, de quo vide Fel. c. quoniam contra. vers. & pro ista parte. nu. 40. col. 473. Limita prædictam conclusionem, quòd si productio est facta solo notario parte contraria præsente & consentiente, quòd valet, Imol. d. l. si finita. §. Iulianus, & eum sequitur Felin. d. cap. quoniam contra. versic. & tenendo hanc partem. num. vers. & col. prædictis. Item limita prædictam conclusionem quando notarius esset deputatus ad recipiendas scripturas, quæ producuntur, quia productio valet facta à notario solo. Fulg. l. hac consultissima. C. de testa. Host. Anton. de But. d. c. quoniam contra. Felin. idem tenet ibi. versi. secundò limita. versi. prox. col. ead.

Productio tertia testium impedit dari quartam sine solennitate legali, non autem dilatio tertia, quia non impedit quartam dilationem, & hoc, quia non est timor subornationis in dilatione, sed bene in productione, do. Abb. cap. in causis, de testi. 2. col. versic. ille tamen intellectus. Et idem tenet in Authent. qui semel. C. de prob. 2. col. versic. circa primum quæritur. & Bald. l. 1. 2. col. C. de dila. Quod tamen intellige sanè, videlicet quando testes sunt examinati, quia si essent facta plures productiones testium, & non essent examinati testes, non impedire tur quarta & quinta productio dari etiam sine solennitate legali. Ita do. Abb. d. c. in causis. 3. col. ver. et ex hac ratione. Adde Fel. d. c. in causis. ver. glo. 1. ad fin. ibi, vel dic. nu. 2. col. 564. Fallit hoc, quando pars producens nominauit multos testes, tamen non produxit omnes simul, sed fecit tres productiones, postea vult facere quartam, non admittitur sine solennitate, do. Abb. c. causis. 3. col. ver. quidam autem.

Productio quarta testium non admittitur, vbi est renunciatum testibus, do. Abb. cap. in causis, de testi. 1. col. versi. & hoc verum. & Bar. Authent. qui semel. C. de prob. 3. col. vers. circa secundum. Quod intellige de testibus, qui poterant produci tempore renunciationis, sed si illos producere non poterat pars, eò quia ignorabat, renunciatio non nocet. Ita Bart. expressè in loco prælegato. Adde Felin. d. cap. in causis. versi. in ea. glo. ibi, & hoc. num. 3. col. 565.

Productio quarta si datur sine solennitate legali, an valeant attestationes? dic breuiter, quòd si non fuit appellatum, quòd valent, do. Abb. c. in causis, de testi. vlt. col. vers. quæro, quid si detur. & vers. nunc venio. Idem tenet Bar. Authent. qui semel. C. de prob. 3. col. vers. quæro, vtrum. Adde Fel. d. c. in causis. versic. item in quantum. Innoc. nu. 4. col. 565.

Productio

Productio facta de scripturis contrarijs, quæ habet nocere producenti, an talis productio possit reuocari per producentem? & dic, quòd non, quia est acquisitum iuris aduersario, cui præiudicatur, si fieret reuocatio. Spe. & ibi Io. And. tit. de instru. edi. §. videndum. versi. quid si aliquid. Innoc. c. cum olim. de censi. de quo vide latè per Fel. c. imputari. de fide instrum. ver. septima & vltima declaratio. nu. 7. col. 875.

Productio quarta testium non datur seruata solùm solennitate, cap. vltra tertiam. sed oportet, quòd petatur inter tempora constituta. l. 2. C. de dila. canonizata. 3. q. 3. c. inducia. §. spacium, de quo vide do. Abb. d. cap. vltra tertiam, de testi. 2. col. versi. item scias. & ibi vide Felin. versic. not. primò, quòd quarta productio. num. 5. colum. 752.

¶ *Professio facta in monasterio, operatur quatuor effectus, de quibus vide per Fel. c. cùm deputati. de iudi. versi. not. quatuor effectus. num. 4. col. 124.*

Professio an tollat testamentum. vtputa, quis condidit testamentum, & reliquit bona sua sub fideicommisso, & ingreditur religionem, & fecit professionem, an intelligatur, quòd dies fideicommissi sint impleti? Vide Barto. l. cum pater §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Adde Felin. cap. licèt. de offic. deleg. ver. dixit Bart. per prædicta l. cum pater. num. 2. colum. 1059. & ibi ponit multa in q. ista.

Professio facta per dolum tenet, neque vitiatur. Tex. c. constituit. 20. q. 3. gl. c. ex parte, de verbo, causa. & c. dudum. verbo, spes. de conuer. coning. do. Abb. c. cum dilecti de empt. & vendit. 3. col. ver. sed excipe casum. & c. cùm dilectus. 2. col. ver. not. gl. simul. quod metus causa Io. And. c. scripturæ. de voto. Spe. tit. de rest. in integ. vers. sed nunquid. vbi dicit, quòd talis deceptus nõ potest petere restitutionem in integrum, quia in spiritualibus cessat deceptio. & sanctus Tho. secunda secundæ. q. 186. articul. 9. dicit, quòd licitum est religioso inducere aliquem ad ingredien dum religionem blandis verbis, dummodò non inferatur mendacium, quod not. contra istos religiosos, qui sæpius in tali causa faciunt contra præceptum sancti Tho. Adde & limita prædicta, quòd vbi interueniret dolus, qui deciperet quemlibet prudentem, professio non teneret. Ita Innoc. d. c. cùm dilectus. quod met. cau. vbi expressè do. Abb. vlt. col. vers. & d. cit hic Innoc. & ratio est, quia talis dolus ex toto tolleret consensum, & multum facit ad hoc illud, quod dicit Ant. de But. c. sicut ex litis, de iureiur. vbi dicit, quòd professio facta in magno calore iracundiæ non valet. Adde Fel. c. in præsentia, de probat. versi. secundò scias, quòd propter huiusmodi fraudes. num. 1. q. col. 380. vbi cumulauit multa ad ista.

¶ *Professus dicitur propriè ingressus religionem, aliter non. Ita Felin. cap. cum deputati. de iudi. versi. tu verò circa hoc. num. 2. colum. 123. & vide ad ista, quæ posui in litera I. versi. ingressus religionem.*

¶ *Prohibitio perpetua an tollat actum factum post prohibitionem, puta, matrimonium? Vide Felin. cap. ex parte. de consti. versi. quartus casus est, quando sumus. num. 6. col. 297. Adde, quæ posui in litera M. §. Matrimonium contractum contra prohibitionem.*

¶ *Prohibitus alienare, an possit locare ad longum tempus? Fel. ponit c. plerunque, de rescrip. in fine. col. 639. Adde, quæ posui in litera L. §. locatio ad longum tempus.*

Prohibitus vendere frumentum extra territorium, non poterit vendere panem in quantitate notabili. Fel. de Iuda. c. ad liberandam. nu. 5. col. 977. & inde.

Prohibitus alienare, si alienat vendendo, an valeat talis alienatio? Pe. de Anch. consi. suo 250. incip. Ex his, quæ superius narrata sunt. dicit, quòd talis venditio non valet, & quòd imputetur emptori, & postea subdit, quòd hoc habet locum in prælato, secus in alienatione alterius prohibiti. Adde, quòd si Papa interdicit alienationem alicui prælato, tamen iste alienat, dicas, q. alienatio facta per prohibitum alienare, etiamsi hoc ignorat, non valet. Text. est c. 1. verbo adyciebatur, de concess. præben. in 6. & ibi Do. de san. Gemi. Ludo. Rom. d. is, cui bonis. 6. col. de verb. obli. & ibi dicit, quòd gesta per prodigum, cui interdicta erat alienatio, etiamsi non fuit ei intimata, non tenent. Felin. idem tenet cap. venerabili. de offic. deleg. versi. quid si prohibitus. nume. 4. colum. 1088. Adde, an soluentes istis prælatis, quibus interdictum est, ne alienent, vtrum liberentur? dic, quòd sic. Tex. l. si vrbana. ff. de condi. inde. do. Abb. c. qualiter. de elec. ver. ex quo inferunt Doctores. Bart. trac. de tyranno. 7. q. Ant. de But. c. in literis. pen. charta. de resti. spoliatis. Per de Anch. consi. suo 188. incip. Visis consilijs. Adde Fel. d. c. venerabili. vers. prædicto, col. ead. & seq.

Prohibitus alienare si alienat, non transfert dominium. Innocen. cap. fin. de accus. & ratio est, quia talis prohibitio habet vim legis, ex quo est prohibitus prælatus alienare per Papam, secus est in prohibitione priuati. l. ea lege. C. de condi. ob. causam. Adde Felin. cap. venerabili. de offic. deleg. vers. glos. in verbo, alienationes. num. 5. colum. 1088. Adde, quando prohibita alienatione transferatur dominium post alienationem? Vide per scribentes cap. Raynaldus. de testa. l. filiusfamilias. §. dui. ff. de leg. 1. Limita, nisi alienaret bona, quæ seruando seruari non possunt. Ita do. Abb. d. cap. venerabili. de offic. deleg. vlt. col. versi. glos. vers. alienationes. glos. cap. 1. de cleri. agro. in 6. in glo. fin. & glo. c. abbatibus. 12. q. 2. Bart. l. si. olem. ff. de dolo. vbi dicit, quòd res litigiosa, quæ seruando seruari non possunt, debent vendi. Et tenet glo. c. 15. cui. de elec. in 5. in glos. 4. Vide per Felin. d. cap. venerabili. prædicto. vers. & colum.

Prohibitus probare potest facere positiones, quia confessio non est probatio propria. Felin. cap. 2. de prob. versi. tertia conclusio. nume. 12. col. 341.

¶ *Projciens rem in mari, an præsumatur habere illam pro derelicta? Vide do. Ab. c. cum dilecti. de accus. 2. col. vers. in gl. Bar. l. falsus. § si iactum. vbi dicit, quòd projciens rem sine aliqua demonstratione amoris, præsumitur habere illam pro derelicta. Adde Fel. d. c. cum dilecti. ver. vtrum autem sit præsumendum. num. 6. col. 765.*

¶ *Promissio nuda an obligat promittentem? Ponit Fel. c. 1. de pac. ver. quinta declaratio. nu. 11. col. 1257.*

Promissio facta de stando dicto creditoris, vel aduersarij, an valeat? Ponit Felin. c. ap. si diligenti. de fo. comp. vers. alius casus. num. 13. 186. Adde tu, pone, quòd quis in instrumento promisit, quòd volebat stare iuramento aduersarij de interesse & expensis, vel etiam promisit per stipulationem stare dicto simplici aduersarij, an valeat talis conuentio? Vide Bart. l. iusiurandum, quod ex conuentione. in princip. ff. de iureur. Bald. Authen. iubemus. C. de iudic. & l. 2. colum. C. de sentent. quæ pro eod. Adde Barto. consilio suo incip. Quidam habens bona communia. Adde tu, quòd magis communis opinio est, quòd talis conuentio valeat, sed si malè declaretur, aduersarius posset peti reduci illam conuentionem ad arbitrium boni viri. Adde, an ista conuentio transeat ad singularem successorem? Vide Guliel. de Cun. l. cum debitoris. C. de iudic.

Promissio nuda quot modis accipi potest? Fel. de pac. c. Antigonus. num. 11. col. 1257.

Promissio de vsuris soluendis non obligat, nisi sit iurata. Fel. de iureiur. c. debitores. num. 1. col. 1017.

Promissio nuda est ineficax de iure canonico, & idem de iure ciuili. Dic nuda, quando non interuenit stipulatio, quia regulariter non habet effectum l. cum de indebito. ff. de prob. Dic etiam nuda promissio, quando non est expressa causa, c. si cautio. de fid. instr. quia non obligat de iure canonico. Et hoc modo limitabis text. c. 1. de pac. & c. iuramenti. 22. q. 5. vbi dicitur, quòd pactum nudum obligat, intellige, si exprimitur causa, alias præsumitur per errorem promississe. Ita do. Abb. c. si cautio. de fide instr. 2. colum. versi. nunc intro. & ibi Fel. in prin. col. 878. & inde. Adde, quòd ista regula procedit non solum, quando promissio nuda est redacta in publico instrumento, sed etiam, si esset facta per simplicem confessionem, vel scripturam priuatam. Ita do. Abb. d. cap. si cautio. 2. col. versi. ex his concludo. & ibi Ant. de But. & Imo. vbi etiam Felin. in princ. num. 2. col. ead. Adde, quòd contrarium tenuit Hostien. videlicet, quòd si est facta nuda promissio per scripturam priuatam, seu confessionem, quòd tunc obligat, sed malè. Adde etiam, quòd ista regula procedit, vbi est facta promissio cum stipulatione, sed non est expressa causa, quia non oritur obligatio. Ioann. Andr. in Spe. tit. de confes. §. nunc videndum. versi. sed quæ est ratio. & Lud. Ro. l. generaliter. ff. de verb. obliga. Et idem tenet do. Abb. d. c. si cautio. 2. colum. versicu. quandoque cautio. vbi Ant. de Bu. & Felin. versi. ampliatur secundò. num. 2. col. ead. Adde, quòd fallit regula ista in aliquib. casib. & primò

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quis promitteret donare decem, ista promissio valeret, quia liberalitas donandi est causa. Ita dom. Abb. d. cap. si cautio. 2. col. versic. secus, si dixisset. & ibi Felin. versic. regula autem istius. col. ead. nu. 3. Item fallit regula ista, quando quis promittit dare aliquid loco pio, etiam quod non exprimat causam, valet promissio, & obligatur, dom. Abb. d. c. si cautio. 2. col. versic. idem videtur. Et hoc habet locum, etiamsi talis promissio non fieret in vltima voluntate. De quo vide Felin. d. c. si cautio. versi. Cognoscere tur etiam donatio. ibidem, num. 5. col. 879. Item fallit ista regula in causa liberatoria, quia valet sine adiectione causæ. Bart. l. tale pactum. in prin. & ibi glo. ff. de pact. dom. Abb. d. c. si cautio. 3. col. versi. fallit regula prædicta. & ibi Anton. de But. & Imo. & Felin. versi. fallit tertio. num. 7. colum. 879. & ibi posui additionem. Item fallit in reali, quia si rem meam confiteor, tunc, etiam quòd non sit adiecta causa, valet confessio. Ita dom. Abb. d. cap. si cautio. 3. colum. versicu. fallit secundò. & ibi Felin. versi. fallit quartò. nume. 8. colum. 880. Item fallit ista regula in vltima voluntate, quia confessio sine causa valet, quia inducit saltem legatum, qualitercunque proferatur ab existente in extremis, puta nutu, vel alio modo, dom. Abb. d. cap. si cautio. 3. colum. versic. fallit tertio. & ibi Felin. versi. fallit quintò. nume. 9. colum. ead. Item fallit in confessione facta in iudicio, quia præsumitur deliberatè facta, & ideo valet sine expressione causæ, domi. Abba. d. cap si cautio. 3. colum. versic. fallit quartò. vbi Anton. de Butr. Imol. & Felin. versic. fallit sextò in confessione. num. 10. colum. eadem. Adde, quòd contra istam opinionem istorum Doctorum tenuit Ioan. And. in Specul. titu. de confes. §. nunc videndum. in addi. incip. Rofredus. vbi dicit, quòd confessio sine causa, non nocet in iudicio. Vide Bald. l. si quis. C. de excep. & l. cum precum. C. de liber. leg. Archi. & domin. de sancto Gemi. cap. fina. de iureiuran. in 6. Vide Fel. latè d. cap. si cautio. versicul. sed contra istam fallentiam. nume. 10. colum. prædic. Item fallit ista regula, quia confessio nuda ad minus semiplenè probat, si aliqua causa allegatur per agentem, dom. Abb. d. cap. si cautio. 3. colum. versic. tertio quæritur. Specul. titu. de confes. §. nunc videndum. versic. sed nunquid. Anton. de But. & Imol. d. cap. si cautio, quamuis Flo. l. in bona fide. C. de rebus credi. tenuit contrarium, & male. Vide Felin. d. cap. si cautio. versic. fallit septimò. num. 12. colum. prædict. Item fallit ista regula in confessione scripta, qua haberet causam coniecturalem, dom. Abb. d. c. si cautio. 3. col. versi. secundò glo. quærit. Felin. ibi versi. fallit octauò. nu. 13. col. 881. Item fallit ista regula in cõfessione geminata. quia, quamuis sine causa, probaret. Fel. d. c. si cautio. versic. fallit no nò. ibidem, num. 14. Item fallit in confessione nuda, facta in instrumento guarentigiato, quia probat. Bald. l. sicut. 1. col. C. de repudi. hæredi. Felin. d. c. si cautio. versic. fallit decimò. num. 15. col. eadem. Item fallit ista regula in stipulatione conditionali, quia nuda promissio obligat. Bart. l. cum præsens. ff. si cert. pet. Vide Felin. d. cap si cautio. versic. fallit vndecimò. Ibidem, num. 16. Item fallit ista regula, quando præcessit causa, & postea secuta est stipulatio. Felin. d. cap. si cautio. versicu. fallit duodecimò. Ibidem, nume. 17. Item fallit ista regula in promissione nuda, facta coniunctæ personæ de re parua, quia obligat. Felin. d. cap. si cautio. versicul. fallit decimotertiò, nisi concurreret. nume. 18. colum. 986. Item fallit ista regula in promissione nuda, facta causa renunciandi. Felin. d. c. si cautio. versi. fallit decimoquarto. num. 19. colum. 882. Item fallit ista regula in promissione nuda, facta ex certa scientia. Felin. d. capitu si cautio. versic. fallit decimoquintò, nisi notarius. vbi supra. nume. 20. Item fallit in promissione nuda, facta ex causa, puta, ex obligatione naturali, vel remuneratiua antidorali, quia obligat. Felin. d. c. si cautio. versi. fallit vltimò. num. 21. Ibidem.

Promissio nuda facta causa remunerandi, valet. Vide, quæ posui, §. promissio nuda. versi. item fallit ista regula in promissione nuda facta causa remunerandi.

Promissio nuda facta ex certa scientia, valet. Vide, quæ posui, §. promissio nuda. ver. item fallit ista regula in promissione nuda facta ex certa scientia.

Promissio nuda ex obligatione naturali, valet. Vide, quæ posui §. promissio nuda. versic. item fallit in promissione nuda facta ex causa, puta ex obligatione.

Promissio nuda in stipulatione conditionali, obligat. Vide quæ posui. §. promissio nuda. versi. item fallit ista regula in stipulatione conditionali.

Promissio incerta, siue ex parte creditoris, siue ex parte debitoris, est ineffica x ad agendum, & taxabitur arbitrio iudicis. Felin. cap. cum iuramento. de homicid. 2. not. nume. 2. col. 1015. Adde, quòd fallit, vbi agitur de æquitate canonica, 3. q. 1. cap. sunt nonnulli. Fel. col. eadem.

Promissio fidei. Si venit quis contra fidem datam, an sit priuandus beneficio, sicut si esset periurus? Vide, quæ posui in litera V. duobus paragraphis, videlicet §. violator fidei. & alto §. violator.

¶ *Promittens factum alienum, ad nihilum obligatur, nisi specificè promiserit se curaturum & facturum. Insti. de inuti stip. §. si quis. Adde, quòd hoc fallit, quando quis promisit cum iuramento factum alienum, quia etiam si simpliciter promisisset, tamen teneretur, & obligaretur ad operam præstandam. Ita do. Abb. c. ex rescripto. de iureiur. in fi. Vide ibi Fel. versi. in gl sin. nu. 17. col. 1040. Idem tenet Bar. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. pen. col. versi. sextò dixit. Ang. & Imol. l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. ob. Ant. de But. c. cùm contingat. de iureiur. 12. col. Adde, quòd illud est verum de iure ciuili, sed secus est de iure canonico, quia promittens factum alienum de iure canonico, etiamsi non iuret, & simpliciter promittat, tamen tenetur semper, imò obligatur ad faciendum, & curandum, quantum in se est, quòd illud fiat, quod promisit. Ant. de But. c. ex literis. 2. & c. sicut, & c. gemma de Spons. Vide tu Fel. d. c. ex rescripto. ver. & ista essent vtilia. nu. 18. col. ead.*

¶ *Promotus ad sacros ordines, si est homicida, vel bigamus, vel habet aliquod impedimentum, quod impediat exercitium officij, quia quantumcunque occultum, debet ipse promotus pandere suum impedimentum. Fel. c. scisciatis, de rescrip. versi. Limita sextò & vltimò. nu. 8. col. 488.*

¶ *Proprium nomen expressum in dispositione, an faciat semper, & res non transeat ad successorem? pone, vnus iurauit habenti dignitatem aliquid facere, pone, moritur ille, succedit alter, virtũ iuramentum transit ad successorem? Adde in simili, iudex condemnauit vnum in expensis, & dixit, quarum taxationem mihi Petro reseruo, finito officio an poterit taxare successor? Dic, q. quãdo materia subiecta hoc exigit, transibit ad successorem, non obstãte, quòd proprium nomen sit expressum. Et idem erit, vbi nomen dignitatis est expressum, quia aliquando non transibit ad successorem dispositio. Et hoc modo limitabis tex. c. quoniam abbas, de offic. deleg. Et de hoc vide Bar. l terminato. C. de fructi. & lit. expens. & do. Abb. c. 1. quod metus causa. & d. c. quoniam abbas. Vide per Fel. d. c. quoniam abbas. de off. deleg. versi. capio illud dictum do. Abb. nu. 3. col. 968.*

¶ *Prorogatio coram delegato potest fieri semper de tempore in tempus. Ita Felin. cap. de causis. in princ. de offic. deleg. nume. 1. colum. 930.*

Prorogatio facta tempore non finito, non valet, etiamsi dicatur, Prorogamus ad tempus tale incipiendum isto finito, & sic partes non possunt prorogare, nondum finito tempore. Vide per Felin. cap. de causis. de offic. deleg. versi. quarta declaratio. nume. 4. colum. 932.

Prorogatio, in prorogatione sufficit tacitus consensus partium, puta, per acceptationem termini transcendentis metam & iurisdictionem iudicis delegati. Ita Fel. c. de causis, de off. deleg. ver. sexta declaratio. nu. 5. col. 932.

Prorogatio, in prorogatione de tempore ad tempus requiritur consensus iudicis, secus in prorogatione de re ad rem, vel de persona ad personam. Ita Felin. cap. de causis. de offi. deleg. versi. num. & col. prad.

Prorogatio, vtrùm in prorogatione sufficiat tacitus consensus? Moderni cap. cum olim. il 1. de offic. deleg. dicunt, quòd non, per l. 1. ff. de iudic. vbi tex. dicit, loquendo de prorogatione, quòd oportet, quòd se subijciant, & consentiant, & sic dicunt, quòd Subijcere, intelligitur factis & verbis consentire, & sic dicunt, quòd per istã requiritur expressus consensus. Et do. de Rota decisio. 383. incip. Si iudex. (& est tit. de offi. dele.) dicunt, quòd in prorogatione de loco ad locum requiritur expressus consensus. Vide per Felin. d. cap. cum olim. in prin. num. 2. colum. 1067. vbi satis inter dentes loquitur, tamen videtur inclinare in istam opinionem, q. per tacitum consensum possit fieri prorogatio. Adde tu, quòd do. Abb. d. c. cùm olim. 1. col. versi. ex quo infero tenet, quòd sufficiat tacitus consensus in prorogatione, tamen Felin. ibi dicit, quòd Moderni ibi dicunt, quòd opin. dom. Abb. est falsa, per d. text. d. l. 1. ff. de iudic. Adde tu, quòd pro opinione domin. Abb. faciunt not. per Bartol. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. 1. col. ver. si verò. vbi notabiliter dicit, quòd quando opponũtur aliæ exceptiones dilatoriæ, ante quàm opponatur exceptio iudicis, quòd amplius opponi non potest, cum censeatur consensisse in personam iudicis, & si omissa exceptione incompetentia iudicis opponatur, quod actor sit excommunicatus, vel aliter inhabilis, non habet amplius locum pœnitentia, nec declinatoria iudicis, per l. susceperit, in princ. ff. de iudic. Ecce ergo, quòd prorogatio potest fieri per tacitum consensum ante contest. lit. Et illam opinionem Bart. omnes ibi sequuntur.

Prorogatio ordinarij, an requirat expressum consensum? Angel. l. quaro. ff. de sol. tenuit, quod sic. Et idem tenet Domi. de S. Gemi. capitul. statutum. §. in nullo de rescript. in 6. in notabilibus. Contrarium tenuit Archidia. & Ioann. Andr. c. vt litigantes. de offic ordi. in 6. & Imol. d. l. quaro. Adde Felin. d. c. cum olim. de offic. deleg. il 1. ver. amplia etiam in ordinario. num. 2. col. 1068.

Prorogatio de persona in personam, an potest fieri in delegato? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio delegata non potest prorogari.

Prorogatio non potest fieri in causa appellationis, & ratio est, quia appellatio debet esse gradatim. Bald. titul. de pace Constan. versicul. secundum mores. Felin. capitul. P. & G. de offi. delega. versi. item not. quòd in causa appellationis. numero 7. colum. 1095.

Prorogatio in causa criminali mota per viam inquisitionis, non potest fieri. Ita Bald. l. 1. C. de fica. quia in prorogatione requiritur consensus vtriusque partis l. 1. ff. de indic. loã. de Ana. c. ad petitionem. de accus. 6. colum. Franc. de Aret. tenet contrarium cap. 1. de iudic. in vltima char & adducit rationem, quia quando agitur de præiudicio duorum, requiritur eorum consensus, sed quando tractatur de præiudicio vnius, sufficit eius consensus. Idem tenet Sal. l. 1. C. vbi de crimine agi oport. vltim. col. ver. quaro, quando index. & l. 1. C. de iurisdict. omnium iudic. 9. q. Vide per Feli. cap. P. & g. de offic. deleg. ver. in causa autem criminali. numero 9. col. 1096.

Prorogatio coram arbitro non potest fieri. Bald. repeti. l. ex compromisso. ff. de arbi. 7. quæst. quia non habet iurisdictionem, sed notionem, l. ait prætor. ff. de re iudic. Adde Felin. ca. P. & G. de offi. deleg. ver. procurator ex generali mandato. numero 11. colum. 1096.

Prorogatio facta de incompetenti iudice per errorem, non valet, gloss. est. cap. P. & G. de offic. delega. Fallit, quando esset facta prorogatio per vniuersitatem, vel populum, vt puta, quia litigarent coram incompetenti iudice per errorem, quia valet talis prorogatio. Bald. l. 2. C. quæ sit longa consuetu. Fel. d. cap. P. & G. Idem tenet ver. error litigantium. nume. 13. col. 1097. Fallit etiam quando iudex prorogatus per errorem pronunciasset se iudicem competentem, quia si ab ista sententia non fuit appellatum, valebit talis prorogatio. Innocen. cap. super literis. de rescript. Barto l. 2 ff si quis in ius voc. non ier. 2. col. versicul. quaro, quid si non fuit. Adde tu & limita dictum Imo. & Barto. vt procedat in illo, qui per comparitionem potest prorogare, secus est in clerico, quia non potest, imò est contumax, processus est nullus, per text. capitu. si diligenti. de for. compe. & Bald. d. l. 2. 3. colum. Iuxta hoc quærit Bald. d. l. de vtili q. pone, potestas fecit citari aliquem pro delicto, qui erat clericus, tamen potestas ignorabat eum esse clericum, & quia erat contumax, banniuit eum ex forma statuti, nunquid occidens clericum sic bannitum, excusetur ab homicidio, stante statuto quòd bannitus possit impune occidi? Arguit ad partes, & finaliter determinat, quòd sic, scilicet quòd excusetur. Adde, quòd Ioan. And. istam quæstionem latè disputauit in regula, quòd quis. de regul. iur. in 6. vbi refert idem fuisset decisum. Idem tenet Alber. de Rosa. 4. parte statu. quæstio. 26. & sequen. quæ incipit, Quærit ante ipse Gandinus. & sequitur dom. Alexan. in consil. suo 430. incipien. Attenta dispositione statuti. 4. colum. Adde, quòd contrarium notabiliter tenet ipsemet Bald. sibi contrarius, l. 1. C. si à non compe-

tio. Adde tu, quòd do. Abb. d. c. cùm olim. 1. col. versi. ex quo infero tenet, quòd sufficiat tacitus consensus in prorogatione, tamen Felin. ibi dicit, quòd Moderni ibi dicunt, quòd opin. dom. Abb. est falsa, per d. text. d. l. 1. ff. de iudic. Adde tu, quòd pro opinione domin. Abb. faciunt not. per Bartol. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. 1. col. ver. si verò. vbi notabiliter dicit, quòd quando opponũtur aliæ exceptiones dilatoriæ, ante quàm opponatur exceptio iudicis, quòd amplius opponi non potest, cum censeatur consensisse in personam iudicis, & si omissa exceptione incompetentia iudicis opponatur, quod actor sit excommunicatus, vel aliter inhabilis, non habet amplius locum pœnitentia, nec declinatoria iudicis, per l. susceperit, in princ. ff. de iudic. Ecce ergo, quòd prorogatio potest fieri per tacitum consensum ante contest. lit. Et illam opinionem Bart. omnes ibi sequuntur.

Prorogatio ordinarij, an requirat expressum consensum? Angel. l. quaro. ff. de sol. tenuit, quod sic. Et idem tenet Domi. de S. Gemi. capitul. statutum. §. in nullo de rescript. in 6. in notabilibus. Contrarium tenuit Archidia. & Ioann. Andr. c. vt litigantes. de offic ordi. in 6. & Imol. d. l. quaro. Adde Felin. d. c. cum olim. de offic. deleg. il 1. ver. amplia etiam in ordinario. num. 2. col. 1068.

Prorogatio de persona in personam, an potest fieri in delegato? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio delegata non potest prorogari.

Prorogatio non potest fieri in causa appellationis, & ratio est, quia appellatio debet esse gradatim. Bald. titul. de pace Constan. versicul. secundum mores. Felin. capitul. P. & G. de offi. delega. versi. item not. quòd in causa appellationis. numero 7. colum. 1095.

Prorogatio in causa criminali mota per viam inquisitionis, non potest fieri. Ita Bald. l. 1. C. de fica. quia in prorogatione requiritur consensus vtriusque partis l. 1. ff. de indic. loã. de Ana. c. ad petitionem. de accus. 6. colum. Franc. de Aret. tenet contrarium cap. 1. de iudic. in vltima char & adducit rationem, quia quando agitur de præiudicio duorum, requiritur eorum consensus, sed quando tractatur de præiudicio vnius, sufficit eius consensus. Idem tenet Sal. l. 1. C. vbi de crimine agi oport. vltim. col. ver. quaro, quando index. & l. 1. C. de iurisdict. omnium iudic. 9. q. Vide per Feli. cap. P. & g. de offic. deleg. ver. in causa autem criminali. numero 9. col. 1096.

Prorogatio coram arbitro non potest fieri. Bald. repeti. l. ex compromisso. ff. de arbi. 7. quæst. quia non habet iurisdictionem, sed notionem, l. ait prætor. ff. de re iudic. Adde Felin. ca. P. & G. de offi. deleg. ver. procurator ex generali mandato. numero 11. colum. 1096.

Prorogatio facta de incompetenti iudice per errorem, non valet, gloss. est. cap. P. & G. de offic. delega. Fallit, quando esset facta prorogatio per vniuersitatem, vel populum, vt puta, quia litigarent coram incompetenti iudice per errorem, quia valet talis prorogatio. Bald. l. 2. C. quæ sit longa consuetu. Fel. d. cap. P. & G. Idem tenet ver. error litigantium. nume. 13. col. 1097. Fallit etiam quando iudex prorogatus per errorem pronunciasset se iudicem competentem, quia si ab ista sententia non fuit appellatum, valebit talis prorogatio. Innocen. cap. super literis. de rescript. Barto l. 2 ff si quis in ius voc. non ier. 2. col. versicul. quaro, quid si non fuit. Adde tu & limita dictum Imo. & Barto. vt procedat in illo, qui per comparitionem potest prorogare, secus est in clerico, quia non potest, imò est contumax, processus est nullus, per text. capitu. si diligenti. de for. compe. & Bald. d. l. 2. 3. colum. Iuxta hoc quærit Bald. d. l. de vtili q. pone, potestas fecit citari aliquem pro delicto, qui erat clericus, tamen potestas ignorabat eum esse clericum, & quia erat contumax, banniuit eum ex forma statuti, nunquid occidens clericum sic bannitum, excusetur ab homicidio, stante statuto quòd bannitus possit impune occidi? Arguit ad partes, & finaliter determinat, quòd sic, scilicet quòd excusetur. Adde, quòd Ioan. And. istam quæstionem latè disputauit in regula, quòd quis. de regul. iur. in 6. vbi refert idem fuisset decisum. Idem tenet Alber. de Rosa. 4. parte statu. quæstio. 26. & sequen. quæ incipit, Quærit ante ipse Gandinus. & sequitur dom. Alexan. in consil. suo 430. incipien. Attenta dispositione statuti. 4. colum. Adde, quòd contrarium notabiliter tenet ipsemet Bald. sibi contrarius, l. 1. C. si à non competente iudice. vbi tenet, quòd non excusetur, qui occidit clericum bannitum, quamuis ignorauerit esse clericum. Sequitur domin. Alexan. sibi contrarius, consil suo 442. incipien. Visis dubitationibus. Adde tamen, quòd prima opinio plus placet, & est tenenda, quia in criminalibus quando variæ sunt opiniones semper tenenda est illa pars, quæ tendit ad absoluendum, l interpretatione. & l. sanctio legum. ff. de pœn. Secundò, quia ad hoc, quòd quis teneatur de homicidio, requiritur, quòd homicidium sit dolo commissum. Ita dicit Bart. l. quid ergo. §. pœna grauior. 3. column. ff. de infam. & Bald. in l. omnes populi. 17. colum. ff. de iustit. & iure. Angel. & Paul. de Cast. l. 1. ff. de legi. Paul. de Cast. l. Et si seuerior. C. de infam. Sed qualibet causa excusat à dolo, vt l. si quis ff. de iurisdict. omn. iudi. Et quamuis iste posset esse in aliqua culpa, tamen in criminali lata culpa non æquiparatur dolo. gl. in l. actionibus. verbo, non ob culpam. ff. de in lit. iur.

Prorogatio iudicis non solum impeditur per errorem facti, sed etiam per errorem iuris. Vide, quæ posui in litera E. §. error non solum facti.

¶ *Proxeneta an possit esse testis in causa, in qua fuit mediator? Ponit Anto. de Butr. cap. dilectorum. de testib. coge. & c. insuper. de testib. 5. colum. dom. Abb. c. fratermitatis. de cler. non resid. in fi. Adde Felin. c. cùm à nobis. de testi. ver. de proxeneta autem. nu. 16. col. 627.*

Proxeneta non compelluntur ferre testimonium, nisi ambæ partes consentiant. sed si ambæ partes consentiunt, vt non testificentur, tamen etiam non compelluntur. Adde, quid erit, si vna pars vult, quòd proxeneta testificetur, altera vero contradicat, isto casu proxeneta non compellitur indistinctè, tamen poterit testificari, secundum do. Abb. c. pe. de testib. cog. 1. col. ver. tu de hoc. Et dicit, quòd habebit illam fidem, quam videbitur iudici. Ad de contra do. Abb. in isto casu, quòd proxeneta possit testificari parte vna volente, & altera contradicente, tenuit gloss. §. bis. verbo, & si neque Authen. de fide instrumen. & videtur, quòd sit tex. cum glo. pe. c. 1. de testi. in 6. Adde Fel. d. c. pe. de testi. cogen. ver. in gl. magna. nu. 2. col. 75.

¶ *Protestans si concedit alteri, quod sibi de iure non competit, acceptans factum videtur acceptare qualitatem. Felin. in capit. cum M. Ferrariensis. de consti. in materia protestationis. ver sicu. Fallit quinto. ibi. sed hanc doctrinam. nume. 39. col. 198. Adde tu, quòd inuenio Bart. l fin. §. Item si prædixerit. ff. naucaup. Stab. qui facit distinctionem, quòd si nautæ, vel caupones protestantur, antè quàm recipiant hospites in hospitio, tunc sine consentiant, siue non fletur protestationi, quia imputetur eis, quare steterunt, & tamen hoc beneficium competit ex l. ipsis hospitibus, & sic isti caupones concedebant id, quod sibi de iure non licebat. Et Barto. loco prælle. dixit, quòd talis protestatio valet, & hoc contra Felin. d. c. cum M. 5. fallentia, d. col. suprà allega. Quare pro vera intelligentia istius difficultatis dicas sic, quòd protestatio facta præsenti & tacenti, non sufficit, quo ad inducendam obligationem, vel ad tollendum ius commune glo. est ibi d. l. fin. §. item si prædixerit. Bar. idem tenet l. non solum. §. morte ff. de no. operis nun. Canonista. d. c. cum M. ferrariensis. de consti. Sed contra, imo protestatio facta præsentibus & tacenti, habet vim specialis renunciationis. Casus est l. fideiussor. la 2. ff. qui satisf. cog. Adde, quod verum est hoc, quantum ad tollendum priuilegium, quia de facili amittitur priuilegium, l. eius militis. §. militia missus ff. de testa. mili. Sed quantum ad obligationem, & ius commune, procedit, quod superius dictum est, vbi dixi, quòd protestatio facta præsenti & tacenti, non sufficit. Quod nota.*

¶ *Protestatio, protestationis mater am vide plenè per Felin. cap. cum M. Ferrar. de consti. vbi procedit per quinque conclusiones cum suis appendicibus, incipiendo à nume. 27. vsque in finem cap. col. 195. & successiuè. Vide in summario d. cap. cum M. Ferrariensis.*

Protestatio clandestina non iuuat. Bal. in tractatu schismatis, 14. col. Et hoc verum, nisi fieret ex iusta causa. Imo. l. post contractum. ff. de dona. Adde Fel. c. consuluit. de offi. dele. versi. secundo not. quòd prælati. nu. 21. col. 1021.

Protestatio, quam facit pars, q. intendit opponere contra personã testium publicatis testibus, non requirit consensum iudicis, aut partis. Fel. c. præsentium. de testi. in prin. nu. 1. col. 633. et inde.

Protestatio facta in iudicio in productione instrumentorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut aliarum scripturarum, cum clausula, Produco in parte, & partibus facientibus pro me, an releuat protestantem? Vide quæ posui in litera I. §. instrumentum productum in iudicio.

Protestatio, quæ inducit peccatum, si est facta in matrimonio carnali, seu spirituali, an valeat? Vide infra §. protestatio cõtra substantiam contractus.

Protestatio contra substantiam contractus, vel contra accidentalia, vel naturalia contractus, vel contra sequentia contractus, facta, an valeat, Fel. c. cum M. de consti. vers. reliqua quo ad istam conclusionem. nu. 76. col. 209. & inde. remittit se ad Anto. de Bu. & Imo. ibi Adde tu, & vide consilium do. Abb. consil. suo. 73. incip. Omnipotentis, & c. in negocio Guidonis Pauli. 2. col. & ibi innenies exempla, quæ dicantur substantialia, & quæ accidentalia contractus.

Protestatio tollitur per factum contrarium protestationi, & hoc est regulariter, & ita pro regula videntur communiter præsuppone omnes scribentes, d. c. cum M. de constitutio. Et si vis videre de materia protestationis latius, vide But. & Io. de Imo. d. c. cum M. de constit. & Innoc. & Ioan. And. cap. cumana. de elec. vbi etiam Ioan. de Ligna. & Ioan. Monac. in regula, in genere. de reg. iur. in 6. & capitu fin. de condi. appo. & per Hosti. in summa, in tit. de constit §. & quando. vers. & quia de protestatione. & per Bart. & omnes, l. non solum. §. morte. de ope. no. nunc. & l. pacta nouissima. C. de pac. & ibi Bart. Bald. & Mod. Bart. Bald. l. item quia. ff. de pac. & l. 1. C. de lit. contest. & l. titia. §. pœn. ff. de verbo. obliga. Bart. l. pro hærede. §. Papinianus. & l. qui aliena. §. fina. ff. de acqui. hæred. vbi etiam Moder. Bald. l. 1. 4. col. C. de his, quæ pœna nomi. & in tractatu de schismate, quem posui in rub. C. si quis aliquem testa. pro hi. Petr. de Anch. cle. 1. de excess. prala. qui tamen refert verba d. cap. morte. Felin. c. cum M. de const. vers. scias tamen vnum casum. num. 78. col. 216.

Protestatio an possit tollere illud, quod est consecutiuum facti. pone exemplum de text. cap. diaconi. 28. distinct. vbi protestatio non impedit id, quod venit consecutiuè ad sacrum ordinem, videlicet continentiam. Ideo si diaconus protestetur nolle seruare continentiam, non valet talis protestatio ex quo est contraria consecutiuis. Tamen intelligas istud, quando istud consecutiuum oritur ex dispositione iuris communis cui non potest protestans derogare, secus si pactum dependet à voluntate protestantis, quia protestatio valebit. Felin. cap. cum M. Ferrariensis. de consti. vers. proximè alle. colum. vt suprà & seq.

Protestatio facta de consensu ambarum partium, euanescit in causa matrimoniali, pone, quòd ambæ partes fecerunt protestationem, quod per actum, quem faciunt, non intendunt contrahere matrimonium, tamen si post contracta sponsalia sequitur copula, tunc tollitur protestatio, dom. Abba. & alij. c. tuanos. de spon. & c. per tuas. ad fi. de condi. appo. Fel. c. cum M. de consti. vers. fallit quarto. num. 79. col. 211.

Protestatio. In foro conscientiæ an teneatur, & hoc quando mens ipsius protestantis est declarata, licèt fecerit actum contrarium protestationi pone exemplum, fuit vnus, qui protestatus est, quòd nolebat contrahere matrimonium, postea per aliquem actum contrahit, dico, quòd non obligatur quo ad eum, si dicit se non habuisse animum recedendi a protestatione, De quo Felin. ca. cum M. Ferrariensis. de consti. ver. fallit. quartò. nume. & col. præalleg. & dom. Abb. cap. tua. de sponsa.

Protestatio econuerso an potest fieri procuratori? dic, quòd sic, in casibus in quibus scientia procuratoris nocet domino. Felin. c. cum M. de const. ver. hanc conclusionem limita, vt non habet locum. num. 48. col. 199.

Protestatio potest fieri quandocunque, dummodò ante perfectum actum Felin. ca. cum M. Ferrariensis. de constitu. vers. Circa secundam. nume. 54. colum. 200. Et ideo poterit fieri die feriata vt voluit Bartol. l. non solum. §. morte. 6. columna, vers. nunc videamus de tempore congruo. Et Felin. idem tenet dicto capitul. cum M. Ferrariensis. de consti. versicul. secunda conclusio, Protestatio fieri potest. numero 61. colum. 202.

Protestatio potest fieri in ecclesia. Bald. l. nemo Apostolum. in fi. C. de sacrosan. eccle. Felin. c. cum M. Ferrariensis. de consti. ver. tertia conclusio. num. 62. col. 203.

Protestatio potest fieri de nocte, si haberi copia potest eius, cui fienda est protestatio. Fel. c. cum M. Ferrariensis. de consti. versicul. quarta conclusio. num. 63. col. 203.

Protestatio potest fieri sine scriptis, & in scriptis. Ita Felin. c. cum M. Ferrar. de consti. versic. circa tertiam partem, qualiter sit fienda protestatio. num. 59. col. 201.

Protestatio si fit in iudicio, inhibendo vt nulla fiat nouitas super tali re, protestans debet exprimere causam, propter quam fiat talem protestationem, alias nulla est protestatio. Felin. c. cum M. de consti. ver. secunda conclusio, protestatio, quæ fit in iudicio. Ibidem, num. 61. col. 202.

Protestatio si est facta super facto non verisimili, vel pro quo non præsumitur, oportet, quòd protestans eam probet. Felin. c. cum M. de constit. ver. tertia conclusio, Ad hoc, vt valeat. nu. 62. col. 203.

Protestatio, quàm facit emptor venditori de lite mota. vt valeat, oportet, vt ostendat ei libellum citationum. Felin. d. c. cum M. Ferrariensis. de consti. versic. quarta conclusio. nume. 63. col. 203.

Protestatio facta coram iudice, quòd per actum, quem fecit coram eo, non intendit in eum consentire tanquam in iudicem, debet addere, Nisi quantum de iure tenetur. Felin. c. cum M. de const. versic. quinta conclusio, protestans. num. 66. col. 204. Adde tu, quòd si protestor coram iudice, quòd non intendo in eum consentire, si postmodum facio alios actus coram eo & non repeto protestationem, tollitur prima protestatio per contrarium actum. Tex. est l. cùm in plures. §. loca. Bar. l. non solum. §. morte. ff. de ope. nou. nun. Quod verum est, quando pars habuit liberam facultatem protestandi, sed si propter iustum metum iudicis pars non fuit protestata, & vult replicare protestationem, prima protestatio sufficit ad totam causam, & hoc donec cessauerit metus, facit tex. ca. 1. quod metus causa. & c. si iunctus. de appe. & sentit dom. Abba. d. c. cum M. de const. & idem sentit Fel. ibi, co. 205. Et quia hoc dixit cum nimio inuolucro verborum, pro declaratione mentis ipsius volui ista addere.

Protestatio contra substantiam actus, seu contractus, regulariter non valet. Fel. c. cùm M. Ferrariensis. de const. ver. secunda conclusio, Protestatio contra substantiam actus, num. 72. col. 208.

Protestatio contra substantiam contractus non valet regulariter. vt suprà. §. protestatio contra substantiam. Fallit hoc, quando protestatio contra substantiam actus induceret peccatum, quia in toto non est inualida, sed operatur hoc, quia vitiat ipsum actum. Casus est c. fin. de condi. appo. vbi illi, qui contraxerunt matrimonium, posuerunt conditiones turpes contra substantiam actus, ideo ibi dicitur matrimonium nullum, quia obseruantia illius protestationis erat nutritiua peccati. Vide Felin. cùm M. de consti vers. limita tertiò, nisi protestatio. num. 75. colum. 208. Fallit etiam hoc in protestatione facta in matrimonio spirituali, quia protestatio in totum est inutilis, puta, quòd professi religionem potestati sint velle retinere bona propria, talis protestatio est nulla. Ita Felin. loco prælegato, colum. vt suprà.

¶ Protocollus an possit scribi per alium, quàm per notarium? tamen de mandato ipsius notarij cum subscriptione ipsius notarij? Vide, quæ posui in litera N. §. notarius an possit.

Protocollus notarij vtrum per se probet? do. Abb. c. cùm P. tabellio de fide instrum. 2. colum. tangit q. istam. & ibi dicit, quòd si actus gestus, est per extensum descriptus in protocollo, & habet omnes solennitas publici instrumenti, tunc per se probat, aut protocollus est abbreuiatè scriptus secundum consuetudinem notariorum, & tunc non probat per se. Adde Felin. dicto capitulo cum P. tabellio. in prin. num. 1. col. 907.

Protocollus si non apparet eius instrumentum, per hoc non perdit fidem suam. Ita Bald. rub. C. de fin. instr. 10. col. ver. secundò quæro. Fallit tamen, vbi contractus sit celebratus in scriptis, quia si non probaretur, quòd protocollum sit casu fortuito perditum, non staretur instrumento inde sumpto. De quo vide Felin. ca. cùm P. tabellio de fi. instru. vers. secundò quæritur. nume. 2. col. 907.

Protocollus, an in eo requiratur signum notarij? Ang. consil. suo 298. tenuit, quòd sic. Adde, quòd contrarium tenet dom

min. Card. cap. cùm P. tabellio. de fide instrumen. De quo vide Felin. dicto cap. cum P. tabellio. versic. quinto quæritur. num. 5. colum. 908.

Protocollus abbreuiatus, puta notarij mortui, an ab alio notario possit extendi? Vide, quæ posui in litera A. §. Abbreuiatura vnius notarij.

Protocollus, si habet abbreuiaturas per dictionem, Etc. quid importet ista dictio, Et cætera? Vide, quæ posui in litera A. §. abbreuiatura protocolli.

Protocollo notarij semper standum est, tanquam matrici scripturæ, dom. Abb. cap. tam literis. de restit. in integ. pen. not. & Bart. l. Sempronius. ff. de leg. 2. Adde Felin. cap. quoniam contra. de proba. vers. not. septimò. ibi, possit veritas. numero 10. colum. 452.

Prouerbia vulgaria an possunt allegari in causis. Felin. cap. ex parte. il 1. de rescrip. vers. alia scripturæ. ibi, & prouerbia vulgaria. num. 49. col. 368.

¶ Prouintia quid sit? Ponit Fel. c. Rodulphus. de rescr. vers. cæterum. num. 20. col. 888.

¶ Prouisio ecclesiarum situatarum in diœcesi, regulariter pertinet ad episcopum loci. De quo vide, quæ posui ad plenum in litera E. §. ecclesiæ sitæ.

Prouisio Papæ in pariu. dicium expectantium, an vitiatur ex falsa causa? Vide Rotam in antiqui, decisio. 54. inci. Item nota, quod vbi Papa. Fel. c. quod super. de fide instrum. vers. & an vitiet prouisionem num. 5. col. 834.

¶ Prouocatus ad delinquendum dicto vel facto, puta, quia mihi fecisti iniuriam, & ego postea tibi intuli iniuriam, an sim punitendus propter hoc? Vide, quæ posui in litera I. §. iniuriam inferre alicui.

¶ Prout, an ista dictio importat conditionem? Ponit Felin. c. ex parte. il 1. de rescrip. vers. scias etiam, quòd aliquando in literis Papæ. num 10. col. 346.

¶ Prudentia, hoc verbum positum in aliqua commissione, Facias secundum prudentiam tuam, intelligitur etiam de prudentia à iure non informata. Felin. cap. ne innuaris. de consti. in prin. nume. 2. colum. 83. Adde tu, quòd si causa est commissa alicui, vt procedat secundum prudentiam suam, vel sic, Commuto prudentia tua, vel dictum sit, Vt tibi placet, an ista verba important nudam voluntatem, rationi & legi non subiectam? an verò possint reduci ad arbitrium boni viri, si non, vt prudens, facit? Item, quòd si dicatur, Iudices, prout tibi videbitur? Vide dom. Abb. cap. 1. de iud. Bar. l. qui tamen, §. si arbitri. ff. de arb. Adde ad ista do. Abb. cap. 1. de sequest. poss. & do. Abb. c. 1. de const. 3. col. Adde, quid de verbo, Ad libitum tuæ voluntatis, an importet nudam voluntatem non subiectam freno rationis? do. Abb. cap. ex parte. de consue. in prin.

¶ Publicanus an teneatur edere scripturas suas domesticas actori, ad intentionem fundandam? Bald. l. dissoluta. C. de cond. ex lege. tenuit, quòd sic, quia tales personæ frequenter committunt fraudes in contractibus suis. Sed Bart. videtur tenere contrarium, l. 1. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edic. vbi dicit, quòd statutum loquens in vsurario, non habet locum in eo, qui facit contractum prima facie licitum, in fraudem tamen vsurarum. Adde Felin. capitulo 1. de proba. vers. secundo ampliat. numero 21. column. 331. & inde. vbi tenet opin. Bald. multis bonis rationibus, vt per eum ibi. Et dic, quòd ista habent locum in caupone & stabulario, ex identitate rationis.

¶ Publicatio testium facta parte non citata, est nulla. De quo vide, quæ posui in litera T. §. testis examinatus parte non citata.

Publicatio testium impedit productionem aliorum testium super eisdem capitulis, vel directò cõtrarijs, tam in causa principali, quàm in causa appellationis, De quo vide, quæ posui in litera T. §. testes post quam. il 1.

Publicatio sola testium vtrum sufficiat ad effectum, quòd pars amplius non possit producere alios testes, etiamsi testificata non sunt dicenda. Hostien. in summa, titu. de testib. tenet, quòd sic, §. verum. versicu. dicas igitur. Et idem tenet Ioan. Andr. cap. constitutis. vltimo. de testi. & Anton. de Butr. ibi, Bald. l. per hanc. antep. colum. C. de temp. appel. Imo & dom. Abb. cap. fraternitatis. de testi. 5. col. vers. sed circa prædicta. Bart. authen. qui semel. C. de proba. 3. col. versic. quædam est publicatio. & Fel. d. cap fraternitatis. de testi. vers. modò quæritur, vtrum sola publicatio. num. 11. colum. 582. Et quia Fel. ibi transit cum opinio. istorum Doctorum sine aliqua additione, & quia passus est difficilis, & quotidianus, volui aliius inuestigare veritatem istius difficultatis. Adde ergo, an sola publicatio testium facta de communi consensu partium, impediat nouam productionem, quando ipsa dicta testium non sunt visa, vel dicta in hoc, licèt prima consideratione videatur dicendum, quòd sic, eo quia publicatio attestationum videtur esse terminus exclusiuus productionis testium, cap. cum venissent. de testi. cle. 2. co. tit. Imo. d. cap fratermitatis. & ibi etiam dom. Abb. 5. col. vers. sed circa prædicta. vt suprà dixi. vbi dicit, & per solam publicationẽ testium intelligitur præclusa via producendi testes alios, dato etiam, quòd per talem publicationem nõ sub sit timor subornationis, vt quia dicta testium nondum sunt dicta, quoniam ex quo pars acquieuit publicationi testium, videtur tacitè renunciasse productioni aliorum testium, ar. eorum quæ in simili not. cap. 1. de elec. in 6. & c. cum causam. de app. Ad hoc etiam ponderat illud, quòd per d. cap. fraternitatis vult Ioan. And. quòd publicatio non præcludit viam producendi testium ex solo timore subornationis, sed vt aliquis finis sit productionis, Istam eandem opinio. tenet d. c. fraternitatis. Felin vt suprà retuli, & c. Constitutis. il 2. de testi. col. 632. vbi vide totum c. Adde tu, quòd veritas est in contrarium, videlicet quòd sola publicatio testium facta de voluntate partium, non præcludit viam producendi alios testes, nisi quando occasione illius publicationis sunt dicta testificata. Ita voluit glo. d. cap. constitutis. per id, quòd habetur d. §. quia verò. Authen. de testi. Spe. titu. de testi. §. satis. vers. quod autem dixi. & vers. quid si publicata. Ita etiam consuluit Bart. consi. suo inci. Quæsitum est. Idem tenet Guli. de monte Lau. Zenzelinus & Stephanus. d. cle. 2. de testi. Idem tenet Ant. de But. d. cap. fraternitatis. Ang. d. §. quia verò. Authen. de testi. Idem vult Bald. authen. qui semel. C. de proba. antep. colum. & ibi Sal. vbi volunt, quòd per publicationem non præcludatur via producendi testes, quando per ea dicta testium non deuenerunt ad notitiam producentis, & certè sola publicatio non sufficit ad excludendum productionem, quando non extenditur verè, vel præsumptiuè didicisse testificata. Et ita secundum istam partem consuluit immortalis doctor dom. Alexand. de Imol. consil. suo 567. incip. Consideratis his. Istam partem tenuit princeps iurisconsultorum ætatis nostræ dom. Franc. de Are. d. cap. fraternitatis. 10. colum. Et in istis locis dom. Alexand. & do. Franci. respondent dom. Abb. Vide per te. Et miror, quòd Felin. d. cap. fraternitatis. & d. cap. constitutus. nullam facit mentionem istorum iurisconsultorum. Adde, quòd pro ista parte multum facit, quia in dubijs iudex debet potius admittere articulos & probationes, quàm respuere, secundum Hosti. & Imol. c. per tuas. de testibus. Sic etiam in dubio iudex deferre debet appellationi, & non respuere, secundum Spec. tit. de appel. §. nunc dicemus. vers. s. Arch. cap. cordi. de appel. in 6. Ant. de But. cap. vt debitus. de appel. Bald. l. de statu. ff. de testa. & l. properandum. §. si autem reus. C. de iudi. & cap. pastoralis. in princip. de offic. deleg. Præterea datosine præiudicio veritatis, quòd pars isto casu non posset testes producere, tamen dico, quòd est fortius, quòd etiam post didicita testificata potest iudex, in quo non timetur subornatio, recipere dictos testes, & valeret eorum testimonium. Ideo cautela est, quòd ille, qui non potest producere testes super didicitis testificatis, det notitiam testium ipsi iudici, & tunc iudex poterit recipere. Ita egregiè dicit Bald. l. ampliorem. C. de appel. Et idem tenet Roma. consil. suo 479. In eo, quod quæritur. Et idem tenet Bart. Cepo. in caute. 216. Facit ad hoc illud, quod vult Spec. titu. de probat. §. videtur. versicu. quid si debitor. vbi tenet, quòd si debitor iurauit non probare solutionem, nisi per instrumentum, quo casu iuramentum seruandum est, c. si verò de iureiur. debet tamen procurare, vt testes recipiantur officio iudicis. Et hæc not. quia quotidiana.

Publicatio testium non impedit, quo minus tertius comparens pro suo interesse, non possit producere testes de nouo super eisdem articulis, de quo vide, quæ posui in litera T. §. tertius comparens pro suo interesse coram iudice ordinario, vel delegato, poterit producere testes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Publicatio testium in iudicio summario non impedit productionem eorundem testium, vel aliorum, in plenario, nam pars potest eosdem testes, vel alios producere in plenario, de quo vide Felin. cap. veniens. 1. 2. de testi. ver. in eadem glo. ibi, propter diuersum. nu. 19. col. 684.

Publicatio attestationum facta in possessorio, non impedit, quia pars, si vult, poterit in petitorio producere alios testes directe super articulis contrarijs, dom. de Rota in nouis, decisi. 418. incip. Item fuit, dubitatum. Felin. c. veniens de testi. ver. alleg. col. ead.

Publicatio testium an sit de substantiali ordine iudicij? do. Abb. cap. cum I. & A. de re iud. 3. col versi. & not. singulariter. dicit, quòd attestationum publicatio est de iustitia, non autem de substantia, & parti illam non petenti imputandum est, ideo quia valet sententia lata, etiamsi publicatio testium non sit facta idem tenet Bart. l. prolatam. C. de sen. versi. quæro. Et idem tenet glo. c. fin. de hære. in 6. verbo, iudicis. Vide Felin. d. c. cum I. & A. in prin. num. 1. col. 559. Adde & pone, quòd pars petyt publicationem testium, quæ fuit negata, an valeat sententia? Innoc. d. c. cum I. & A. tenuit, quòd sic, quia imputabitur parti, quæ non appellauit. Ita Bald. c. 1. si de inuest. inter do. & vasal. lis ori. Vide Fel. d. c. cum I. & A. versi. prima declaratio. num. 2. col. 621. Adde tamen, quòd si publicatio test. um non est facta iudici, & ipsis attestationibus non visis tulit sententiam, illa erit nulla. Ang. d. l. prolatam. Fel. d. cap. cum I. & A. versi. secunda declaratio. num. 3. col. 561. Adde etiam, quòd si attestationes nõ sunt publicatæ, non præiudicant alijs, vbi alias præiudicarent, & probarent etiam in alio iudicio. Bart. l. gesta. C. de re iud. & l. solam. C. de testi. Cy. l. properandum. in fi. C. de iud. Vide Fel. latè in materia ista, d. c. cum I. & A. versi. tertia declaratio. Ibidem, num. 4 col. ead.

¶ *Pueri quando sint capaces beneficiorum? dom. de S Gem. c. de his. 28. dist. & ibi dicit, quòd in beneficio non curato sufficit, q expleuerit septimum annum. Adde Felin. c. cum vigesimum. de offic. deleg. versi. an & quando pueri sint capaces. num. 10. colum. 1101.*

¶ *Punitur aliquando quis sine culpa sua, de quo habes tres gloss. Primam c. 2. de consti. aliam c. antiqua. de pruil. tertiam c. renouantes. 22. dist. Fac regulam, quòd sine culpa & causa quis non punitur, vt in glo. allegatis, tamen culpa cessante ex causa, potest puniri, & intellige de causa legitima. Ita do. Abb. d. c. 2. 1. col. versi. in glo. 1. Et propter hoc ex vtilitate publica quis punitur iure suo, vt per do. Abb. ibi. Adde Fel. d. c. 2. de constit. in prin. nu. 10. col. 60.*

¶ *Punitus in vno iudicio de crimine an possit puniri in alio de eodem crimine? Ponit Fel. c. cum sit. de fo. com. versi. est etiam videndum. num. 20. col. 174.*

¶ *Pupillus an possit esse iudex delegatus ex motu proprio principis? do. Abb. c. cum vigesimum. de offi. deleg. versi. tertio not. tenet, quòd non, & ratio est, quia impubes caret iudicio. Barto. videtur tenere contrarium l. cum quidam. ff. de re iud. 2. col. versic. sed quid si vna ciuitas vbi dicit, quòd vna ciuitas potest sibi eligere in principem, vel iudicem, infantem, vel pupillum. Bart. etiam dicit l. 4. ff. de testa. quòd populus potest statuere, quòd proximus pubertati possit testari. Ergo si populus hoc potest, multò plus princeps. Adde Felin. d. cap. cum vigesimum. versi. do. Abbas. ibi, quòd populus. num. 2. col. 1099. & num. 3. vbi dicit, quòd opi do. Abb. est falsa. Et contra eam est gloss. in terminis, cap. statutum. verbo, canonicis. de rescrip. in 6. quæ dicit, quòd Papa potest committere causam pupillo, ibi vide per eum.*

Pupillus rex succedit in principatu ante pubertatem, sed datur ei tutor, penes quem erit administratio. Ita do. Abb. c. cum vigesimum. de offi. dele. 1. col. versi ex his infero. Adde Felin. d. c. cum vigesimum. versi. allegato, col. vt supra.

Pupillus an possit testificari de visis in pupillari ætate? domi. Abba. cap. cum nobis. de præscrip. 3. colum. versic. nam regulariter. tenet, quòd sic, dummodò tempore apprehensionis fuerit doli capax, & tempore dispositionis sit maior, gloss. capit. relatum. 33. dist. & glo. l. 3. §. l. Iulia. ff. de testi. & Ioan. Andr. in Spec. tit. de teste. §. 1 versi. sed nunquid. & vide gloss. cap. placuit. de consecra. dist. 3. & gloss. 2. cap. cum itaque. ead. dist. Vide dom. Abb. c. fin. de senten. excom. Vide Felin. d. c. cum nobis. versi. item in quantum. Card. & Imo. num. 9. colum. 263. Adde & limita, quòd hoc non habet locum in testamento, quia requiritur, quòd testes sint puberes §. testes. Insti. de testa. Bar. & Imo. l. testium. §. 1. ff. de testa. d. Abb. d. c. cũ nobis. loc. præal. & ibi Fel. versi. limita hac, dummodò. num. 10. col. 264. Adde, q hoc nõ habet locum in testamẽto ad pias causas, quia impubes poterit esse testis, quia testes non adhibentur ibi ad solennitatem, vt sit in alijs testamentis, sed solum ad probationem veritatis, c. cum esses. de testa. Ita Ang. Are. d. §. testes. & vide Bald. in repe. l. 1. C. de sac. sanc. ecc. 22. col. versi. de secunda q. Et idem dic in testamento inter liberos. Ita Bal. ibi, Adde Fel. d. c. cum nobis. versic. limita tamen hoc in testamento. num. 11. col. ead.

Pupillus potest esse testis in testamento inter liberos? Vide suprà §. pupillus an possit testificari ad finem.

Pupillus potest esse testis in testamento ad pias causas vide suprà §. pupillus an possit testificari.

Pupillus an possit accusare? Dic regulariter, quòd non, 2. q. 1. cap. prohibentur. Fallit, nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam, l. 2. §. pupillus ff. de accu. Quod intelligas, quando est maior infante & impubes, quia cum authoritate tutoris potest accusare, vt d. §. pupillus. & ibi Bart. sed quid, si est pubes, tunc sunt opiniones. Bart. d. S. pupillus. dicit, quòd si est in 20. anno, quòd tunc potest accusare. Do. Abb. cap. 1. de accu. 2. colum. versi. sed dubitatur. tenet, quòd pubes, si est in 14. anno, quòd poterit accusare, per rationes, quas ibi per te poteris videre. Vide Fel. d. c. 1. de accu. num. 5. col. 681. vbi videtur inclinare in istam opin. do. Abb. Adde Sal. l. 2. C. de accu. Ang. d. l. 2. ff. de accusat.

Pupillus factus maior an possit testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate? do. Abb. c. fi. de sen. excom. tenet, quòd sic, cum distinctione, vt ibi per eum. Idem tenet Host. ibi de ista difficultate vide gl. §. testi. Insti. de testa. & c. testes. 3. q. 9. Spe. tit. de testi §. opponitur. versi. sed nunquid factus pubes. & ibi Io. And. glo. c. cum itaq;. de consa. dist. 4. Bar. l. ad testium. §. 1. ff. de testi. vbi Imo. & do. Abb. c. cum à nobis. de præsc. Bar. l. rationem. §. instrumentorum. ff. de verb. sig. Bal. c. in nomine. de testi. Adde Fel. c. fi. de sen. excom. in prin. col. 1126. & c. cum nobis. de præsc. nu. 9. versi. item in quantum Car. col. 263.

Purè & simpliciter, verba ista posita in rescripto non tollunt ordinem. Ita Felin. cap. dilecti. de iud. versic. not. ibi, pure. nume. 2. colum. 55.

¶ *Purgatio potest imponi, vbi est suspicio, etiam sine infamia. Innocent. cap. ex parte. de offic. ordin. in fin. Anton. de But. cap. tua. de coha. cler. & mul. Archid. cap. omnibus. 3. q. 5. Felin. cap. literas. de præsump. versi. in gloss. in verbo, vehementem. numero 21. colum. 971.*

Q

QVADRIMESTRE Tempus, quòd datur condemnatis, de quo c. quod ad consultationẽ. de re iu. non datur condemnatis in multis casib. quos posui in litera C. §. condemnatus actione depositi.

Quadrimestre tempus datur confesso in ciuili, sicut condemnato. Vide de hoc, quæ posui in litera C. §. confesso in ciuili.

Quadrimestre tempus, quòd datur ad petendam restitutionem in integrum, quando incipiat currere. do. Abb. c. 1. de præscript. vlt. col. versi. sed quæritur. dicit, quòd illud tempus incipit currere à tempore læsionis, & sic post completam præscriptionem. Et postea do. Abb. loco præallegato dicit, quòd illud tempus est à principio vtile. Vnde non currit ignoranti. Et per consequens incipit currere quadrimestre à die scientia læsionis, quòd non à die læsionis. Et idem tenet dom. Abb. consi. suo 33. incip. Quidam. 1. vol. & Bald. l. falsam. C. si ex fal. inst. Et idem tenet do. Alexand. consi. suo 146. incip. Extat instrumentum. & consi. suo 230. incip. Viso puncto. 3. col. do. Card. clem. 1. de restitu. in integ. q. 25. Adde Felin. d. capitu. 1. de præscrip. versi. ad illud tempus quadriennij num. 9. col. 163. Adde ad ista, quòd sicut ignorantia operatur, quòd quadrimestre tempus non nocet, ita etiam læsio enormissima nunquam nocet, de quo vide, quæ posui in litera L. §. læsio enormissima. Adde etiam, quòd illud quadriennium nõ currit viuente prælato, qui malè alienauit. d. Abb.

Ab. c. 1. de rest. in integ. 1. col. & do. Ab. c pen. de reb. eccle. non alie. do. Car. c. cum ex literis. de rest. in integ. & ibi Imol. 4. col. do. Card. d. cle. 1. de resti. in inte. q. 26. & Bar. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt. Adde Fel. d. c. 1. de præsc. vbi multa ponit circa ista, ver. dic etiam, quòd viuente prælate. num. 10. col. vs §. 163.

Quadrimestre tempus, quod datur ad soluendum condemnatis, iudex potest illud prorogare sine causa, arctari autem non potest, nisi causa cognita. Ita do. Ab. cap. quod ad consultationem de re iud. 7. col. versi. solutio. Et idem tenet Ange. l. debitoribus. ff. de re iud. Adde, quòd contrarium tenuit Paul. de Cast. l. 4. §. si quis ff. de re iud. vbi do. Alex. ad plenum. Et ratio est, quia prorogatio & coarctatio æquiparantur. Vide Fel. c. quod ad consultationem. de re iudic. versi. quadrimestre, de quo hic, nu. 8. colu. 462. Vide, quæ posui in litera I. §. iudex an possit abbreuiare.

¶ *Qualificatiuè plura verba prolata, an sint amnia probanda, etiamsi per se vnum sufficeret, do. Ab. c. licet de prob. 12. colũ. ver. gl. in verbo, ad quod dicit, quòd quis tenetur ad omnia narrata, quæ alias per se sufficerent, & hoc quando ista sunt deducta non distinctè, vel copulatiuè sed qualificatiuè. Et idem tenet ibi Ant. de Bu. Facit dictum Bar. l. item apud. §. sed quod. ff. de iniu. vbi dicit, q vnica est iniuria, quando qualificatè plura verba iniuriosè sunt prolata. Adde Fel. c. licet. de prob. ver. glo. in verbo, astrinxit. nu. 20 col. 435.*

¶ *Qualitas beneficiorum. Adde, an sit fienda expressio qualitatum superfluarum beneficiorum, & an expressio falsa earum noceat? Vide Fel. c. ad aures. de rescr. ver. nihilo minus sequenda est. nu. 3. col. 449. Et vide, quæ posui in litera B. §. beneficiũ impetrans.*

Qualitas deducta in iudicio, quæ est fundamentum actoris, seu rei, si non probatur, actor, vel reus succumbet. gl. est cle. si. de rescr. verbo creatum. & do. Abb. c. auditis. de præscr. pe. col. versi. si autem sumus. Vide Bel d. c. auditis. ver. secunda conclu. Vbi certum. nu. 33. col. 289. vbi ponit multa exempla.

Qualitas debet probari, quando vnum ex narratis venit, vt qualitas, puta, dicitur in denuncia. q. percussio est facta cum sanguinis effusione. si non probatur effusio sanguinis, non obtinebit accusans. Ita Fel. c. ex parte. el 1. de resc. ver. restringitur quinque modis. nu. 25. col. 355.

Qualitate non probata reus absoluitur. Ita Fel. c. ex parte. de resc. ver. obstat autem fortiter prædictis nu. 38. colu. 358. Adde tu, q de ista probatione qualitatis habes Alex. l. diuus. ff. de re iud. 2. col. & ibi vide Bar. Adde ad ista Bart. in disputatione sua inc. Iure munic. cauetur. Vide Bal. l. si quis non dicam, rapere. C. de episc. & cle, 3. col. in fi. Quid autem sit qualitas, & in quibus consistat in materia ista, vide Bal. l. ea, quæ. C. de conds. indebi. & Bal. l. 1. 10. col. C. de confes.

¶ *Quarta decimarum debita episcopo, potest præscribi per parochianum contra episcopum in totum, & hoc habet locum etiam in quarta funeralium. Ita do. Ab. o. de quarta. de præsc. 2. not. & vide ipsum domi. Ab. con. suo 38. 1. col. Et dic, quòd præscribitur spatio tanti temporis, de initio cuius non sit memoria, & hoc sine titul. cum titulo autem præscribitur minori spacio, cap. 1. de præscr. in 6. Adde Felin. d. c. de quarta. in prin. col. 173.*

¶ *Quasi, istud verbum Quasi, importat de sui natura diminutionem. Ita do. Ab. c. gratum. de off. deleg. 2. col. ver. & no. ex hoc. Vide glo. cap. parochianos. de decī. Bonus tex. l. in facto. ff. de cond. & demon. glo. c. prout. de dolo & contu. Old. consi. suo 255. & do. Abb. c. cum inter canonicos. de elect. Adde Fel. d. c. gratum. versi. glo. in verbo, quasi. nu. 12. col. 993. & ibi addidit multa ad istam materiam. Adde tamen tu, q verbum Quasi, positum in statutis, denotat proprietatem, non improprietatem. Ita Bar. regulariter l. si rixa. ff. de sica. vlt. col versi. respondeo. & l. diuortio §. si fundum in prin ff. sol. mat. & alii quid l. hoc colore. ff. de inof. test.*

¶ *Querela, istud verbum Querela concernit propriè actionem ciuilem, domin. Ab. cap. querelam. de iureiur. 4. column. versi. oppono vlterius & idem tenet dom. Card. ibi Vide Felin. dica. querelam. versi. gl. in verbo remouentes. nu. 9. colum. 1045. Adde, q istud verbum Querela, importat etiam actionem criminalem. glo. est c. Maximianus. glo. 181. dist. Et querela importat etiam appellationem, glo. cap. querelam. de procura. Adde Fel. circa istud verbum Querela, d. c. querelam. de iureiu. ver. alleg. col. ead.*

¶ *Querimoniam si quis promisit sub pœna non facere, si dat querelam iudici, an incidat in pœnam? Ab. d. c. 1. de appell. 1. col. versic. no. primò. tenuit, quòd sic. Vide Fel. d. c. 1. versicu. vltimo dum dicit. in fi. nu. 6. col. 607. Adde tu, q promittens quæstionem non mouere, vel controuersiam, semper poterit petere omnia, quæ veniunt ex natura contractus. l. quæro. §. inter locatorem ff locca. Bal. l. 1. C. de vsufr. vlt. colu. Adde, quid si promisit non turbare? Vide l. extat. ff. quod metus causa. Adde, quid si promisit firmum. vel ratum habere? Vide Bartolu. l quod pauperibus. C. de episco. & cleri. Et quid, si promisit molestiam non inferre? Vide Bald l. 1. C. de nundi. & l. 1. C. de his, quæ pœna no. Pau. de Cast. consil. suo 180. Imol. l. Lucius. §. tres heredes. ff. ad Treb. Anto. de But. cap. si diligenti. de foro compe.*

¶ *Qui potest condemnare, potest etiam absoluere. Ita Feli. c. cum inferior. de ma. & ob. ver. regula est. q. qui potest. n. 4. co. 1219. & ibi vide, quis sit effectus huiusmodi rei.*

¶ *Quilibet de populo auditur pro executione piæ voluntatis, si episcopus est negligens. Fel. c. dilecti. de ma. & obe. versi. & ad hoc scito. nu. 3. col. 1208.*

¶ *Quilibet de ecclesia, etiam particularis admittitur ad agendum pro iurib. eccl siæ sine mandato, data negligentia prælati. do. Ab. c. cum olim. de testib. 3 col. ver. ideo datur, Adde Felin. latè ibi, ver. in gl. 2. ibi, quilibet, nu. 2. col. 647. Ista concl. fallit in regularib. quia vnus solus, puta monachus, non potest agere pro ecclesia sua sine mandato & licentia abbatis. Tex. est c. ex parte. de post. Fallit hoc, quando monachus velit agere, pro abbate suo incarcerato, quia posset, do. Ab. d. c. cum olim. 5. col. versi. ad prædicta vide tu. Adde Fel. versi. limita non procede re. nu. 3 col. ead. vbi §.*

¶ *Quinquaginta miliaria per mare, sunt minus, quàm vna dieta per terram, de quo vide quæ posui in litera D. §. dieta per mare quomodo computabitur.*

Rescriptum impetratum, vbi causa fuit delegata, an indirectè iurisdictio restringatur ad expressa in rescripto? do. Abb. c. cum olim. de off. dele. el 1. 2. col. ver. sed quæro. dicit, quòd quando aliqua exprimuntur in rescripto, quòd ad illa extenditur iurisdictio, & ad accessoria expressis, vt puta si dixerit in rescripto, se spoliatum. poterit agere possessorio, & petere æstimationem damnorum, si fecit mentionem de contractu in rescripto, poterit petere interesse. Adde tu, quòd Inn. d. c. cum olim dicit, quòd impetrans rescriptum super iniuria sibi illata puta in fundo, non poterit accusare criminaliter de violentia. Et hoc est, quia est istud maius expressis quæ non veniunt, vt est tex. c. sedes. de resc. Idem tenet Imo. d. c. sedes 8. col. Adde Fe. d. ca. cum olim. ver. dicit hic Inn. nu. 6. col. 1070.

Rescriptũ fundatũ super horrescẽtia, vt puta quia pars iurauit, quòd perhorrescit potentiam partis aduersæ, adde, quòd Aegidius Bellamera dicit quòd contra tale rescriptum potest probari de non perhorrescentia, concl. 1015. inc. exceptio. Adde Fel. qui idem tenet. c. accedens. el 2. vt lite non cont. ver. octaua conclusio. nu. 13. col. 291.

Rescriptum si contra illud opponitur defectus, quis habet probare an impetrans? an opponens? Vide per Cald. tit. de prob. consili. 10. & per Io. And. Spe. rub. de cland. despor. in fi. Imo. c. super literis. 16. co. de resc. Fe. transit cum istis, c. 3. de pro. ver. & cum opponitur defectus ad rescriptum. nu. 3. in fi. col. 352.

Rescriptũ gratiosum, seu ad lites, si in eo deficit syllaba, aut litera, an vitiatur? Vide quæ posui in litera S. §. syllaba si deficit.

Rescriptum geminatum habet vim clausulæ, Non obstante l. & clausulæ. Ex certa scientia, do. Ant. de But. c. quæ in ecclesiarum. de const. pe. col. & Fe. c. si cautio. de fid. instr. ver. & hinc est, quod geminatio rescripti. nu. 41. co. 889.

Rescriptum impetratum ad lites vltra vnam dietam, quæ dieta non potest abbreuiari per appropinquationem delegati stantis in diœcesi est nullũ. Fel. c. olim. de exce. in ver. stem quia refrenatio, nu. 4. col. 72. adde quæd ibi posui additionem ad Fel.

Rescriptum secundum gratiosum seu ad lites, an tollat primũ eiusdem naturæ habens clausulam derogatoriam? & vtrum sufficiat, quòd in secundo rescripto dicatur, Non obstantib. concessionib. quibuscunq;, etiam si essent tales, de quib. fienda est mentio de verbo ad verbum, etiam quòd aliter non specificentur, an per ista sit derogatum primo rescripto? Vide quæ posui in litera P. §. priuilegium secundum an tollat primum.

Rescriptum impetratũ post rem iudicatam, est nullũ, si impetrãs tacuit de re iud. d. Car. consi. suo 76. inc. Plebs. S. Mariæ, circa fi. Idem tenuit do. Ab. consi. suo 13. inc. Videndum in effectu, 1. vol. circa fi.

Rescriptum secundum, quòd non facit mentionẽ de processu prius facto in causa matrimoniali, valet, licèt in aliis causis sit nullum, vide, quæ posui in litera M. §. matrimonium est priuilegiatum.

Rescriptum contra ius suspectum, & si constat de mente scribentis, mutat naturam, & potius est priuilegium. Ita Fel. rub. de resc. ver. ad diffinitionem resc. nu. 4. col. 322. Adde tu, quòd Bar. l. præscriptio. C. si contra ius. vel vti. pub. 2. col. vers. dic ergo ponit, quando differant priuilegium & rescriptum, & per eundẽ, l. fi. ver. quæro, quæ differentia. ff. de const. prin.

Rescriptum narrans spolium, vel verba concernentia possessionẽ, non poterit per id deduci proprietas. Ita Fel. rub. de resc. ver. scias etiam pro huius puncti. nu. 7. col. 323.

Rescriptum impetratum contra exemptos, licèt de iure non debet facere mentionem de exemptis, tamen de stylo curiæ est, vt faciat mentionem, aliter est nullũ rescriptiũ. Fel. c. 1. de resc. ver. secundò restringe, vt non procedat. nu. 14. col. 337.

Rescriptum potest dici nullum, quãdo in eo est expressum aliquod falsum circa merita causæ, puta, quia dixit impetrator q erat clericus, vel quid simile, tunc pòt opponi contra rescriptum ad hoc, vt fiat litis contestatio, de hoc vide Fel. c. 1. de resc. ver. proximè allegeo. ea. d. Ab. c. ex par. B. de fo. comp. in fi. Adde, quæ posui in litera E. §. exceptio concernens merita causæ.

Rescriptum quod præcedit priuilegium, an tollatur per priuilegiũ concessum lite incohata? Vide Fel. c. 1. de resc. ver. fallit sexto, dicta reg. nu. 14. col. 337. Adde tu, quòd ego inuenio Pau. de Cast. & Ang. & expresè do. Alex. l. qui autem ff. si quis cau. qui tenent contrarium, q si lite pendente princeps concedat priuilegium motu proprio, pars potest vti tali priuilegio, quamuis emanauerit lite pendente. Et ita limitatur. c. fi. vt lit. pen. l. 2. C. eo. l. tutor petitu. ff. de exc. tu. Et hæ sufficiant pro nunc. Sed Deo concedente, dabimus solutiones ad ista hic deducta. c. cãm. el 2. de testi. vbi est locus magis congruus, & hoc, quia teneo, q isti Doctores malè dicant, vt ibi dicetur.

Rescriptum concessum contra stylum curiæ, facit, quòd præsumatur contra eum. Ita Fel. c. ex parte. de resc. ver. stylus curiæ facit, quòd præsumatur. nu. 16. col. 349. Adde do. Abb. c. causam quæ. el 2. de testib. 1. col. & c. quàm graui. de crim. fal. & c. ad hæc. de sen. exc.

Rescriptum secundum qualem mentionem debeat facere de primo non potest dari certa doctrina, sed iudex arbitrabitur pro suo arbitrio. Ita Fel. c. cæterum. de resc. ver. de primo rescripto. nu. 2. col. 370. Adde tu, quòd imo inuenio per Scribentes in variis locis, vt hic habetur quòd datur certa doctrina, de quibus est fienda mentio in impetratione secundarum literarum. Et ideo dico, quòd per secundum rescriptum non reuocatur primũ, nisi in secundo fiat mentio de primo, & de processu agitato per primum. Ita Scribentes cap. inter. de re iudic. & capitul. ex

parte.

Universidad de Deusto
BibliotecaCa

parte.de priui.& c. constitutus.de rescr. Hoc tamẽ intelligas quòd mentio de processu est fienda in genere, scilicet de articulis principalib.videlicet de exceptiomb. de iudicib. & de his, de quibus agitur. Ita omnes scribentes.d.c.inter.de reiud. Add de.q debet secundum rescriptum continere clausulas primi rescripti.Ita do. Ab.c.ex conquestione.1.col.ver.no.arg. opti. de restit spol.

Rescriptum secundum debet facere mentionem de processu agitato in primo rescripto.Ita Fel.c.cæterùm.de rescr.1.col.vers.de primo rescripto.col.370.Limita,dummodò lis fuerit contesta.Ita Bald.l.1.in fin.C.de rela.Sed credo,quòd ista limitatio non sit vera,& ratio,quia impetrare rescriptum lite pendente est innouare gl.clo.2.vt lite pend.& citatio executa causat litis pendentiam,& de pendentia debet fieri mentio, vt d.gl.

Rescriptum,vel statutum tollens appellationem,vel exceptionem, intelligitur solum de iniusta.Fel.c.causam,quæ.de rescr.ver.si militer dicit Bar.l.1.§.si.nu.21 col.554.Adde tu.quid si statutum,vel rescriptum diceret,Remouemus exceptionem contra instrumentum publicum,tantum admittitur exceptio, q instrumentum non sit publicũ,& omnis exceptio similis,quia quamuis loquatur lex vniuersaliter negatiuè puta,quia dicat, Nullus alius,vel statutum dicat.Nulla alia exceptio admittatur,nisi talis,tamen poterit admitti similis,& non excluditur similis exceptio, & ita cætera similes, non excluduntur,gl.est l.cognitio ff.de off.eius.Facit gl.1.§. & parui. ver. nulla ff.quod vi aut clam.Ex qua Bar.ibi not. quòd si statutũ dicat,quòd nulla alia exceptio possit opponi,poterunt tamen opponi similes,vt ibi per eum & per do.Ant.c.cum quis.de rest. spol.Simile est in dictione Solus,glo.est l.cùm notissimi.in prin. verbo,sola.& ibi Bal.& Ang.C.de præscr.30.& 40.annor. Bal.l.1.C.de bo.pos.contra tab.ubi inter cætera dicit,quòd per ista verba.solus episcopus,non excluditur capitulũ ecclesiæ suæ, secundum Archi c.2.de accus.in 6.Adde etiam tex.clo.eximi. de verb.sig.ver.cùm autem.qui formaliter dicit q natura termini restrictiui est sic excludere extrema, quòd cuncta pertinentia ad ipsum includit.Quem tex.dicit aureum lo.de Ana consi.suo 30.quod incip.Vtrum cofani.Adde do.Ab.in materia ista,c.licèt.de ele.6.col.ver.hinc est,quod statutum. Adde ad ista, quæ posui in litera E.§.exceptio an potest tolli per statutum.

Rescriptum,tollens appellationẽ,intelligitur solum de iniusta.Fel. c.causam,quæ.de rescr.ver.proxime alle.col.vt §.

Rescriptum si impugnatur,quia surreptitium,cui incumbat onus probandi: an opponenti? an verò impetranti.Fel.ponit.c. constitutus.de rescr.in prin.nu.1.col.559.Adde Bar.l.præscript. C.si contra ius,vel vti publ.2.col.

Rescriptum surreptitium,si per dolum impetratum in totum vitiatur,si autem ex simplicitate,vel ignorantia vitiatur forma, sed remanet substantia,vnde iudex non debet sequi formam in rescripto positam.sed secundum ordinem iuris procedere, vt est tex.c.super literis.de rescr.Adde,quòd tamen iudex sequendo ordinem iuris non debet recedere a verbis rescripti,quia recedendo processus esset nullus,& condemnatio non posset sequi. Notabis ista,quia veniunt ad declarationem tex.d.c.super literis. vbi dicitur,quòd delegatus non sequens formam rescripti,procedet secundum ordinem iuris. Adde ad ista Fe.ca.super literis.de rescr.in pri.nu.s.col.573.

Rescriptum,quod non facit mentionem de sententia, quæ transiuit in rem iudicatam,est nullum.Fel.c.super literis.de rescr.vers. septima regula,nu.14.nu.583.Adde tu tex.bonum ad hoc,c. exposita.de arbit.& ibi Scribentes, & adde, quòd si rescriptũ diceret, Non obstante sententia lata, & non diceret, Sententia,quæ transiuit in rem iudicatam, non valeret rescriptum, quia non est facta sufficiens mentio.Ita Fel.loco allegato,colũ. ead.quod not. Adde tu,quòd inuenio glossl.fi.C.sen.rescin. non posse. quæ tangit quæstionem istam,videlicet si est facta sola mẽtio sententiæ in rescripto, an rescriptum sit nullum? & ibi Bal. 1.col.ver.quæro, quid si in rescripto, & 2.col.in ver. pone ergo.vbi gl.dicit, si in rescripto est clausula, Non obstante sententia iusticiam facias, quòd valet tale rescriptum, & Bal. plus quærit ibi,pone,quid iuris, si ex sententia esset quæsitum ius & translatum dominium,an possit tolli per rescriptũ. Et addas, ista pro intelligentia Fel.loc præallegato. Addas tamen quòd rescriptum non debet facere mentionem de sententia nulla, etsi transiuit in rem iudicatam,Ita Fel.d.c.super literis.de rescr. limita primò.nu.2.col.574.

Rescriptum in causa matrimoniali non debet facere mentionem de sententia,& sic valet,etiamsi nulla mentio in eo facta est de sentia.Ita Fel.c.super literis.de rescr.ver. limita secundo in causa. nu.16.col.583.

Rescriptum impetratum super actum, qui de iure expedire non potest,nisi in aliquib.casib.debet exprimere impetrans in dicto rescripto,quod est in aliquo istorum casuum,aliter rescriptum, est nullum. Fel.c.super literis, de rescr. ver. decima regula, Impetrans.nu.17.col.584.

Rescriptum falsum non tribuit iurisdictionem,imo iudex delegatus non potest se pronunciare iudicem competentem ex tali rescripto,etiam si hoc ignoraret ipse delegatus. Ita Fel.c.super literis.de rescr.ver.fallit nonò.vbi rescriptum.nu.29.col.592. Adde tu,quòd Bar.l.præscriptiones.C.si contra ius, vel vti.publ. tenuit contrarium.3.col. adde tu. quòd contra Bar.tenent omnes Canonistæ.d.c.super literis.& Bal.l.1.C.de collu.deteg. Lud.Ro.cons.suo 330 inc.Circa primum.

Rescriptum nullum, quia impetratum per falsi suggestionem,vel veri taciturnitatem, dat iurisdictionem,tam super principali, quàm super dubio iurisdictionis,& si feratur sententia ex tali rescripto, transit in rem iudicatam. Fel.c super literis. de rescr.ver.limita tu diligenter.nu.30.col.594. Adde an ista exceptio nullitatis possit opponi in causa appellationis? & q fuerit opposita in causa principali, & repulsa per interlocutoriam,vide Fels.loco præallegato.

Rescriptum elidibile per exceptionem,vt puta quia iudex est suspectus,vel rescriptum surreptitium,etiamsi iudex scit hoc.& partes non opponunt,si iudex pronunciat se competentẽ, valet processus,si pars non appellat.Ita Fel.c.super literis. de resc.ver. restringe secundò hoc dictum.nu.31.col.595.

Rescriptum in quo est expressa noua forma,an illa forma sit seruanda de necessitate Ponit Fel.c.cum dilecta.de rescr. ver.primum signum.nu.6.col. 615.

Rescriptum emanatum contra ius,quod habet clausulam derogatoriam ad rescripta,quando valeat.Vide,quæ posui in litera C §.clausula in rescripto emanato contra ius.

Rescriptum impetratum in causa,in qua coram alio iudice erat conclusum in causa,non valet, nisi in rescripto commissionis de rogaretur expresse conclusioni, nec sufficit,quòd de ipsa sit facta mentio explicita,vel implicita.Ita Fel.c. nonnulli. de resc. ver.tertia declaratio est,vt ista.nu.7.col.697.

Rescriptum Papæ,quòd habet clausulam, De plenitudine potestatis,hẽt vim clausula derogatoria ad omnem legem cõtrariã,et habentem clausulam derogatoriam,Fel.c.nonnulli.de rescri. vers.fallit quarto & ultimo.nu.8.Ibidem.& col.698. Adde quòd teneo istã opinionẽ, quicquid dicat ibi Fel.& male.Et idẽ teneo,vbi est clausula. Ex certa scientia, quia sufficit ad tollẽdam legẽ,quæ habet clausulã derogatoriã ad rescripta.vt tex. d.c.nonnulli.de rescr.& c.statũ.eo.ti.in 6, dummodò, de certa scientia principis per verba rescripti posset apparere, q præsumitur,etsi expresse non dicatur.Et istud tenuit Goff.& Io.An. d.c.nonnulli.& per do.Abb.ibi in gl.ver. mentionem.& Gemi.d.c.statutum.de rescr.in 6.4.col.ver.secundò.no. Et idem sentit ipsemet Fel.d.cap.nonnulli.ver.fallit quartò n.8.col.ea. vbi dicit, q dictum Goff.& Io.An seruaretur in pratt ca. Et ipse Fel.no.ibi hoc Quare consulendo & iudicãdo nõ recederẽ ab opinione Goffe.& Io.An.Adde q per istã limitatur gl.cl. 2.de resc.quæ dicit, q princeps facit ex certa scientia, quãdo in rescripto illud expresse dicit.Sufficit ergo,vt apparet, etiam si expresse non dicatur, Adde q istud habet locum non solum in certa scientia,sed etiã in motu proprio,quia si apparet,q princeps fecerit aliquid motu proprio,etiamsi non exprimatur.præsumitur motus proprius,ratio est,quia tantum valet, q princeps dicat. Ex certa scientia,quãtum si diceret. Motu proprio nã ista aquiparantur,vt per Scribentes c.ad hæc.de rescr. Adde etiam Fel.circa clausulam. De plenitudine potestatis,d.ca. nonnulli.de rescr.ver.fallit quinto.nu.13.col.710. & ibi videtur sentire pro opinione mea.

Rescriptũ contra legem non habentem clausulam derogatoriam non valet,nisi de lege faciat mentionẽ ad minus generaliter. Fel.c nonnulli.de resc.ver.secunda regula.n.9.col.698.

Rescriptũ Papæ in beneficialib. in præiudicium alicuius valet sine aliqua

aliqua clausula,Non obstante, dummodo alias constet de eius intentione,ratio est,quia in beneficialib. Papa habet potestatẽ plenissimam.Felin. cap. nonnulli. de rescriptio.ver. excipiuntur ab ista limitatione.num. 13.colum. 709. Adde dom.Ab. cap.ea,quæ.de iud. vlt.col.& Bar. l.conficiuntur. de iure codi. in princ. Adde Felin.d.c.nonnulli.versi.fallit nonò & vltim. nu.18.col.714.

Rescriptum Papæ,q habet clausulam supplentem defectum, refertur solum ad solennitates iuris positiui, non ad solennitates, iuris naturalis,vt est citatio,& similia.Fel.c.postulasti.de rescr.nu.12.ver.tertius casus.col.680.Adde do. Ab.c.ea,quæ.de re iud vlt.col.ver.ex quib.omnib.

Rescriptum geminatum, & sic secunda iussio habet vim clausulæ, Non obstante, & tollit suspicionem surreptionis.Fels. capi. nonnulli.de rescrip.versic. fallit sextò hac regula.num.14.colum.710.

Rescriptum,quod emanat in fauorem reipublicæ, quamuis sit contra ius,non requiritur in eo clausa, Non obstante.Fel.c.nonnulli.de rescr.ver.fallit septimò.nu.15.col.711.

Rescriptum,quod emanat in fauorem ecclesiæ, etiamsi sit contra ius,non requiritur in eo clausula,Non obstante.Fel.c.nonnulli. de rescr. vers.considera secundò,q. omne rescriptum.nu.16.colum.711.

Rescriptum concessum contra ius,non in totum derogando,sed in aliquo detrahendo,vt puta in rescripto est clausula, Appellatione remota tale rescriptum valet licèt in eo non sit clausula,Nõ obstante. Feli.c.nonnulli.de rescr.ver fallit octauo dicta regula.nu.17.col.714.

Rescriptum,quod facit mentionem de tex.c.nonnulli. circa dietas de rogando eis,an reus possit trahi differenter extra suam diœcesim? & sic per quot dies? Vide Fel.c.nonnulli.de rescr.versi. tangunt etiam hic Doct.nu.29.col.722.

Rescriptum aliquando valet,etiamsi commissa est causa vltra vnam dietam absque derogatione dietarum.Fel.ponit vndecim casus,in quibus exceptio de duabus dietis, & hodie de vna,non habet locum in commissione causarum. Eum vide cap. nonnulli.de rescrip. versic. collige etiam vltra scribentes. num. 30. col.723.

Rescriptum vbi simpliciter apparet impetratum, nec pòt constare,an principalis impetrauerit per se,an per procuratorẽ, tunc dicens ipsum impetratum per non habentem potestatem, habet probare.Fel.c.nonnulli.§.sunt & aly.de rescr.versi. tertiò no.q si in rescripto.nu.7.col.736.

Rescriptum impetratum a falso procuratore ad lites,an sit ipso iure nullum,an veniat annullandum ope exceptionis, adeo quòd si pars non opponit, processus validus sit? Vide Felin.c.nonnulli. §.sunt & aliy. de rescr. ver. fallit tertiò, si pars non excipit.nu.11.col.742.

Rescriptum impetratum super ecclesia contra presbyterum.si erratum est in nomine presbyteri,licet constet de ecclesia, non valet rescriptum.Fel.c.significante,de rescr.vers.declara quinq; modis.nu.2.col.868.

Rescriptum vitiatur,si erratum est in nomine proprio ipsius impetrantis,vel in expressione propriæ diœcesis.Fe.c.significante. de resc. ver.alle.col.vt §. Adde tu, q error propry nominis vitiat rescriptum. Adde, quòd idem est in testamento. Bart.l.fi. C.de hære.instit.s.not. Adde,quòd idem est, in errore proprij nominis filij testatoris,quod intellige,nisi filius esset natus patre absente,& nutritus,arg.l.Titius.§. Lucius.& quod ibi notaBald.de lib.& posth. Adde do.Alex.l.fi.C. de hære. instit. in prin.

Rescriptum impetratum contra aliquem, si erratum est in nomine ipsius,an rescriptum sit surrepitium? Vide per Fel.c.significante,de rescr.nu.2.col.ead.

Rescriptum impetratum ex falsa demonstratione, quæ dedit causam concessioni,puta,quia Papa motus est ad concedendum rescriptum propter demonstrationẽ falsam,nec aliàs concessisset, tale rescriptum non valet.Fel.c.significante,de rescr.ver.tertia declaratio.num.3.col.ead. Adde tu,q falsa demonstratio etiam vitiat institutionem,quando dat cam institutioni. Bar.l. si pater.C.de hære.instit. Adde ista ad l.eum,qui status.§.fi.ff. de donat.inter virum, & vxo.quia debet probare se vxorem esse,aliter non valet donatio. Et,adde,q illud quod dicitur d.l. si pater.in vltima voluntate,hẽt locũ in contractu,vt no. Bal. l.nec apnd.C.de hæred.instit. Adde q idem est,quando relinquitur aliquid alicui sub aliqua qualitate,puta,relinquo c.Titio sacerdoti,debet probare se sacerdotem esse.Bal l. eam,quã. C.de fideicom. Et hoc modo limitabis illud,quod dicitur,q error non vitiat, si constat de corpore.Istud verum est, nisi falsa demonstratio adsit,vel aliqua qualitas quæ inducit ad illud faciendum,vt hic per exempla posita,quia bene vitiaret error.

Rescriptum,q habet istas clausulas,videlicet. Procedatis purè, vel, Non obstante iuris solennitate,aut, Procedas solennitate iuris remissa,aut iuris solennitate non seruata, quid important istæ clausulæ? Vide,quæ posui in litera C.4.§.

Rescriptum ad lites.si arguitur de negligentia, vel inobedientia, an attendatur tempus datæ,vel præsentationis? Fel.c. eam te. de rescr.ver.fallit secundò,vbi agitur.num.19.col. 446. Adde do. Ab.c.dilectus.de prab.3.col.

Rescriptum ad lites, si quis non vitur eo,an elapso anno tollatur, per aliud rescriptum impetratum per aduersarium? dic, quòd non,sed attenditur possibilitas præsentandi.Ita Fe.c.eam te.de resc.ver.fallit tertiò in computando anno.nu.20.col.446. Adde do. Ab.c.dilectus.el 2.ae prab.3.col.

Rescriptum potest dici prius,vel posterius,võe vnius horæ, licèt habeat datam eiusdem diei cum alio.Fel.c.pastoralis.de rescr. ver.ratione huius horæ.nu.5.col.466.Adde tu gl.c. si a sede, de prab.in 6.quæ idem tenet in verbo, Appareat.

Rescriptum regulariter non vitiatur,quando est commissa surreptio in vna parte.Ita Fel c.sedes.de rescr.in prin.nu.2.colum. 508.Adde,tu q rescriptum habens plura capitula separata,si committitur vitium in vno,totũ corruit & vitiatur. Ita Bal. c.ad audientiam,de rescr. And.Barba.cons.suo inc. Scripsit præclarè magnus Ecclesiastes. 5. char.Vide Ias. May. præceptorem meum.l.præscriptione.C si contra ius,vel vti.publi.22 col.Adde do.Ab.c.sedes.de resc.3.col.qui aliter tenuit,sed post eac.super literis.eo.tit.aliter dixit,quem videas 3.col. ver. secundò principaliter quæro.

Rescriptum nullum,vel elidibile,de rescript. nullo,vel elidibili nõ est opus facere mentionem.Fel.c.ex tenore.de rescr.ver. de rescripto nullo,vel elidibili.nu. 2.col.524. Adde,q Fel. hic super glo.magna ponit multas fallentias & limitationes ad ista supradicta,videlicet an de rescripto nullo,vel elidibili sit fienda mentio,quia in multis casib. est fienda mentio.etiam si rescriptum est nullum vel elidibile.

Rescriptum impetratum contra clericos & quosdam alios,non cõprehendit laicos.Fel.c.sedes.de resc.ver prima declaratio. ibi, adde etiam proilla.nu.5.col.514.& infra. Adde do. Ab.d.c. sedes 5.co.ver.hoc etiam infero.

Rescriptum continens causam finitam per sententiam,non est innatidum,quando sententia est nulla,vel non tenuit, licèt de ipsa non sit facta mentio.Felin. cap.ex tenore,de rescr. vers.de rescripto nullo,ibi,& dicit Alex num.3.col.524. Adde tu,quòd ista est maxima limitatio ad l si.C.senten.rescin. non poss. vbi dicitur rescriptum contra sententiam non valere. Vide ibi Scribentes. Adde Specu. titul.de restit.in integ.§.fi.versic.quid si causa 2.parte.

Rescriptum elidibile per exceptionem competentem tertio, an de eo sit fienda mentio: Fel.c.ex tenore,de rescr.ver.limita sextò, nisi agatur.nu.7.col.527.& inde. Adde do.Ab.d.c. ex tenore de rescr.vlt.col.

Rescriptum,per quod agitur de possessione,si non facit mentionem de possessione alterius,nullum etiam habente in se colorem, est nullum,quia de ipsa est fienda mentio.Ita Fel.c.ex tenore. de rescr.ver.allegato col.ead.

Rescriptum impetratum ab appellante ab interlecutoria, in quo Papa committit totum negotium,non potest iudex cognoscere, do tota causa,nisi inuentum legitimæ appellationis ab interlocutoria.Fel.c.causam,quæ.de rescr.ver.nec dicas in beneficialibus.nu.6.col.547.

Rescriptum recipit vires ab intellectu rescribentis.Fel. c. causam quæ.de rescr.ver.secunda declaratio.Rescriptum recipit vires. Ibidem nu.6. Adde,q iudex debet inspicere rescriptum circa modum concludendi, & non circa modum narrandi.Ita do. Ab.c.ex parte B.de fo.comp.2.not.

Rescriptum ad lites est strictius interpretandum,quàm ad beneficia ecclesiastica.Fel.c.causam,quæ.de rescr.ver. quarta declaratio.nu.8.col.548.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rescriptum ad lites impetratum per surreptionem, non est ipso iure nullum. Fel.c.ad audientiam.de rescr.col.791. Sed rescriptum ad beneficia ecclesiastica est ipso iure nullum. Felin. dicto cap, causam, quæ.de rescrip. versic. præallegato,& col.vt supra.548.

Rescriptum debet in dubio accommodari iuri communi, vt per tex.c.causam quæ.de resc. Fallit hoc,vbi apertè constat de contraria voluntate Papæ.Ita Fel.d.c.causam,quæ. de rescr. ver. quinta declaratio.nu. 9.co.549.

Rescriptum, quod non facit mentionem de processu nullo, non est surreptitium.Ita Fel.c.catrum.de rescr.ver.limita tertiò, nisi processus esset factus. nume.2.colum.372. Adde tu, glo.c. ex tenore.de resc. & c.suggestum,de iure patro.& c.cum nostris. de concess. præb.& expressè do.Abb.c.per vestras. de don. inter vir.& vxo.

Rescriptum, quod non facit mentionem de processu facto post appellationem,non est surreptitium.Fel.c.caterum. de rescr.ver. limita quartò.nu.2.col. 372.

Rescriptum secundum,etiamsi non faciat mentionem de primo, valet,dummodò dirigatur primo iudici,sic non fiat mutatio iudicis.Ita Fel.c.caterum.de rescr.ver.limita sexto. nu.2.Ibidē Rota tit.de rescr.5.decis.in antiq. Adde tu, q̃ contra hoc est casus notandus, cap. 2.de offic. deleg. iuncta glo. Ita ibi glo. intelligit text.

Rescriptum secundum,etiamsi non faciat mentionem de primo, valet,& hoc,quando in commissione dicitur,Committatur cā in eodem statu, in quo erat coram primo iudice.Fe.c.caterum. de rescr.ver.limita septimò.nu.2.Ibidem,

Rescriptum secundum,per quod datur adiunctus primo iudici,in eo est sienda mentio de statu causæ, aliter esset nullum. Ita Felin. capit. caterum. de rescr. versic. extensio secunda est.nu. 3. col. 373.

Rescriptum secundum,nedum de primo debet facere mentionem, & nedum de processu, sed de omni notabili clausula primi rescripti. Fel. c. caterum. de rescr. ver. extensio quarta.col. 374. nu. 4. Adde Fel. c. ex literis. de off. deleg.n.1.co.1056. & est bonus tex.c.2.de dolo.& cotu.

Rescriptum secundum,si super appellatione impetratur, & ante sententiam fuerst appellatum non sufficit, q̃ de casu appellationis fiat mentio, sed si post sententiam appellatur, sufficit dicere de appellatione absq; mentione primi rescripti, vel processus. Feli.c.caterum, de rescr. versi. restringuntur septem modis.col. 374. Adde tu,quod si appellatur à diffitiua, sufficit in rescripto super appellatione simpliciter impetrare,licèt de alia causa appellationis non fiat mentio. Ita Inn.c.ex literis.de off.del.

Rescriptum continens gratiam non debet facere mentionem, de primo rescripto,vel de lite.Ita Fel.c.caterum.de rescr.ver.proxime alleg.nu.3.col.375.

Rescriptum continēs dispensationem,si in eo tacetur accusatio criminis,vel eius pendentia,valet.Ita Fe.c.caterum. de resc.ver. seq col.vt §.

Rescriptum secundum speciale,non faciens mentionem de primo generali,valet Fe.c.caterum. de resc.ver.sexta restrictio. nu. 8.col.376.

Rescriptum an sit perpetuum. Felin.cap.si autem. de rescript.in prin.nu.1.col.460. Adde tu Bar.l.beneficium.ff.de const. princip.in fin.ver. quæro,quanto tempore.Vide Host.c.cum ad sedē. de rescr.

Rescriptum secundum motu proprio concessum,valet,etiamsi non faciat mentionem de primo.Ita Fel.c.caterum.de rescr. versi. septima restrictio.nu.9.co.376.Tamen ibi non bene firmat pedes,ibi vide. Adde tamen, q̃ non potest dici surreptitiè impetratum,vt ibi.

Rescriptum secundum tacens de primo,non est nullum, sed ope exceptionis annullandum.Ita Fel.c.caterum.de rescr.ver.non est nullum secundum.nu.20.col.vt §.

Rescriptum primum non dicitur revocatum per secundum,etiam si expressam mentionem faciat de primo nisi excipiatur de secundo,q.uòd incipiens instet, & instare dicitur, si appellat à reiectione exceptionis, aliter videtur, q̃ impetrans renunciauit secundo rescripto.Ita Fel.c.caterum.de resc.ver.secunda extensio.nu.17.col.382.

Rescriptum motu proprio concessum,inducit revocationem iudicis habita notitia undecunq; etiam ante præsentationē Fel. c.caterum,de rescr. ver.prima restrictio magna.nu.18.col.382.

Rescriptum secundum cum clausula decreti.valet si secus actum est,vel alia verba adsunt denotantia Papam extunc velle retractare gesta priorum iudicum, tunc processus erit ipso iure nullus. Fel.c.caterum.de rescr.ver.secunda restrictio,si in secunda litera.num.19.col.383.

Rescriptū primū non dicitur revocatū,nisi post præsentationem secundi,etiamsi index primus sciret revocationem aliunde. Ita Fel.c.caterum.de rescr.ver.extensio prima.n.17.col.382. Ad de do.Ab.d.c.caterū.ver.venio ad secundam quæstionem.

Rescriptum reprobatum an probet contenta in eo.Vide Fel.c. examinata.de ind.ver.& notandum est.nu.3.col.113. Adde, quæ posui in litera I.§.improbans rescriptum.

Rescriptum Papæ an sufficiat, q̃ in eo sit expressa prima litera impetrantis.puta G.Fel. ponit c.cum accessissent.de const.in prin. nu.1.col.156. Hodie de consuetudine curiæ apponitur nomen extensiuè vt ibi per Fel.col.ead.

Rescriptum impetratum à Papa,in quo est clausula. Volumus q̃ oīa habeantur pro expressis,quid operatur ista clausula? Vide quæ posui in litera P. §.priuilegium concessum per principem.

Rescriptum habet vim legis inter partes.Ita Fel.rub.de rescr.in prin.nu.2.col.321.vbi dicit,quòd si rescriptum remouet appellationem,nec ipse impetrans poterit appellare.Item si causa est plenaria,& agatur summariè ex forma rescripti in eodem iudicio,si reconueniatur impetrans,agetur summariè,quantumcunque causa de sui natura sit plenaria.Limita tamen, vt per Fel.d.rub.vbi §.

Rescripto impetrato, an impetrans possit renunciare inuito aduersario? Ponit Felin.rub.de resc.ver.& adeo procedunt ista. num.3.col.331.

Rescripto Papæ creditur vbi ipse interpretatur intentionem suā, etiamsi illa nunquam fuit,quia cum attendatur de animo suo, non admittitur probatio in contrarium Feli. c. cum venissent, de iudi.nu.3.ver. Statuta confirmata.col.87.

Rescriptorum pluralitas an noceat ? pone, quòd quis impetrauit plura rescripta in vna causa ad diuersos iudices,an debeat carere commodo istorum rescriptorum ex sola impetratione? an verò requiratur vsus ? Ponit Fel. c.ex tenore. de resc.in princip.col.522.

¶ *Reseruatio procuratoris,quæ fit post contestationem litis, debet fieri cum causæ cognitione, & non requiritur solum consensus ipsius procuratoris, sed etiam consensus aduersarij.Ita Felin. cap. ex parte decani. de rescr. ver.no.ex glo.quòd in reuocats. nu.27.col.865.*

Reseruatio Papæ an vitiatur ex falsa causa?Vide do.de Ro.in antiq.dec.205.inc.Item no.quòd vbi Papa.Fe.c.quòd super.ver. & an falsa causa.de fid instr.nu.3.col.834.

Reseruatio Papæ non impedit collationem ordinarij, & hoc,quando non constat, quod præcesserit.Feli.c.capitulum.de resc.versic. de duabus collationib.nu.15.col.786.

¶ *Respublica,si propter delictum vnius consortis destruit domū cōem,an teneatur socio insonti ad solutionem pretij partis? Fel. c.quæ in ecclesiarum.de const.ver. hauc declarationem tenet, etiam ibi.similiter dicit.nu.28.col.123.*

¶ *Restitutio in integrum,an sit danda illi,contra quē est præscriptum legitimè? do. Ab.c.vigilanti.de præscr.vlt.not.tenet,quòd sic,& ibi firmat,quòd dabitur restitutio in integrū, contra quē est præscriptum ex iusta causa.Idē tenet Bar.l.1.§. si quis aut. ff.de iti.actuq; priua.& dominus Ab.c.1.de præscr.penul.colum.& cons.suo 33.inc.Quidam iam 1.vol.Ant.de But.cons. suo 72.incip.Visis allegationib.Pau.de Cast cons.suo 290 dom. Ab.c.cum non liceat,de præscr.7.co.ver.circa istam partem. Adde,quòd contrarium,& malè,tenuit Bal.l.1.C. qui adm. 10.col.ver.23.oppo.& Pet.de Anch.consi.suo 166.inc.Principaliter.Adde quòd cōis opinio est cum do.Ab.& Bart. de quo vide Fel.d.c.vigilanti. de præscri.in principio. column. 193. Adde,quòd ista communis opinio fallit in aliquibus casibus, & primò,vbi esset decursa longissima præscriptio, quia non datur restitutio in integrum,tamen non firmo multum hoc. Vide Fel.d.c.vigilanti.versi.sequendo igitur. num.2.colum. 194. Item fallit in casu c.2.de præsc.in 6.quia contra illam præscriptionem non datur restō in integrū,d. Ab.c.cum nobis, de præscr.4.col.ver.ego dico.Fel.d.c.vigilanti. versi.limita secundò. nu.3.Ibi. Itē fallit,quando esset decursa per ignorantiam iustā,*

non supinam,quia esset ignorantia supina & crassa, isto casu non daretur restitutio in integrum. Imo c.fi.de præscr.46. col. ver.sed hic.Fel d.c.vigilanti.ver.limita tertio.nu.4.Ibidem. Item fallit,quando quis vult restitui contra præscriptionem decursam,quia non sciebat rem suam præscribi, sed ignorabat sibi ius competere.Fel.d.c.vigilanti in versi.limita quintò. nu. 5.col.195.vbi multa dicit circa hanc fallentiam. Item limita, quando quis vult venire contra præscriptionem inductam a statuto,vt puta,quia statutum dicit,quòd præscribens, vel hæres eius non possit molestari, tunc non dabitur restitutio in integ. Fel.d.c.vigilanti.ver.limita sextò.nu.5.col.196. Item fallit, quando quis vult venire contra præscriptionem decursam,& tamen amisit possessionem ciuilem,quia isto casu non restituetur etiam ex causa.Vide Fel. d.c.vigilanti.ver.& ideo ad perdendam ciuilem.nu.6.col.197.

Restitutio malè ablatorum,siue fiat personis certis,siue incertis, pertinet ad episcopum. Ita dicit Host.c.cùm sit.de iudæ. Facit pro opinione sua c.nos quidem.de testa. & l.nulli.C.de episcop. & cler. & videtur,quod sit glo.ord.de hoc.cap.2. de pœni.& remissin 6. & est consilium Frider.consil suo 333. inci. Reuerende domine.Vide do.Abb.d.c.cum sit.2.colum.vers.sed circa prædicta.& ibi Fel.ver. extra glo.dicit Hostien.nu. 3.col. 979.Adde,quòd contrarium tenuit Arch.c.fi. de testa.in 6. vbi indistinctè dicit,q. quilibet potest restituere mala ablata, sine licentia episcopi.Idem tenet Bald. d.l.nulli.2.col. ver. sed iuxta. Vide Feli.d.c.cùm sit. ver.sed contrariam partem. nu. 4.col.980.vbi multa adducit pro ista opin. Archid. Adde tu, pro conclusione istius materiæ,in qua Doctores fuerunt varij,et dic,quòd si male ablata non constant, nisi per confessionem factam in foro pœnitentiali coram sacerdote,creditur sibi, si dicit se restituisse, & non requiritur licentia episcopi,domi. Abb. d.c.cùm sit.2.col.vers.item pone, & ibi Felin. vers. sed facio duas conclusiones.nu.5.col.ead. Secunda conclusio, vbi malè oblata constant in foro contentioso,tunc non sit distributio sine licentia episcopi, & hoc,quia episcopus est pater pauperum.do. Abb.d.c.cùm sit.2.col.ver. sed circa. & ibi Felin.ver. prædicto.col.ead.tertia conclusio,vt esset executor bonæ famæ & opinionis, tunc posset solus sine licentia episcopi distribuere male ablata.Vide Felin.d.c.cum sit.ver.tertia conclusio.num.7.Ibidem. Et hoc quando testator in suo testamento reliquit pro malè ablatis incertis aliqua distribuenda inter pauperes per executores sui testamenti,de quo vide do.Ab.d.c.cùm sit.versi. & circa prædicta.

¶ *Restitutus non dicitur quis nisi consequatur plenariam restitutionem corporalem.& pacificam possessionem,dom. Ab.ca. venerabili.de offi.deleg.1.not. Adde glo.c.quamuis.de resc. in 6. in gl.magna,& gl.c.1.de restis.in integ.in 6.verbo,beneficium glo.fi.l. Attilicinus.de ser. rusti.prædi. Ant.de But. consi.19. inci. Quod hic agitur.2.col. Adde Fel.c.venerabili. de off. deleg.1.ver.num.1.col.1088. vbi dicit,q̃ hoc fallit,quando agitur de præiudicio tertij.*

¶ *Retractatio actus an sit pœna? & videtur dicendum,q̃ non,eo quia glo.c.2.de const.verbo,dispendijs, ponit retractationem actus & damnum,vt diuersa,& hoc modo ponderat illam gl. ibi do.Ab.1.col.vers.in gl.in verb.dispendijs.Et pro ista opinio est tex.c.si quis.de reb.eccle.non alie.l.eius qui, delatorem.ff. de iure fisci. Adde,q̃ imò videtur,quòd retractatio actus sit, pœna,de quo est tex.c.religiosus. de ele.in 6.l senatus. ff. de contrahen.empt.c.cùm secundum.de præb.gl.c.decet.de immu. ecclesiin 6.verb.processus.Vide Fel.in materia ista d.c.2. de constit.versin gl.in verbo,dispendijs,nu.3.col.61.*

¶ *Reuelare an quis tenetur proditorē,qui iurauit interficere principem, vel offendere rempubl. vel alios? Vide per Felin.capit. 1.de off.deleg. ver. secundò fallit in subdito.nume.4.col.915. Adde quid de clerico, an etiam ipse tenetur reuelare proditorem?.& reuelando vtrum efficiatur irregularis, si mors sequatur ipsius proditoris ? Vide per domi. Abb.c.Petrus.de homi.in fin.*

Reuelare an quis teneatur tractatum ei, de morte cuius agitur, & etiam clericus? Bar.l.verum.ff.ad l.Pomp.de parti. dicit, q̃ famulus qui scit delictum paratum,si non reuelat, tenetur, Idem in filio contra patrem. Idem in vasallo contra dominū. Et idem in subdito contra principem suum. Idem tenet dom. Abba,capitu.1.vlt.colum. de resti. spol. & do.Abb.c.Petr. de homi.in fi.Et in istis duobus locis do. Abb.vult, q̃ hoc, habeat locum etiam in clerico.q̃ debet reuelare. Adde q̃ illud dictum Bar.est reprobatum.Bal.consi.suo inci.Quanquam nulla dicta.Vide lo.de Ana.rub.de his,qui fi.occi. Et contra Barto. tenet Sali. l.plura.C.de rap.vir.Vide Felin.d.c.Petrus.versi. fallit primò ista conclusio.nu. 3.col.1036.

¶ *Reuerentia sola,quam quis habet ad parentes,vel ad alios, an causat sufficientem metum ad irritandum actum a libera voluntate dependentem? Ant.de Bu.d.c.cum virum,de reg. 2.colu.dicit q̃ in actu liberæ voluntatis sufficit sola reuerentia ad irritandum actum,& q̃ doctrina Inn.c. causam matrimonij. de offi.dele.& Bar. l.a.§.qui honorandā. qui requirunt metus verborum,vel verberum,non habet locum in actu liberæ voluntatis,& dicit q̃ tex.est de hoc d.c.cum virum. Adde q̃ Feli.d.c.causam matrimonij.videtur sentire contra Ant.de But. Ibi eum vide,ver.tertia declaratio est ista.nu.5.col.977. Adde tu,q̃ pro opi.Feli.& do.Abb.ibi facit no.dictum Bal.l.fin. C.de adop vbi dicit,quòd taciturnitas filij,quem pater facit mo nachum,habetur pro consensu Et adde,quòd idem tenet dom. Abb.c.nonne.de præsump.4.col.ver.item fallit vbi dicit quòd si seruus ordinetur sciente domino & non contradicente, videtur consentire,quamuis videatur habuisse respectum ad ecclesiam,quæ mater est omnium,vt dicit tex.c. qui abstulerit. 12. q.2.& tamen sola reuerentia non irritat. Adde ad ista quæ posui in litera M.§.matrimonium contractum patre cogente.*

¶ *Reuersurus de proximo est expectandus,de quo vide,quæ posui in litera D.§.dilatio an sit danda. Et no.contra istos iudices,qui statim procedunt contra absentes.*

¶ *Reuersus ad fidem quomodo iuret.Vide tex.c.tibi Domino. 63. distinct.*

¶ *Reuocatio procuratoris,quæ sit per mortem,operatur suum effectum,etiamsi non est intimata.Fel.c.ex parte decani.de rescri. versi.fallit nonò.nu.20.col.861.*

Reuocatio procuratoris,etiam non intimata,valet quando est factus vnus ribaldus,vel inimicus domini,vel qui alias conditionem mutauit. Fel.c.ex parte decani.de reser.ver.fallit decimò quando.nu.21.col.861. Adde tu limitando ista, nisi sit procurator ciuitatis,vel vniuersitatis,constitutus ab administratorib. ciuitatis,quia propter mutationem status non tollitur,neq; desinit esse procurator,vt est casus l.q̃ si fortè.ff.de sol. Adde Bal. l.mandatum.C.mand.6.col.

Reuocatio procuratoris dati ad gerendum aliquod negotium cū certa persona,ad hoc,vt valeat ipsa reuocatio,oportet, vt intimetur non solum ipsi procuratori.sed etiam ipsi personæ, cum qua debebat agere.Ita Fel.c.ex parte decani.de resc. ver. tertia regula.nu.22.co.862.

Reuocatio procuratoris destinati ad contrahendum cum non certa persona,an sit notificanda ipsi procuratori soli, an verò est, etiam notificanda alijs? Ponit Fel.c.ex parte.de rescr.versic. quarta regula.ibi.nu.23.col.862. Et in ista materia Bar.& alij fuerunt varij,ibi vide diffusè.

Reuocatio procuratoris iudicialis debet intimari iudici, vel parti,aliàs gesta per ipsum tenent.Ita Fe.c.ex parte decani,de rescr.ver.quintaregula.nu.24.col.863. Adde quod pulchrū est videre,si notitia iudicis de reuocatione inducat nullitatem processus ipso iure,& dic, quòd sic, si autem est facta parti.& sic soli aduersario, notitia inducit nullitatem processus ope exceptionis.Ita Fel.ver.allegato,col.vt §.

Reuocatio procuratoris,quæ publicè fit, debet fieri tali tempore, quòd possit venire ad notitiam contrahentiū,aliàs ascribetur mora & culpæ domini. Fel.d.c.ex parte decani.de resc. ver.postremò scias,quòd in illis casib.nu.26.col.865.

Reuocatio procuratoris an sit notificanda ipsi procuratori,an verò sufficit,quòd constet procuratorem sciuisse reuocationem, quo modocunque sciuerit.Vide Felin.cap.cum contingat. de rescri. versi. limita secundo conclusionem. numero 9. colu.646. Adde tu, an reuocatio procuratoris sit notificanda ipsi procuratori,siue sit ad lites,siue ad negotia constitutus ? de quo vide l.si mandauero.& l fundi.ff.de acquir.poss.per glossi.cap.2. de procur.in 6.& per glo.cle.1.de renunci. & plene per Cy.l.eius. ff.si cert.pet.& Bald.l.mandatum.C.mand.per Iac.de Bel. l.1.ff.quod iussu. Adde Baldum & Paulum de Cast.d.l.eius. ff.si cert.pet. Bar.& alij.l.1.C.de satisda. & l.qui hominem. §. si Titium. ff.de sol.& l.non solum. §. marte.ff.de no.ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. pecu. Bal. l. si procuratorem. de proc. & l. pacta. C. de pa. & tit. de pace Constan. ver. imitatur. Notant Doctores Canonistæ 6. ex parte decani. 9. col. de rescr. & c. si. de procur. in 6. ibi Ioan. And. Adde Felin. d. c. ex parte decani. ver. secunda regula. nu. 7. col. 855. An istud habeat locum in maleficijs puta commisi alicui, vt interficeret aliquem postea revocaui, sed non notificaui, an tencor de delicto? Ibi vide Fe. nu. 8. ver. & procedit. col. vt §.

Revocatio institoris facta à domino, oportet, quòd publicè conscribatur, alias non habetur pro revocato ipso institore, Fel. capit. ex parte decani. de rescr. ver. revocatio procuratoris. num. 7. col. 852.

Revocatio procuratoris constituti ad contrahendum matrimoniũ, an sit notificãda procuratori, ad hoc, vt valeat. Et adde, si matrimonium contrahatur post revocationem procuratoris, quãuis non fuerit notificata ei, an tale matrimonium teneat? Vide Felin. c. ex parte decani. de rescr. ver. fallit primò ista regula. nu. 9. col. 853.

Revocatio procuratoris constituti ad compaternitatem contrahendam, an sit notificanda procuratori, ad hoc, vt valeat, & si compaternitas contrahatur post revocationem procuratoris, quamuis non fuerit notificata ei, an valeat talis compaternitas? Vide Fel. c. ex parte decani. de rescr. ver. dictum c. si. de proc. num. 10. col. vt §.

Revocatio mandatarij constituti ad maleficium committendum, notificanda est ipsi mandatario, aliàs revocatio non valet, sed mandans tenetur de delicto. Ita Fel. cap. ex parte decani. de rescr. ver. & procedit ista regula. nu. 8. col. 853. Adde tu, q. istud fallit, quando mandatarius recusauit mandatum, quia isto casu mandans non tenetur de delicto secuto, & per consequens, non tenebatur notificare revocationem. Ita Bal. l. si litera. C. mandat. in fi. & l. 1. 4. col. C. de seruis fugit. Bar. l. qui aliena. § si is, qui. ff. de acq. hared.

Revocatio procuratoris constituti ad acceptandum beneficium, an sit notificanda ipsi procuratori, ad hoc, vt valeat. Adde, an matrimonium spirituale contractum per procuratorem revocatũ, cui non fuit intimata revocatio, valeat? Ponit, Felin. capi. ex parte decani. de rescr. vers. amplia tertiò etiam in materia. num. 11. col. 853.

Revocatio procuratoris, etiam non intimata, valet, vbi agitur solum de præiudicio constituentis, & gesta per ipsum sunt nulla. Ita Fel. cap. ex parte decani. de rescript. ver. sicul. fallit tertiò ista secunda. numero 18. column. 859. Adde tu in simili, q. vbi agitur solum de præiudicio constituentis, ipse constituens potest ratificare gesta sui procuratoris revocati, in sui præiudicium. Ita Bartol. l. dispensatorem. ff. de solut. & l. quo enim. § Iulianus. ff. rem ratam habe. Adde Bald. l. falsius. versicul. secundò præmitte. C. de furt. & Bart. consil. suo, inci. Factum tale est.

Revocatio nuncij etiam non intimata, valet adeo, quòd gesta per ipsum nuncium sunt nulla, etiamsi ista nullitas alteri nocet. Felin. capit. ex parte decani. de rescrip. ver. fallit sextò in revocatione, nume. 18. colum. 836. Adde tu, quòd Felin. ibi non bene aderit, an gesta per nuncium, etiam sine mandato. possint validari per dominum ratihabitione? in qua quæstione reperio quòd Barto. fuit varius, quia l. qui autem. §. constituere. ff. de const. pec. & l. multum. §. fin. C. si quis alte, vel si: tenuit, q. dominus non potest ratihabitione validare gesta per nuncium qui non habet mandatum, & postea l. certe. ff. de preca. tenuit contrarium, sed communis opinio est, quòd non possit, quam tenet Bald. l. falsus. C. de furt. & Barto. legibus suprà allegatis.

Revocatio procuratoris, etiam non intimata, valet, quando revocans mandatum & mandatarius censentur vna persona. Felin. c. ex parte decani, de rescrip. vers. fallit septimò. num. 19 col. 761.

¶ Reus accusatus de crimine, & per testes conuictus, an possit probare negatiuam indirectè per alios testes de veritate deponentes? Vide, qua posui in litera C. §. crimen si est probatum expresè.

Reus in criminalibus non potest renunciare productioni testium? Vide quæ posui in litera D. §. testium productioni non potest renunciare reus.

Reus solus potest petere, vt testes examinentur ad perpetuã rei memoriam, ratio est, quia non potest cogere actorem ad agendum l. 1. C. vt nemo inuitus. & propter hoc posset perire facultas probandi, ideo cõceditur reo vti isto remedio extraordinario, quia regula est, vt lite non contestata testes non recipiantur. Vide d. Ab. c. significauit. de testi. 4. col. ver. expedita est hæc gloss. & Bar. auth. sed & si. C. de testi. Vide Fel. d. c. significauit. ver. prima conclusio, reus potest. nu. 5. col. 698.

Reus non tenetur respondere positionib. post conclusionem in causa. Vide, quæ posui in litera P. §. positionibus.

Reus an possit vti in iudicio diuersis instrumentis contrarijs, adeò q. ipsa contrarietas ei non noceat? Vide quæ posui in litera C. §. contrarietas in reo.

Reus in criminalibus non potest renunciare defensio. Ita Feli. cap. si diligenti. de foro comp. ver. secundum corollarium. nu. 3. col. 182. & inde nota. quòd per pactum non potest renunciari in criminalib. defensionib. suis, & ad hoc semper allegatur gloss. illa in practica, l. pactum. inter hæredem. ff. de pact. quam allegat Fel. d. c. si diligenti. d. ver. col. vt §. Tamen. secundũ Ange. Ful. Pa. de Ca. ibi d. l. pactũ. assessores & iudices maleficiorũ quotidie seruant contrariũ, quia faciunt inquisitos renunciare defensionib. suis, iuxta glo. l. 1. ff. de furt. Bald. l. cum dilecti. de appel. Et circa hoc Ang. d. l. pactum. multa verba effundit Pau. de Cast. breuiter dicit, q. ista glo. procedit, quãdo reus nõ est confessus delictum, aliàs procedit communis opi. & practica per l. addictos. C. de episc. aud. & l. addictos. ff. de pœnis. Verum quia illa glo. d. l. pactum. est famosa & vtilis, ideo plenè ponam hic eius intellectum cum limitationib. Adde ergo in primis q. Bal. in multis locis dicit illam glo. esse sing. & vnicam in iure, c. cùm non ab homine, de iud. & c. cum venissent. in fin. de testi. c. quoniam contra. 20. col. de prob. & c. pastoralis. de excep. & in additionib. quas fecit super 6. lib. Decretalium, rub. de in integ. restit. Et ideo Bal. l. vnica, 15. col. C. de confessis. singulariter ibi extendit illam gl. quòd procedit, etiam si in renunciatione interuenerit iuramentũ. Adde, quòd Bal. dicit d. c. cũ non ab homine. vlt. col. quòd si statutũ dicit, quòd si aliquis vulnerauerit aliquem, puniatur in centum, quæ si soluere noluerit, vel non potuerit intra mensem, amputetur ei manus, quòd termino huius mensis renunciare non poterit, quia per hoc renunciatur defensioni. Adde etiam Bar. l. custodias. in fi. ff. de pub. iud. vbi tenet, quòd damnatus ad mortem, non potest renunciare dilationib. indultis a lege, vel statuto. Adde etiam Bal. auth. iubemus. vbi Ang. & no. Sal. C. de iud. qui dicunt, quòd in criminalib. non potest renunciari probationib. Limita primò illã gl. d. l. pactum, quando reus sponte confessus est delictum, & iudex dedit sibi terminum 7. dierũ ad faciendũ suas defensiones, deinde reus renunciauit tali termino, certè iudex pòt facere eum statim insticiari, quia renunciauit solum dilationi. Ex quo constat, quòd nulla defensio sibi competat. Ita limitat Bal. l. si accusa. 2. col. C. de accus. Et dicit, quòd ita practicatur. Et idem Bal. d. l. pactum. & l. quoniam. 2. col. ff. de prob. Imò generaliùs dicit Bal. rubr. de pac. pen. col. quòd totus mundus statuit, quòd sponte & solenniter confessus delictum in iudicio pòt renunciare defensionib. in causa capitali. Et ita limita glo. illã d. l. pactum. ff. de pact. Et subdit Bal. se non curare si extra iudicium fuit confessus an per tormenta. Adde Bal. c. significante. de appel. 2. col. vbi quærit, pone, quòd latro, qui nullam potest habere defensionem, vel adulter, vel homicida confiteatur maleficium, & iudex dat ei dilationem 8. dierum ad faciendas defensiones. iuxta l. 3. §. ad rem. ff. de re mili. postea die sequenti facit eum renunciare dilationi, & postea eum condemnat ad mortem, an licitè facit. Arguit ad partes, & postea concludit quòd sic, vt ibi per eum. Adde etiam quòd no. Bal. l. a procedẽte. C. de dilatio. quòd si aliquis confessus est, & non obstante cõfessione petita a iudice terminum ad se defendendum, quòd iudex potest ei denegare terminum, quia maleficium est notorium & potest procedere ad condemnationem. Vide etiam Bald. l. cùm reis. C. de pœnis. Limita etiam illam glo. d. l. pactum. secundũ Bal. l. pe. C. de pact. ad fi. vbi eum vide. Limita etiam illã glo. d. l. pactum. etiam in reo inuento fragrãti in crimine, qui pòt renunciare dilationib. & defensionib. Imò sibi nulla debet dari dilatio, vel defensio, vt est gl. l. illius fustium. ff. de infam. secundũ Bal. l. vt vim. ff. de iust. & iure. quẽ sequitur Lud. Ro. in rep. rub. ff. de arb. 16. col. Limitatẽ, quãdo reus diceret se nõ habere defensionẽ. secundũ gl. sing. l. 1. ff. de fur. Quã Bal. ita not.

no. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. Lud. Rom. rubr. ff. de arbi. Aliam limitationem ponit Bald. c. cum venisset. in fin. de testib. Et illa est magna limitatio, quam videas. Adde ad ista Fel. d. c. cum venisset. de testi. ver. secunda conclusio, nu. 4. col. 613. vbi non explicat bene. Ideo hic posui omnia, quæ dici, possunt. quare iunge cum illis.

Reo an possit reuocare negationem, quam fecerat in iudicio inuita parte, vel iudice? Vide quæ posui in litera N. §. negatio an possit.

Reus excommunicatus an possit cogere actorem, vt prosequatur iudicium ex beneficio auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Item an possit intentare remedium l. diffamari. C. de inge. & manu. Vide per Fel. c. intelleximus, de iud. vers. secunda declaratio. nu. 7. col. 61.

Reus absoluitur ab instantia iudicij propter ineptam actionem et intentionem, tamen, si constat de iure actoris, sententia debet poco ferri. Fel. c. examinata. de iud. ver. ex. dictis hic per Ab. nu. 1. col. 111.

Reus, qui confessus est crimen, post instantiam statutariam si condemnetur, vtrùm sententia sit nulla, ex quo lata est post instantiam? Vide per Fel. c. venerabilis. de iud. ver. quartò limita. ubi post nu. 17. col. 139. Adde, quid de reo, qui confessus est debitum post instantiam? Vide per Fel. loco prædlle.

Sententia debet ferri sub modo. Fel. de simo. c. in tantum. ver. secunda conclusio. nu. 5. col. 922.

Sententia diffinitiua an possit probari sine subscriptione testium? an verò requiratur subscriptio? Vide, quæ posui in litera A. §. Alia iudicy an probent.

Sententia, pro ea præsumitur etiam pendente tempore ad appellandum, & etiam pendente appellatione, do. Abb. c. quoniam contra. de prob. 13. col. ver. & ideo, si cura. vbi dicit, quòd præsumitur pro rectitudine sententiæ, non autem pro processu. Adde, quòd Fel. d. c. quoniam contra. idem tenet, ver. secunda conclusio, pendente tempore. nu. 22. col. 460.

Sententia si transiuit in rem iudicatam, pro ea præsumitur, & hoc intellige sanè, dũ modò de rectitudine processus nihil tangatur. Ita do. Abb. c. quoniam contra. de proba. 13. col. ver. venio ad tertiũ. Et istud omnes ibi tenent. Vide Fel. d. c. quoniam contra. ver. tertia conclusio. nu. 23. col. 461. Adde, quòd hoc fallit, quando esset expressus error in ipsa sententia, & hoc contra ius scriptũ, do. Abb. loco præall. Idem tenet Bal. d. c. quomiã contra. secus, si contra ius litigatoris, quia imputatur parti, quæ non appellauit. Vide per Fel. d. c. quoniam contra. ver. fallit primò, nisi in sententia. nu. 24. ibidem. Item fallit ista conclusio, quando apparet; clarè de iniustitia sententiæ, do. Abb. d. c. quoniam contra. 14. col. ver. quãdoq;. Et idẽ tenet Ieno. ibi. & Inno. c. in præsentia. 9. col. de renun. Adde Fel. d. c. quomã contra. ver. fallit secundo, nisi appareat. nu. 25. col. ea. Sed dubiũ est, an talis sententia lata notoriè contra iustitiam sit ipso iure nulla? an veniat annullanda? do. Abb. tenet, quòd sit nulla, c. inter cæteras. de re iud. Vide per Fel. d. c. quoniam contra. ver. sed stat difficultas. nu. 26. col. prædicta. Item fallit ista conclusio, quando error non est expressus in sententia, sed in actis, & iudex, quando tulit sententiam, refert se ad acta, quia sententia, etiam si transiuit in rem iudicatam, est nulla, & volens eam impugnare, eò quia error sit expressus in actis, audiretur. Ita do. Abb. d. c. quoniam contra. de prob. 14. col. ver. quãdoque nõ continet notoriã. Bar. l. 1. C. de erro. cal. ver. quandoq; non est expressus. Ant. de But. in repe. c. ab excommunicato. tit. de rescri. 6 col. Tamen intellige istud, quando iudex refert se ad acta simpliciter, & non causatiuè, puta, quia dicit, Visis testib. visis instrumentis, & non fundat se aliter in actis. Sed si diceret, Visis testibus qui sic dixerunt, tunc secus. Bal. l. 2. in prin. C. de rei vendi. Fel. d. c. quoniam contra. nu. 27. col. 462. In materia ista vide Fel. d. c. quoniam contra. incipiendo à vers. fallit tertiò ista conclusio secundum vnam opi. satis late in aliquot col.

Sententia si transiuit in rem iudicatã, si de facto pars fuit admissa per iudicem cõpetentem ad disputandum de iniustitia ipsius sententiæ, & apparet de iniustitia, ipsa sententia debet retractari, & hoc intellige, si pars aduersa non fecit exceptionem rei iudicatæ, quia imputandum est parti non opponenti. Ita do. Abb. c. quoniam contra. de prob. 15. col. ver. sed dubiũ est. Et idem tenet ibi Ant. de Bu. & Imo. & Fel. ver. fallit quarto prædicta conclusio. nu. 29. col. 464. Adde, quòd istud videtur contra illud quod no. c. inter monasterium. de re iud. vbi dicitur, q̃ sententia cõtra sententiã, quæ transiuit in rem iudicatam, nõ valet, illud est verum, nisi appareret de iniustitia ipsius sententiæ. Ita respõdent Ant. de Bu. & Imo. d. c. quomiã contra. Et cũ ista opi. transit Fel. d. c. quomiã contra. ver. prædicto, vbi de hoc. Verum est, quòd, si pars opponit de re iud. & iudex procedit ad vlteriora, processus est nullus, ac si pars non appellaret. Ita Fel. d. c. quoniam contra. versi. nota tamen duo. nu. 30. col. 465.

Sententia an præsumatur lecta? Flori. l. ab eo. ff. de proba. Ang. l. fi. C. de sen. ex breui. reci. Adde Fel. d. c. quoniam contra. de proba. versic. & per prædicta superfluè quæritur. nu. 32. col. 466. Et ibi multas remissiones habebis.

Sententia arbitri, vel arbitratoris, pro ea præsumitur, sicut pro sententia iudicis. Ita do. Abb. d. c. quoniam contra. de prob. 19. col. versic. circa prædicta. Dy. consi. suo 13. inci. Ptolemæus Io. And. in Spe. ti. de arb. §. sequitur. ver. item quid. Bald. Ant. de But. d. c. quoniam contra. & ibi Imo. Ant. de Bu. consi. suo 28. incip. Hæc quæstio dubia. Adde Fel. d. c. quoniam contra. ver. sexta conclusio? Pro iustitia. nu. 37. col. 470. vbi dicit, quòd potest attentari, quòd nunquam pro arbitratore præsumatur.

Sententia diffinitiua quomodo cognoscatur ab interlocutoria? Est glo. cle. 1. de sequest. pos. & fruc. verbo, diffinitiua. & Ang. l. ex stipulatione. C. de sen. qui dicit, quòd omnis vox iudicis est interlocutoria. Et Bal. l. arbitro. ff. qui satisd. co. 3. col. do. Car. repe. c. perpendimus de sent. exc. 33. col. Do. de sanct. Gemi. 2. q. 1. in summa. 3. col. Et hoc est vtile scire, quia de iure ciuili non appellatur regulariter ab interlocutoria; & etiam in curia Romana. Vide Fel. rub. de re iud. vers. circa diffinitionem interlocutoriæ. num. 2. colum. 338.

Sententia diffinitiua lata parte non citata, non valet, fallit hoc, quando vtraq; pars est præsens in iudicio, quia etiam quòd non sit pars citata, valet sententia. Bal. l. ne quicquam. §. vbi 7. col. C. de accus. & omnes ibi eum sequuntur.

Sententia diffinitiua nulla, lata à delegato ad vnam causam, vel ad plures, an faciat, quòd expiret eius iurisdictio, adeo, q̃ amplius nõ possit se impedire? Vide, quæ posui in litera D. §. delegatus Papæ, vel principis si tulit sententiam. & §. delegatus ad vniuersitatem causarum & §. delegatus ad vnam causam.

Sententia lata super exceptionibus, an sit interlocutoria? glo. 2. cle. fi. de ap. dicit, quòd est interlocutoria. Idem tenet do. Card. consi. suo 74. ver. ad quintũ. Fel. rub. de re iud. ver. dũ dicitur sententiam super exceptionibus. nu. 8. col. 344. Adde & limita, q̃ quando iudex nõ pronunciat directè super exceptionibus sed super petitionib. actoris, quòd tunc talis sententia dicitur diffinitiua, non interlocutoria. Do. de sanc. Gem. c. 1. de li. conte. in 6. pe. col. Card. d. cle. fi. 2. col. Vide Fel. d. rub. de re iudi. c. versi. secus, quando principaliter & directè. Ibidem, nu. 9. Item limita, quando iudex pronunciat super exceptionibus directè, & nulla tamen alia expectatur sententia, quia tunc talis sententia erit diffinitiua, non interlocutoria, de quo vide Fel. rub. de re iudic. ver. limita secundò prædicta. nu. 10. col. ead.

Sententia lata per pecuniã, est ipso iure nulla. Fel. de simo. c. tuanos. nu. 5. col. 918. Hæc conclusio fallit multis modis, vt ibi.

Sententia, an illius appellatione veniat sententia arbitri? do. Abb. c. 1. de arbi. Vide Fel. rub. de re iud. ver. scias etiam, quòd appellatione. nu. 7. col. 342.

Sententia lata in causa summaria, an sit diffinitiua. Text. cle. sæpe. de ver. sig. appellat illam diffinitiuam. Contrarium tenet Ang. consi. suo 112. incip. quidam periȝ. et do. Alex. Imperiũ. ff. de iurisdi. iudi. Vide Fel. rub. de re iud. ver. & si pronunciatur. nu. 15. col. 347. vbi latè de hoc.

Sententia, quæ inducit purgationem, est interlocutoria. Fel. rub. de re iud. versic. sententia inducens purgationem. nume. 15. colum. 348.

Sententia, per quam imponitur silentium, est diffinitiua. Bald. l. præses. in fin. C. de sen. Et idem est, si imponitur silentium per casum l. diffamari. C. de inge. & manu. Fel. rub. de re iud. nume. 16. col. 348.

Sententia diffinitiua est illa, per quam quis cogitur cauere, vel satisdare, & hoc, quando principaliter hoc fuit petitum, secus, si incidenter. Bart. l. 1. § fi. ff. de præto. stip. Adde Felin. rub. de re iud. versi. sententia, quod quis caueat, vel satisdet. nu. 18. col. 349.

Sententia diffinitiua lata contra absentem citatum, qui veniret ad iudicium, & non potuit propter ineuitabile impedimentum, si iudex scit hoc, sententia est nulla ipso iure. Text. l. quæsitum. ff. de re iudi. & ibi Bar. do. Abb. c. in nomine Domini. de testi. 4. col. versi. quæro, quid si pars. ibi, post multa. Idem tenet Fel. d. c. in nomine Domini. versi. & ex hoc dicto Doct. collige. nu. 18. col. 498. Adde, quid si impedimentum citati non comparentis non fuit notum iudici, an sententia sit nulla ipso iure? Io. And. disputauit istud in regula. præsumitur. de reg. iur. in 6. do. Abb. d. cap. in nomine Domini. 5. col. dicit, quòd exceptio testium, aut sententia non est ipso iure nulla, sed potest retractari, si hoc postulauerit pars. Io. And. d. regula præsumitur. dicit, quòd ex quo pars est citata, sententia non est nulla, aut receptio testium, sed pars absens debet restitui ad opponendum contra personas testium, ac si comparuisset, & sic vult, quòd dicta testium remaneant, do. Abb. tenet opi. Io. And. procedere, vbi citatio ad domum facta, valet, aliter non. Vide Fel. d. c. in nomine Domini. ver. quid autem si impedimẽtum. nu. 19. col. vt suprà.

Sententia lata ad dicta testium inhabilium, non reprobatur, etiãsi offerantur probationes super inhabilitate, do. Abb. c. super eo. il 1. de testi. in prin. fallit hoc, si fuit appellatum; quia in causa appellationis poterit obijci de inhabilitate testium. Ita ibi do. Abb. Adde Fel. d. c. super eo. in prin. nu. 1. col. 559.

Sententia lata super statu alicuius personæ, an sit bonæ famæ, vel malæ famæ, facit fidem in quocunq;. Vide do. Abb. c. super eo. il 1. de testibus. 3. no. Adde Fel. ibi, etiam in prin. nu. 2. col. ead.

Sententia si inuentatur, intelligitur de diffinitiua, non interlocutoria. Felin. cap. cum olim. de testi. versi. in glo. fin. ibi, nam si. nu. 5. colum. 649.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententia potest pro parte executioni mandari, & ratio est, quia non est de his, quæ uno contextu expediri debent, vt est testamentum, & electio. Ita do. Abb. c. veniens. de testi. 1. not. Adde ibi Fel. qui idem tenet, in prin. nu. 1. col. 676.

Sententia diffinitiua lata post appellationem ab interlocutoria, non est executioni mandanda, & hoc pendente ipsa sententia interlocutoria, do. Abb. c. veniens. de testi. 7. not. Vide Felin. ibi in princ. vbi suprà.

Sententia est ferenda inter Græcos à iudice Latino verbis Græcis, etiam est ferenda sententia verbis vulgaribus inter vulgares. Bar. l. iudices. C. de sen. & interlo. om. iud. & vide Fel. rub. de const. ver. vlterius vltra omnes. num. 7. col. 32.

Sententia lata post tempus præfixũ à statuto, est nulla. Ita Fel. c. de causis. de off. deleg. ver. gl. in ver. prorogetur. nu. 7. col. 933. Limita istud secundum ea, quæ dicta sunt per Fel. loco præalleg.

Sententia debet esse cõformis libello, & dicit gl. c. dudũ. de deci. in gl. fi. quòd talis præsumitur sententia, qualis libellus. Vide Fel. c. licèt de simo. qui tex. allegatur ad hoc, ver. item extra gl. semper allegatur. nu. 28. col. 907. vbi ponit multa circa hanc materiam. Adde & limita istam conclusionẽ nõ habere locũ in causis summarijs, in quibus sufficit pronũciari iuxta petita. Io. An. d. c. licèt. Vide ibi Fel. versi. & primò limita. nu. 19. col. 908. Item limita, dum modò sententia veniat in consequentiam petiti. Ita Pe. de Anch. c. pe. de app. 4. no. Fel. d. c. licèt. ver. secundò fallit. Ibidem, nu. 20. Item limita, nisi iudex pronunciauerit super tacitè petitis. Io. de Ana. d. c. licèt. Tamen Fel. ibi versi. tertiò limita. Ibidem. nu. 21. reprobat opi. Io. de Ana. & bene. Item limita, quãdo in petitione præsumitur aliquid de necessitate, quia etiam, quòd illud nõ sit expressum, poterit tamen iudex super illa pronunciare, gl. est c. cõstitutus. de reli. do. verbo, iuxta ratam. Fel. d. c. licèt. ver. quartò limita. Ibidẽ, nu. 22. Item limita, quãdo iudex sententiat super re, quæ habet pertinentias, quia etiã q. de illis nihil dicatur, tamen iudex poterit ferre sententiã super illis. Fel. d. c. licèt. de simo. ver. quintò limita. nu. 23. col. ea. Item limita in causa criminali, quia iudex poterit in sententia sua minuere, vel alterare vltra petita. Fel. d. c licèt. ver. sextò limita. ibi, nu. 24. Ibidem. Item limita, quando aliquid venit ex natura petiti, quia inde poterit sententiare, quia illud satis dicitur petitũ. Fel. d. c. licèt Heli. de simo. ver. septimò limita. Ibidem. nu. 25. Item limita quando esset facta implicita, vel tacita petitio, de quo vide Fel. d. c. licèt. ver. octauò limita. Ibi. nu. 26. Item limita, quãdo iudex tulit sententiã super exceptione facta ex parte rei, quia satis videtur pronũciare super petitis per actorẽ, vtputa actor petit decẽ, & reus excipit de pacto de nõ petendo, iudex pronunciat exceptionẽ non cõpetere. satis dicitur pronunciare super decẽ. Fe. d. c. licèt. ver. nonò limita. Ibidẽ, nu. 27. Item limita, quãdo iudici cõstaret ex actis, q. plus est phatũ, quàm in libello petitũ, quia ipse iudex super omni eo, quod probatũ fuerit, poterit pronunciare. Imo. c. ex tenore. de reser. in fi. de quo vide Fel. late d. c. licèt. ver. decimò limita. Ibidẽ, nu. 28. col. 909. Item limita, quãdo quis petit genus, & iudex ferret sententiã in specie Fel. d. c. licet. ver. undecimò limita. Ibi. nu. 29. Item limita in Papa, quia põt ferre sententiã nõ cõformẽ libello. Ant. de But. d. c. licèt. Host. c. querelã. de elec. Fel. d. c. licèt Heli. versi. quodecimò limita. nu. 30. col. vt suprà. Item limita in arbitratore, quia nõ tenetur ferre sententiã cõformẽ libello. Ant. de But. d. c. licèt. Bar. l. Aquilia. ff. de trãsac. Fel. d. c. licèt. ver. decimotertiò limita. Ibidẽ, nu. 31. Item limita in causa reipublicæ, vel matrimonij carnalis, vel spiritualis, quia sententia nõ conformis libello, valet, do. Car. cle. sepe. de ver. sig. 2. op. Fel. d. c. licèt. ver. decimoquartò limita. nu. 32. col. 909. Item limita, quãdo iudex ferret sententiã in iudicijs vniuersalib. seu in generalibus, vt in petitione hæreditatis, actione pro socio, quia tunc nõ attenditur libellus sed iudex poterit vltra petita sententiare, do. Abb. c. cũ ecclesia. de cau. pos. & propri. 11. col. ver. oppono, dicitur. Fel. d. c. licet ver. decimoquintò limita. Ibidẽ, nu. 32. Item limita, quãdo sententia est lata super parte libelli. Fel. d. c. licèt. ver. decimosextò limita. nu. 34. col. ea. Item limita, quãdo iudex cognoscit de pacto rei, vltra quod fuit petitũ, de quo vide Fel. d. c. licèt. ver. decimoseptimo. Ibid. nu. 35. Item limita, quãdo partes sunt cõcordes in formãda sententia, q. nõ curatur de libello. Fel. d. c. licèt. ver. decimooctauo. Ibid. nu. 36. col. 910. Item limita rõne necessitatis, q. valet sententia, & nõ curatur de libello. Fel. d. c. licet. ver. decimonono limita. vbi suprà. nu. 37. Item limita in his, quæ emergũt post, litẽ cõtestatũ, quia in his iudex multũ pot. Fel. d. c. licèt. d. ver. vigesimò limita in his. nu. 38. col. præd. item limita in sententia interlocutoria, quia valet etiã, q. nõ sit cõformis libello. Bal. l. fi. pe. col. C. de fideic. lib. Fel. d. c. licèt. versi. vigesimoprimò. ibi. nu. 39. Item limita, quando incidit aliquid pendente lite, quia super eo pronunciabitur, etiamsi in libello illud non fuerit petitum. Fel. d. c. licèt. ver. vigesimosecundò. Ibid. nu. 40. Item limita, quia in spiritualibus valet sententia nõ conformis libello, do. Abb. c. constitutus. in fi. de reli. do. Fel. vbi suprà. Item limita in causa appellationis, quia iudex aditus per viam iniustitiæ potest dicere sententiam nullam. Fel. d. c. licèt. ver. vigesimosexto. ibi. nu. 41. Item limita, quando reus confitetur, quia etiamsi libellus sit ineptus, potest ferri sententia. Fel. d. c. licet. versi. vigesimoseptimò. ibid. nu. 41. Item limita quãdo in libello essent ista verba, Peto mihi ius & iustitiam ministrari, quia valet sententia non conformis libellò. Fel. d. c. licèt versi. vigesimononò. num. 43. col. eadem.

Sententia in possessorio an sit diffinitiua, vel interlocutoria? Fel. de iudi. c. significauerunt. nu. 6. col. 144.

Sententia diffinitiua an durat post mortem sententiantis? Vide do. Car. c. perpẽdimus. de sen. exc. 4. col. & Bar. l. fi. de pœnis. & gl. magna c. Salonitana. 63. dist. Inn. c. quod ad translationem. de off. del. Pau. de Cast. l. fundi. ff. de acqui. hære. Fel. c. à nobis. il 1. de sen. exc. ver. circa quartam quæstionem. nu. 7. col. 1078.

Sententia est modus trãsferendi possessionẽ in corporalibus, ciuilem & naturalem. Fel. de iud. c. significauerunt. nu. 4. col. 143.

Sententia lata super excommunicatione est interlocutoria. Felin. rub. de senten. & re iud. nu. 15. col. 346.

Sententia continens aliquod peccatum, est ipso iure nulla. Tex. est c. venerabilibus. §. pe. de sen. exc. in 6. Fel. c. per tuas. co. ti. versi. in glo. in verso rare. nu. 2. col. 1104.

Sententia excommunicationis, quæ continet expressum errorem fũdi, an sit nulla? tu dic, quòd si iste error est super eo, quod est impossibile, tunc sententia est nulla. Archi. c. Romana. §. in vniuersitate. de sen. exc. & Io. And. c. per tuas. co. tit. do. Abb. ibi aliter dicit. Vide Fel. ver. prædicto, col. ead.

Sententia lata cõtra notorium fũdi, an valeat? tu dic, quòd est nulla. Inno. c. cùm nostris. de concess. præb. do. Abb. c. cum ad quorũdam. de excess. prælа. Do. de san. Ge. c. in tantùm. 21. dist. Fel. c. per tuas. de sent. excom. versi. & hæc quæstio dependet. num. 4. col. 1104. Adde, quòd contrarium tenet Bal. l. 1. C. ne filius pro patre. & l. cines. C. de app. Et fortè ista opinio est verior. Vide Fel. d. c. per tuas. versi. contrariam partem. nu. 4. col. vt suprà. Adde, quòd fallit, quando impossibile est, quòd illud notorium sit verum, Io. And. d. c. Romana. §. vniuersitatem. Fel. d. c. per tuas. ver. fallit primò. ibi, nu. 5. col. 1105. Item fallit in sententia interlocutoria, quia si est contra fatuum notorium, erit ipso iure nulla. Inno. c. auditis. de procu. Fel. d. c. per tuas. ver. secundò fallit. nu. 6. col. præalleg. Item fallit, quia licèt sententia non sit ipso iure nulla, tamen quando ostenditur de notorietate defectus, poterit retractari per viam nullitatis, de quo videlate per Fel. d. c. per tuas. ver. tertiò fallit. nu. 7. col. prædicta.

Sententia amissa põt probari per testes de tenore sententiæ amissæ, etiamsi dicant, quòd solum legi audierunt, etiã quòd ipsi testes nõ dicunt, quòd ipsam sententiã viderunt. Bal. l. gesta. C. de re iud. pe. col. ver. qualiter debeãt. Et dic, quòd isto casu præsumitur, quòd sententia sit scripta, do. Ab. c. sicut. de re iud. 1. col. ver. nõ nota, licèt Bal. aliter dicat, & malè. l. 1. C. de sen. ex breuic. recit. Pro opi. do. Ab. vide do. de Rota ti. de re iudic. in nouis. decis. 19. Adde Fel. d. c. sicut. de re iud. ver. octaua & vltima declaratio. Testes deponentes de tenore sententiæ, nu. 10. col. 483.

Sententia legati lata iam longo tempore, an præsumatur lata ex mandato delegatario? & hoc, quando non apparet de commissione? Vide Inno. c. cùm iure. ff. de off. deleg. & Fel. c sicut. de re iud. versi si autem quæritur. vtrum sententia iam longo tempore. nu. 32. col. 494.

Sententia arbitri, quæ est antiqua, an præsumatur lata vigore compromissi, etiã quòd de compromisso non appareat? & teneo quòd sic. de quo vide Bal. cons. suo inci. In Christi nomine, amẽ. Adde Fel. d. c. sicut, de re iudi. ver. maius dubium est in sententia arbitri. num. 33. col. 495.

Sententia lata ex causa notoriè falsa, est nulla. Felin. de sent. & re iud. c. inter cæteras. nu. 5. col. 413. Et ibidem vide de multiplici nullitate sententiarum.

Sententia

Sententia lata contra absentem, præsumitur lata magis ratione contumaciæ, quam ex eo, quòd iniustam causam habuerit ille, cõtra quem lata est sententia. Ita Fel. c. cùm Bertoldus. de re iud. ver. datur etiã doctrina quotidiana. nu. 20. col. 517. Adde & limita istam opi. Fel. multis modis, & primò, quòd non habet locũ, quãdo agitur de præiudicio tertij, quia reputatur sententia lata ex iusta causa, & non ratione contumaciæ. Pa. de Cast. cõs. suo 323. incip. Si dicta sententia, in fi. Vide Fel. d. c. cum Bertoldus. ver. sed limitantur ista, & similia. nu. 21. col. 518. Item limita, quãdo lex, vel statutum considerat sententiam in effectu, non autem absentiam illius, contra quem est lata sententia. Vide Fel. d. c. cũ Bertoldus. vbi ponit exempla de hoc, ver. limita secũdò. nu. 22. col. ead. Item limita, quando lata est sententia cõtra absentem, qui fuit præsens in tota causa, sed solum fuit absens, quando iudex pronunciauit sententiam, quia tunc præsumitur lata ipsa sententia, non ratione contumaciæ, sed quia ita iustitia postulat, do. Abb. c. pe. de re iud. 5. col. ver. illud autem. Fel. d. c. cum Bertoldus. ver. limita tertiò. nu. 23. col. 519. Item limita, quãdo probationes sunt adeo expressæ pro sententia, quia tunc præsumitur, quòd sententia sit lata contra absentem ratione iustitiæ, non ratione contumaciæ. Io. de Ana. c. fraternitatis. de hære. 9. col. & Bal. l. 2. §. 1. de contra. iud. tut. Fel. c. cum Bertoldus. ver. limita quarto. nu. 24. col. ead.

Sententia principis regulariter facit ius generale, & de hoc est tex. c. in causis. de re iud. & l. 1. ff. de cõst. prin. do. Abb. late d. c. in causis. 1. col. ver. oppo contra tex. Tamen do. Car. c. pastoralis. de sid. inst. r. dicit, quòd istud verũ est, quãdo sententia principis esset inserta in corpore iuris, vel est valde not. Quod tenet etiã Fel. d. c. in causis. ver. regulariter sententia principis. nu. 3. col. 526. Adde, quòd regula ista fallit multis casibus, et primò, vbi sententia principis est contra ius commune, & nõ inserta in corpore iuris. Ita do. Abb. d. c. in causis. 2. col. versi. primo casu, & omnes ibi, & Fel. ver. fallit primo. Ibid. nu. 4. Item fallit, quãdo lata est sententia partibus absentibus, & causa nõ cognita. Fel. d. c. in causis. ver. fallit secũdo. Ibid. nu. 5. Vide do. Abb. d. c. in causis. 2. col. ver. sed ego. Item fallit in sententia interlocutoria principis, quia nõ facit ius, nisi in duobus casibus, primo, quando est lata partibus præsentibus, & causa cognita, de quo vide do. Abb. d. c. in causis. 2. col. ver. sed tu dic. do. Alex. l. apud Iulianum. §. vtrum. ff. ad Treb. Secundo casu, quando interlocutoria est clausa in corpore iuris, do. Abb. d. cap. in causis. 2. col. versi. primo casu. Fel. ibi, ver. fallit tertiò. nu. 6. col. 527. Item fallit, vbi tenor sententiæ non patitur, quòd faciat ius generale, vtputa quia gratiosa, vel stringens se ad certum locum, do. Abb. loco vbi suprà. Fe. d. c. causis. ver. fallit quartò. n. 7. col. vt suprà.

Sententia principis sine citatione non valet. Ita Fel. c. quæ in ecclesiarum, de consti. versi. limita sextò. ibi, & infert, quòd princeps. nu. 66. col. 138. Postea ibi dicit, quòd putat, quòd valeat. Adde tu, quòd Bald. fuit sibi contrarius, nam l. fi. C. de legi. & l. 1. versic. hic quæritur. C. quomodo & quando iudex. tenuit, quòd sententia principis sine citatione non valeat. Idem tenuit Ang. l. omnium. C. de testi. Bald. in prælud. feud. Ioan. And. c. cùm olim. de re iudi.

Sententia lata contra exemptum circa exemptionem, non nocet superiori, cuius interest exemptum non esse alteri subiectum, do. Abb. c. 1. 8. col. de re ind. Fel. c. cùm accessissent. de consti. ver. ad idem bonus tex. c. 2. nu. 28. col. 170.

Sententia lata ad preces, vel per pecuniã, vel per amicitiã et amorem, quã vim obtineat? Vide gl. c. quatuor. 11. q. 3. Ang. l. venales. C. quando prouo. non est necess. tex. l. furti. §. pactus. ff. de insu. Hosti. & do. Ant. de Bu. c. tuam. de ata. & quali.

Sententia lata contra communem opi. Doctorum, non est ipso iure nulla. sicut quando est lata contra legem. Fel. c. 1. de consti. ver. sextò not. quòd. nu. 57. col. 60.

Sententia lata à iudice, qui non viderit acta, vel sine cognitione causæ, an sit nulla ipso iure, vel annullanda? in quo passu sunt multæ & variæ opiniones. Ideo vide Felin. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. in glossi. sibi, sententia. nulla. nume. 12. col. 221.

Sententia lata intra tempus breue, est nulla. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. ver. nonò ad hanc partem. num. 14. col. 223. & sequ. Vide Bar. l. prolatam. C. de sen. Fallit, si citò res est peritura. Vide, quæ posui in litera R. §. res. quæ breuissimo.

Sententia appellationis est nulla, si iudex tulit sententiam non visis actis primi iudicis. Felin. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. decimotertiò. ibi, ad idem, quod not. Bald. in Spec. nu. 16. col. 225. post prin. & vide quæ posui in litera I. §. iudex appellationis.

Sententia principis irati non est mittenda statim executioni. Vide, quæ posui in materia ista in litera R. §. reus in aliquibus casibus.

Sententia enuncians quem esse procuratorem, non probat eum esse procuratorem. Vide, quæ posui in litera P. §. procurator quamuis in sententia.

Sententia lata sub conditione, Si iurauerit, an valeat? Ponit glos. l. cùm iudex. C. de sen. & interlo. om. iud. Vide Barto. l. cum pater. ff. de leg. præstan. & l. iudex post quam. ff. de re iudic. 1. col. Adde Fel. c. cùm contingat. de off. deleg. ver. quid de sententia, Absoluo te. nu. 12. col. 1085. vbi dicit, quòd si in sententia poneretur verbum Cõdemnamus, & deinde sequeretur clausula conditionalis, talis sententia non valet. Et cum hoc concordat Bar. d. l. iudex post quam. 1. col. et Bal. l. & si seuerior. C. de insti. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eo. ti. & l. si quis filio. §. fin. ff. de iniuf. rup. testa & l. nõ dubiũ. 8. col. C. de legi. Adde tamen, quòd contrarium est verius, quia potest illa clausula sequi condemnationem. Ita Ang. d. l. iudex, post quam. & Bal. l. cætera. C. quando prouo. non est necess. Et ratio est, quòd antè quàm sententia sit absoluta, iudex potest eam corrigere. gl. est c. prædicator. 16. q. 1. & gl. l. item Labeo. §. sed si pure. verbo, pure. ff. finmi. ercis. quam glo. multùm commendat Car. c. præsentata. de arb. Ang. consi. suo 280. Sal. l. ea quidem. 20. col. C. de accus. Bal. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Fel. idem tenuit d. c. cùm contingat. vers. nu. & col. præalleg.

Sententia lata in actione, Quod vi metus ve causa, vigore iuramenti delati damnum passo, an retractetur pretextu nouorum instrumentorum? Vide, quæ posui in litera L. §. libellus, in quo quis petit partem.

Sententia in causa conuentionis & reconuentionis. si iudex vtrumque negotium vna sententia non terminauit, an sit nulla? gloss. c. 1. de mutu. petit. in glo. magna, in princ. dicit, quòd non. Contrarium tenuit glo. §. cuius in agendo 3. q. 8. pro qua tenuit Io. de Ana. l. 1. §. fina. ff. qua senten. sine appel. rescind. do. Abb. d. c. 1. de mutu. petit. 3. col. versicu. sed quia suprà dixi, tenet, quòd non sit nulla. Et sic sequitur opini. gloss. d. c. 1. & opi. do. Abb. tenuit Imo. c. 2. de ordin. cog. & Imo & Ang. d. l. 1. §. fin. ff. quæ sent. sine appel. rescind. Adde, quòd idem tenet Fel. c. 1. de mutu. pe. in prin. nu. 1. col. 255.

Sententia, quæ dicit, Condemno Titium ad dandum Sempronio decem, quia forte est debitor suus, non valet. Ita Raph. Cumã. l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. Sed do. Alex. tenuit contrarium, l. cum quo. 2. col. ff. ad leg. Falc. Adde Fel. c. accedens. il 1 vt lite non cõtesta. vers. secundò no. quòd si sententia. nu. 11. col. 283. quia videtur transire cum opi. do. Alex.

Sententia diffinitiua, lite non contestata, an ferri possit, vbi remedium missionis in possessionem cessat? do. Abba. ponit cap. tua. vt lit. non contest. 2. col. versi. oppo. contra secundum. Et ibi videtur sentire, quòd vbi non est prouisum de remedio missionis, non possit procedi ad diffinitiuam lit. non contest. Istud idem tenet ibi But. & Imo. Adde Fel. d. cap. tua. in prin. num. 1. col. 283. qui dicit, quòd communis opin. Canonistarum est, quòd licèt non possit prouideri parti per remedium missionis in possessionem, per hoc tamen non potest deueniri ad sententiam diffinitiuam. Adde, quòd contrarium tenuit Bart. in variis locis, & primò l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & ibi etiã Lud. Ro. Bart. auth. si omnes. C. si. vt se ab hære. absti. Bart. l. pe. §. cùm autem. C. ad Treb. Bald. d. l. 11. in fin. C. de testi. Salic. d. authen. si omnes. Adde Fel. latissimè d. c. tuæ. vt lit. non contest. in princ. col. vt suprà. Adde, quòd hoc fallit in causa beneficiali, in qua proceditur ad diffinitiuam lite non contest. etiam quòd non sit prouisum de remedio missionis, per tex. c. 1. de eo, qui mit. in possess. causa rei ser. in 6. ita do. Abb. d. c. tuæ. 2. col. versic. & hoc excepto casu. Et sic tene, quòd de iure Canonico nunquam procedi potest ad diffinitiuam lite non contesta. etiã quòd non sit prouisum de remedio missionis. Fallit in casu d. c. 1. de eo, qui mit. in pos. in 6. De iure ciuili teneas, quòd potest procedi ad diffinitiuam, lite non contest. vt per Bart. & alios in locis prælegatis, quando non est prouisum de remedio missionis, quod not.

Sententia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententia iniusta lata in causa beneficiali, an victor, qui habuit sententiam pro se, sit tutus, quando scit, quòd sententia est iniusta? Vide, quæ posui in litera V.§. victor qui habuit sententiam pro se.

Sententia lata in causa matrimonij carnalis, non transit in rem iudicatam, etiam quo ad tertium, do. Abb. & alij.c.cùm inhibuio, de clande.desponsa Fel.c.lator.de re iud. ver. vndecima declaratio.nu.14.col.396.

Sententia potest retractari in 15. casibus, postquam iudex est doctus de errore. Ludou. Rom.l.admonendi.ff.de iureiur.9.col. & adde Felin.c.lator.de re iud.versi. vltimò. vide circa.nume.15.col.396.

Sententia, quæ continet errorem, non tamen expressum, sed qui ex actis potest colligi, an talis sententia sit nulla? & virtum transeat in rem iudicatam? do.Abb.c.inter cæteras. de iudi.2. col.versi.sed quæro, nunquid.tenet ibi glo. & Inno. & Bart.l. vnica.C.de erro.cal.Imo.c.quoniam contra.de prob.7.col.ver. vbi autem.Vide Bald.l. 1.C. de manu. vin. vide etiam Imol. Lud. Rom.do. Alex. & Bald.l.ex diuerso.§.si ff.sol.ma.Vide Fel.d.c.inter cæteras.in prin.num.1.col.408. Adde,quòd opi. istorum recipit multas declarationes, & primò, quando sententia refert se ad acta, in quibus est error, quia tunc talis sententia est nulla,ac si in ipsa sententia error esset expressus, do.Abb. d.c.inter cæteras.3.col.versi. ex his.& d.c.quoniam 18.col.ver si sed concordando.Inno.c.cùm Bertholdus.& ibi Ant.de Bu. 8.col.versi.quintus casus.Bald.& Salic.l prolatam.C.de sen. & interlo.om.iu.Bald.c.1.de l. Conradi. Vide Fel.d.c.inter cæteras.versi.recipit tamen ista conclusio.nu.2.col.ead.Item sententia redditur nulla, quando iudex retulit se ad acta, & expresse apparet,quòd iudex errauit in iure & facto, de quo vide Fel.d.c.inter cæteras.ver.secunda declaratio, ad hoc,vt sententia.nu.3.col.409. Item sententia redditur nulla,quando iudex retulit se ad acta erronea, & illa secutus est ex causa. Fel. d.c.inter.versi.tertia declaratio. Ad hoc, vt relatio. num.4.col. 410.vbi latè tangit materiam istam.

Sententia lata ex causa notoriè falsa expressa in sententia, est nulla,do. Abb.c.inter cæteras. de re iud. 3. col.versi. venio nunc. & ibi Ant.de But. & Imo.Inno.c.1.de offic. vic. Adde Fel.d. c.inter cæteras.versi.secunda conclusio.sententia lata. num. 5. col.413. & ibi latè prosequitur materiam istam. Adde tu & dic clarius, quòd sententia lata ex falsa causa expressa, est nulla.Bar.l.qui testamento.§.item quæro.ff.de exc.tut.2.col.ver. item ex isto tex. & ibi Bald. & Ang.Adde & intellige istud, dum modò simpliciter sit causa inserta in sententia, secus, si per dictionem implicatiuam Maximè, vel Præsertim, quia tunc cùm præsumatur sententia lata ex alia causa, valebit, do. Abb.c.ficut,de re iud.4.col.

Sententia lata ex causa falsa, non tamen expressa in sententia, si notoriè constat, q ex iniusta causa profertur ipsa sententia tunc non valet.& erit nulla,d. Abb.c.inter cæteras. de re iud.4.col. ver.ad quartum.Et idem tenet Lud.Ro.l.admonendi.ff.de iureiu.10.col.ver.10.Imo.c.in præsentia de renun. 6.col. & clem. appellationem.de app.in fi.& do. Abb.c.cùm Apostolus.de cens fi.& c.2.de purg.vulg.circa fi. Inno.c. cùm Bertholdus. de re iud.do.Car.cle.i.§.fi.de fo.compe.2.col.vide Fel. c. inter cæteras.ver.tertia conclusio.nu.10.col.416. Adde & amplia supra dicta,quòd etiam si causa falsa notoriè appareat,postquam lata est sententia,tunc etiam sententia erit nulla. Fel. d.c. inter cæteras ver.ampliat,etiam si ista notorietas.nu.11.col.ead.

Sententia in dubio præsumitur lata in absentem,do. Abb.c.tenor. de re iud.4.col.ver.extra gl. Et idem tenuit cons.suo 603.inc. Cõtra sententia 1.vol.& Bal.auth.si quis.C.de eden.3.col.ver si.sed ponamus.do. Abb.c.ad reprimendum,de off.ord. in fi.Vide Fel.d.c.tenor.in prin.col.418. Adde, quòd cõtrarium tenuit Io.de Imo.c in præsentia.de renun.10.col.ver.d. Ant. Lu.Ro.l. sciendum.ff.de verb.obli.23.col.ver.ego istam opi. Et idem tenet do. Abb.c.quoniam contra.de prob 24.col. Et ego teneo, q ista opi.sit tutior. Adde Fel.d.c.tenor.in prin.col.vt suprà.

Sententia excommunicationis an transeat in rem iudicatam? do. Abb.c.consanguinei.de re iud.3. col. ver. quæro, quid.tenet expresse,quòd regulariter sententia excommunicationis non transit in rẽ iud. Et istud etiã tenet Fel.ibi in prin.col.420. Adde, quòd fallit regula ista in aliquib.casib.& primò circa expensas factas,& sic ratione priuati & interesse, quia bene transit inrẽ iudicatam. Ho. Ant.de Bu.do. Abb.& Imo.d.c. consanguinei. Domi.de san.Ge.c.venerabilibus.§.porro.de sen.exc.in 6. Item fallit ista regula respectu appellationis, quia post decem dies non potest appellare excommunicatus, sed bene poterit querelare,glo.c.ad reprimendam.de offi.or. Fel.d.c.consanguinei.in prin.ibi, fallit secundò.nu.3.col.ead. Item fallit ista regula respectu præsumptionis, quia post decendium præsumitur pro sententia. Fel.d.c.consanguinei.in prin.ibi.fallit tertiò. nu.4 Ibid. Item fallit ista regula respectu instantiæ, quia illa expirat. Archi.2.q.6.in sum.Fel.d.c.consanguinei.in prin.ibi, fallit quartò.num.5.Ibidem.

Sententia in causa criminali,vbi agitur de vita hominis, & sic afflictiua corporis,transit in rem iudicatã,do. Ab.c. cõsanguinei. de re iud.vlt.col.ver.vltimò quæro.tamen per beneficium principis põt reuocari.Ita do. Abb.vbi supra.tex.& Bar.l. diui fratres.ff.de pœ.d. Ab.cõsuo 64.1.vol.inci. In cõtentione,quæ.Fel. d.c.cõsanguinei.ver.ad vltimum,quod tangit Ab.nu.6.Ibidẽ.

Sententia lata in ciuili iud.super crimine, an ex illa possit imponi pœna,quæ veniret imponenda in processu criminali? Vide Inno. c.qualiter & quando.de ac.sl 2.& ibi d. Abb.vlt. col.ver.faciunt hæc.& vide ibi Fel.§.ad corrig.nu.46. versi.dicit etiam Inno.hic,col.836.& vide,quæ posui in litera P.§. prælatus an possit priuari beneficio.

Sententia an viiietur ex incertitudine in capitulis exceptis? d. Abb.c.cùm venerabilis.de excep.17.col.ver. nota singulariter. videtur tenere,quòd sic. Adde Fel.d.c.cùm venerabilis. vbi declarat,ver.circa secundam oppos.nu.40.col.64.

Sentẽtia, quæ venit certificãda per scripturas nõ product. in iudicio,an valeat? D. Abb.c.cũ venerab.de excep. 18.col.ver.ideo pone hic.tenet,q nõ valet dicta sent.Et idẽ tenet Ant. de But. & Imo ibi,& d. Abb.& Ant.de Bu.c.cũ venerab.de relig.do. 3.col.Io.And.in Spec.tit.de sen.§.qualiter.versi. quid si index. Bar.& Ang.l.ait prator.§.1.ff.de re iud. circa prin.Vide Fel. d.c.cũ venerb.de excep.ver.adde secũdò,dũ dicit Ab.n.41.col. vt suprà et seq. Adde,q cõtrariũ tenuit Inn.d.c.cũ venerab.de excep.q imo sent.valet, quæ venit certificãda ex scripturis non pductis in iud. Bal.expresè l.3.C.de sen.q sine cer. quãti.versi. sed quid si iudex.& l.1.in fin. C.de sen.ex breui rec.d. Alex.de Imo.d.l.ait prator.§.ff.de re iud. Adde Fel.d.c.cũ venerab. de except.ver.contrarium tenuit singulariter.nu.42.col.65. Sentẽtia lata inter partes litigantes,in qua dictũ est,quòd tes les producti sunt falsarij,an talis sententia noceat ipsis testibus? Vide qua posui in litera T.§.testis qui est condemnatus.

Sententia valet, etiam si nihil sit probatum contrarium, quia de essentia sententia non est probatio.Fel.c.cum venerabilis,de except.ver.proximè allegato,col.vt suprà.

Sententia arburi an infamet? & an dicatur propriè sententia? Fel.c.irrefragabili.de off.ord.nu.12.& 13.col.1139.

Sententia lata in causa matrimonij, præsumitur iusta post decendium,licèt possit reuocari edocto de errore.Fel. de sentent.c.lator.nu.6.col.391.& inde.

Sententia lata ad consilium sapientis per iudicem hoc modo,Pronunciamus per omnia,vt in cõsilio reddito in actis cõtinetur,an valeat talis sententia? d. Abb.c.cũ venerabilis.de excep.18.col. ver.et hæc faciunt ad q.post multa tenet,quòd sic. Idẽ tenet Lu. Ro.do. Alex.l.1.§.1.ff.de verb.ob. Alb. Ang.& Salic.l.1.C.si aduer.liber.& ibi Pa.de Cast.licèt Bar.d.l.1.tenuerit cõtrariũ, & malè.Fel.idẽ tenet pro firma cõclusione,d.c.cũ venerabilis. ver.tertiò dũ cõcludit.nu.43.col.66.& vide Fel.c.si pro debilitate,ver.sed nunquid valet.de off.dele.nu.7.col.927. Adde,q ista cõclusio fallit in aliquib.casib.& primò, quado cõsultor nihil dixit de condẽnatione,in cõs. suo, quia sent. condẽnatoria nõ valeret. Ang.consi.suo 246.inc.Do.Liberina. Fel.d.c.cũ venerab.ver.fallit prædicta cõclusio.nu.44.col.66. Itẽ fallit ista conclusio,vbi essent duo consilia contraria.Bal.c.si.de re iud.2.col. Bar.l.duo iudices.ff.de re iud.in fi.& ibi Pau. de Cast. Potest tamen iudex adhærere vni consilio ex duobus, cui sibi videbitur.Pau.de Cast d.l.duo iudices. Et si plures essent consultores contrariantes, sequatur consilium istius, etiamsi minor pars sit cum ipso. Ang.l si pars.ff.de peti.ha.inno.c.nec episcops,de tempo.or. Dic tamen,si iudex haberet sequi consilium sapientis ex forma statuti, tunc debet sequi maiorem partem consiliorũ. Ange.& Imo.l.ad principem.ff. de appella. Et si consilia sunt paria, tam ex vna parte, quam ex alia, eligat iudex consilium

silium, quod vult.Bar.& do. Alex.d.l. duo iudices. Quando autem consilium est iniustum, debet iudex super sedere, & hoc, quando de necessitate habet iudicare ad consilium sapientis. Bart.l.1.§.si plures.ff.de exercito. Pau.de Cast. consi.suo 15. Fel.d.c.cum venerabilis. de excep. versi. fallit secundò, vbi essent. Ibidem.nu.45. Item fallit ista conclusio, quando iudex fert sententiam secundum consilium sapientis, quod nõ videat, neque legerat, quia sententia est nulla. Bald.l. 1.C.de senten. ex breuilo. recitan.Sed contra hanc opi.Bald. facit dictum ipsius Bald.& Sal.l.cùm iudex.C.de sent.vbi dicunt,quòd si instantia labitur, & iudex habet iudicare secundum consilium sapientis, & si non potest expectare consilium, poterit pronunciare sententiam suam hoc modo, Absoluo, vel condemno, prout continebitur in consilio reddendo in actis. Et per ista videtur, quòd iudex non tenetur legere consilium. Et sic videtur reprobata opinio.Bal.d.l.1.C.de sen.ex breuilo.recitan. Et illud dictum Bald.& Sal.d.l.cum iudex. sequitur dom. Alex.consi.suo 325.incip. Viso tit. quæstionis.in fin.Vide Fel. d.c.cum venerabilis.versi. fallit tertiò, quando iudex nume. 46.col.ead.Item fallit ista conclusio, quando consilium sapientis non fuit redactum apud acta, quia non valeret sententia, do. Abb.d. c.cum venerabilis.loco prælegato, & c.illa. de accusa.in fin.Vide Fel.d.c.cum venerabilis.versi.fallit quartò, num.47.col.67.

Sententia Papæ lata cõtra subditum non citatum, etiam de plenitudine potestatis,est nulla.Vide,quæ posui in litera P. § processus Papæ contra subditum.

Sententia in causa criminali non potest ferri contra absentem, tamen fallit in Papa,de quo vide, quæ posui in litera P.§.processus Papæ factus.

Sententia lata contra ius litigatoris, & sic iniustæ, si transiuit in rem iu. an potest tolli per denunciationem factam in foro ecclesiæ ratione peccati? do. Ab.c.cùm inter. de re iud.2.col.ver.no. & tene menti.dicit,quòd sentent. lata contra ius litigatoris,valet,& nihil aliud dixit. Do.Car.clem.appellationem. de appe. 1.q.quæ dicit.quòd si ille,qui habuit sententiam contra se, nõ appellauit,& passus est,quòd sententia transeat in rem iudicatã, videtur tacitè consentire,quòd contra ius partis ipsa transeat in rem iudicatam. Et idem dicit, si appellat. & non prosequatur, ideo non poterit facere aliam denunciationem.Vide Fel de hoc d.c.cum inter.in princip.nu.1.col.439. Adde & dic,quòd si ipse victus voluit appellare,& fuit repulsus, vel non potuit appellare,quia erat tertia sententia,vel ex alia causa,adeo quòd erat destitutus omni auxilio,ex quo apparet, quòd victus non acquieuit sententiæ,& probare potest, quòd sententia sit iniusta, poterit facere denunciationem in foro ecclesiæ.Idem tenuit Fel. d.c. cùm inter.in princip.col.vt supra. Adde. quòd do. Abb.d.cap. cùm inter.2.col.ver.not.etiam de iure canonico tenuit,quòd victor, qui habuit sententiam iniquam pro se, non potest illa vti cum bona conscientia.

Sententia delegati lata contra formam mandati, non transit in rem iu.& hoc,quando in commissione fuit dictum, quòd faceret iustitiam.Ratio est quia propter ista verba videtur,quod sit data noua forma,de quo vide Ho.c.fi.de præb.Vide Fel.c.causam. de re iud.versi.quando in commissione hominis.nu.8.col.452.

Sententia sub conditione potest fieri, per text.c. quod ad consultationem.de re iudic. Tu duc pro clariori intelligentia, quòd sententia potest ferri sub conditione intrinseca, non sub extrinseca. Vide Felin.d.c.inter.versi.limita quintò.num.20.col.540. Item limita regulam istam, quando prima sententia est nulla, quia secunda valet illi contraria. Bald. l. post sententiam. C. de sent. Felin. d.c.inter.versic.limita sextò. num. 21. col. 541. Item limita dictam regulam quando per rescriptum principis iudex reuocat primam sententiam, quia valet talis reuocatio. Ang. d.l. 1.C.quando prouo.non est necess. Felin.d.cap inter. versi.limita septimò.num.21.col.542. Item limita regulam istam,si disputatur de viribus primæ sententiæ, & pars nihil opponit de re iudicata,quia isto casu reuocatio primæ sententiæ, etiam facta ab eodem iudice valet. Inno.cap.cum dilecta de rescript. circa fin.Fel.d.cap inter. versi.limita octauò. Ibidem, nume.23. Item limita regulam prædictam, quando est lata sententia cũ vno, secus si cum diuersis personis.Vide Fel.d.c. inter. versic. limita nonò,dum modò.num. 24. col. 545. Item limita regulam istam.quando secunda sententia est lata in notoriis, quia valet contra primam.Fel.d.c.inter.versi. limita decimò. Ibi dem-

verò adiciatur.Vide Felin.vbi supra.col.ead.

Sententia iniusta non obligat naturaliter, & sic etiam,quòd sent. iniusta transeat in rem iud. tamen ex illa non oritur obligatio naturalis,do. Abb.c.quod ad consultationem. de re iud.2.colu. ver.& hæc faciunt.Idem tenet Bar.l.ab eo.C.quomodo & quãdo iudex.versi.vtrum sententia,Vide Fel.c.quod ad consultationem.ver.sententia iniusta transiens in rem iudi.nu.4.col.458. Adde tu,quòd Inn.c.quia pleriq;.de immu.ecc.dixit,quòd sententia iniqua non obligat in foro conscientiæ. Et idem dixit Io. And. c.quod sicut.de ele.Flo.l.cum putarem.ff. fami.ercis. Bald. authen. ad hæc.C.de vsur.pe.col. versi. item dubitatur. Adde do. Abb.c.1.de conce.præbend.2.col. versi. secundò casu. vbi dicit, quòd si sententia est declaratoria,vt puta, quia sententia est lata pro vno,& adiudicatum est ei beneficium. sed iniustè, si is,pro quo lata est sententia,habet notitiam iniustitiæ, non potest salua conscientia illud beneficium retinere, quamuis talis sententia transeat in rem iudicatam.Vide additionem ad Fel.

Sententia lata contra contumacem, an sit intimanda ipsi contumaci, ad hoc, vt currat contra ipsum decendium, quod datur ad appellandum? Vide, quæ posui in litera D.§. decendium, quod datur ad appellandum.

Sententia lata per errorem facti à delegato, an faciat, quòd eius iurisdictio expirer,adeo quod amplius de ea cognoscere non possit? Vide,quæ posui in litera D.§. delegatus si tullit sententiam nullam per errorem facti.

Sententia inferioris à principe non facit ius.Tex.est l.nemo.C.de sen.Adde tamen, quòd si sententiæ istorum inferiorum essent per longum tempus obseruatæ, quòd tunc bene facerent ius, Vide Fel.c.in cau.de re iud.ver.ex hac fallẽtia sequitur.n.8.col.527

Sententia contra primam sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam,an valet? do.Abba. c.inter monasterium.de re iud.8.col. versi.sed nunc extra.glo.ponit difficultatem istam, & tandem concludit, quòd sententia contra primam sententiam, valet, dummodò sit lata in diuersa instantia. Et idem tenet ibi dom. Car.& Bar.l.1.C.quando prouo. non est necess. & l.duobus.ff. de re iud.Adde,quòd in contrarium est veritas,quia regulariter sententia contra primam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam,non valet etiam si est lata in diuersa instantia. Ioan. And. Bal. Ant.de Bu.& Imo.d.c.inter.vbi etiam Fel.ver.regulariter sententia.nu.15.col.535. Adde & limita regulam istam,quia in multis casibus non habet locum, & primò,quando pars,quæ habet sententiam,quæ transiuit in rem indicatam, non exhibet illam.sed tacet, & permittit quòd iudex pronũciet secundam sententiam, quia valebit. Vide Felin.d.c.inter.ver. limita primò,nisi pars.nu.16.col.536. Item limita regulam istam, quando iudex sciuit de prima sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, & tacite reuocit, quia valet secunda sententia.Fel.d.c.inter.num.17.versi.limita secundò, col.538.Item limita dictam regulam, quando exceptio sententiæ primæ, quæ transiuit in rem iudicatam, opponitur in vim dilatoriæ ante contestationem litis.Pau.de Cast. & do. Alex.l. nam & postea.§.si damnetur.ff.de iureiur.Vide Felin.d.c.inter. ver.limita tertiò dictam regulam.nu.18.col.539.Item limita prædictam regulam,quando dati sunt diuersi libelli, de quo vide late Fel.d.c.inter.nu.19.versi.limita quintò. Ibidem. Item limita regulam istam, quando prima sententia fuit condemnatoria, secunda absolutoria, quia secunda valet. Vide Felin.d.c. inter.versic.limita quintò.num.20.col.540.Item limita regulam istam, quando prima sententia est nulla, quia secunda valet illi contraria. Bald. l. post sententiam. C. de sent. Felin. d.c.inter.versic.limita sextò. num. 21. col. 541. Item limita dictam regulam quando per rescriptum principis iudex reuocat primam sententiam, quia valet talis reuocatio. Ang. d.l. 1.C.quando prouo.non est necess. Felin.d.cap inter. versi.limita septimò.num.21.col.542. Item limita regulam istam,si disputatur de viribus primæ sententiæ, & pars nihil opponit de re iudicata,quia isto casu reuocatio primæ sententiæ, etiam facta ab eodem iudice valet. Inno.cap.cum dilecta de rescript. circa fin.Fel.d.cap inter. versi.limita octauò. Ibidem, nume.23. Item limita regulam prædictam, quando est lata sententia cũ vno, secus si cum diuersis personis.Vide Fel.d.c. inter. versic. limita nonò,dum modò.num. 24. col. 545. Item limita regulam istam.quando secunda sententia est lata in notoriis, quia valet contra primam.Fel.d.c.inter.versi. limita decimò. Ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem.num.25.Item limita regulam istam, quando Papa committit causam ex certa scientia, sciens, quòd lata est vna sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, quia secunda sententia valebit contra primam. Fel.d.c.inter. versi.limita vndecimò. Ibidem, nu.26. Item limita quando sententia prima est lata in iudicio simplenario, & secunda sententia in iudicio plenario, quia valet secunda sententia. Felin. d. cap. inter. versi.limita duodecimò.num. 27. Ibidem. Item limita, quando sententia prima fuisset interlocutoria, quia secunda sententia. etiam interlocutoria, lata ab eodem iudice, valet. Felin.d.c. inter.versi.limita tertiodecimò.Ibidem,num. 28. Item limita, quando iudex tulit sententiam secundam contra primam, de qua coram ipso iudice fuit facta fides semplena tantum, quia secunda sententia valet, & imputetur parti, quæ non plenè probauit. Felin.d cap.inter.versi. limita decimoquartò. num. 29.colum.546.Item limita prædictam regulam, quando prima sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, non habuit executionem, & transiuerunt 30.anni, quia secunda sententia lata ex nouo libello in eadem causa valebit, licèt sit contraria primæ. Bald.rub.de rescrip.vltima col. Fel.d.c.inter. versi.limita decimosextò.num.30.col.vt suprà.

Sententia lata cum inspectione actorum vnius partis, an valeat? vide Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const.ver. sed hanc conclusionem.nu.18.ver.limita igitur primò.col.225.

Sententia lata sine cognitione causæ in notorijs, an valeat? Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ.de const.ver. tertiò limita. num. 20.col. 226.do.Abb.c.ad nostram. de iurciur.il 3.3.col.

Sententia lata contra absentem non citatum, an sit nulla? Vide Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const.ver.prælegato. Adde Bar. l.2.§.quod de frumentaria.ff.de adm.re, ad cui.pert.qui dicit, quòd valet,si nullam ius parti absenti competeret.

Sententia lata sine causæ cognitione parte præsente, & non reclamante,valet. Fel.c ecclesia sanctæ Mariæ.de const. ver. quartò limita.nu.21.col.eadem 226.

Sententia lata præsente parte, quæ exceptiones suas proposuit vel defensiones,quæ tamen non fuerunt admissæ per iudicem an valet talis sententia? Vide quæ posui in litera E.§. exceptiones. Adde Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const.ver. nec obst.quòd not.Inn.nu.23.col.227.circa medium.

Sententia lata postquàm exceptiones sunt propositæ per partem, & non admissæ,sed iudex procedit ad vlteriora,an valeat? Vide in litera E.§.exceptiones,quæ sunt.

Sententia interlocutoria lata postquam exceptiones sunt propositæ per partẽ,an valeat? Vide in litera E.§. exceptiones, quæ sunt.

Sententia dissentiua est perpetua, & ad perpetuam rei memoriã, adeo quod per iudicem in eam mandatum perpetuò obseruari debet. Ita Fel.c.ex literis.de const.ver. secunda conclu.nu. 11. col.285. Adde l.1.C.de postul.& ibi Scribentes.

Sententia interlocutoria non durat perpetuò, sed solùm vsque ad tempus ipsius iudicis, qui tulit eam. Fel.c. ex literis. de const. ver.cæterum licet prædicta.nu.12.col. 286. & seq. Adde tu, quod sententia interlocutoria non est perpetua, quando fertur propter contumaciam, & non delictum, quia tunc eatenus durat, quatenus contumacia purgatur. Ita probat text.c.ex literis.de const.& l.1.§.si frater.ff.de collatio. bono. Adde,quid si est alia interlocutoria, puta in alio casu, quam in contumacia? Dicit Bal.l.puto.§.1.ff.de post.quod non durat in tempus successoris, quod intelligit glo.ibi, quando lata est sine causæ cognitione,si verò causa cognita & via ordinaria, vide per Scribentes,c.cum bonæ de æta & qualita.

Sententia, quæ refert se ad statutum, videlicet si iudex dicit, nos sequentes formam statuti, si statutum est nullum, sententia est nulla. Ita Fel.c.ex parte.de rescrip.vers.& dicit Bald.cap. cum causa.nu.12.col.348.

Sententia priuationis quando est lata contra clericum, etiam absentem statim ille perdit dignitatem. Fel.c.cæterum.de rescrip. vers.limita sexto,dum modo.nu.2 col.372. Adde tamẽ, quòd contra istum absentem non curritur tempus appellandi, nisi postquam ei fuerit intimata sententia. Fel.loco vbi suprà.

Sententia est nulla,in qua est expressa falsa causa, & hoc habet locum, etiam si expressio causæ non est necessaria. Fel.c.cum ordinem.de rescr.ver.ad idem,quia licèt iudex.nu.2 col.410.

Sententia si est lata super desertione, potest iudex eam reuocare, & reponere appellantem ad docendum de diligentia, quia est sententia interlocutoria,nec obstat, quòd non reuocatur interlocutoria,per quam simitur iurisdictio,quia fallit, nisi ab ea est appellatum. Fel.c.ex parte.il 2.ne rescrip. versi. & pro istis vide not.nu.10.col.480. Adde do. Abb.c. cum cessante. de appel.

Sententia nulla, de sententia nulla non est fienda mentio. Fel.ex tenore.de rescrip.ver.de rescripto nullo,vel elidibili. num. 2.col. 524. Adde do. Abb.c per vestras de do inter vir. & vxo.

Sententia,quæ prouenit ex rescripto falso, est nulla, nec transit in rem iudicatam. Fel.c.super literis.de rescrip. versi.fallit nono. vbi rescriptum.num.29.col.592.

Sententia arbitri lata contra formam compromissi, est nulla, etiã si partes eam emologauerint. Fel.c.cum dilecta.de rescrip.ver. amplia octauò.num.8.col.624.

Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam potest reuocari per alium iudicem, & hoc, quando victor acquieuit nouæ litis motæ super iniustitia illius sententiæ, non opponendo exceptionem rei iudicatæ. Felin.cap.cum dilecta. de rescript. versi.vltimò. num.23.col.638.

Sententia si sit ferenda ad consilium sapientis, potest iudex proferre sententiam, ante quàm consilium sit præsentatum ipsi iudici. De quo vide, quæ posui in litera I.§.instantia si labitur & iudex.

Sententia lata ab excommunicato, an teneat? Vide, quæ posui in litera D.§.delegatus sernus.et vide additionem, quam posui ad Fel.c.cum dilecta.de rescri.ver.lex Barbarius.nu.3 col. 611.

Sententia primi iudicis si est confirmata per iudicem appellationis, an inteligantur etiam confirmatæ expensæ? Vide quæ posui in litera I.§.iudex appellationis si confirmat primam sententiã.

Sententia condemnatoria an possit ferri pro excommunicato appellante? Do. Abb.cap.significauerunt. de excep.5 col.vers.& per hoc soluitur. tenet, quòd iudex appellationis non solum potest cassare primam sententiam, sed etiam ferre aliam pro excommunicato, tamen retractabitur executio, vsquequo absolutus est. Et idem tenet c.exceptionem. de exce.4 not. Vide Fel. d.c.significauerunt.ver.dum Abb.post multa concludit. nu. 8. col.111.vbi dicit,quod est superfluum ferre secundam sententiam,sufficit quòd prima sit cassata.

Sententia si est lata pro excommunicato, quem iudex sciebat esse excommunicatum, pars verò ignorabat, an talis sententia valeat? Vide,quæ posui in litera E.§.excommunicatus.qui ignorabat excommunicatum.

Sententia generalis,vbi fuit etiam petitio generalis,sed prosecutio specialis,an talis sententia generalis referatur ad prosecutata tãtum,vel etiam ad omnia petita generalia? Vide quæ posui in litera P.§ petitio generalis,& prosecutio specialis.

Sententia lata à iudice excommunicato, an valeat de iure ciuili? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio excommunicationis est approbata de iure ciuili.

Sententia, verba sententiæ sunt stricti iuris, l.1. C. si plures vna sententia. Bar.l si expressim.ff.de ap.2.col.versi. & verba sententiæ. Adde tamen,quod verba sententiæ possunt impropriari, vt saluetur ipsa sententia ab ineptitudine, glos. l. & puto.ff.fa. ercis. Tamen verba sententiæ non sunt ampliandæ, quia stricti iuris.do.Abb.c.auditis.de præscri.1.not. & vide ibi Felin. versi.colligo ex hoc duo.nu.3.col.267.

Sententia lata contra subiectum super subiectione, quando noceat domino? do.Abb.c.auditis. de præscri.6.col.ponit multa. Vide etiam Inno.Ant.de But.Imo.& do.Abb.c.cum super,de re iu. Imo l.à sententia.ff.de ap.Non refert aliter,quia est materia satis prolixa,tamen communis opi.est,quòd sententia non præiudicat in proprietate,sed in possessione præiudicat scienti. Adde Felin.d.c.auditis.de præscri. ver.in quantum latè ponit Abb.post Inno.nu.25.col.282. Et Fel.d.c.cum super vers.sententia contra subiectum.num.12.col.503.

Sententia lata à iudice ordinario,qui putabat se esse delegatũ,an sit nulla? Vide, quæ posui in litera O.§.ordinarius, qui per errorẽ.

Sententia lata per legem malè intellectam,an sit nulla? Vide quæ posui in litera O.§.ordinarius,qui errauit in sensu legis.

Sententia cui renunciatum est per compromissum, si non est secutum laudum,an talis renunciatio noceat? Vide, quæ posui in litera R.§.renunciatio sententiæ.

Sententia,quæ transiuit in rem iudicatam, an contra eam currat præscriptio? Vide quæ posui in litera P.§.præscriptio cum mala fide an currat hodie.

Sententia

Sententia,quæ transiuit in rem iudicatam, si partes compromittunt de eadem materia, & sequatur laudum, & sic sententia cõfirmetur, vt euanescit virtus rei iudicatæ. Vide quæ posui in litera C.§ compromissum factum super sententia.

Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, non reuocatur prætextu instrumentorum de nouo repertorum, de quo vide quæ posui in litera I.§. instrumenta de nouo reperta.

Sententia lata,non facta publicatione testium,an sit nulla? Vide, quæ posui in litera P.§.publicatio testium.

Sententia lata à iudice excommunicato,an semper sit nulla? Dic, quòd non. Oportet enim quòd iudex, qui eam tulit, sit publicè excommunicatus. De quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui est inhabilis.

Sententia si est lata contra authorem, à quo quis habuit rem, & passus est agere in iudicio, an talis sententia noceat ipsi successori,puta,emptori,domin. Abb.c.pen. de re iudic.3.colum. versicu.veruo nunc post multa dicit, quòd talis sententia non nocet nisi ille egisset nomine ipsius emptoris,eo sciente, & patiente. Tu vide Felin.d.c.pe.versi.de sententia lata contra authorem.num.7.col.585.

Sententia lata contra maritum constante matrimonio, nocet vxori volenti agere soluto matrimonio. Barto.l.de die.§. quidam. ff.qui satisda. cog. dicit, quòd si mulier sciuit, quòd maritus habuit sententiam contra se,& tacuit, quòd præiudicat sibi, alter non.Vide Fel.c.pen.de re iudic. versi.contra autem, an sententia lata.nu.8.col.vt supra. Adde,quòd istam opin. Bar. tenuit Cy.& Bald.l.doce.C.de rei ven. & Imo.post Ray.l.Titio centum.§.si.ff.de condi.& demon. vltimo no. Et nota ista diligenter, quia ex hoc posset dari cautela ad alienandum fundum dotalem constante matrimonio. De quo vide Gul. Ang. & Fulg.d.§.quidam, & do. Alex.

Sententia lata super legitimitate,quando præiudicat, Dic, quòd si est quæstio super legitimitate cum illo,cuius principaliter interest,puta,cum patre,tunc præiudicat. Vide Fel. cap. pen.de re iudic.versicu.de sententia lata super legitimitate. nume. 9. colum.586.

Sententia lata contra statum personæ, quando faciat ius, quo ad omnes. Vide latè per Felin.c.pen. de re iudi.versi.de sententia declaratoria.num.10.Ibidem.

Sententia lata super delicto,quod est commissum à pluribus, si est condemnatoria, vel absolutoria, an noceat, vel prosit alteri. Dom.Cardi. c.dilectus. de simo.il 2.dicit, quòd condemnatoria nocet,absolutoria prodest. Dic tu, quòd communiter tenetur,quòd nec absolutoria pro vno prodest alteri, nec condemnatoria nocet. Vide Fel. latissimè c. pen.de re iudi.versi.ad septimum casum.num.11.col.587.

Sententia lata in fauorem mandatarij, an prosit mandanti, Do. Alex.l.sape.de re iud. 20.col. Felin.c.pe.eo.tit. versi. fallit in quinque casibus.nu.12.col.588.

Sententia lata contra matrimonium, puta, quòd non poterat esse matrimonium inter contrahentes,an noceat filijs, qui non fuerunt in iudicio, Dom. Abb.c.pen.de re iudi.13.col. versi.an sententia lata ponit longam distinctionem. Adde Fel.d. c. pen. versi.& col.supra allegatis.

Sententia an possit tollere fideicommissum, Vide, quæ posui in litera R.§.res prohibita alienari per testatorem.

Sententia lata in causa matrimoniali, potest probari per testes, licèt aliàs non possit probari, nisi per scripturam. Vide, quæ posui in litera M.§.matrimonium est priuilegiatum.

Sententia lata contra sponsalia de futuro,transit in rem iudicatã. Ita domin. Anto. de Butr.cap.2.de sponsa. Et idem tenet domin. Abb.c.iurauit.de proba. Adde Felin.d.cap.2.ver.& per istum tex.nu.14.col.666.

Sententia vt valeat,requiritur, vt referat se ad probationem deductam in actis. Ita voluit glo. fin.c.illa.de accus. Innocen. c. 2.de libelli obla. in fi.Specu. titu. de senten.prola.§. qualiter. versi.quid si iudex.& ibi Ioan. And. in addi.Barto.& Bald. l.1.C.si aduer.har.& Barto.l.ait prætor.§.si iudex.ff.de re iudic.dom.Abb.c.cum venerabilis.de excep.8.colum. Adde tu, quòd communis opi.est in contrarium,videlicet, quòd imò sententia valet,etiamsi referat se ad scripturam,quæ fuit producta in actis.Casus est d.c.cum venerabilis.vbi Innoc. & Bald. in terminis,l.3.C.de senten.quæ sine cer.quanti. versi. quid si iudex.istam partem tenet.Vide Felin.d.c.illa.versi.in ea gl.ibi, in aliqua.num.3 col.685.

Sententia valet,etiamsi iudex fundauit intentionem suam in intellectu alicuius decretalis, vel legis,quam malè intellexit Innocen.c.officij.de præscri. circa fi. Ludouic. Roma.sing.suis 48. Sequitur Felin. c.illa. de accusa.versicu.vltimò.in fi.nume. 4. colum.686.

Sententia lata in causa criminali, si trãsiuit in rem iudicatam, etiam quo ad tertium, & si non fuit appellatum, non potest accusatus iterum accusari,quo ad tertium. Dom. Abb. c. de his. de accu.in prin & ibi Fel.in prin. col. 689.

Sententia lata contra reum condemnatum ad mortem, vel condemnatum ad mutilationem membrorum, an transeat in rẽ iudicatam? Doctores cle.pastoralis. de.re iudi. tenent, quòd non, & ratio est,quia trãsitus in rem iudicatã causatur ex quie scientia condemnati,c. quod ad consultationem.de re iudic.Sed cùm nullus sit dominus membrorum suorum, ut l. liber homo. ff.ad l. Aqui. Ergo condemnatus in corpore, non potest acquiescere sententia. Dom. Abb. c.de bis.de accus.in princi. recitat opi.istorum Doctorum d.cle. pastoralis.& ibi reprobat dicta illorum Doctorum,quòd imò sententia lata contra reum condẽnatum ad mortem, vel ad mutilationem membrorum,transit in rem iudica.per l.diui.ff.de pœnis,vbi patet,quòd sententia corporis afflictiua, non potest retractari de iure communi, post lapsum 10.dierum, licèt appareat,quòd condemnatus fuerit innocens.Sed bene ex gratia speciali sit restitutio à principe. Motiuum in contrarium intelligitur, quando quis vult exponere corpus suum iniustæ perditioni. Adde,quòd pro opi.dom. Abba.habes glo c.Romana.§.si autem. verbo, mandatur. de appel.in 6.vbi dicit, quòd condemnatus de crimine punitur, nisi appellet intra 10.dies. Adde Felin.d.cap.de his. in princ. num.1.col.vt supra 689.

Sententia an sit nulla,eò quia ordo iuris non sit seruatus, Vide, quæ posui in litera O.§.ordo iuris non seruatus.

Sententia lata super attentatis post appellationem, est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ. Fel.c.qualiter & quando,il 1.de accusa.versicu. adde tertiò, quòd eleganter scribit.num.8. colum.733.

Sententia lata in causa matrimonij, transit in rem iudicatam, etiamsi habeat vitium in se,& hoc demum verum est, quando vitium tale est, quod potest remitti per partes, & tunc sententia confirmat matrimonium, quod non erat prius,quia si partes acquiescunt sententiæ, videntur de nouo contrahere,domin. Abba.c.lator.de re iudic. 1.colum.versic.solut. glo.vbi etiam Anto. de Butr. & Imol. & vide domin. Abb.c.fin.de frig,& maleſi. 3.not.vbi dicit, quòd sententia lata pro matrimonio contra allegantem impotentiam coeundi, transit in rem iudicatam. Vide Felin. dicto cap. lator.versicu.materiam huius decret.alis.num. 2.colum.389. Et hoc modo limitabis text.d. cap.lator.

Sententia lata in fauorem matrimonij,transit in rem iudicatam. Ang.consi. suo 306.incip.In q.proposita.& Ludo. Rom. consi.suo 367.in 1.colum. Idem tenet Io.And.c.series.de testi.ubi dicit,quòd si in fauorẽ matrimonij possunt produci testes post didicta testificata, ad reprobanda ipsa testificata, tamen fallit hoc,vbi primæ attestationes essent in fauorem matrimonij, quia non fiet noua productio. Vide Fel.c.lator.de re iud.versi. secunda declaratio.num.3.colu.390. Adde,& intellige istud, dummodo ille, qui veniret contra matrimonium vellet allegare impedimentum perpetuum, per quod non potest esse matrimonium, quia tunc talis sententia, etiamsi esset pro matrimonio,non transiret in rem iudicatam.Vide Fel. vbi supra.

Sententia nutritiua peccati non transit in rem iudicatam, nec cõtra eam currit præscriptio, vel consuetudo, dom. Abb.c.lator. de re iudi. 2.col.versi.idem dicit Hostis. Vide infrà §. Sententia in causa matrimonij. cum quinque paragraphis, vbi habes limitationes ad istud quod hic dicitur, quòd sententia nutritiua peccati, non transit in rem iudicatam. Adde Felin. d. cap.lator.versicu.duodecima & vltima declaratio.num. 15. colum.396.

Sententia in causa matrimonij licèt non transeat in rem iudicatam,tamen ab ea post decem dies non potest appellari. sed opus est adire superiorem per viam querelæ. Dom. Abba.c.lator.de re iud.2 col.vers.primò enim. Et idem tenet Anto.de But.& Imo.ibi,vbi etiã Fel.versi.tertia declaratio. num.4.colu.391.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hoc modo limitabis tex.c.lator.qui dicit, quòd causa matrimonij non transit in rem iudicatam, tamen non potest appellari, sed querelari, & istud non poterit fieri coram archiepiscopo, quia non potest adiri archiepiscopus, nisi per viam appellationis, vt per do. Abb.loco præallegato, & ibi etiam Fel.vbi supra.

Sententia in causa matrimonij licèt non transeat in rem iudicatam, tamen non potest tertio appellari, glo.cap. fraternitatis. verbo, fornicatio. de frigi.in fi.dom. Abb.c.lator. de re iudic. 2.col.vers. secundò non potest. Ant. de Butr. & Imo.ibi, vbi etiam Fel.vers. quarta declaratio.nu. 5.col. 391. Et si verum est, esset secunda limitatio ad d.c.lator. Adde, quòd cõtrarium tenuit Ant.de But.d.c. fraternitatis. vbi dicit, quòd nullum vinculum, quamuis magnum & arduum, potest firmare actum, à quo surgit peccatum per partem non remissibile. Adde tu, & dico quòd mihi plus placet opi.d.c. fraternitatis. & do. Abb.d.c.lator. Et ratio est, quia licèt non possit tertiò appellari, potest tamen adiri superior per viam querelæ. Item non est exclusa via restitutionis. Vide Felin.d.c. lator. vers. prædallegato, col. vt supra.

Sententia in causa matrimonij licèt non transeat in rem iudicatam, tamen post decem dies præsumitur pro iustitia huius sententiæ. Do. Abb.c.lator. de re iudic. 2.colum. versic. tertio. Et idem tenent Arch. & Domi. de sancto Gemi. in summa, 2. q.6. Et plus dicit Innoc. c. tenor. de re iudic. quòd iudex non debet de facili audire appellantem post decem dies, etiam in causa matrimonij. Quod etiam tenet do. Abb. vbi suprà, & ibi etiam Ant.de But. & Imol. Vide do. Abb.c.cum inhibitio. de clandesti. desponsa. & c. fraternitatis. de frigi. & malef. pe.col. Adde Felin.d. c.lator. vers. quinta declaratio.num.6. col.prædicta.391.

Sententia in causa matrimonij licèt non transeat in rem iudicatam, tamen si pars, quæ habuit sententiam pro se contrahit matrimonium post decem dies, qui dantur ad appellandum, valet, & proles inde secuta est legitima, etiamsi istud matrimonium secundum inualidaretur, & primum confirmaretur. Paul. de Cast. consi sio 264. Adde Fel.d.c.lator.de re iud.ver.sexta declaratio. Quamuis.nu.7.col.392.

Sententia in causa matrimonij licèt non transeat in rem iudicatam, tamen post decem dies trãsit in rem iudicatam, quo ad instantiam causæ, do. Abb.c.lator. de re iud.vlt.col.ver.quartò dico. Idem tenet ibi Ant.de But.& Imo.& Fel.vers. septima declaratio.num.8.col.vt supra.

Sententia lata in causa separationis thori, an transit in rem iudicatam. Io. And.c.ex literis.de diuor. Cõtrarium tenuit & malè, do. Abb.c.lator.de re iud.vlt.col.ver quintò. Et opi. Io. And. tenuit do. Car.d.c.ex literis. 4.oppos. Host. in summa, tit. de diuor. §.quot modis. 6.col.vers. quintus. Adde Fel.d.c. lator.vers. octaua declaratio.nu.9.col.392.

Sententia in causa matrimonij, quantum ad expensas, transit in rem iudicatam, quia etiamsi post decem dies querelatur sententia, & doceatur de errore ipsius sententiæ, tamen expensæ non restituuntur, in quibus reus fuit condemnatus. Io. An.c. cum venerabilibus. § porro. de sen. excom in 6. & ibi Domi. de san. Gemi. 1.col. Vide Fel.c.lator. de re iudic. vers. nona declaratio. num. 10.col.393.

Sententia in causa matrimonij spiritualis transit in rem iudicatam. Text. est c. cùm dilecti. de electio. in fin. gloss. 1. c. 1. de concess. præben. Host. in summa, tit. de re iud. §. quot sunt eius species. 5.col. vers. sed nunquid. Domi. de sanct. Gemi. c. ordinary. §. 1. in fin. de offi. ord in 6. Fel.c.lator. de re iud. vers. decima, & aurea declaratio. nu. 11.col. 394. Adde, quòd videtur dicendũ contrarium. Ratio est, quòd sicut non transit sententia in rem iudicatam in causa matrimonij carnalis, ratione peccati, idem debet dici in causa matrimonij spiritualis. Tu vide Fel. c. lator. vers. si diceretur contra ibi etiam imminet num. 12. Ibidem. vbi respondet ad istud motiuum. & ad alias rationes, Fateor tamen, quòd iudex poterit inquirere ex officio suo de titulo beneficij, de quo vide Fel. vbi suprà vide quæ posui in littera B. §. beneficium, pone, quòd quis.

Sententia arbitri est nulla quando lata est contra ius, viputa, contra leges, vel canones, de quo, vide quæ posui supra § sententia lata contra ius commune.

Sententia lata contra falsum procuratorem est nulla, tamen potest ratificari per consensum domini superuenientem. Do. Abb. c. 1. de re iudi. 8. col. ver. redeo nunc. Idem tenet Bar. l. licèt. C. de procu. Quod intellige, dum modò ille possit esse procurator. Ita Bart. ibi. & Abb. d. c. 1. loco prædallegato. Vide Bart. l. 3. §. falsus ff. rem rat. hab. Adde Fel. d. c. 1. vers. circa ea, qua pulchrè. num. 17. col. 361.

Sententia in causa criminali an sit mutenda executioni intra decem dies, qui dantur ad appellandum? do. Abb. cap. 2. de re iudic. 1. colum. dicit, quòd non. Idem tenet Bald. l. 1. C. si à non compe. iudic. Et ibi Bald. dicit, quòd in quatuor casibus potest sententia mitti executioni intra decem dies, primò, vbi reus est confessus, secundò, vbi crimen est notorium, tertiò, vbi ex sola confessione indicia sunt adeo clara, quòd negari non potest, quartò, vbi crimen est adeo atrox, quod celeritatem desiderat. Et adde, quòd dom. Abb. cap. querenti. de offic. deleg. 2. col. dicit, quòd regulariter iniquum est exequi sententiam criminalem intra decendium, & Bart. l. qui vltimò ff. de pœnis. & Bart. l. non tantum. ff. de appella. Bald. l. si quis. §. his. ff. de iniusto test. Barto l. si qua pœna. ff. de verb. sig. Sal. l. ad dictos. C. de epis. aud. vbi Bald. & Ange. Adde Felin. dicto cap. 2. de re iud. versic. in quantum Abb. concludit. num. 3. colum. 363.

Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, an de ea possit victor petere confirmationem? do. Abb. d. cap. ea quæ. de re iudic. 3. colum. versic. aut sententia. tenet, quòd sic. Et etiam hoc poterit petere coram inferiore, nam quòd coram Papa, non est dubium. Et istud tenuit Innoc. cap. 1. de confirma. vti. vel inuti. Bart l. si expressum. in fin. ff. de appel. Nec obstat, si diceretur, quòd possessori non est prodita actio. Inst. de actio. §. 2 & c. examinata. de iudic. quia illud habet locum, quando possessor non inquietetur, vel diffametur, sed timens contradictorem potest petere confirmationem sententiæ. Vide Felin. dicto cap. ea, quæ. in prin. num. 1. colum. 374. Adde quòd Innoc. dixit, quòd confirmatio sententiæ semper peti potest coram Papa, vel principe, sed ub inferiore non potest peti, nisi quando moueatur quæstio victori, vel diffametur, & sic si est in pacifica possessione, non potest petere confirmationem sententiæ. Ita Innocen. cap. causam, il 2. qui filij sint legi. versic. item not. Vide Felin. d. cap. ea, quæ. versic. limita etiam mirabiliter. Innocen. num. 2. colum. 376. Adde etiam, quòd princeps non poterit confirmare sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quæ est nulla ex vitio non purgabili per principem, puta, quia lata contra ius naturale, vt cùm non apparet, quòd pars fuit citata, vt cle. pastoralis. de re iudic. Ita do. Abb. d. c. ea, quæ. in fin. Vide Felin. ibi vers. secunda differentia est, num. 3. col. vt suprà.

Sententia nulla ex vitio non purgabili per principem, non potest confirmari per ipsum principem. Vide supra §. sententia, quæ transiuit in rem iudicatam.

Sententia iniqua lata per iudicem, an transeat in rem iudicatam, adeo quòd victor sit tutus exceptione rei iudicatæ? Ponit Felin. c. nouit. de iudi. versic. tertia conclusio, vbi vitium. num. 6. colum 94.

Sententia iniqua lata per iudicem secularem, quæ transiuit in rem iudicatam, an possit retractari talis sententia per denunciationem factam coram iudice ecclesiastico? Ponit Fel. c. nouit. de iudi. ver. allegato. Et ibi tenet. quòd passus iniustitiam per sententiam iudicis non auditur, nisi appellet, quia ius ciuile & canoni cum concorditer sic disponunt, & hoc de mente Bald. vt ibi per Fel. Adde tu, quòd hoc dictum Bal. est contra casum l. quia imò sententia, à qua non fuit appellatum, potest absque vlla appellatione rètractari, & sic nunquam transit in rem iudicatam. De hoc est casus l. admonendi. ff. de iureiur. vbi Scribentes dicunt, quòd si sententia iniqua est lata virtute iuramenti necessarij delatti in defectum probationum, per probationes repertas de nouo, retractabitur sententia, etiam quòd non sit appellatum. Add de, quòd in casu d. l. admonendi. pulchrum est videre, an actor possit agere ex integro, absque eo, quòd petat restitutionem in integrum. Vide per do. Alex. d. l. admonendi. 1. col. Adde, quòd Ful. ibi dubitat. Sed pone, quòd requiratur restitutio in integrũ, vsque ad quantum tempus possit peti? vide per do. Alex. d. l. admonendi. 2. col. Adde, quòd illud, quòd dixi in sententia, habet etiam locum in transactione. Ita do. Alex. d. l. admonendi. 3. col. Adde ad ista, quòd sententia lata ex priuilegiatis probatio nibus, potest semper retractari superuenientibus nouis probationibus

tionibus meliorib. Ita Inno. c. tua nos. de coha cle. & mulie. Adde etiam, quòd 12. sunt casus, in quibus sententia nunquam transit in rem iudicatam, etiamsi non sit appellatum, quos enumerat Lud. Ro. d. l. admonendi. ff. de iureiur. Canonis. c. cum Bertoldus. de re iudi. Adde alium casum valde singularem, quem ponit Bald. l. cùm allegas. 3. oppos. C. de vsur.

Sententia absolutoria ab instantia iudicij, an in ea sit exprimenda causa? Ponit Fel. c. examinata. de iudi. vers. an in sententia absolutoria. nu. 9 col. 115. Adde tu, quod Bal. l. pen. vlt. col. C. de consti. pe. dixit, quòd semper in sententia, quæ fertur propter contumaciam, debet fieri mentio de contumacia. Et ad illa, quæ dicta sunt ibi d. c. examinata per Fel. adde Bart. l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

Sententia super inepto libello, est nulla. Ita Felin. cap. examinata de iudi. ver. adde Lu. Ro. l. vinum. nu. 14. col. 119. Tu vide, quæ posui in litera L. §. libellum ineptum, quia faciunt multum ad ista.

Sententia absolutoria ab instantia, dicitur interlocutoria. Ita Felin. cap. examinata. de iudi. vers. absolutoria ab instantia. num 17. col. 121. Adde tu, quòd Io. And. in Spec. tit. de offi. iudi. §. deseruit. vers. quid si opponens. dicit, si reus absoluitur ab obseruatione iudicij propter ineptam actionem, quòd dicitur interlocutoria. Et hoc tenet Ioan. And. post alios, d. cap. examinata. Arch. 20. dist. §. 1. vers. in absolutione. Adde, quòd Pet. de Anch. cle fin. de appel. dicit, quòd iudex appellationis pronunciat super instantia, scilicet, quòd appellans appellare non potuerit, quia absorbet non solum instantiam, sed etiam causam principalem, cum accedat ad naturam diffinitiuæ, non interlocutoriæ. Vide Bald. l. 2. C. si aduer. rem iudi. & authen. hoc sacramentum. C. de iura cal. Adde Bald. authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. 4. col. qui dicit, quòd habet vim diffinitiuæ, quando per eam imponitur silentium perpetuum, vt in casu illius authen. alias autem est interlocutoria. Ita dicit ipse d authen. vlti. col. ver ibi, ab obseruatione. Adde, quòd inuenio, quòd qualibet interlocutoria respectu illius actus potest dici diffinitiua gl. reputata singularis. l. generaliter. C. de reb. cre. Ad de gl. Authen. de litigio. § ad excludendas. Bald. l. intra vtile. ff. de mino. Adde, quòd dubium est, an tales diffinitiuæ sententiæ, quæ feruntur pendente iudicio, vt in absolutoria ab obseruatione iudicij, habeant vim diffinitiuæ in effectu, quo ad hoc, vt solennitates requisitæ in prolatione sententiæ diffinitiuæ, requirantur in dicta sententia absolutoria iudicij, vel in alijs tactis, per Felin. d. cap. examinata. ibi, nume. 16. versic. tu verò. col. 121. Vide Bart. l. Titia ff. de accu. Io. de Imol. l. stipulationum alia. de verb. oblig. in prin.

Sententia lata post instantiam statutariam, est nulla, sicut lata post triennium datum à iure com. Vide per Fel. c. venerabilis. de iudi. versi. tertiò limita, nisi. nu. 16. col. 138.

Sententia lata post instantiam à iure communi datam, vel à statuto, an sit nulla, quando reus confessus est crimen post ipsam instantiam? Vide per Felin. cap. venerabilis. versic. quarto limita. num. 17. col. 139.

Sententia lata à iudice, qui non informauit se de meritis causæ propter breuitatem temporis, an valeat? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex potest ferre sententiam in hunc modum. Et nota. quia est pulcherrima cautela.

Sententia in possessorio est quasi diffinitiua. Ita tenet Fel. c. fi. de iu. ver. & not. vnum incidenter. nu. 7. col. 144.

Sententia lata ad consilium sapientis, talis sententia non valet, si consilium nondum est deductum, seu productum in actis. Vide per Fel. c. si pro debilitate. de offic. deleg. versi. fallit primò. num. 7. col. 928.

Sententia nulla, partes possunt per pactum renunciare nullitati sententiæ, & possunt se obligare, quòd non opponeretur per aliquã illarum de nullitate sententiæ. Ita Fel. c. de causis. de offic. dele. versi. quarta conclusio est, quòd partes num 7. col. 933. Adde, quòd hoc fallit in aliquibus casibus, quos enumerat Fel n. loco prædallegato, col. ead.

Sententia lata contra ius commune, vel contra canones, est nulla. Text. est cap. 1. de re iud. vbi do. Abb. in prin etiam plus dicit, quòd sententia lata contra rationem legis loquentis in alijs terminis, est nulla. Ita do. Abb. ibi, 5. colum. versi. quid autem. vbi Ant. de Butr. & etiam c. cum speciali. de app. 7. col. Adde, quòd Bald. l. 2. C. quando prouo. non est necessaliter dixit. Et idem dixit Cyn. l. 1. C. de legi. Sed tu tene opin. do. Abb. & vide Fel. d. c. 1. de re iud. in prin num 1. col. 350. Item adde, quòd sententia lata contra legem municipalem, est nulla. Do. Abb. d. c. 1. 6. col. ver. sed quæro. & Bart. & Ang. idem tenent l. cùm prolatis. ff. de re iud. Bal. c. cùm causa. de re iud. Fel. d. c. 1. ver. amplia secundò, etiamsi. nu. 2. col. ead. 351. Quod tamen intellige sano modo, nisi esset statutum extrauagans à volumine statutorum, quia bene valeret sententia lata contra illud, Do. Abb. loco præalle. Bar. d. l cùm prolatis. Est verum, quòd do. Abb. prædicto loco dixit, quòd si statutum extrauagans esset valde notum, quòd tunc non liceret ferre sententiam contra illud. Idem tenet Lud. consi. suo 212. vlt. col. & Bar. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. in fi. Vide Fel. d. c. 1. ver. secundò, nisi esset statutum. nu. 2 Ibidem, vbi non bene firmat istam opi. do. Abb. sed ego teneo opi. do. Abb. Item sententia lata contra consuetudinem notoriam, est nulla. do. Ab. d. c. 1. de re iudi. 6. col. ver. quæro, quid. Bal. l. 2. C. quæ sen. sine ap. rescin. Bar. l. de quibus. ff. de legi. Fel. d. c. 1. versi. amplia tertiò. num. 4. col. 352. Tamen si esset iudex, qui ignoraret consuetudinem loci, valeret sententia, de quo vide Felin. d. c. 1. ver. limitatur hæc ampliatio. nume. 5. col. ead. Item sententia arbitri lata contra leges, vel canones, aut constitutiones, est nulla gl. l. diem. §. stari. ff. de arbitr. verbo, iniqua. Imo. c. 1. 10. col. de consti. Et hoc etiam habet locum in arbitro iuris. Bar. l. fi. C. de iudi Fel. d. c. 1. ver. amplia quartò. nu. 6. col. 353. Item sententia lata contra ius, est nulla, etiam si in aliquibus casibus possit saluari, Do. Abb. d. c. 14. col. vers. exemplum. De quo vide Fel. ibi, vers. amplia quintò. nume. 7. Ibidem. Item sententia est nulla, etiamsi partes consentirent, & iudex ferat sententiam expresso errore iuris. Bald. l. 1. C. de iurisdom. iud Fel. d. c. 1. versi. amplia sextò. num. 8. col. 354. Adde, & intellige illud, quod suprà dixi de sententia lata contra ius quòd sit nulla, quòd istud verum est, dum modò error iuris sit expressus in sententia. gl. d. c. 1. de re iud. & ibi do. Card. Anto. de But. & Imo. & Fel. vers. modò not. vndecim limitationes. num. 9. col. 354. Item intellige, quòd sententia lata contra ius, est nulla, cum expressione erroris, sed si aliam causam non erroneam haberet, tunc sententia non esset nulla, Do. Abb. d. c. 1. 3. col. versi. nam hoc casu. & Inno. c. in præsentia. de renun. in fin. Et hoc verum est, etiam si causa non erronea esset contra ius litigatoris, vt per do. Abb. loco præallegato. & Fel. d. c. 1. vers. limita secundò, nisi causa. Ibidem, num. 10. col. 355. Item intellige, quòd sententia cum expressione erroris est nulla, quando habet vnum capitulum indiuisibile. sed si plura habet capitula, bene valeret, quo ad alia capitula, sed solum corruit illud capitulum, in quo expressus est error, Do. Abb. d. c. 1. 3. col. vers. si autẽ. Et idem tenet Bar. l. 2. C. de re iud. Fel. d. c. 1. vers. limita tertiò, nisi. nu. 11. col. 356. Item intellige, quòd sententia cũ expressione erroris est nulla, quæ est lata contra legem, vel decretalẽ situatam in corpore iuris. secus, si est lata contra legem vel decretalem extrauagantem. Ant. de But. do. Card. & Imo. d. c. 1. Bar. Ange. & alij, d. l. cùm prolatis. Fel. d. c. 1. vers. limita quarto. nu. 12. col. 357. vbi ponit multa circa materiam istam. Itẽ intellige, quòd sententia cũ expressione erroris est nulla, quando error apparet expresse in sententia, secus, si occultè hoc diceretur. Fel. d. c. 1. ver. limita quintò, dum modo. nu. 13. col. 359. Itẽ intellige, quòd sententia cum expressione erroris est nulla, quãdo error expressus facit ad causam. secus, si error expressus esset extra meritã causæ. Fel. d. c. 1. ver. limita sextò, nisi error. nu. 14. col. ead. Item intellige, quòd sententia cum expressione erroris est nulla, quando expressus est error circa ius clarum, secus, si esset expressus error circa ius non clarum. Do. Abb. d. c. 1. 4. col. ver. si autem. Bar. l. 1. C. de emen. codi. pe. col. do. Abb. c. cùm Bertoldus. de re iud. 13. col. ver. secunda lectura. Fel. d. c. 1. ver. limita septimò. nu. 15. col. prædicta. vbi plura ponit.

Sententia lata contra extrauagantem, non est nulla, & hoc, quando de illa probabiliter potest dubitari, & superior non fuit consultus. Ita Bart. l. cùm prolatis. ff. de re iud. Et idem tenuit Ant. de Butr. dom. Card. & Imo. c. pastoralis. de si. instru. Domi. de sanct. Gem c. in tantum. pe. col. 21. dist. Fel. d. c. pastoralis, vers. vltimò per istum text. num. 4. col. 841. vbi dicit, quòd ista est communis opi. Adde, quòd contra istã cõmunem opin. facit, quod not. do. Abb. d. c. pastoralis. 1. col. versic. & hæc faciunt ad quæstionem. Tamen tu tene opin. Bart. & aliorum, quia communis, quam limita, vt hic in aliquibus casi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, & primò, quando extrauagans est producta in iudicio in forma publica, reputa, sub bulla, adeo quòd de ea non potest dubitari, & isto casu sententia contra eam lata, est nulla. Ita do. Card. d.c. pastoralis. & Felin. ibi ver. & ista est communis opi. nu. 4. col. vt suprà. Limita secundò, quando de extrauagante dubitatur, & pars, qua produxit eam in iudicio, petit vt iudex consultet superiorem, quia si lata est sententia sine consultatione, esset nulla. Bald. d.c. pastoralis & Felin. ibi vers. tertia ergo opin. communi. nu. 6. Ibidem. Item limita, & tertiò, quando sententia est lata contra extrauagantem valde notabilem, quia etiam si non est in corpore iuris, tamen sententia esset nulla, & communis opin. non haberet locum. Ita do. Abb. d.c. pastoralis. 1. col. vers. si autem est. Bald. l. leges sacratissimæ. C. de legi. 2. q. Felin. d.c. pastoralis. vers. secundò declara. num. 7. colum. ead.

Sententia lata contra statutum non insertum in corpore, seu volumine statutorum, non est nulla, secus, si est lata contra statutum iam diu obseruatum. Ita do. Abb. cap. pastoralis. de fide instr. 2 col. vers. & facit. Ioan. And. in Spe. tit. de execu. sen. § iusta. vers. nulla ratione. Bald. in disputatione, statuto cauetur. Bar. l. cum prolatis. ff. de re iud. Adde Fel. d.c. pastoralis. vers. tertiò declara. nu. 8. col. 842.

Sententia lata contra sententiam principis, non est nulla, etiam si dicatur, quòd sententia principis faciat ius, vt dicit do. Car. c. in causis. de re iud. de quo vide Fel. c. pastoralis. de fide instr. vers. quartò declara. nu. 9. col. 842.

Sententia lata contra decisiones Rotæ non est nulla, do. Card. ca. pastoralis. de fide instr. Dom. de san. Gemi. c. duobus, de rescrip. 12. col. in 6. Fel. d.c. pastoralis. vers. & idem est de decisionibus Ro. Ibidem, num. 10.

Sententia lata contra regulas cancellariæ Apostolicæ, valet. Fel. cap. pastoralis. de fide instru. vers. & idem credo de regulis. num. 11. Ibidem.

Sententia, si opponitur sententiæ, quòd sit lata per falsos testes, vel falsa instrumenta, ei statur, donec pendet cognitio. Felin. c. accepimus. de fide instru. versic. in text. ibi, sententiam. nume. 10. colum. 817.

Sententia appellationis, in ea est exprimenda causa, de quo vide, quæ posui in litera I. §. iudex appellationis in sententia sua debet exprimere causam.

Sententia potest pro parte valere, & pro parte non, & hoc, quando habet plura capitula separata, & ideo iudex appellationis potest sententiam primi iudicis pro parte infirmare, & pro parte confirmare. Bar. l. si. de iurisdom. iu. do. Abb. c. cùm Ioannes. de fide. instru. 3. col. ver. item in vltima parte. Adde ibi Fel. vers. secundò restringe dictam ampliationem. nu. 20. col. 859.

Sententia valida potest inualidari per iudicem ex causa, & hoc quando dicta sententia occultatur, de quo vide, quæ posui in litera A. §. appellatus iussus à iudice vt exhibeat sententiam.

Sententia diffinitiua si fertur per iudicem ex præsumptione violenta, debet ipse iudex multum temperare sententiam, & maximè non condemnare ad pœnam corporalem, neque etiam ad pœnam pecuniariam grauem. Ita do. Abb. cap. afferte. de præsum. 2. col. vers. inducitur præterea. Et hoc fuit dictum Inn. c. quia verisimile. de præsum. Idem tenet do. Car. Ant. de But. & Imo. d.c. afferte. Old. consi. suo 192. incip. Viso diligenter. do. Abb. c. 2. de cohabi. cleri. & mulie. Et quòd sola suspicio non sufficiat ad condemnationem, tenet Dom. de san. Gemi. cap. habuisse. 34. dist. 1. not. Vide Bald. l. fin. C. de proba. & vide Felin. d.c. afferte. vers. i. not. quartò text. notabilem. nume. 6. col. 927. Adde & limita prædicta non habere locum, quando iudex haberet præsumptionem violentam, quam lex approbaret expressè, vt puta quando quis fuit accusatus, & fuit indicta sibi purgatio, quia si deficit in purgatione, poterit condemnari etiam capitali pœna, si crimen hoc mereretur. Ita do. Abb. c. accedens. de accusa. 2. col. vers. & ideo vltra alios, quia talis præsumptio probatur à lege, vt deficiens puniatur. Vide bonum text. c. de hoc. de simo. Vide Bald. d.l. fi. C. de proba. 1. col. & Fel. d.c. afferte. ver. sed ista limita. num. 7. colum. ead. Item limita, quando iudex haberet præsumptionem violentam, quia posset punire infamiam, imponendo ei pœnam pecuniariam modicam, vel etiam corporalem, non grauem, puta fustigationem. Fel. d. cap. afferte. vers. secundò limita. Ibidem, num. 8. col. 928. Item limita in casu cap. 1. de homi. quia omnis violenta suspicio sufficit, & hoc propter atrocitatem illius criminis. Felin. d. cap. afferte. vers. tertiò limita non procedere. ibidem, num. 9. Item limita, quando iudex haberet violentissimam præsumptionem, quia tunc posset ferre sententiam diffinituam vsque ad mortem. Ioan. And. in Spec. tit. de proba. §. fin. vers. 13. Vide do. Abb. c. tertio loco. de proba. 5. col. vers. sed ego addo. Vide Lud. Ro. l. excipiuntur. ff. ad Syl. vbi etiam Bald. & ibi Ludo. Ro. declarat, quomodo debemus intelligere ibi Bald. Vide etiam pro declaratione Bar. l. fur. est. in prin. ff. de furt. vbi ponit exempla, quando quis possit puniri ex violentissima præsumptione. Adde Fel. in materia ista latè d. cap. afferte. versic. quartò limita. nu. 10. colum. ead.

Sententia non transfert ius, sed declarat. ita dicit gloss. c. cùm venerabilis. de except. in glo. pe. & glo. c. nonne. 8. q. 4. & gloss. c. quomodo, 11. q. 3. & ibi Arch. & plus dic, quòd etiam sententia non transfert dominium, do. Card. & Imol. c. proposuit. de concess. præben. 12. col. ver. generaliter autem. Bar. l. ex hoc. ff. de iusti. & iur. Fel. d.c. cùm venerabilis. ver. dum dicit gl. quòd sententia non transfert. nu. 28. col. 60. Adde tamen, quòd si post sententiam sequatur traditio rei, quòd tunc bene transfertur dominium per ipsam sententiam, glo. Insti. de off. iud. in gloss. fin. in princ. Imo. in rub. ff. de re iud. quod intellige sanè in his, quæ sunt merè corporalia, secus in incorporalibus, vt est ius eligendi & præsentandi, quia sententia transferret dominiu sine traditione. Inno. c cum nostris. de concess præben. ver. si autem. Bald. l. traditionibus. C. de pac. Vide Fel. d.c. cùm venerabilis. de excep. vers. oportet tamen. num. 29. ibidem.

Sententia non transfert dominium. Vide suprà §. sententia non transfert ius.

Sententia arbitri non transfert dominium. Bal. l fi. §. fin. in fin. C. communia de leg. Fel. c. cùm venerabilis. de excep. vers. not. secundò, quòd sententia arbitri. nu. 30. col. 60.

Sententia in actione personali transfert dominium, & hoc, quando res est adiudicata pro debito. Vide Felin. c. cùm venerabilis. de except. vers. not. tertiò, quòd in actione personali. num. 31. colum. 61.

Sententia declaratoria requiritur in pœnis ipso iure incursis. Fel. c. Rodulphus. de rescrip. vers. sed declaratoria sententia. nu. 35. col. 900. Fallit hoc, quando factum esset adeo notorium, quòd nulla esset opus declaratione. Fel. c. Rodulphus. de rescr. ver. limita primò prædicta. num. 37. col. 902.

Sententia declaratoria excommunicationis incursæ à iure latæ, est nulla, si non præcessit partis citatio. Fel. c. Rodulphus. de rescri. vers. citatur etiam pars, quando fit. num. 41. col. 907. Fallit hoc, quando sententia excommunicationis sit super excessu notorio, quia tunc non est opus citare excommunicatum. Ita Felin. loco prælegato.

Sententia declaratoria excommunicationis si feratur, potest ab ea appellari. Ita Felin. cap. Rodulphus. de rescrip. vers. & appellari potest. num. 43. col. 908.

Sententia arbitri quando infamat? Ponit Felin. c. irrefragabili. §. cæterùm. de offi. ordina. num. 12. col. 1139.

Sententia Papæ prævalet sententiæ concilij, nisi vbi de fide agitur. Ita Fel. c. 1. de pac. in prin. num 1. col. 1251.

Sententia nulla an per partes potest ratificari? Vide Felin. cap. significasti. de fo. comp. vers. tenementi. num. 7. col. 210. Adde do. Abb. cap. significasti. 12. col. vers. secundo principaliter. Adde tu do. Abb. cap. examinata. de confir. vti. vel inuti. 2. not. vbi dicit, quòd d.l. 2. habet locum circa confirmationem sententia nulla, quando nullitas potest deduci in pactum, aliter non. Et vide Felin. d. cap. significasti. versic. secundo declara ex dictis do. Abb. num. 8 col. 212. Adde Felin. c. cùm ex officij. de præscrip. vers. non obstat dictum Innoc. num. 33. col. 308. vbi addit aliqua in materia ista.

Sententia lata contra præsentem non citatum, valet, dum modò habeat intelligentiam de dicta sententia, quòd sit ferenda per iudicem. Ita Felin. cap. 1. de iudi. vers. valet iudicium præsente non citato. num. 18. col. 14.

Sententia, quæ debebat ferri per iudicem in vna hora, si est lata in alia, non valet. Ita Felin. cap. 1. de iudi. ver. not. etiam, quòd si citatio. num. 22. col. 16.

Sententia in causa feudi lata à iudice ordinario, non data negligentia domini feudi, an valeat? Vide Felin. c. cæterum, de iudi. vers. an autem, si ordinarius. num. 5. col. 48.

Sententia

Sententia lata in fauorem monasterij, an valeat, etiam si iudicium intentatum sit sine consensu prælati monasterij? Vide per Fel. c. causam. de iud. vers. vtrum sententia lata. nu. 6.

Sententia lata pro fisco procuratore, an dominus maior possit illam ratificare? Vide per Fel. c. causam. de iudi. versi. sed amator. nu. 7. colum. 71.

Sententia notoriè iniusta, an valeat. Felin. tangit remissiuè cap. si quando. de offi. deleg. in prin. nu. 1. col. 941. Adde tu, quòd communiter tenetur per scribentes, c. inter cæteras. de re iud. & per Inn. c fraternitatis. de frigi. & per do. Ant. de But. c. suam. de pœ. & per Bal. l. 2. pe. col. ver. sed quid. C. ne filius pro pa. quòd notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullam. Adde, quòd Innoc. c. quia plerunq; de immu. eccl. dicit vnum singulare dictu, quòd si pars, pro qua lata est sententia, confitetur eam iniustã, debet retractari, Fortius dicit ipse, quòd retractanda est, vbi notoriè constat de eius iniustitia, & maximè de iure Canonico, quia non debet permittere quem retinere rem cum peccato. Et ista est communis opi. Adde tu, quòd pulchrum est videre, vtrum sententia lata contra ius litigatoris, qua transiuit in rem iudicatam, possit retractari, vel aliquo remedio subueniri parti, contra quam lata est sententia. Host. c. 2. de pur. vul. tangit istam difficultatem, & dicit, quòd licèt non debeat iure ordinario retractari, potest tamen peti restitutio in integrum ex clausula generali, vt cap. ex literis. de in inte. resti. & l. 1. ff. ex qui. cau. ma. Et idem sentit glossa. l. fideiussor. §. in omnibus. ff. man. Et istam opi. Host. Canonistæ communiter sequuntur d. cap. 2. Adde, quòd Doctores iuris ciuilis tenent contra Host. & dicunt, quòd quando sententia est lata contra ius litigatoris, si trã siuit in rem iudicatam, ex quo facit ius inter partes, non potest tolli istud ius. Ita Bart. l. 2. C. quando prouo. non est necess. Et adde no. per Scribentes. l. 1. C. de condi. indeb. Adde & limita, quòd si à principe petatur hæc restitutio in integrum, & concedatur quòd valet concessio. nam solius principis est hoc concedere, vt est text. l. diui. ff. de pœnis. & ibi Barto. Nam sententia facit ius inter partes. vt c. cùm inter. de re iudi. & l. res iudicata. ff. de reg iur. Inferior à principe non potest tollere ius parti quæsitum, vt l. 1. & 2. C. senten. re. non pos. Et istud in terminis tenuit dom. Abb. d.c. 2. de pur. vul. in fin. Adde ad ista, quòd do. Alex. l. 2. C. quando prouoc. non est necess. in apostillis suis ponit quatuor limitationes, in quibus etiam sententia lata contra ius litigatoris est nulla ipso iure. Adde dom. Abb. ca. 1. de re iudi. 2. col.

Sententia in possessorio est quasi diffinitiua, gloss. cap. consultationibus. de offi. deleg. verbo. restitutionem. & alibi gloss. cap. cùm ad sedem. de resti. spo. dixit, quòd erat diffinitiua, & alibi gloss dixit, quòd erat interlocutoria, vt c. cùm venissent. de insti. Vide per Fel. d.c. consultationibus. ver. in ead. glo. ibi, quasi diffinitiuè. num. 2. col. 950.

Sententia lata præcedente citatione nulla, aut inualida, nulla est, & sic non transit in rem iudicatam. Ita Fel. c. gratum. de offi. deleg. ver. net ibi, negotium sit quasi. nu. 3. col. 989.

Sententia ordinarij lata vltimo die iurisdictionis, valet, licèt non debeat iudicare. d. Abb. c. & si Christus. de iureur. Bar. l. cum qui. de iurisdi. om. iud. Vide per Fel. c. consuluit. de offi. dele. ver. glo. in ver. exequi. nu. 17. col. 1019.

Sententia arbitratoris, vel arbitri, lata de nocte, an valeat? Vide, quæ posui in litera A. §. arbitrator an possit.

Sententia diffinitiua lata de nocte, an valeat? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex an possit.

Sententia interlocutoria lata de nocte, an valeat? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex an possit.

Sententia non fertur contra confessum, sed præceptum, intellige tamen de confesso verè, & non fictè. Vide de materia ista, quæ posui in litera C. §. confessus in causa ciuili, & ibi habebis multa bona in materia ista, & ibi dico, quis dicatur verè confessus, & quis fictè confessus, quia contra fictè confessum bene fertur sententia. Et ideo bene not.

Sententia lata per iudicem, an possit illam legi facere per notarium? Videtur dicendum, quòd non, vt est text. cap. fin. de re iudic. in 6. Adde, quòd Ia. Butr. Bald. & Salic. l. hac consultissima. C. qui testa. fa. pos. tenent, quòd quilibet iudex committere potest lectionem sententiæ suæ alteri. dum modò dicat postquàm est lecta, Et ita absoluo, vel condemno. Adde, quòd idem tenent Domi. de san. Gemi. & Phili. d. cap. fin. de re iudic. in 6. Adde, quòd idem tenet Felin cap. super quæstionum. de offi. deleg. vers. glo. in verbo, causa finem. num. 7. col. 1035. & multa allegat pro opin. istius materiæ, & finaliter dicit ipse, & teneo, quòd etiam per altum potest legi sententia, si post quam est lecta, iudex dicat, Et ita pronunciamus. Et in hoc residet. Adde tu ad istud, quòd dicit Fel. ibi, Ita pronunciamus, quòd teneo, quòd malè dicat, quia etiam si consuetudo potest tollere istam solennitatem in legendo, & sic quòd notarius possit legere sententiam ex mandato iudicis, vt tenet Iac. But. Bald. & Salic. d l. hac consultissima. C. qui testa. fa. pos. Arch. 2. q. 1. Dom. & Felin. d. cap. fi. tamen iudex postquàm est lecta sententia debet dicere, Et ita absoluo, vel condemno, & sic non sufficit dicere generaliter. Ita facio, vel pronuncio. Et ita tenet Sal. d. l. hac consultissima. 1. col. ver. sic. item per istum text.

Sententia si est confirmata per lapsum fatalium, ad quem pertinet executio, an ad primum iudicem, an ad secundum? Vide, quæ posui in litera E. §. executio sententiæ ad quem pertinet.

Sententia lata ad dicta peritorum, an veniat retractanda, si producantur postmodum peritiores affirmãtes contrarium. Ioan. And. tenuit, quòd sic, in Spec. tit. de homi. §. 1. vers. sed pone. Bald. l. si ab hostibus. §. fin. ff. sol. matrimo. do. Ant. & Imo. c proposuisti. de prob. Flor. l. si dominus seruum. ad ff. ad leg. Aqui. Ange. l. quod si nolit. §. mancipium. ff. de ædi. edic. Bald. dicit, quòd hoc vidit in facto, in addi. Spec. tit. de confes. Bald. & Sal. l. testium. C. de testi. Fel. d.c. proposuisti. de prob. vers. quarta conclusio, Si apparet, quòd. nu. 10 col. 357. & ibi dicit, quòd ista est communis opi. Adde, quòd do. Abb. d. cap. proposuisti. 4. col. versic. tertiò circa hoc cadit dubium, tenet contra communem opin. & dicit, quòd verum est, quòd sententia lata ad dicta peritorum debet retractari, quando retractaretur per probationes veras confundentes præsumptiuam probationem, sed quòd præsumptiua probatio tollat aliam præsumptiuam, quòd hoc non probatur iure, nisi sit probatio iuris & de iure, tamen non est recedendum à communi opin. Et vide in materia ista Fel. d.c. proposuisti. de proba. vers. prædicta, col. vt supra.

Sententia arbitratorum non transit in rem iudicatam, do. Ant. de But. c. Quintaullis. de iureiur. 6. col. Et idem tenet Feli. c. proposuisti. de proba. vers. allegato. ibi, ad idem, quod not. do. Ant. num. 11. col. 357.

Sententia lata ad consilium sapientis, potest reuocari propter consilium sapientioris. Ita An. de But. c. proposuisti. de prob. Bald. c. si pro debilitate. de offic. deleg.

Sententia an sit nulla, quando testes non sunt publicati? Vide quæ posui in litera T. §. testes si non sunt publicati.

Sententia an retractabitur probata falsitate testium, & instrumẽtorum? Vide, quæ posui in litera F. §. falsitas testium.

Sententia an retractabitur, probata corruptione testium absq; falsitate? Vide, quæ posui in litera C. §. corruptio testis.

Sententia lata prætextu falsorum testium, vel instrumẽtorum valet. Gl. c. licèt. de prob. ver. post sententiam. & Arch. c. & si cognitio. nu. 205. q. 2. Io. And. posuit istam q. c. cum venerabilis. de excep. Vide Fel. d.c. licèt. ver. quarta conclusio, sententia lata. nu. 31. col. 432. & do. Ab. ibi, 20. col. vers. quarta quæstione. Et adde, quòd ista conclusio fallit, quando sententia esset lata ex falsis probationibus factis contra absentem. Ita Bar. l. diuus ff. de re iud. in prin. Ant. de But. & Imo. d.c. licèt. de prob. Inn. c. cum dilecta. de rescr. 4. col. ver. pro hoc incidenter. Bar. l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebellia. Vide Fel. d.c. licèt. ver. fallit primò ista conclusio in sententia lata. nu. 32. col. vt suprà. Adde, quòd etiam fallit ista conclusio. in sententia lata contra minorem, quia est ipso iure nulla. Anto. de But. & Imo. d.c. licèt. Barto. d.l. diuus ff. de re iudica. in prin. Sed contrarium tenuit Ant. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. Sal. l. 2. C. si ex fal. alleg. Imo. c. cum Bertoldus. de re iud. 5. col. ver. decimus. casus. dicit, quòd opi. Bar. d. l. diuus. est mirabilis, & elegans, sed opi. Ang. est verior in iure. Fel. d.c. licèe. ver. fallit secundò. nu. 33. col. 433. videtur sentire cum Bar. Fallit etiam ista conclusio in decreto, quia si interponitur decretum ex falsa probatione. siue contra absentem. siue contra præsentem, decretum est ipso iure nullum. Ant. de But. d.c. licèt. Imo l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicom. lib. Bar. l. si. 4. col. C. si ex fal. instru. Bar. d.l. diuus. Adde Fel. d.c. licèt, ver. fallit tertiò, Ibidem, nu. 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententia lata ex falsis probationibus tenet, sed potest retractari per quatuor media. Primò, per viam restitutionis in integ. l. diuus. ff. de re iudi. Tamen istud remedium expirat lapso quadriennio, c. 1. & 2. de resti. integ. do. Abb. c. licèt. de pro. 10. col. vers. 4. 9. Adde, quòd Imo. dicto ca. licèt. dicit, quòd oportet, quòd ista causa sit finita inter quadriennium, & sic non sufficit fuisse petitam restitutionem. Et hoc habet locum contra minorem, & ecclesiam, vt ibi per do. Abb. Vide Fel. d. c. licèt. vers. quarta conclusi, num. 31. vers. proxi. col. 452. Secundum remedium ad tollendam sententiam falsam, est actio in factum, & hoc, quando agitur ciuiliter ad interesse contra falsos testes, & competit ista actio vsque ad 30. annos, & non datur restitutio in isto casu, & ratio est, quia non retractatur sententia, Ita dom. Abb. d. cap. licèt. 12. col. vers. & si vult agere ciuiliter. Vide Fel. ibi, vers. secundum remedium. nume. 36. col. 434. Tertium remedium ad tollendam sententiam falsam, quia ille, qui habuit illam contra se, potest accusare criminaliter falsarios, & durat ista actio 20. annis, vt l. querela. C. de fal. Et hoc modo intelligas c. cùm venerabilis. de exce. do. Abb. d. c. licèt. 11. col. vers. aut vult agere criminaliter. Vide Fel. ibi, vers. tertium est remedium, num. 37. col. ead. Quartum remedium est, quando quis excipit de falsitate sententiæ contra petentem executionem ipsius sententiæ, quia per petuò auditur, dom. Abb. d. c. licèt. 10. col. vers. aut vult quis. Adde Fel. d. cap. licèt. vers. quartum remedium. nu. 39 col. prædicta.

Sententia lata super parte petita, an valeat? pone, quòd pars petit, multa, & iudex pronunciat solum super duobus, vel tribus, & de reliquis petitis nihil dixit, nec absoluendo, nec condemnando, an in aliis videatur absoluisse? & vtrum sententia pro parte valeat? Do. Abb. c. cùm inter. de re iud. 6 col. vers. & circa hanc. prosequitur materiam istam per tres col. Adde, & conclu dendo dic, quòd sententia regulariter debet ferri super toto, & non super parte, aliàs non valet. quod sentit ibi d. c. cum inter. Io. And. Ant. de But. do. Abb. & Imo. & Fel. ver. de sententia, quando pro parte valet. nu. 5. col. 442. Adde quòd ista regula fallit in multis casibus, & primò, quando pars petit multa in diuersis capitulis, quia iudex isto casu potest ferre plures sententias, imo iudicando in vno capitulo, non videtur condemnare, nec absoluere in alys. Bald. l. 2. C. de re iud. 3. col. Pet. de Anc. in regula, ea, quæ. 17. col. vers. sed ego. Idem tenet Fel. d. cap. cùm inter. versic. fallit primò. num. 6. col. vt suprà. Item fallit ista regula, quia sententia lata super parte valet, & hoc, quando certa pars fuit petita ex vna causa, reliqua ex alia. Dom. Abb. c. cum inter. 7. col. vers. item per hanc. vbi Ioan. And. Fel. ibi vers. fallit secundò regula. num. 8. col. 444. Item fallit ista regula, quia valet sententia pro parte, & hoc, quando instantia periret super vna parte lite pendente. Ita do. Abb. d. c. cum inter. 7. col. vers. fallit in duobus. Bart. & Bal. l. 1. C. si aduer. rem iudica. Fel. d. c. cùm inter. ver. fallit tertiò. nu. 9. Ibidem. Item fallit ista regula, quia sententia super parte lata, valet, & hoc, quando libellus est oblatus contra plures, si iudex fert ententiam contra vnum, valet, & tunc non videtur sententia sium contra alios, quia à quolibet videatur pars petita. Dom. Abb. d. c. cùm inter. 8. col. vers. secundus casus. Bart. l. de vno. quoq; ff. de re iud. in prin. Felin. d. cap. cum inter. vers. fallit quarto. col. ead. num. 10. Item fallit ista regula, quia sententia pro parte valet, & hoc quando pars petit vnam quantitatem in vno capitulo, & iudex. tulit sententiam cum dictione taxatiua, vt puta, fuit petitum centum. & iudex dixit, Condemno Titium in quinquaginta tantùm, quia in residuo videtur eum absoluere. Do. Abb. d. c. cum inter. 8 col. ver. tertius casus. Bar. d. l. 1. C. si aduer. rem iud. Fel. d. c. cùm inter. ver. fallit quinto. nu. 11. col. 445. Item fallit ista regula, quia valet sententia pro parte, & hoc, quando pars petit generaliter multa, vt puta, peto administrationem, vel rationem tutelæ, vel peto iura episcopalia, tunc, si partes fuerunt prosecutæ certas species solum, sententia lata super illis, valet, & super alys non videtur iudex absoluisse. Ita do. Abb. d. c. cum inter. 8. col. vers. secundus casus. Et ibi. plus dicit, quòd si partes fuerunt prosecutæ omnia in generali petitione, quòd valet etiam sententia pro parte, & hoc, quando illud totum petitum erat diuisibile. Vide do. Abb. vbi suprà. et Fel. d. c. cùm inter. ver. fallit sextò. vbi supra, nu. 12. col. prad. Item fallit ista regula, quia etiam sententia pro parte valet in causa appellationis, quia potest iudex confirmare sententiam primam in parte, & in reliquo infirmare. Host. cap. placet. de conuer. coniu. Ant. de But. & Imo. d. cap. cùm inter. Vide Felin. ibi, in versic. fallit septimò, Ibidem, num. 13. Item fallit ista regula, quando lata est sententia super toto petito, quia valet pro parte super qualitatibus petitis. Bart. l. 1. C. si plu. Vide Felin. d. cap. cùm inter. versi. fallit octauò. num. 14. Ibidem. Item fallit ista regula, quia sententia lata pro parte, valet, & hoc super accessorijs, vt puta in expensis. Bald. l. fin. C. quando prouo. non est ne. versic. minus, quàm. & ibi Sal. Vide Felin. d. cap. cùm inter. versi. fallit nono. num. 15. col. 446. Item fallit ista regula, quia sententia lata pro parte, valet, & hoc, quando pars confessa est partem debiti, quia potest iudex facere præceptum in ista parte confessata, super reliquo casu ventilabitur. Felin. d. cap. cum inter. versic. fallit vndecimò. num. 16. col. ead. Item fallit ista regula, quia sententia lata pro parte, valet, & hoc, quando de consensus partium iudex cognoscit super parte. Bart. l. si conuenerit. ff. de re iud. Felin. d. cap. cum inter. versi. fallit duodecimò, quando de consensu. num. 17. Ibidem. Item fallit ista regula, quia sententia lata super parte, valet, & hoc, quando pars aduersa super vna parte fecit exceptionem peremptoriam, quia si iudex pronunciat super vna parte, videtur admisisse exceptionem, & tacitè absoluere reum ratione ipsius exceptionis, & postea condemnare dictum reum in parte alia. Bart. l. si plures. 1. col. ff. de sideiusso. Felin. d. cap. cum inter. versic. fallit tertiodecimò, quando iudex. numer. 18. Ibidem. Item fallit in sententia arbitri, quia lata super parte, valet. Ioan. And. d. cap. cum inter. versic. quarta opi. Vide ibi Felin. versi. fallit quartodecimò & vltimò. nume. 19. col. 447. vbi multa dixit.

Sententia arbitri an valeat lata pro parte? Vide suprà §. sententia lata super parte petita.

Sententiæ si quis stare promisit, tamen ab ea potest appellare. Vide Bar. l. si. ff. de præto. stip. vbi dicit, quòd nulla plenitudo verborum tollit appellationem, vel reductionem ad arbitrium boni viri. Adde Fel. c. causam. de re iud. vers. limita communem opin. num. 3. col. 449.

Sententiæ appellatio in dubio intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria. Ita glo. l. 1. §. biduum ff. quando appel. sit. gloss. c. cum olim. de testi. in glo. si. Et idem tenet Imo. rub. de sen. & re iud. Et ideo si ex forma statuti debet solui gabella de sententijs, vel ex forma statuti, non potest appellari, intelligitur de diffinitiua. Bald. addi. Spec. rub. de sent. 2. col. Bald. & Albe. l. ex causa. §. nunc. ff. de mi. Adde Felin rubri. de re iudi. vers. scias etiam, quòd appellatione sententiæ. num. 7. col. 342. vbi ponit multa alia similia.

Sententiam diffinitiuam an iudex ordinarius, vel delegatus possit reuocare, vel corrigere, aut declarare? Adde, & fac regulam, quòd iudex, siue sit ordinarius, siue delegatus, non potest sententiam suam diffinitiuam reuocare. Per tex. l. iudex post quã. ff. de re iudi. Fel. c. qualiter & quando. de accusa. il. 1. vers. secundus principalis articulus. nu. 23. col. 743. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus, & primò, respectu declarationis, seu interpretationis, quia quilibet iudex potest declarare, seu interpretari suam sententiam diffinitiuam, etiam post quam lata est. Do. Abb. d. c. qualiter & quando. 1. col. vers. & in hoc. vbi Ant. de But. & Ioan. de Ana. Vide glo. §. his ita. 35. quæst. 9. Bar. l. ab executore. ff. de dam. infec. 2. col. Vide Felin. d. c. qualiter & quando. versic. fallit primò. Ibidem, vbi latè de hoc, quod tamen intellige sano modo, dum modò talis declaratio, vel interpretatio sit congrua. secus, si non adaptaretur ad vim, & substantiam verborum, Bald. d. l. ab executore. vbi omnes, & Bald. l. hac lege. C. de sen. ex breuilo. reci. Fel. dicto cap. qualiter & quando. versic. secundò limita. num. 25. col. 744. Dic etiam, quòd si ista declaratio seu interpretatio, non potest fieri à successore in magistratu, quòd ille iudex, qui tulit sententiam sit ille, qui declaret, aut interpretetur. Bal. d. l. hac lege. pennlt. colum. Felin. d. cap. qualiter. vers. tertiò vltra Doct. limita. Ibidem, num. 26. col. 745. Dic etiam, quòd iudex potest semel interpretari suam sententiam, & non licet ei pluries interpretari. Bald. d. l. hac l. circa fin. Felin. d. c. qualiter. versic. quartò limita. num. 27. colum. 746. Item fallit prædicta regula, quia iudex potest semetiam suam diffinitiuam corrigere incontinenti. Felin. dict. cap. qualiter. versic. fallit secundò prædicta

dicta regula. numer. 30. colum. 747. Item fallit prædicta regula, quando ille, pro quo est lata sententia diffinitiua, fatetur, quòd sit iniusta in totum, vel in parte, quia iudex poterit diffinitiuam suam reuocare. Innocent. cap. quia plerique. de immuni. eccle. circa fin. 1. colum. do. Abb. cap. is qui. de sponsa. Cyn. Bart. authen. sed iam necesse. C. de do. ante nup. Felin. d. cap. qualiter. versic. tertiò fallit prædicta regula. num. 32. col. 749. Item fallit, quando contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, essent probationes receptæ parte non opponẽte, quia idem iudex ordinarius poterit sententiam retractare. Innocen. cap cum dilecta. de resciip. Imol. & Ant. de But ibi. Inno. d. c. cùm Bertoldus. de re iud. Felin. d. c. qualiter. versic. quartò fallit prædicta regula. num. 33. colum. 751. Item fallit prædicta regula, quando iudex ordinarius, vel delegatus tulit sententiam super incertitudine, vt quia absoluit partes ab obseruatione iudicij, tunc poterit iterum cognoscere de causa, dom. Abb. cap. examinata. de iudi. vlt. col. & ibi do. And. & Ant. de But. Felin. d. cap qualiter. versic. quinto fallit, vbi iudex. num. 34. col. 752. Item fallit prædicta regula, quando pars implorat offic. cum iudicis nobile, ad hoc, vt petat restitutionem in integrum, quia poterit ipsemet retractare sententiam. Felin. d. cap qualiter. versi. sextò fallit. Ibidem. num. 35. col. 753. Item fallit prædicta regula in principe, quia poterit retractare suam sententiam diffinitiuam. do. Abb. & alij. d. c. qualiter & quando de accus. Felin. ibi versic. septimò fallit prædicta regula. num. 36 col. ead. Item fallit prædicta regula in sententia diffinitiua nulla, quia iudex ordinarius potest eam reuocare, quomodo intelligatur hoc, vide Fel. d. c. qualiter. ver. octa uò fallit Ibidem. num. 37.

Sententiã nullam solus Papa confirmat. Fel. c. significasti. de foro comp. ver ist is iunge Bal. nu. 9 col. 212.

Sententiam iniustè latam in causa criminali iudex non debet exequi. Ang. & Imol. l. à diuo Pio ff. de re iudic. vlt. char. Pone, quòd princeps interrogatus de hoc, rescribit, quòd omnino illa sententia sit exequenda. Bart. d. l. à diuo Pio. §. sententia. d cit, quòd iudex debet exequi, & obedire principi. Et idem tenet Ant. de But. & Imo. cap. 1 de offi. ordi. Adde, quòd pulchrum est videre, quomodo consulendum est iudici in isto casu, quando iudex videt, quòd sententia est iniusta, & urget mandatum principis. Vide Felin cap pastoralis §. quia verò. de offi. deleg. num. 15. col. 1049. & inde. Vide Fel. etiam d. cap. consanguinei. de re iud. versi. & quod iudex videns sententiam in istam. nu. 8. col. 420. Adde, quòd sunt tres casus, in quibus sententia lata in causa criminali potest retractari, etiam si transiuit in rem iudicatam absq; beneficio, vel gratia princ pis. Primò, quando sententia fuit lata ex præsumptionibus, & superuenit alia præsumptio fortior. Bald. & Ang. l. si adultery. C. de adul. & ibi Sal. & do. Alex. si ab hostibus ff. sol. mat. 4 col. Felin. d. cap. consanguinei. versic. sunt tamen tres casus. nu. 9 col. 421. Ibi. Secundus casus est, quãdo reus est condemnatus, eò quia occidit Titium, quem constat viuere, tunc sententia retractabitur statim. Bar. l. absentem ff. de pœnis. vlt. col. Bald. l. 1. C. de confes. 9. colum. ver. sed quid dices Est verum, quòd aliqui tenuerunt, quòd etiam isto casu consulendus est princeps. Ita Sal. l. 1. C. qui accusa. 6. colum. Vide Fel. dicto cap. consanguinei. versi. secundus casus. num. 10. Ibidem. Tertius casus est, quando lata est sententia contra absentem. De quo vide Felin. cap. consanguinei. versi. tertius casus. num. 11. col. ead.

Sententiæ ordinariorum si sunt contrariæ, quæ sententia præualet? Vide, quæ posui in litera O. §. ordinarij. si sunt discordes.

Sententiæ tres latæ conformes, an possint dici de nullitate, vt puta. quòd sint latæ ab incompetenti iudice? gloss. cle. 1. de re iud. tenet, quòd non. Contrariam gloss. habes cle. vnica, de sequest. pos. & fru. in glo si Et do. Abb. reprobat illam gloss. ibi d. cle. 1. & Pet. de Anch. Adde tu, & dic, quòd gloss. fin. in cle. vnica loquitur, quando tres sententiæ conformes essent latæ ab incompetenti iudice. Ita declarat Anto. de But. & Imo c. 1. de confir. vti. vel inuti. Sed vbi prima sententia esset lata ab incompetenti iudice, & secunda à competenti, & eius sententia transiuit in rem iudicatam, tunc non potest dici de nullitate ratione primæ sentiæ quia purgatum est eius vitium per secundam sententiam. Adde Felin dicto cap. ea, quæ. de re iud. versi. obstant prædicti is duo. num. 2. col. 375.

Sententiæ contrariæ, quid de duabus sententijs contrarijs eodem die latis, an valeant? Felin. c. capitulum. de resciip. versic. de duabus. ibi, & ibi dicit idem de duabus sententijs. num. 15. col. 786. Adde tu, quòd Bartol. l. 1. C. quando prouo. non est necess. & l. nam & postea §. sed si damnetur. ff. de iureiur. tenet. quòd duæ sententiæ contrariæ valent, dic, quòd quãdo quæritur, an sentia secunda lata contra primam, valeat, quòd magis communis opi. gl. & Doc. d. l. 1 C. quando prouo. non est necess. & c. inter monasterium de re iud & c. pastoralis. in princ. de resciss. est contra Bar. quia si etiam secunda sententia sit lata in noua instantia, non valebit. vt per doct. locis prælegatis. Adde, quòd hoc verum est, exceptis tamen quibusdam casibus, quos enumerat dom. Alexand. d. l. nam & postea §. sed si damnetur. 1. col. Adde, quando sententia contra sententiam potest valere, & in quibus casibus? Vide per Bald. l. 2 ff. de iure iur per Ant. de But. l. ab excommunicato. 3. col. de rescrip. per Io. de Imol. l. 1 ff. de re iud.

¶ Separati à matrimonio per falsos testes, vel corruptos, debent iterum coniungi, etiam si transiuerunt ad secunda vota, de quo vide, quæ posui in litera M. ver. matrimonium separatum.

¶ Separatio thori, si sententia sit lata in ipsa separatione, an transeat in rem iudicatam. Vide supra §. in sententia lata in causa separationis.

¶ Sepulchrum maiorum quod dicatur? puta, quis dixit in testamento suo, volo sepeliri in sepulchro meorum maiorum? & pater & auus suus sunt sepulti in alio loco, de quibus intelligit testator? Vide Old. consil. 225. incip. Thema tale est. Adde Felin c. super eo. de testi nu. 6 col. 562.

Sepulchrum fit religiosum ex sola authoritate superioris. Ita Fel. c. quantò. de iudi. ver. circa gl. in si nu. 4 col. 23.

¶ Sepultura electo, quæ fit cum pacto etiam in loco, vbi aliàs de iure sepeliri debebatur, inducit simoniam. Fel. c. ad audientiam ul. 2 de rescrip. versi. fallit primò in electione sepulturæ. num. 9 col. 798.

¶ Sequax quis dicatur Fe. de homi c sicut dignũ. nu. 16. col. 1023.

¶ Sequestrum potest ferri in beneficialibus Fel. c olim. de rescrip. in prin. col. 648. Et hoc, quando reus est absens. col. 649 Et idẽ si est beneficiatus, & non vult seruire beneficio, quia superior debet facere sequestrum saltem quo ad hoc, vt officium eius non negligatur. Ita Fel. d. c olim. versi. considera, bene, dum vult Dom in. num. 1. colum 648.

Sequestrum, vtrum in eo transeat possessio? Vide Felin. cap. examinata. de iudi. versi. in gloss. 2. vtrum num. 10. col. 116. vbi copiosè examinat quæstionem istam. Adde tamen Bart. l. licèt. ff. depos. qui dicit, quòd sequestratio tollit possessionem, si sit de voluntate vtriusq; partis, secus si iussus iudicis. Et vide Bart. l. si oleum. ff. de dolo. in prin. vbi dicit, quòd quando res deponitur apud sequestrum, licèt perdatur possessio, non tamen amittitur commodum possessionis. Adde Bal. l. 1. C. de probi. sequi dicit, quòd rei sequestratione, quæ fit partium consensu (quia fieri dicitur potius gratia actoris, quam rei) perditur possessio. Ego teneo istam opi. Bart & Bald. reprobata opi. Fel. ibi, d. c. examinata. co. ead.

Sequestrum an interrumpat præscriptionem? Vide quæ posui in litera P. § præscriptio si interrumpitur per sequestrum.

Sequestrum, an quis possit facere præstationem pendente sequestro in beneficio iurispatronatus? do. Abb cap. examinata. de iudic. 6. colum. ponit quæstionem istam, & dicit, quòd de mente Host. & Ant. de But. est, quòd sequester non possit præstare, cò quia non possidet, & postea concluditipse, quòd facta sequestratione nec ille, qui prius possidebat, nec sequester, possint præstare, & ratio est, quia præstantio computatur inter fructus, si sequester præstabit, duomodo restituet fructus victoriam obtinenti? Adde, quòd communis opin. est in contrarium, quòd imò sequester possit præstare. Ita tenet Inno. d. c. examinata. dom. de Rot. tit. de elect. 2. in antiquis, do. Card. cle. 1. de sequest. pos. & fru. 10. not. Et istud etiam tenet Felin. ca. cùm Bertholdus de re iud. ver. quintò, quia idem tenet. in fin. num. 29. col. 523.

¶ Seruitus habens causam discontinuam, & sic non perpetuam, nec continuam, non acquiritur per præscriptionem, do. Ab. c. de quarta de præscri. 8. col. ver. si autem. & vbi Imo. gl. l. seruitutes 2 ff. de serui. Bar. l. 1 ff. de aqua plu. arc. §. denique; vbi Angel. Fel. d. cap. de quarta. ver. est alia regula. nu. 41. col. 190.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde, quòd hoc fallit in aliquibus casibus, & primò quando seruitus discontinua esset præscripta per spatium tanti temporis, cuius initij memoria non existit, do. Abb. d.c. de quarta. loco præalle. Felin. d.c. de quarta. versi. allegato. col. ead. Item fallit, quando seruitus discontinua esset præscripta cum titulo concesso à domino, qui titulus si non potest probari per testes, tamen potest probari per coniecturam, vt puta, quia præscribens vsus sit seruitute domino patiente 10. vel 20. annis. Innoc. cap. si diligenti, de præscrip. & ibi do. Abb. 5. col. cap. peruenit. de censi. in fin. Bar. d. l. 1. §. denique ff. de aqua plu. ar. versi. item oppono. Felin. d.c. de quarta. versi. fallit secundò. Ibidem, num. 41. Item fallit, quando seruitus discontinua præscribitur cum titulo vero, sed non habito à domino, sed à tertio, quia valet præscriptio. Pau. de Cast. l. seruitutes. la 2. ff. de serui. Fel d. cap. de quarta. versi. fallit tertiò, vbi seruitus. num. 41. col. ead. & seq.

Seruitutes an acquirantur per præscriptionem? do. Abb. cap. de quarta. de præscript. 8. colum. versic. quero principaliter de duobus. dicit, quòd si seruitus, de qua agitur, habet causam continuam & perpetuam, sicut est seruitus aquæductus, quæ sine intermissione ducitur, quod tunc talis seruitus acquiritur per præscriptionem, puta 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, etiam sine titulo. Et ibi dicit, quòd inter seruitutes & bona immobilia est ista differentia, quia in rebus immobilibus requiritur titulus, ad hoc, vt currat præscriptio, sed in seruitutibus non requiritur titulus, sed sufficit solus vsus, dum modò non vi, aut clàm, nec precario sciente domino, & non contradicente. Ita dom. Abb. dicto cap. de quarta, 8. colum. vbi supra. & cap. 1. de præscri. Bart. l. 1. §. 1. ff. deuti. actuque. pria. Et adde, quòd communiter tenetur, quòd in seruientibus non requiritur titulus. Innocen. dicto cap. de quarta. & glos. cap. cum ecclesia. de causp. & proprie glos. & Bart. l seruitutes. 2. ff. de serui. Adde & limita istam communem opin. non habere locum, quando præscriptio est contra ius, quia tunc requiritur titulus, cap. 1. de præscript. in 6. Et idem puto de iure ciuili, etiam quòd non habeamus legem, quæ hoc dicat. Vide dom. Abba. d. cap. de quarta. 9. colum. versic. ego verò. Item limita communem opin. non habere locum, quando præscribitur vsufructus, quia in eo præscribendo requiritur titulus. Est text. l. fin. C. de præscript. long. temp. Barto. l. iusto errore. §. non mutat. ff. de vsuca. Et ratio est, quia vsufructus inter immobilia computatur, Barto. d. §. non mutat. Item limita communem opinionem non habere locum, quando obligatur persona ad aliquod seruitium quia requiritur saltem titulus putatiuus per lapsum longi temporis, dom. Abb. dicto. cap. de quarta. 9. colum. versic. limita tertiò. Item limita communem opinio. non habere locum, quando præscribitur contra ecclesiam, quia licet non requiritur titulus, requiritur tamen tempus 40. anno. Ita dom. Abba. dicto cap. de quarta. 9. colum. versicul. quartò limita. Adde, quòd cùm ista opin. dom. Abb. transiuit Felin. dicto cap. de quarta. versic. quomodo autem per præscriptionem. nume. 40. colum. 189. Adde etiam. quòd in quantum do. Abb. dicit, quod quando præscribitur contra ecclesiam non requiritur titulus, sed tantum tempus 40. anno. Bald. tamen l. seruitutes. la grande, ff. de seruitu. tenuit contrarium, videlicet quòd quando priuatus vult præscribere seruitutem contra ecclesiam, oportet, quòd alleget titulum, & sic vult, quòd non possit præscribi, vel acquiri seruitus contra ecclesiam, nisi doceatur de titulo, etiamsi allegeretur præscriptio 40. ann. quæ est sufficiens contra ecclesiam, vt d. c. de quarta. Et illam opi. Bal. d. l. seruitutes. sequuntur omnes ibi, & fuit obientum aliàs in facto. Et hoc not. quia sæpius in practica, & vide ibi additionem ad Fel. ver. & cir. limitationes datas. Ibidem, num. 41. col. 190.

¶ Seruus, qui reputabatur liber, si efficiatur iudex ordinarius vel delegatus, an sententia ab eo lata teneat? Vide, quæ posui in litera D. § delegatus seruus.

¶ Si, ista dictio facit conditionem. Bart. l. testamentum. C. de institut. & substitu. 1. colum. Et de hoc est casus l. si mihi & Titio. in princ. ff. quando di. leg. ce. Vide Felin. cap. ex parte. de rescrip. versi. scias etiam, quòd aliquando in literis Papæ. num. 10. col. 345.

¶ Sigillum episcopi, aut alterius principis, si conceditur per ipsos principes alicui honestæ personæ, poterit sigillare omnia, quæ pertinent ad ipsum principem, vel episcopum, do. Abb. c. 2. de fi. instr. vlt. col. versi. venio ad quartam. Adde ibi Fel. versi. secunda conclusio valet. nu. 37. col. 804.

Sigillum appositum in priuilegio, vel in instrumento non confecto manu publica, si est fractum, inducit præsumptionem maximam falsitatis contra ipsum instrumentum, vel priuilegium, dom. Abb. capito. inter dilectos. de fi. instrum. 6. col. versic. & ex hoc. Adde ibi Felin. versi. item corruptio sigilli num. 5. col. 824.

Sigillo alieno potest quis sigillare, & hoc, si proprium non habet. do. Abb. c. 2. de side instrum. 9. col. versi. nunc venio ad secundum principale. vbi etiam Inno. & alij intellige hoc, dum modò exprimat se alieno sigillo sigillare. Vide Fel. d. c. 2. versi. prima conclusio potest quis. num. 34. col. 803. Adde & limita istam communem opin. non habere locum in magnis rebus, aut in contractibus, quia necesse est sigillare proprio sigillo. Felin. dicto cap. 2. versic. secundò intellige. num. 35. Ibidem. col. 804. Item limita, quòd verum est, quòd quis potest sigillare alieno sigillo, dum modò de voluntate illius cuius est, alias non, & hoc debet exprimere. Bald. d. c. 2. & ibi Ant. de Bu. vbi Felin. ver. tertiò intellige. Ibidem, nu. 36.

Sigillis non creditur, & hoc, quando nomina illorum, quorum nomine sigillata sunt, penitus sunt ignota. gloss. c. 1. 89. dist. Si autem habetur aliqua cognitio sigillorum, vel sigillantium, & non agitur de alterius præiudicio speciali, creditur sigillis, dum modo sint quinq; do. Abb. c. quod super. de fi. instru. 2. col. versi. glo. 3. Aut agitur de præiudicio tertij, & non creditur, do. Abb. loco præalleg. & ibi Io. And. Adde Fel. d. c. quod super his. versi. in glo. in verbo, ignota. nu. 7. col. 834.

¶ Signum notarij requiritur in instrumentis, do. Abb. c. 1. de fi. instru. 4. col. ver. dicit tamen. Adde Fel. versi. item requiritur signum notarij. num. 13. col. 786.

Signa alterius si qui vsurpauerit, qua pœna puniatur? Vide Bar. in tractatu De insignijs. Bald. l. 1. C. quæ res ven. lo. de Ana. c. accedens. de crimi. fal. Ant. de But. c. cum dilectus. de excess. prala. Adde Fel. c. tertio loco, de proba. in prin. nu. 1. col. 358. Et idem dic de sigillo, vt ibi per eum.

¶ Silentium impositum per iudicem parti, vt non possit agi vltra talem terminum in causa matrimoniali, non valet, quia semper potest agi. Fel. c. accepimus. de fi. instru. ver. & idem, si esset grauamen. nu. 8. col. 817.

Silentium potest imponi per iudicem parti, putà, quòd non possit accusare vltra talem terminum, vel etiam, quòd non possit impugnare rescriptum, vel instrumentum, de quo vide Bart. l. Titia. circa. fi. ff. de accu. Adde Fel. c. accepimus. de fi. inst verbo, text. ibi, si verò. nu. 6. col. 816. Virum requiratur bina monitio? vide per Felin loco præallegato, col. vt supra. Adde, an istud habeat locum in damnum ecclesiæ? Vide Felin. d. cap. accepimus. versi. sed istud declara. num. 7. col. præalleg. & seq. Vbi ponit, quòd si prælatus cum conuentu distulit comparere, quòd silentium non nocebit. Item vbi grauamen, vel vbi continua læsio, non nocebit silentium. Fel. d. cap. accepimus. versicu. & idem, si esset grauamen. num. 8. col. 817.

¶ Simile, similia sunt illa, quæ sunt idem in qualitate. Bald. in addi. Spec. tit. de disp. & allega. §. similia. & l. 1. in fin. C. quæ sit long. consue. Felin. cap. translato. de const. num. 10. versi. in gloss fin. in fine col. 75. Adde Bart. l. quod Nerua. in versi. oppo. ff. depositi. vbi quærit, quæ dicantur similia, ponendo exemplum de lata culpa.

Simile an sit idem? Ponit Felin. c. capitulum. de rescrip. versi. nullum simile. num. 4. col. 769.

Similia, de similib. ad similia procedendum est, de quo vi. dom. Abb. c. translato. de const. 1. col. ver. nã quotidie allegatur tex. Vide etiam Fel. d. cap. translato. ver. & quæ dicantur similia, num. 11. col. 75. Adde & amplia regulam istam, quia habet locum etiam in pœ. Ita Fel. c. trãslato. ver. & ampliatur ista. nu. & col. præd. Fallit tamen in aliquib. casibus enumeratis per Felin. d. c. translato. ver. sunt tamen certi casus. num. 12. col. 76. Item not. arg. à simili, quando est aliquis casus, in quo lex, seu constitutio trahitur ad præterita. Fel. d. cap. translato. ver. itẽ non arguitur à simili. num. & col. præallegat. Item si diceretur in statuto, quòd statuta intelligantur ad literam, prout iacent, quia non sit extensio ad similia. Felin. d. capit. translato. versi.

to. ver. prædicto, colum. vt supra. Item si constitutio laederet ius naturale in aliqua parte, non proceditur, de similibus ad similia. Felin. cap. translato. versi. idem si statutum laederet, num. & colum. prædictis. Item, si constitutio imponeret pœnam priuationis, non proceditur a simili, quia illa non imponitur, nisi vbi lex expressè hoc dicit. Fel. d. c. translato. versi. prædicto. & col.

¶ Simonia an cadat in Papam? Vide quæ posui in litera P. §. Papa an possit inuolui in crimine simoniæ.

Simonia committitur in iure patronatus, vt puta si patronus, pro præsentatione, quam facit de certo clerico ad episcopum, si ab ipso clerico habuit aliquid pro præsentatione facienda, committit si ab ipso clerico habuit, aliquid pro præuenens, in princip. column. 537. & capitul. 3. de iudic. numero. 2. colum. 21.

Simonia non solum committitur in dando, sed etiam in remittendo, vt puta, quis mihi debet 20. remitto illa 20. si facit mihi collationem de tali beneficio, remittendo committo simoniam, quia remittere est dare, de quo vide Fel. latè c. veniens. de testi. ver. no. tertiò. nu. 2. col. 538.

Simonia committitur in acquisitione hospitali, si sit interuentu pecuniæ, sicut sit in acquisitione ecclesiæ, de quo vide quæ posui in litera H. §. hospitalis acquisitio.

Simonia commissa in ordine, quis possit dispensare? Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus, & sic inferior a Papa, posset dispensare.

Simonia commissa in beneficio curato, seu dignitate, vel simplici, quis disponat? Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus, & sic inferior.

Simonia an sit committenda in sacramentorum necessarijs? Vide dom. Ab. c. dilectus. de simo. el 2. versi. gloss. 1. & ibi Fel. nu. 2. col. 898.

Simonia quando committatur aliquid dando? Fel. c. ex tua, de simo. nu. 3. col. 886.

Simonia non solum committitur in beneficio spirituali obtinendo, sed etiam in qualibet administratione rerum ecclesiæ, de quo vide Felin. cap. consulere. de simo. ibi, tertiò nota. numer. 1. colum. 925.

Simonia committitur pro ingressu monasterij, & hoc, si pro tali ingressu promittitur aliquid, vt puta si pater, dum viueret, vel moriens in testamento diceret, Relinquo tali monasterio, puta centum, si receperit filiam meam in monacham, Ita glossica pitul. non satis. de simon. Et ibi domin. Abb. qui dicit, quòd si pater, vel alius ingrediens monasterium deducit hoc in pactum, quòd diceret, dabo centum, si recipiatis me in monachũ, vel monacham, quòd simonia est, sed si pater puellæ, vel ipse ingrediens purè pro deuotione offerat monasterio, tunc non committitur simonia. Item dicit, quòd si monasterium non habet, vnde viuat, vt quia facultates non sunt, moniales poterunt dicere intrare volenti, Amice ducas tecum, quia non sunt hic facultates. Et idem tenet Felin. dicto cap. non satis. in princi. nu. 1. colum. 869. & inde. Adde tu ad dilucidationem istius dubij, quòd Bart. l. 2. C. de insti. & substi. tenet, quòd dicere, Relinquo monasterio centum, si receperit filiam meam in monacham, quòd talis conditio est turpis, & reijcitur, & legatum remanet purum, & sic Bar. reputat illam conditionem turpem, quia inuitare monasterium ad recipiendum, est simonia, vt per eum. d. l. 2. & glo. d. c. non satis. Sed aduerte, quia ipsemet Bar. tenuit contrarium l. Titio centum. §. 1. ff. de cõdi. & demon. scilicet q; monasterium non debet habere relictũ, quia tale relictum est nullum, nam secundum eum, non est verum, q; illa conditio, Si monasterium acceperit talem in monacham, sit turpis, imo continet quid honestum. Vnde quoties conditio est honesta, sed ad illam inuitari spe lucri, est turpe, & inhonestum, tunc legatum, vel institutio est nulla, l. illa. & q; ibi no. ff. de hære. inst. Sed ita in proposito nostro. Et ideo, secũdum eum cautela est, quòd relinquatur monasterio pro alimẽtis illius monachæ, nam tunc dispositio facta pro tali causa, bene valet, si reditus monasterij non sunt sufficientes. Et istud vult glo. d. cap. non satis. & ibi dom. Abb. & alij. Et hæc opin. est vera, & magis communis. Vide do. Alex. d. l. 2. C. de instit. & substi. in fi. Et adde quòd pater isto casu posset alienare bona iacentia sub fideicommisso pro filia, quam vult ponere in monasterio, si monasterium non habet reditus sufficientes ad alimenta. Bar. auth. res, quæ. C. commu. deleg.

Simonia commissa in rebus in quib. ius diuinum adhæret, & in rebus merè positiuis, qualiter aboletur per pœnitentiam. Fel. de simo. c. mandato. nu. 9. col. 941.

Simonia in spiritualib. non inducit expressionem illius, quod inest, puta, renunciatum est vni beneficio cum pacto, vt habeatur aliud. Vide Fel. c. ad audientiam. el 2. de rescr. ver. exprimere, quod inest. nu. 8. col. 798.

Simonia causatur ex sola promissione. Felin. c. nobis, de simo. nu. 2. col. 895.

Simonia est crimen publicum, ideo auditur quilibet de populo. Vide de quæ posui in litera E. §. ecclesia si offenditur,

¶ Simonacus non dicitur intrusus. Fel. c. in nostra. de resc. versi. sed declara, vt latius. nu. 13. col. 832.

Simoniacus pòt puniri per iudicem secularem. Vide quæ posui in ista materia in litera I. §. iudex secularis potest punire.

Simoniacus in ordine, si est secretus, an audiens diuina ab eo sic, peccat? Vide Fel. c. accusatum, de simo. ver. circa primam. colum. 867.

Simoniacus est infamia iuris, glo. 2. c. 1. de testi. in 6. An verò sit infamis ipso iure, an verò requiratur sententia? do. Abb. ca. ex diligenti. 2. col. ver. puto. dicit, quòd infamis per sententiam, sed Felin. ibi videtur tenere contrarium. numer. 2. col. 881. de simon.

Simoniacus, qui fuit prouisus a Papa, an contra eum possit inquirere ordinarius? Vide, quæ posui litera O. §. ordinarius potest inquirere.

Simoniacus, qui commisit simoniam cum Papa, an sit tutus, quo ad Deum? & vtrum vitium simoniæ purgatur per authoritatem Papæ? glo. c. ex parte. el 1. de offi. deleg. tenet, quòd sic, & hoc in simoniacis, quia prohibita, secus, in prohibitis, quia simoniaca, vt in sacramentis. Arc. & Do. de S. Gem. c. 1. 12. distin. Io. de An. c. 1. de simo. Sed d. Ab. tenet contrarium c. extirpanda. §. quia vero. de prab. in fi. in rep. vbi dicit, q; licèt Papa non ligatur in aliquibus, tamen ligatur, qui deliquit cum eo. Vide Fel c. de cætero. de re iud. ver. de simonia verò commissa. nu. 18. col. 284.

Simoniacus in ordine recipiendo est suspensus, non solum ab illo ordine simoniacè recepto, sed etiam ab omnibus alijs ritè receptis. Fel. de simo. c. per tuas. nu. 2. col. 919.

Simoniaci dicuntur hæretici. Fel. in rub. de simo. quem videas omnino, quia multa ponit ibi circa hoc, in prin. col. 865.

¶ Singulares de collegio habentes rem cõem, vt singuli, an possint vti re cõmuni, aut super illa disponere? Vide, quæ posui in litera R. §. res communis.

¶ Singuli de collegio an possunt esse testes in causa collegij? Vide, quæ posui in litera T. §. testes. & sic illi, qui sunt de vniuersitate.

Singuli de vniuersitate an possint esse testes in causa vniuersitatis? Vide quæ posui in litera T. §. testes, & sic illi, qui sunt.

¶ SOCIETAS mala facit aliquem suspectum. Fel. c. nulli. de accus. nu. 1. col. 687.

¶ Socius an possit testificari pro socio? Vide dom. Ab. c. insuper. de testi. vlt. col. ver. dubitatur etiam. Vide ibi Ant. de But. Inno. c. 2. de testi. Ang. l. si duo rei. ff. si quis cau. Adde Fel. d. ca. insuper. versi. quintò quæritur. num. 14. col. 423. vbi dicit, quòd si est socius omnium bonorum, non potest testificari pro socio, secus, si est socius in parte. Et idem tenet dom. Abb. d. cap. insuper loco præallegato.

Socius criminis an possit testificari contra socium eiusdem criminis? & vtrum testimonium socij in crimine admittatur? Vide glo. c neniens. el 1. de testi. verbo, confessio. & ibi Bal. l. dictan tibus. C. de testi. Vide Lud. Ro sing. suis, Cy. l. fi C. de quæst. do. Ab. c. 1. de confes. 2. col. verb. soluit. glo. 2. & ibi An. de Bu. Vide Fel. d. c. veniens. ver. gl. in ver. confessio. nu. 18. col. 545.

Socius criminis non est admittendus ad testificandum. Tamen si admittitur, facit aliqualem præsumptionem. Bartol. l. maritus. ff. de quæstio. Felin. capitul. suborta. de re iudic. versicu. fallit quinto in casu. numero 18. colum. 557.

¶ Solennitas, quæ requiritur in aliquo actu, si est commissa, non reddit actum nullum ipso iure, sed ope exceptionis, etiamsi lex dicat, Non valeat actus omissa solennitate. Ita Bar. l. vniuersa. C de precibus. impe. offe. & idem tenet Bald. l. non dubium. penul. C. de legi. Adde Fel. ca. quoniam frequenter. aliàs est §.

num.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num.3.vt lit non contest.versic.tu verò attende.colum. 295.
Solennitas extrinseca an præsumitur, vt puta, quòd publicata sit sententia, vel quòd instrumentum sit exemplatum authoritate iudicis parte citata. Hostiens. Ioann Andr. Bald. Anto. de But. & Imo. cap. Albericus. de testibus. dicunt, quòd solennitas extrinseca non præsumitur interuenisse, nisi lapsum sit lõgum tempus, quia isto casu præsumitur interuenisse, & hoc maximè habet locum propter difficultatem probandi. Et vide gloss. l. 2. ff. de fid. instrumen. vbi dicit, quòd si vna pars producit instrumentum ab originali iam diu, licèt non appareat de citatione partis, tamen præsumitur, quòd pars fuerit citata. Et vide Ange. l sciendum. de verbor. oblig. quidem tenet, & vide Bar. l. qui in aliena. §. 1. ff. de acqui. hæred. ver. quæro quid. & vide bonum tex. cap. peruenit, cum gloss. fin. de empt. & vend. & ibi dom. Abba. 2. column. versic. secunda solut. vbi expresse dicit no gloss. quòd ex cursu magni temporis præsumitur solennitas extrinseca. Item tenet Bald. l. si filius. C. de pe. hær. vbi ponit de clerico, qui non habet titulum, quia præsumitur ex cursu magni temporis, de quo vide Imol. cap. ex frequentibus. de instit. & Petr. de Anch. regula 1. de regul. iuris. lib. 6. Ioan. de Ana. cap. licèt Heli. de simo. 14. col. & vide ad plenum Felin. d. cap. Albericus. de testi. versic. item in quantum dicit solenniter. nu. 3. col. 704. Adde, quòd contra istam communem opin. tenuit dom. Card. & dom. Abba. d. c. Albericus. 3. colum. versi. quæro, vbi dicunt, quòd ista solennitas non præsumitur interuenisse, etiam ex cursu longissimi temporis, quia est solennitas, quæ debet præcedere, quæ non potest interuenire in publicatione, & allegantisti gloss. l. vnica. C. de fid. instrum. & iure hastæ fisc. lib. 10. Adde tu pro conclusione. si factum est recens, & in instrumento publicationis solennitas non exprimitur, tunc præsumitur solennitatem non interuenisse, l. quæcunque. §. interdum ff. de publica. secus. si solennitas est expressa in facto recenti, quia præsumitur interuenisse. Bald. l. ex his. 2. colum. C. de test. mili. Si verò factum est antiquum, & solennitas non est expressa, tunc præsumitur solennitas interuenisse per rationes superius dictas. Et ista est communis opin. reprobata opi. d. Card. & dom. Ab. Et idem tenuit Fel. d. c. Albericus. ver. sed quantum ad propositum ibi, nu. 4. col. 705. Adde tu, quòd solennitas extrinseca non præsumitur ex cursu temporis longissimi. vbi cadit possessio, vel quasi, aliàs sic. Casus est cap. ea noscitur. de his, quæ fi. à præla. sine consensu. Et sentit Ioann. Andr. d. cap. Albericus. Et hoc modo intelligas Bart. & alios, d. l. qui in aliena. §. 1. & Ange. l. filius. C. de pet. here. Adde. quando dicatur longum tempus? Docto. d cap. Albericus. dicunt decennium. Tu dic, q̃ quando agitur de graui præiudicio alterius, oportet, quòd sint decursi triginta anni. Imol. d. cap. peruenit. de empt. & vend. Fel. d. cap. Albericus. ver. est autem longum tempus. num 5. col. 756

Solennitas requisita a iure canonico in alienationibus rerum ecclesiarum, non potest diminui per consuetudinem, do. Abbas c. cum causa. de re iud. 6. col. ver. no. bene hanc gloss. Idem tenet ibi Ioann. And. Et est text. c. quæ in ecclesiarum, de consti Vide etiam do. Abb. c. nulli. de re. eccle. non ale. & ista est communis opin. Vide Fel. d. ca. cùm causa. ver. cæterum in quãtum prædicti ponunt. nu. 11. col. 400. Adde, q̃ ista communis opin. fallit in multis casib. & primò, vbi esset consuetudo tanti temporis, cuius initij non esset memoria, dom. Card. clem. 2. de reb. eccle. non alie. 4. col. ver. octauò quero. Et hoc intelligas, nisi lex expressè reprobaret omnem consuetudinem. Ita do. Card. d. cle. 2. in fi. Vide Fel. d. c. cùm causa. versi. fallit primò. nu. 13. col. vt §. Item fallit ista communis opinio, vbi esset consuetudo, q̃ prælatus inferior ab episcopo possit alienare sine consensu capituli, quia valet talis consuetudo. Cald. consi. suo vlt. in tit. de consue. Et idem tenet Inno. c. nulli, de reb. eccl. non alie. Contrarium tenuit ibi Hostien. in summa, eod. tit. § 4. versi. in rebus. & Archi. c. in vendutionibus, 17. q. 4. Vide Fel. d. cap. cùm causa. versi. fallit secundò, num. 13. colum. 401. Item fallit ista communis op. quando consuetudo permitteret, q̃ prælatus solus possit infeudare bona consueta dari in feudũ, quia valet. Lu. Ko. consi suo 70. Fel. d. c. cùm causa. ver. fallit tertiò. ibidem n. 14. Et dicit ibi Fel. ver prædicto q̃ isto casu solus prælatus potest concedere in feudum rem ecclesiæ consuetam infeudari sine solennitate & absque consuetudine. Adde, q̃ pro ista opinione Fel. est Bar. in terminis. l. pater filiũ. §. quindecim ff. de leg. 3. vbi dicit, q̃ res semel alienata, vel data in emphyteusim, dicitur facta alienabilis. Adde tamen, q̃ quando res data in emphyteusim, est reuersa, & declarata per prælatum, q̃ sit incorporata ad mensam episcopi, vel prælati, q̃ tunc non possit alienari. Bar. l. si vacantia. C. de bo vac. lib. 10. & Ioan. de Imol. c. vt super. de reb eccl. non alie. Item fallit ista communis opi. quia consuetudo potest inducere, q̃ bona ecclesia possint concedi in emphyteusim, etiam pro hæredibus extraneis. Pau. de Cast. l. etiam. ff. sol. mat. 1. col. verbo, hoc verum. Fel. d. c. cum causa. ver. fallit quartò. nu. 16. col. ead. Item fallit ista communis opi. vbi consuetudo episcopalis curiæ præscripsisset certum modum, in alienationibus fiendis. Bal. l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. 7. col. ver. tu considera. De quo vide Fel. c. cum causa. vers. fallit quintò. nu. 17. col. ead. Item fallit ista communis opinio, vbi consuetudo induceret non super iure disponente in alienatione fienda de rebus ecclesiæ, sed super forma, siue modo obseruandi, quia valet talis consuetudo. Bald. authen. hoc ius. C. de sac. sanct. eccle. 4. col. Vide Fel. d. c. cum causa. versic. fallit sexiò, nisi. ibidem, nu. 18. Item fallit ista communis opi. quia consuetudo potest facere aliquid alienabile in bonis ecclesiasticis, quòd aliàs non erat. Et hoc verum, quando ista consuetudo ad minus esset inducta spacio 40. anno. Vide Fel. d. c. cum causa. versic. fallit septimo. vbi, num. 19. col. eadm Item fallit ista communis opin. vbi consuetudo disponeret, quòd episcopus, vel alius prælatus pro reparatione alicuius ecclesiæ alienaret bona ecclesiæ, quia valeret talis alienatio non requisito capitulo. Ant. de But. cap. ea noscitur. de his quæ fi. a præla. 2. col. versi. sed quæro. Felin. d. cap. cum causa. versic. fallit octauo, nisi fieret. numer. 20. column. 402. Item fallit ista communis opinio vbi consuetudo induceret, vt solennitates requisitæ in alienationibus rerum ecclesiasticarum non requirerentur, & sic prælatus possit alienare non seruatis solennitatib. requisitis, & maximè hoc habet locum in solennitatibus leuibus. Felin. ca. cum causa. de re iud. ver. fallit nono, nisi. Ibidem, nume. 21. Item fallit ista communis opin. vbi consuetudo induceret, vt in alienatione rerum ecclesiasticarum talis solennitas non requiratur. Felin. d. capitul. cum causa. versic. fallit decimò. numer. 22. col. ead. Item fallit ista communis opin. vbi consuetudo adderet aliquid solennitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiasticarum, non autem diminueret, quia valeret talis consuetudo. Sal. d. authen. hoc ius. in prine. Vide Fel. d. cap. cùm causa. versic. fallit vndecimò. num. 23. colum. vt §. Item fallit ista communis opinio, vbi consuetudo approbaret alienationem factam non solenniter, & hoc quando pretium est versum in vtilitatem ecclesiæ, quia tunc valeret talis alienatio. Ita gl. 2. cap. cum causa. Est verum, quòd do. Ab. ibi reprobat istam gl. in fi. Vide Fel. d. c. cum causa. ver. fallit duodecimò, & vltimo. nu. 24. col. 403.

Solennitas extrinsecà an præsumatur interuenisse in actu, & hoc quando actus probatur per instrumentum? dom. Abba. cap. sicut. de re iud. 6. col. ver. exemplum de solennitate extrinseca. dicit, quod solennitas extrinseca regulariter non præsumitur, & alleg. l. quicunque. ff. de publica. Et idem expressè tenet ibi Ange. Et idem tenet Fel. d. cap sicut. ver. extrinseca solennitas. nu. 26. col. 489. & seq. Adde quod ista regula fallit vbi in instrumento fit mentio de solennitate extrinseca, & est possibile, quod talis solennitas potuit interuenire tempore confectiõ instrumenti, quia statur tunc instrumento sic asserenti. Ita do. Ab. d. e. sicut. 6. col. versi. his præmissis, & ibi ponit exemplum. Inn. c. quoniam contra. de probat. Ant. de Butr. & Imo. c. in præsentia. de renun. pen. col. do. Car. d. c. Albericus. de testi. 2. col. Vide Fel. d. c. sicut. ver. fallit primò dicta regula. nu. 27. col. ead. vbi ponit multa exempla ad hoc. Per quæ probatur, q̃ solennitas extrinseca præsumitur interuenisse, quando in instrumento fit mentio de tali solennitate. Item fallit ista regula quando nihil fuit allegatum per partem aduersam contra solẽnitatem extrinsecam, quia pro ea præsumitur. dom. Alexand. l. sciendum. ff. de verb. obl. Imol. c. cum dilectus. de consue. 6. colum. & cap. in præsentia. de renun. vltima col. Feli. d. ca sicut. versic fallit secundò dicta regula. nu. 28. col. 491. Item fallit ista regula, quando actus est factus iam longo tempore, quia præsumitur pro solennitate extrinseca, quòd præcesserit. Ang. dicta l. sciendum. Bartol. l. qui in aliena. ff. de acquiren. hæ. vbi

vbi Angel. Imol. Ideo præsumitur pro clerico, quòd rectè sit institutus, quando diuturne tempore tenui ecclesiam, domin. Abba. cap. illud, de præsumptio. vbi etiam Hostien. dom. Cardin. & aliy. Vide Felin. d. cap. sicut. versicul. fallit tertiò propter temporis diuturnitatẽ. n. 29. col. 482. Itẽ fallit ista regula in actu modici præiudicij, facto a viro bono & docto, quia præsumitur pro solennitate extrinseca. Innoc. c. 1. de cle. pereg. Felin. d. cap. sicut. de re iud. versicul. fallit quartò dicta regula in actu modici. nu. 34. column. 497. Item fallit ista regula in actu, qui fit cum pecuniis, quia præsumitur factus ab eo, cuius interest, Bartol. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. Fel. d. cap. sicut. versicul. fallit quintò in actu, qui fit cum expensa. numer. 35. Ibidem. Item fallit ista regula in solennitate extrinseca, quæ communiter & vt plurimum solet interuenire in actu, quia pro ea præsumitur, quòd interuenerit, etiamsi aliter non appareat. Ioann. And. in Spe. titul. de emp. & vend. §. 1. ver. nunc formam. Old. consi. suo 216. inci. Super eo. Fel. d. cap. sicut. versi. fallit sexto in solennitate. nu. 36. col. præalle.

Solennitas extrinseca regulariter præsumitur interuenisse in actu, & hoc, quando actus probatur per instrumentũ, do. Abb. cap. sicut. de re iud. 6. colum. vers. intrinseca verò, Bartol. vbi gloss. l. sciendum. ff. de verbor. oblig. Felin. d. cap. sicut. vers. intrinseca solennitas. num. 37. col. 498. Adde quòd ista regula fallit, vbi lex vult, quòd ista solennitas extrinseca probatur. quia non præsumitur tunc, dom. Ab. d. c. sicut. 8. col. versicul. an autem. Felin. versic. fallit primò, secundum But. ibidem num. 38. Item fallit ista regula, vbi ius præcipit interuenire scripturam, quia tunc non præsumitur pro solennitate, ea deficiente, ratio est, quia videtur, quòd ius præcipiat, quòd per eã solennitas probetur, dom. Abb. dicto cap. sicut. 8. col. ver. item vbi ius. Fel. ibi. versi. fallit secundò, vbi ius. nu. 39. col. vt antè. Item fallit ista regula, quando actus probatur per testes, quia si ipsi testes non dicunt expressè de solennitate intrinseca, tunc non præsumitur pro ea, quia regula, quæ dicit, quòd solennitas intrinseca præsumitur, solum dicit, quando actus probatur per instrumentum, secus, si per testes. Bart. l. 1. C. de vsu. & ibi aliy. Fel. latè d. capit. sicut. versic. fallit tertiò, quando actus. Ibidem. nu. 40. Item fallit ista regula, quando agitur de solennitate extrinseca materiali, vt est pretium, quia illud non præsumitur interuenisse, nisi expressè appareat. Cyn. l. 1. C. de contra. emp. Bar. d. l. sciendum. Fel. d. c. sicut. ver. fallit quartò & vltimo. nu. 41. col. 499.

Solennitas iudiciorum partes tollere possunt, sed ille non erit iudex, sed arbiter, & sententia non meretur vocari. Vide per Fe. cap. de causis. de offi. deleg. versic. prima conclusio sit. nume. 6. col. 933.

Solennitates iuris an possunt remitti per partes taciè, vel expresse. Vide quæ posui in litera L. §. libellus an possit omitti.

¶ *Solicitator causæ an possit esse testis in illa causa? Ponunt do. de Rot. deci. 149. Item, quòd solicitator. in nouissimis. Adde Fel. c. cùm a nobis. de testi. versi. de solicitatore autem. nu. 15. col. 626*

¶ *Solidus quid sit? & quot solidi faciunt vnam libram? Ponit Feli. c. conquerente. de off. ordi. in prin. nu. 1. colũ. 1143. Adde tu vltra allegata ibi per Fel. q̃ etiam glo. tangit quæstionem istã l. si. ff. de in ius vo. Ex qua habes ex prima parte ipsius glo. q̃ solidus & aureus idem important in iure, quam glo. ibi Bar. sequitur. Adde, q̃ septuaginta duo aurei faciũt vnam libram aurei, & in hoc vltra ibi alleg. per Fel. vide gl. §. nos autem. Inst. de Attil. tu. & §. fi. Inst. de pœna re. liti. & c. 2. in gl. fi. vbi Docto. de male. & cap. fi. vbi Doct. de deci. Hodie autem aurei, quib. vtimur, puta Veneti, sunt minoris ponderis, & ducatus non est, nisi octaua pars vncia, secundum Bart. l. quoties. C. de suscep. & arca. lib. 10. do. Ab. d. c. conquerente. & c. nulli. de iu ds. Qua sit vtilitas hoc scire, ponit Fel. ibi, d. c. conquerente co. vt §. quem poteris videre & notare, quia aliquando ista habebis de facto. Adde, q̃ libra argenti valet 10. aureos. secundum Alberi. d. l. fi. de in ius voc. Ponit etiam Io. Fab. d. §. nos autem Insti. de Atti. tuto.*

¶ *Solummodò, Tantummodo, Tantùm, hæ dictiones quid important? Fel. de fi. instr. c. contigit. nu. 3. col. 820.*

¶ *Soluens ecclesia, puta 10. ex consuetudine, ista est causa sufficiens ad inducendam obligationem, adeò quòd ille obligatur in posterum ecclesiæ ad præstandum, de quo est tex. cap. veniens. el 1. de testi. & text. capit. ad Apostolicam. de simo. Per quos tex. limitabis. Bar. l. cùm de in rem vers. fi. ff. de vsu. & dom. Ab. cap. peruenit. de censi. vbi isti dicunt, quòd quis non obligatur ad solutionem census ex longa præstatione, nisi adsit titulus, aut tantum tempus, de cuius initio non sit memoria in cõtrarium, quia hoc limitatur, quando est solutum ecclesiæ, ex consuetudine. Vide dom. Ab. d. cap. veniens. 4. no. Et adde Felin. ibi, versic. no. quartò. ibi. consueueram. numero 3. colum. 538.*

Soluens debitum ignoranter, quod erat extinctum præscriptione potest illud repetere. quia dicitur soluere indebitum, ex quo soleuens erat tutus præscriptione. Ita dom. Ab. capi. ad aures. de præscrip. 1. col. versi. no. vltimò. & tenet Bartol. l. si. ff. rem ra. hab. & ratio est, quia obligatio naturalis, quæ remansit apud creditorem, est ineficax. Bar. d. l. fin. Vide Fel. d. ca. ad aures. vers. dũ dicit Abb. tutũ præscriptione. n. 4. colũ. 200. Adde, quæ dicit, quòd remanet obligatio naturalis apud creditorem, post præscriptionem, dic, q̃ hoc verum est in contractib. secus est in criminib. quia in ipsis præscripto ipso iure perimit obligationem. l. sed si vnus. ff. de iniur. Et dic, q̃ idem est si statutũ tollit obligationem naturalem, quia in totũ extinguitur. Bal. l. bene à Zenone. vbi Ang. C. de qua. præsc. Bal. c. ecclesia S. Mariæ. de const. in fi. Adde Fel. c. ad aures. ver. limita tamen per Bar. n. 5. col. ead.

¶ *Solus de vniuersitate, quando possit impedire ipsam vniuersitatem, ne faciat aliquid? Vide quæ posui in litera A. §. actus, ne sortiatur effectum.*

¶ *Solutio brauiarũ cereorum an inducat, seu arguatur subiectionem? Felin. de re iudic. cap. cùm Bertholdus. numero 27. colum. 521.*

Solutio census pro certare, tanquam emphyteutica, an faciat eam præsumi esse talem. Fel. ibid. n. 28. col. 522.

Solutio debiti an præsumatur facta, ex quo instrumentum debiti reperitur cancellatum apud debitorem? Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum debiti repertum.

¶ *Sors, an sorte lis possit dirimi etiam si causa sit prophana? Ponit Felin. c. capitulũ. de resc. n. 21. versic. sed an sortib. co. 788. Adde tu Bar. l. si quis duob. C. comm. de leg. Bar. l. huiusmodi. in fi. ff. de leg. 1.*

Sors, an in beneficialib. sit locus sortiũ? Vide per Fel. d. ca. capitulũ. de resc. sed an sortib. n. 21. col. 788.

Sorte an possit dirimi Papatus, puta, est quæstio inter duos contendentes de Papatu? Ponit Fel. c. capitulum. de resc. versi. Adde Do. Car. col. 789.

Sorte lis an sit dirimenda. Ioan. And. posuit cap. licèt. de probat. ibi vide do. Ab. col. 14. ver. tertia opin. vbi dicit quòd si vtraque pars concordat, vt lis sorte dirimatur, q̃ potest dirimi, si pars vna dissentit, q̃ non est dirimenda sorte. Bart. l. si duo. ff. vti poss. dicit, quòd nunquam res sorte dirimitur, nisi quando dubiũ est in iure. Bal. dicit, q̃ res non dirimitur sorte, nisi in casib. a iure expressis. Eũ vide l. meminimus. C. quando et quib. quarta pars deb. lib. 10. Adde Fel. d. c. licèt. ver. gloss. in verbo vti possidetis. n. 44. col. 439.

¶ *SPIRITVALES pœna, an contra illas currat præscriptio? Vide quæ posui in litera P. §. præscriptio non currit contra pœnas spirituales.*

¶ *Spiritualia an laici præscribere possint? Vide quæ posui in litera L. §. laici an possint acquirere.*

¶ *Spolians si agit possessorio, suspenso petitorio, & contra ipsum lata est sententia in possessorio, si vult redire ad petitorium, non auditur, nisi prius reficiat expensas, & restituat rem cũ fructibu. dom. Ab. cap. significauerũt. de testib. 2. colũ. versic. & vide no. Adde Fel. ibi, ver. & istis adde dom. de Rot. nu. 8. colũ. 656. Et vide multa bona quæ posui in materia ista in litera A. in dueb. §§. scilicet §. actor, qui fuit spoliatus. & §. actor spoliatus, quia videbis omnia ibi, quæ possunt dici in difficultate ista.*

¶ *Spoliatio omniũ bonorũ facta a tertio habet locũ in iudicio, quãdo agitur criminaliter contra spoliatũ. Tex. capit. frequens. de restiti. spoliato. in sexto, dom. Abba. cap. accedens. el secundo. vt lit. non contesta. 2. col. versic. & ex prædictis. Adde Feli. dicto cap. accedens. in prin. num. 1 col. 285. qui ampliat illũ tex. d. c. frequens, quòd hoc est verum, quando a spoliato excipitur contra tertium non spoliantem, secus autem quando excipitur contra*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra spoliantem, vel eius consanguineum, vel amicum, quia tũc sufficit spoliatio rei particularis, ex quo verisimiliter orta est inimicitia capitalis. Adde, quòd idem tenet domin. Abba. loco prædallegato.

¶ Spoliatus si agit possessorio, suspenso petitorio, et pro eo habuit sententiam in possessorio, debet habere executionem sententiæ retentiam in possessorio, etiamsi contra eum lata sit sententia in petitorio, & an cum bona conscientia possit retinere istos fructus, ex quo contra ipsum lata sit sententia in petitorio, vide quæ posui in litera A. §. actor, qui fuit spoliatus.

Spoliatus qui habuit sententiam contra se in possessorio, si vult redire ad petitorium, an debet reficere expensas, ante quàm audiatur? Vide quæ posui in litera A. §. actor spoliatus, si agit possessorio.

Spoliatus non est quis beneficio suo, nisi prius sit citatus. De quo vide, quæ posui in litera E. §. executor ad beneficia non tenetur.

Spoliatus an debet restitui, si spoliator vult probare incontinenti de dominio, vel quòd nunquam ipse spoliatus possideret, vel possidere possit? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio peremptoria, quam excipiens, & §. exceptio, Tu non possides.

Spoliatus non restituitur ante omnia, & hoc, quando speratur oriri scandalum. glos. cap. in primis. 2. q. 1. & gl. summa. 3. q. 1. Fe. cap. 2. de præscript. ver. sexto propter scandalum. num. 2. col. 166. Vide glo. cap petitionem. de accus. verbo restituendus.

Spoliatus beneficio, quando ei obstat notorius defectus tituli, ad hoc, vt ipsi petenti restitutionem non subueniatur? Vide, quæ posui in litera D. §. defectus notorius tituli.

Spoliatus beneficio si impetrat aliud, debet de illo facere mentionem. Felin cap. in nostra. de resc. versic. spoliatus beneficio. col. 817. nu.

Spoliatus à iudice an ante omnia sit restituendus, sicut si esset spoliatus a priuato. Felin. ponit capit. ecclesia S. Maria. de cost. ver. sexto no. q. licèt spoliatus. n. 30. col. 229. Et vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui spoliauit.

Spoliatus a iudice non petet restitutionem, prout petit spoliatus a priuato, & ratio est, quia præsumitur pro iudice. Fel. capitu. dilectus. el 1. de rescri. in prin. nu. 1. col. 676. & inde. Adde q contra hoc est tex. cap. conquerente. de rest. spol. & ibi dom. Ab. ver. vltimò tenementi, vbi dixit, quòd contra iudicem iniuste spoliantem potest agi possessorio recuperanda, sicut contra priuatum, pro solutione, ibi videas dom. Ab. d. c. conquerente. vlt. no. & vide plenius per Fel. d. c. cum dilectus. de rescr. ver. allegato. col. ead.

Spoliatus a iudice non petit restitutionem contra eum, prout petit contra priuatam personam. & ratio est, quia præsumitur pro iudice, glo. cap. in præsentia. 7. q. 1. in fin. & tenet Arch. cap. quia præsulatus. 1. q. 4. Arch. cap. hoc quippe. 3. q. 6. & cap. quorundam. 74. dist. Et ibi dicit, quòd spoliatus à iudice, non debet restitui, sed debet cognosci, an iustè, vel iniustè sit spoliatus. Adde, q idem tenet Fel. c. cùm causa. de off. deleg. in prin. nu. 1. col. 1002. Adde, q fallit, quando iudex procedit extraiudicialiter, & non vt iudex, quia spoliatus ab eo, hoc modo debet restitui ante omnia, vt est tex. ca. conquerente. de rest. spol. & ibi do. Abb & Ant. de But. Arch. Dom. c. notum. 2. q. 1. & ibi tenet Fel. d. c. cum causa. num. 2. col. 1003. Secundo fallit quando notariè quis fuit spoliatus a iudice, & etiamsi iudicialiter spoliasset, posset agere contra eum, & ante omnia esset restituendus. 2. q. 2. in summ. ad fin. Adde Felin. d. cap. cum causa. ver. primò autem fallit. num. & col. prædictis. & ibi multa allegat. Tertiò fallit, quando iudex iudicialiter procederet, sed non habebat iurisdictionem. Et ita tenet do. Ab. ca. cùm causa. 2. col. ver. item no. Adde Fel. d. c. cùm causa. versic. tertiò fallit, nisi iudex. num. 3. col. antè dicta. & de his omnib. vide latissimè per eum d. cap. cum causa. columna 1003. cum duab. seq.

Spoliatus & restitutus quando intelligatur, quòd verè sit restitutus? Vide, quæ posui in litera R. §. restitutus non dicitur.

Spoliatus propter crimen, antè quàm contra eum inquiratur de crimine, debet restitui, & tandiu possidere, quamdiu carut possessione, dominus Abbas. capitul. venerabili. de offi. delega. 2. column. versiculo & dicit hic Vincent. Fel. idem d. cap. venerabili. versicu. glo. in verbo. plenariò. nu. 2. col. 1087. Limita prædicta, nisi esset periculum aliquod in mora, vtputa quia esset magnus dilapidator, vel si esset prælatus, & esset hæreticus quia talis non debet restitui. glo. c. in nomine Domini. 23. dist. Adde Felin. d. cap. venerabili. versic. limita, nisi esset. nu. 2. col. 1088.

¶ Sponsa per verba de præsenti, si efficitur monacha, an amittat medietatem dotis, stante statuto in ciuitate aliqua, quòd si vxor decesserit sine filijs, dimidia suarum dotium remaneat apud maritum, an tale statutum habebit locum in illa, quæ ad huc non fuit traducta ad domum suri, nec carnaliter cognita. Vide, quæ posui in litera M. §. maritus an lucretur.

¶ Sponsalia contracta per verba de præsenti, non veniunt in materia odiosa, appellatione matrimony, vel mariti, vel vxoris. Vide, quæ posui in litera V. §. vxoris appellatione.

Sponsalia iurata possunt dissolui sine aliquo peccato, dom. Ab. ca. 2. de spons. in vlt. col. versic. in glo. fin. & ibi Felin. ver. glo. fi. nu. 16. col. 669.

¶ Spurius non doctoratur, Do. Car. proœmio Cle. 2. col. Vide Felin. cap. quantò. de magis. versic. secunda conclusio. numer. 2. col. 949.

Spurius quis propriè dicatur. Vide, quæ posui in litera F. §. filius ex adulterio & incestu natus.

Spurij non veniunt appellatione coniunctorum, nec possunt agere, pro coniuncta persona. De his omnibus vide quæ posui in litera C. § coniunctus si sit.

Spurij quando possunt succedere? Ponit Fel. c. nonnulli. de rescr. §. sunt & alij. ver. excipiuntur ab ista. nu. 19. col. 750. Adde Bar. l. fi. 1. col. ver. quæro. ff. de his qui. vt indi.

¶ ST ALLVM in choro, vox in capitulo, pulsato campanæ isti sunt modi, per quos traditur possessio. Quid autem importent isti modi tradendæ possessionis, vide do. de Rot. decis. 422. inc. Fuit dubitatum. in nouissimis. do. Ab. c. 2. pen. col. de consuet. Fel. c. Dei. de simo. in prin. nu. 1. col. 934. Et dic, quòd per talem installationem acquiritur possessio canonicatus, non autem prebendæ. Vnde spoliatus non poterit dicere, se spoliatum præbendæ. Fel. vbi supra.

¶ Statuentes possunt tollere statutum iuratum propria authoritate. Fel. c. cum accessissent. de const. ver. & quòd statuentes possint propria authoritate. nu. 11. colum. 160. Ista materia fuit semper mihi visa difficilis. Ideo dic hoc modo, q quando iurauerunt singuli seruare statutum, hoc casu iuramentum concernit obseruantiam singulorum, ideo si isto casu collegium deliberat tollere statutum, non peccant singuli postmodum contrauenientes. sed iuramentum stringit eos ad obseruantiam, etiam collegialiter, dico, quòd non sine meru periurij possint etiam collegialiter conuenire. Et hoc tenuit do. Ab. c. dilectos, de præben. vlt. col. Quicquid dicant alij scribentes, teneo hoc pro constanti.

Statuentes an possint recedere a statuto confirmato per Papam, aut per principem temporalem? & redire ad ius commune, non obtenta licentia a superiore? Fel. c. cum accessissent. de consti. versic. no. tertiò, quòd statuentes possunt recedere. nume. 3. co. 156.

Statuentes an possunt tollere statutum, in quo est clausula decreti, videlicet, Si secus actum fuerit, irritum sit, & inane? Fel. ca. cum accessissent. de const. ver. tertia declaratio est. num. 7. colum. 159. Adde, quòd etiam statuentes non possunt venire contra statutum iuratum, etiam si impetrauerint dispensationem contra tale statutum cum clausula, Non obstantibus quibuscunque constitutionibus & statutis, quia nisi sit facta expressa mentio de iuramento, talis dispensatio non tollit statutum. Ita glo. no. cap. cùm non deceat. de elect. in 6. versic. effectus. Et idem videtur tenere Ro. decis. 264. quæ incip. Item licèt quis. Moder. dicto capitul. cùm non deceat. Adde, quod ista procedunt, etiamsi esset factum statutum in fauorem partis, vt ibi per Felin. d. cap. cum accessissent. ver. facit glo. in clem. nu. 8. col. 159.

Statuentes possunt venire tõtra statutũ, quod habet clausulam irritantem. & hoc, quando illud statutũ haberet in se conditionẽ, cuius resolutione eueniente possent statuentes venire contra statutũ, etiam sine licentia superioris. Fel. c. cũ accessissent. de cõst. ver. hanc declarationem, & prædicta, nu 8. col. vi supra 159.

Statuente

Statuentes non possunt reuocare statutum, quod fecerunt cum authoritate superioris. Fel. cap. cum accessissent. de consti. versic. quarta declaratio est. nu. 9. col. ead. 159.

¶ Statutum ciuitatis nunquid ligat forenses etiam circa delicta glo. c. a nobis. de senten. excom. tenet, quòd sic. Cum ista opi. glo videtur transire ibi Felin. in prin. co. 1077. Adde tu, quòd ista materia est multum difficilis, alta, & profunda ideo dubitatur, nunquid statutum ligat forenses? Bar. l. cunctos populos, C. de sum. Tri. & fi. ca. & in rep. l. de quibus. ff. de legi. 9. col. facit tria membra. Primo, quid in contractibus, secundò, quid in delictis, tertiò, quid in vltimis voluntatibus, Adde, q Bar. in primo membro concludit, quòd in respicientibus ordinationem, & solennitatem contractus, debet attendi statutũ, loci in quo contractus celebratur, ideo si duo forenses faciunt, contractum in ciuitate ista Venetiarum, vbi est statutum, quòd de contractu soluatur gabella, an forenses teneantur soluere? Videbatur dicendum, quòd non, tamen in contrarium est veritas, per doctrinam Bar. vbi §. quia in respicientibus solenni tatem, & ordinationem actus, attenditur locus, in quo celebratur contractus. Idem tenet Bald. l. 14. & 5. q. C. de contrahend. empt. Adde quòd in iudiciarijs semper attenditur statutum illius loci in quo iudicium agitur Bartol. dicta l. cunctos populos. & hoc etiam quo ad forenses. Adde, quòd in his quæ respiciunt executionem, & condemnationem supra naturam contractus, & attenditur statutum loci, in quo celebratus est contractus, & non, vbi agitur iudicium. Bart. dicta l. cunctos populos. & hoc, vbi verè celebratus est contractus, non fictè. Et istam opinio. Bart. tenent alij, & inter omnes Salic. d. l. cunctos populos. 3. colum. Adde, quòd hoc fallit in dote, vel restituenda, vel lucranda, in qua semper attenditur statutum loci, in quo maritus habet domicilium. Ita Bartol. dicta l. cunctos populos. Secundum membrum principale, quid in delictis, an statutum ligat forenses? pone, Venetijs est statutum quòd si quis furto furripuerit rem valentem decem libras suspendatur, forensis hic furripuit rem valentem decem, an debeat suspendi? Bartol. dicta l. cunctos populos. facit duos casus, & tenet, quòd sic, quia ex quo iste forensis dabat operam rei illicitæ de iure communi, ideo potest puniri per pœnam statuti. Vide ibi Bartol. latè. de hoc. Contra Bartol. tenet Ioann. Andr. cap. 2. de const. in 6. vbi Domi. de San. Gemin. Et idem tenet do. Ab. c. a nobis. de sent. excom. Et eam sequor, quia in verum dura est opi. Bar. Tertium membrũ principale, in vltimis voluntatib. vtrum statutum comprehendat forenses? puta, in ciuitate ista Venetiarum est statutum, quòd testamentum possit fieri cum duobus testib. vel trib. Primò fuit dubitatum, an valeat tale statutum? Istam quæstionem disputauit Iaco. de Are. in q. incip. secundum consuetudinem. Est inter consilia Bar. Finaliter concludit, q non. Idem tenet Ioã. And. in Spe. tit. de instr. edi. §. compendiosè. ver. sed nunquid. do. Ab. c. 2. de prob. Adde, & tene contrarium, q imò statutũ ciuitatis potest minuere solennitatem numeri testium inducti a iure ciuili, secus, in numero inducto a iure gentium, vel diuino, vt est in numero duorum testium. De quo vide Paul. de Castr. & Raph. Imol. l. 3 ff. de testa. Et ista est communis opin. Ad secundum dubitatur, an statutum, comprehendat forenses existentes in loco? Ia. d. disputatione tenuit, q non, & idem tenet Oldr. consilio suo 208. contrarium tenet Cyn. Bartol. d. l. cunctos populos. Salic. & Fulg. ibi. Bar. d. repe. d. l. de quib. ff. de legi.

Statutum prohibens forensem acquirere rem in loco, non comprehendit mulierem nuptam, extra locum originis. Felin. capit. 1. de Spons. sed vnum. not. perpetuò ad fin. colum. 660. & sequ.

Statutum, an extendatur, per argumentum a simili, tam in materia odiosa, quàm in alijs materijs. & quid de argumento a contrario sensu? Vide, quæ posui in litera A. §. argumen. a simili.

Statutum, aut lex, an possit annullari iuramento? Vide Bartol. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. 3. q. principali. Bal. l. pactum, quod dotale. 5. & 11. q. C. de colla. & l. nec patronus. & l. non dubium. C. de legi. 14. opp. Sal. authen. sacramenta. C. si aduersus vend. Fride. consi. suo 205. Pet. de Anch. repe. reg. ea, quæ. 3. q. principali. de reg. iur. in 6. Pa. de Ca. l. si quis pro eo. ff. de fideic. do. Ab. c. cùm contingat. de iureiu. vlt. col. & ibi Iml. 32. col. ver. nunc restat. Fel. c. de spos. ver. item etiam circa hanc cõclusionem. nu. 32. col. 673.

Statutum in casu vero habet locum, in casu ficto non. Bal. l. 2. C. quo. ap. do. Car. c. 15. qui. de spon. & dicit Bar. l. 2. §. voluntate. ff. sol. mat. q statutũ requirens consensum, intelligitur de vero non de ficto. Vide Fel. c. insinuatum. de simo. ver. in quantũ Docto. tangunt. in prin. col. 876. Adde, & limita istud, nisi statutum loqueretur in materia iuris. Fel. d. c. insinuatum. ver. alle. col. ead. Item limita, nisi lex, vel statutum æquipararet casũ verũ & fictũ, quia isto casu statutũ, si esset prater ius, extenderetur ad casum fictum. Felin. dicto cap. insinuatũ. versic. allega. col. vt supra. Item limita, nisi statutum esset elusorium, quod non intelligeretur etiam in casu ficto. Do. de S. Gem. cap. circa. de elect. in 6. vlt. col. Fel. d. c. insinuatum. ver. tertiò limita. n. 4. col. 877.

Statutũ quod exigit superfluam probationem, puta, probatũ est plenè per testes, vel instrumenta, sed statutũ vult, q etiam iuretur. Dic q tale statutũ valet, dummodò exigat istam probationem superfluam ex causa rationabili, & non nutritiua peccati. & hoc modo limitabis tex. c. 2. de prob. quam limitationẽ tenet Ab. c. 2. 2. col. ver. ad primũ. Et idem tenet Io. An. in addi. Spe. tit. de instr. edi. §. compendiosè. ver. sed nũquid. Anto. de Bu. Imo. d. c. 2. & Fel. d. c. 2. de prob. ver. prima concl. Vales statutũ, vel consuetudo n. 4. col. 338. Adde, & limita istã opinionem, dũmodò ex tali statuto quis nõ diceretur cũ aliena iactura. Ita Ant. de Bu. d. c. 2. Sed contra tenuit d. Ab. & Imo. Vide per Fel. latissimè d. capi. 2. de prob. sed hanc conclusionẽ. n. 5. col. ead. Item limita istam opinionem, vt non procedat tale statutũ, quo ad clericos, vel ecclesias. Ita consuluit Pe. de Anch. consi. suo 252. inc. §. dictũ statutũ. & Anto. de Bu. dicit, ita se respondisse in facto, c. relatũ. el 1. de testa. 1. col. Et idem tenet do. Ab. ibi. Adde Fe. d. c. 2. de prob. vbi supra col. ea. vbi ponit multas alias fallentias. Adde, q istud quod dictũ est de statuto habet etiam locũ in consuetudine

Statutum etiam puniens non residentem, operatur, etiamsi absentia consumatur extra diœcesim. Fe. de fo. cõp. c. postulasti. n. 12. col. 203.

Statutũ faciens validã probationem, quæ de iure est inualida, valet, dummodò concurrat euidens necessitas, vel vtilitas. Io. And. in addi. Spec. ti. de instr. edi. §. compendiosè. Et idem tenet d. Ab c. 2. de proba. 3. col. ver. venio nunc ad secundũ, & ibi Anto. de Bu. Bal. rub. de fi. instr. d. Ab. c. bona. el 2. de post. prælat. & c. 1. de ap. Bal. l. 1. 4. col. C. de sum. Tri. & fi. Ca. Adde Fel. d. c. 2. de prob. ver. secunda conc. n. 6. col. 339. Limita prædicta non procedere, si statutũ episcopi diminueret probationem, iuris canonici, quia episcopus non potest facere statutum contrarius canonicum. Ita d. Abb. c. fi. de consue. 8 col. ver. sed pulchrũ est videre. & Fride. de Se. consi. suo 17. inci. quæstio talis est, nũquid constitutio episcopi. Fel. d. c. sed aduerte, quia ista cõclusio. n. 7. col præal. Item limita, q istud non haberet locũ, vbi statutũ præstaret facilitatem delinquendi, quia tũc statutũ nõ faceret validam probationem, quæ de iure est inualida. Fel. de hoc latissimè d. c. 2. vers. limita secundò, nisi sit tale statutum. num 8. ibid.

Statutũ q detur fides libris mercatorũ in fauorẽ suum in magna quantitate, non valet. dom. Abb cap. bona. el 2. de postu. præla. vl. col. ver. vl. Adde Fel. c. 2. de prob. vers. prædicto. nume. & col. prædictis. Adde etiam q non valet statutum, q libris mercatorum credatur contra eos in magna quantitate. Ita do. Abb. loco præall.

Statutũ si diceret, q de certa re deberet stari iuramento alicuius, tamen posset probari contrarium. Fel. de proba. ca. proposuisti. nu. 3. col. 353.

Statutum potest inducere, quòd testamentum cum duobus testib. valeat, etiamsi consensus principis non accedat. Ita Bar. l. cũctos populos. C. de summ. Trin & fide ca. 4. col. versicul. tertiò quæro. Idem tenet dom. Abb. d. capit. 2. versic. venio nunc ad secundum. Adde Bald. l. fi. 3. col. C. de fideicomm. Bald. Ang. & Imo. l. testamenti factio. ff. de testamen. dom. Alexand. l. si non speciali. C. de testi. Feli. d cap. 2. de proba. versic. vltimo, propter istam conclusionem. nu. 9. col. 340. Limita istam opin. dummodò clarè appareat, consuetudinem fuisse inductam, ex causa noua, & rationabili. Ita domin. Abba. d. cap. 2. 4. colu. Adde tamen, quod contra Bartol. & dom. Abba. & alios

tenuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenuit Ioan. And. in add. Spe. ti. de inst. edi. §. compendiosè, et Old. cons. suo 248. inci. Proposita consuetudine. Adde Feli. d. c. 2, ver. sed aduerte, quia contra Bar. nu. 10. col. ante dicta. vbi dicit, q opi. Bar. & do. Ab. est verior, & ibi adducit rationes, quas tu poteris videre.

Statutum, q homicidium puniatur pœna pecuniaria, & non pœna mortis, an valeat, Vide, quæ posui in litera H. §. homicidiũ, an valeat.

Statutum dicit, Omnis, qui occidit, occidatur, dic, quod si aliquis ex culpa leui, vel lata, aut casualiter aliquem occideret, tamẽ non debet occidi. Ita dicit d. Car. c. lator. de homi. & ibi Felin. ver. extra glo. dicit hic in princ. nu. 2. col. 1027. Adde tu, q pro hoc fallit doctrina Bar. l. fi. per glo. ibi, in ff. quod quisque iuris. vbi dicit, q statutum panale semper debet intelligi habere in se clausulam, si delicta dolo commissa fuerint. Adde etiam doctrinam Bar. l. 1. in princip. 2. col. vers. venio ad tertiã partẽ. ff. ad turpil. quã sequitur Roman. cons. suo 145. incipien. In inquisitione. & cons. suo 151. inci. in proposita quæst. Item adde, quod statutum puniens homicidium, vel aliud delictũ corporaliter, intelligitur semper si dolo sit commissum delictũ, non si casualiter, etiam si culpa interuenerit, l. cum autem. §. excipitur. ff. de adil. edic. Et idem sentit Bar. l. quid ergo. §. poenam. 3. col. ver. nam quoniam. ff. de insa. Bald. l omnes populi. 17. colum. ff. de iusti. & l. data opera. 4. colum. C. qui accus. non poss. & rep. l. cunctos populos. pen. col. C. de summ. Trini. & fi de Catho. & l. quicunque. C. de ser. fugi. 6. col. & cap. fin. de consti. & l. 2. vbi Sa. C. de noxa. Ang. l. is qui cum telo. C. de sic. & l. 1. & ibi Pau. de Castr. ad fin. ff. de legi. Salic. l. pen. C. de sica. Paul. de Cast. cons. suo 19. inci. In causa incarceratorum. dom. Alex. cons. 262. incipien. Videtur in casu proposito. Et dicit Paul. de Castr. l. si seuerior. post Bald. & Salic. ibi. C. de insa. quòd habuit casum de facto, de quodam, qui proiecit lapidem rixando, & percussit transeuntem, & occidit, iudex capitosus inhasit verbis statuti loquentis, quòd qui hominem occidit, decapitetur. Dicit Pau. de Castr. quòd nisi ostendisset authoritatem Bald. l. data opera. vix potuisset euadere illum, ne decapitaretur. Et ista etiam ponit Paul. de Castr. l. si fugitiui. 2. column. C. de ser. fugi. refert & sequitur dom. Alexan. cons. sub 290. incip. Post reditum. Adde, quòd dom. Card. capi. lator. de homi. & ibi Ioann. de Ana. refert accidisse semel, de facto, cùm duo socij in vna naui rixarentur inuicem, alter cum ligno, in quo erat ferrum ad trahendum ramos arborum, percussit socium, & mortuus est, an debet decapitari ex forma statuti superius relati? Dicit, fuisse consultum, quòd non, quia illud statutum debet intelligi, de homicidio doloso. Ad hæc bene facit etiam, quòd si amicus, vel socius percutit amicum, vel socium, qui moritur probata societate, vel amicitia, non punitur, tanquam homicida gl. est l. 1. in glo. 2. C. ad leg. Iuli. de sic. De quo dic, vt ibi not. Adde ad superius dicta, illud, quod refert do. Signorellus de Ho. cons. suo 27. inci. Statuto ciuitatis pen. colum euenisse de facto, cùm quidam transiens vellet euitare canem ferocem, ne ipsum morderet, proiecit lapidem contra canem, in loco, in quo publicè iter fiebat, & sic erat in culpa, & hominem transeuntem percussit, & occidit, quòd tamen decapitari non debet virtute statuti superius relati. quia quãuis fuerit in culpa, non tamen fuit in dolo. Item adde, quòd in inferioribus terminis tenet dom. Nellus in tractatu bannitorũ. 2. parte, q. 228. vbi dicit pro statuto, quòd bannitus possit impunè occidi, dum esset bannitus quidam Titius. Ioannes credens, quòd iste Titius esset bannitus, appensatè iuit ad eum occidendum, cùm ipse non esset ille bannitus, sed alius, quòd tamen ille occidens, non debet decaptari vigore statuti, ex quo reuera non fuit in dolo, quamuis fuit in magna culpa. Quæ decisio pro certo fortis est, & periculosa. Limita prædicta omnia, ni si statutum diceret, quicunque occiderit quouis modo, vel qualitercunque, decapitaretur, tunc non debet distingui, an dolo, vel culpa fecerit. Sal. l. 2. 4. col. C. de noxa. Quòd nota.

Statutum non valet, vt qui recipiantur in canonicos, soluant tantum pro prandio, imò etiam si diceretur, vt soluant aliquid, ad hoc, vt conuertatur in pios vsus, secus est. si consuetudo hoc induxisset. De quo vide Fel. c. Iacobus. de simo. ver. extra gl. Vt excusetur. nu. 1 col. 936.

Statutum extrauagans quam vim habeat, Fel. de senten. & re iudi. c. 1. nu. 3 col. 351.

Statutum laicorum, per quod singulis annis est debita certa eleemosyna Fratribus, quòd non possit reuocari Felin. capit. ad apostolicam. de simo. ibi, secundo, dummodò. numero 2. columna, 932.

Statutum laicorum puniens contrahentem matrimonium turpiter, puta, sine consensu patris, an valeat? Vide Fel. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de const. ver. quarta declaratio restrictiua. nu. 59. col. 238.

Statutum puniens contrahentem matrimonium cum hominibus alterius dioeceſis, vel ciuitatis, an valeat? Felin. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. de consti. ver. secundus effectus. nu. 62. colum. 240.

Statutum laicorum irritans contractum iuratum, an valeat? Ponit Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de const. ver. & ista verba d. Ab. sunt notanda. nu. 65. col. 241.

Statutum, q annullat testamentum non insinuatum coram capitaneo ciuitatis, an habeat locum in clerico hærede inſtituto, qui si non facit insinuari testamentum, quòd sit nullum. Bal. in isto passu fuit sibi contrarius, nam l. testamenta omnia. 2. colum. C. de testa. dicit, q si clericus institutus hæres, fuit citatus coram iudice laico, per legatarios petentes insinuationem legatorum, quòd valet talis citatio, sed in auth. cassa. C. de sacrosc. eccl. aliter dixit, pone, statuto ciuitatis cauetur, q nisi testamẽtum insinuetur intra sex menses per hæredem, sit ipso iure nullum, clericus fuit inſtitutus hæres, & non insinuari fecit testamentum, quæritur, nunquid testamentum sit nullum? Et concludit, q non, quia statutum non astringit clericum. Et istam opin. secundam tenuit d. Ab. & alij, c. relatum. el 2. de testa. Adde Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. vlt. non omitto. n. 68. col. 243.

Statutum laicorum an valeat, quod vult, vt prædia, seu possessionis peruenientes ad ecclesias, teneantur ad onera imponenda, a populo. De quo vide per Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. quintò quæro. nu. 76. col. 247. Adde tu d. Ab. c. si. de vit. & hon cle. vbi tenet, quòd possessiones, quæ veniunt ad ecclesias, si habent onus annexũ perpetuũ & inuariabile, quòd tunc transeant ad ecclesias cum oneribus suis, & ibi etiam impugnat opi. Bar. l. rescripto. §. sciendum. ff. de mun. & hon. Etiam per ista destruit consi. Bar. 280. inci. Si aliqua possessio. in quo Bar. tenuit, quòd possessio descripta in libris laicorum, si venit ad ecclesias, eximitur ab onere collectarum. Sed do. Abb. dicit quòd videndum est, an onus sit perpetuum & inuariabile. Quare cogitabis. Adde, quòd etiam fallit hoc in testatore, quia potest legare fundum ecclesiæ, & quòd pro dicto fundo teneatur soluere pro cõmuni onera & collectas. De quo vide Fel. d. C. ecclesia S. Mariæ. ver sed retẽta hac secũda opin. nu. 77. col. 249. Adde Felin. cap. verum. de fo. comp. in fin. col. 165. vbi dicit, quòd onera merè realia & perpetua ecclesia debet soluere de possessionib. aut de baronia, aut de comitatu, secus, si onera sunt personalia, quia ecclesia non tenetur soluere.

Statutum, quod excludit foeminas a successione ab intestato extantibus masculis, an excludit mulierem monacham? Fel. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti ver. sextò quæro, vtrum stan testatuto. nu. 77. col. 250. Adde dom. Ab. c. quod clericis. de fo. comp. 10. col. qui tenuit contra Bar. l. si. C. de pac. vt ibi. & opido. Abb. est communis, quam tenuit etiam Ang. l. si. Et pro opi. d. Abb. tenuit Lud. Ro. Alex. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.

Statutum, quod excludit foeminas extantibus masculis, valet, dũ modò fuerint dotatæ. Fel. c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ. de consti. tutio. versicul. caterum, quia communiter. numero 79. colum. 251.

Statutum, quòd disponit, quòd existentibus masculis foeminæ nõ succedant, an comprehendat clericos, adeò, quòd clerici gaudeant isto beneficio statuti? Fel. tangit difficultatem cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ver septimo quæro. nu. 80. colum. 252. Adde tu ergo ex doctrina illa Felin. statutum quòd disponit, quòd existentibus masculis foeminæ non succedant, porrigitur etiam ad clericos, quia tale statutum potest se habere ad commodum, & incommodum clericorum. Et idem in terminis tenuit dom. Ab. c. constitutus. de resi. in integ. Adde, quod idem est in priuilegio concesso hominibus alicuius ciuitatis, vel castri, quia comprehenduntur clerici, licèt non exprimatur. Ita Ioan. de Lign. c. clericus. de fo. comp. & Bal. l. cunctos populos.

C. de

C. de summ. Trini. & fide Cath. Adde q idem est de statuto, quod disponit, q primo genito succedat secundogenitus, licèt si sit clericus, non succedat, & hoc, quia potest se habere ad incommodum. Adde, quid de consuetudine, quæ vult, q primogenitus succedat excluso secundogenito, an valeat? Vide in litera C. §. consuetudo.

Statutum laicorum, quod non disponit de ecclesiis, vel de clericis, nec in materia tangente priuilegia, vel iura illorum sed simpliciter aliquid honestè disponit, vtrum debeat valere, quo ad clericos, vel ecclesias? Fel. ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. vers. octauò quæro, & est quæstio potissima. nu. 81. col. 252. Ad de Sal. auth. cassa & irrita. C. de sac. san. ec. 4. col. ver. nũc quæro. Vide cõs. Soc. cõ suo. 531. in. Cõsultatione circa si. 3. co. & cõs. 351. inc. Circa primã difficultatẽ. ver. circa primã cãm. 2. vol.

Statutum laicorum, quod disponit, q instrumentum debet exequi sine libello, an liget clericos, vel ecclesiam, cuius causa agitur coram episcopo? Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. & ex hoc infert Bar. nu 81. col. 253.

Statutum laicorum ligat clericos litigantes in foro ciuili in ordinatorijs, seu præparatorijs litis. Felin. c. ecclesia S. Mariæ. de const. ver. tertius casus est, quando clericus. nu. 81. co. 254. Ade, quæ posui in litera P. §. præpara.

Statutum laicorum, in decisorijs litis, an ligat clericos litigantes, coram iudice laico. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de const. ver. alleg. col. ead.

Statutum laicorum, quod disponit, q certa solennitas adhibeatur in aliquo contractu, puta, in donatione, vel cessione actionũ, & sic, siue clericus contrahat, siue laicus, non valebit actus, siue contractus, nisi solennitas sit seruata, & hoc idem erit in consuetudine. De quo vide in litera C. §. consuetudo quæ requirit. & in litera D. §. donatio facta cleri. Et adde Felin. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de consti. nec quartus casus est. num. 81. colum. 255.

Statutum laicorum, quod concernit rem, puta, si dicat, quòd res dotalis non possit alienari, ligat clericos. Vnde si clericus emit, non valet alienatio, quia mulier inhabilitabitur ad alienandũ Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti, ver. quintus & vltimus casus est. nu. 84. col. 256.

Statutum laicorum, quod prohibet alienationem fieri in nõ subditum, an comprehendat clericum? Ponit Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. nonò quæro iuxta proximè dicta. nu. 89. col. 258. Et adde quæ posui §. §. statuta laicorum contra libertatem ecclesiasticam.

Statutum laicorum, quod prohibet expresse, quòd quis non possit relinquere pro anima sua in præiudicium filiorum, an valeat. Ponit Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. ad idem adduco, quod not. Pet. de Anch. nu. 90. col. 259. Adde tu, q statutum, quod prohibet, vt quis non possit relinquere pro anima in præiudicium filiorum, an valeat. ponit Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ver. ad idem adduco, quod not. Pet. de Anch. nu. 90. col. 259. Adde tu, quòd statutum, quod prohibet, vt quis non possit relinquere pro anima in præiudicium filiorum, allegando tex. c. quicunque. 17. q. 4. non valet, per rationes adductas per Feli. col. prædicta. Adde tu aliam rationem. nam habeo, q tex. d. capi. quicunque. 17. q. 4. procedit, quo ad legitimam, in qua magis fauetur filijs quam ecclesiæ. Ita probat tex. authen. si qua mulier. ver. legitima. vbi Bal. & Sal. ad hoc no. C. de sac. san. eccl. Sed, excepta legitima, magis fauetur ecclesiæ & piæ causæ, quã filijs. Istud probatur d. authen. ver. si. vbi Bald. & Moderni. ad hoc no. Istud etiam clarè probatur alia ratione, nam testamentum ad pias causas nutu conditum, tenet, & valet. vt est gl. approbata c. cum tibi. de re. quam no. & sequitur Bal. l. 1. 2. col. C. de sac. san. eccle. Ang. & Mod. l. iubemus. C. de sac. sanc. eccl. Et tamen testamentum nutu conditum a patre inter liberos, non valet, prout tenet Ang. & Mod. d. l. iubemus. & l. an fraudem. §. 1. ff. de testa. mili. Ideo conclude, quòd non obstante statuto poterũt fieri legata ad pias causas pro anima, quamuis absorberent totam hæreditatem in detrimentum filiorum, excepta legitima tantum, in qua magis fauetur filijs, vt hic. Et hoc modo intelligas tex. d. c. quicunque. Alias autem fauetur magis piæ causæ, & ecclesiæ, vt ſ. dictum est. Et hoc teneas tam in consulendo, quam in iudicando.

Statutum laicorum, quod prohibet generaliter omne commerciũ laicis in ecclesias, seu ecclesiasticas personas, an valeat? Fel. ca. ecclesia S. Mariæ. de const. ver. limitatur. tertiò dicta conclusi. nu. 93. col. 260.

Statutum laicorum, quod disponit, q de omni relicto ad pias causas soluantur duo solidi certæ fabricæ vnius ecclesiæ, an sit contra libertatem ecclesiæ? Fel. ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. ver. decimò quæro, vtrum statutum. nu. 94. col 261. Et ibi habebis, quòd statutum laicorum non præiudicat ecclesiæ, ẽt si eodem momento prodest alteri ecclesiæ.

Statutum laicorum an possit disponere circa mortuaria, vtputa, in pompa funeralium? Ponit Felin. capi. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versic. & ex istis elici potest regula. nume. 95. col. vi ſ.

Statutum laicorum, & duorum dominorum ciuitatum, in quo cauetur, quòd nullus possit habere possessionem alicuius ecclesiæ, siue beneficij, sine expressa licentia ipsorum dominorum, an valeat? & vtrum tales statuentes sint excommunicati? Ponit Feli. c. ecclesia sanctæ Ma. de consti. ver. vndecimò quæro. nu. 96. col. 262.

Statutum laicorum priuilegiatiũ ecclesiarum, an potest tolli per aliud statutum laicorum? Fel. c. ecclesia sanc. Mar. de constit. ver. duodecimò quæro. nu. 97. col. cad.

Statutum laicorum imponens pœnam consanguinei clericorũ propter inobedientiam ipsorum clericorum, an valeat? Fel. ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. decimotertiò quæro. n. 99. col. 263. Adde Bar. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nun. 10. q.

Statutum editum contra concubinas clericorum, an valeat? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ver. decimosextò quæro. nu. 102. col. 266.

Statutum laicorum an ligat clericos coniugatos? Vide Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ver. decimoseptimò quæro. n. 103. col. 267.

Statutum laicorum, quod disponit, quòd debitum præscribatur per quinquennium, non habet locum contra ecclesiam. Ita Fel. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ver. tertium exemplum patet ex dictis. nu. 104. col. 268. Adde tu, vtrum statutum, quod post certum tempus non admittit creditorem ad agendum, valeat, quòd saltem posset agi in foro ecclesiastico? Posuit Io. An. c. si. de exce. in 6. Bal. c. si quis per triginta. si de feu. suc. contro. col. 18. Adde d. Ab. rub. de præscr. Vide Bar. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuc. quiarbi tenet vnam opi. & l. omnes populi. ff. de iust. & iu. tenet aliam. De materia ista vide ad plenum per d. Ab. c. quod clericis. de fo. comp. & melius, quam alibi, c. si. de præscr. 3. & 4. col.

Statutum laicorum, quod dicit, qui vadit de nocte, soluat tantũ, puta, decem. an includat clericos? Ponit Fel. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. versic. quintum exemplum. num. 104. colum. 268.

Statutum laicorum, quod vult, quòd Iudæi fœnerantes non teneantur restituere pignus ei, qui probauerit se dominum rei pignoratæ, nisi prius restituto debito, pro quo res fuit pignorata domino inscio, an tale statutum liget clericos. Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ver. quartum exemplum patet. n. 104. ibidem.

Statutum laicorum, quod disponit, quòd gabella soluatur de alienatione, vel donatione, an liget ecclesiam? Vide Felin. cap. ecclesia sanctæ Ma. de const. ver. sextum & vlt. exemplum. nu. 104. col. 169.

Statutum laicorum, quod disponit de clericis, an comprehendat clericos in minoribus constitutos. Fel. tangit hoc. ca. ecclesia S. Mariæ. de const. ver. quartò scias, q ea, quæ dicta sunt. nu. 110. col. 271. Et ex istis no. q priuilegia concessa clericis comprehẽdunt etiam clericos in minoribus.

Statutum laicorum, quod vult, quod in testamento seruetur certa solennitas, puta, q si repudiatio hæreditatis non sit facta infra sex menses, intelligatur esse hæres legitimus, an comprehendat clericos. Vide Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ver. allegato. col. ea.

Statutum laicorum, quod disponit in causa matrimonij circa laudabilem solennitatem, si est factum ab habente potestatem, & non repugnat legi diuinæ, vel canonicæ, ligat in foro conscientiæ, adeò q obligat ad peccatum contrahentes, qui non obseruãt statutũ. Ita gl. 1. c. quæ in ecclesiarum. de const. & ibi Bald. S.

Tho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tiro.2.2.q.96.act.4.fo. And.c.2.de ver.sign.in 6.c.1.de spō. ver.quarto fallit.nu.17.col.254.

Statutum non intelligitur strictè, si per hoc reddatur elusorium. Fel.c.Rodulphus.de rescr.nu.6.col.875.

Statutum si requirit trinam citationē, non sufficit vna pro omnib. Fel.c.cum dilecta de rescr.ver.amplia nonò.nu.9.col.625.

Statutum si requirit, quòd instrumentum habeat nomen, prono.men, & cognomen.si aliter sit factum, non valet instrumentū. Ita Fel.c.cum dilecta.de rescr.ver.prædicto ibi, & ideo dixit Nellius.nu.10.col.vt supra.

Statutum si est in ciuitate, quòd iudex non possit cognoscere, nisi sit causa tantæ summæ, an debet fieri coaceruatio pluriū summarum, ex diuersis actionibus debitorū, ad iurisdictionem includendam? Vide, quæ posui in litera C.§.cumulatio actionum.

Statutum est in ciuitate, q̄ libris mercatorum credatur cum eorum iuramēto vsq; ad summam tantam, pone, aliquis apparet debitor in libris, & multa summa, sed nulla de per se excedit summam taxatam per statutum, an debet fieri cumulatio, ad hoc, ne possit iurare? Vide, quæ posui in litera C.§. cumulatio actionum.

Statutum, q̄ aliquid soluatur pro receptione canonici, non valet. Et quid de consuetudine.Fel.de symo.c.Iacobus.nu.2.col.936. Et ibi de differentia inter statutum, & consuetudinem.

Statutum si dicit, q̄ maleficia commissa in ciuitate puniantur arbitrio potestatis, istud arbitrium non extenditur ad maleficia cōmissa extra ciuitatem, quia est extraordinarium & contra ius commune.Felin.ca.Rodulphus.de rescrip.nu.3.ibi, similiter dicit hic Bal.colum.873.

Statutum non intelligitur strictè, quando redderetur elusorium. Fel.c.Rodulphus.de rescr.ver.secunda regula, Quòd verba. nu.5.col.875.Adde tu, quòd, quando statutum aliàs nihil noui induceret, potest eo ex sumi argumentum à contrario sensu etiā si veniret ad correctionem iuris communis, & sic cessat regula gl.c.1.de æta & qual.in 6. quæ dicit quòd argumentum à contrario sensu non habet locum, nec in legibus, ad corrigendum ius cōe. Adde, quòd fallit illa regula, vbi statutum nihil noui induceret, ne sit elusorium. Moder.I.senium.C.qui testa.fac.pos.

Statutum vigens in terra mariti seruabitur post contractum matrimonium. Fel.de sponsal.c.1.nu.24.col.658.

Statutum si denegat actionem, vel exceptionem, per hoc non impeditur pars implorare officiū iudicis, si competat. Fallit hoc quando statutum diceret, q̄ nulla exceptio, vel defensio admittatur. Tunc enim non posset pars implorare officium iudicis. Ita Fel.c.2.de offi.iud.ver.sequitur etiam ex his.nu.1.col.1153.

Statutum episcopi potest addere iuri communi, puta, imponendo nouam pœnam. Ita Fel.c.quod super his.de maio.& obe.versi. fallit septimò, quando statutum.nu.9.col.1194. Adde tu, ista est communis opi.à quo non recedas. Et no. q̄ licèt per legem nouā inducatur melius remedium, quàm per antiquam, non tamē tollitur remedium veteris legis, & facit an, si per statutum est imposita noua pœna pro delicto, intelligatur derogatum pœnæ iuris cōis. De quo vide per Ioan.An.in addi.Spec.ti.de pœ.tē. lti.in fi.& ti.de for.in rub.in addi.per Cy.& Salic.l. si qui sepultura ff.de sep.vio.& Bar.l.1.ff.vi.bo.rap.Bald.l.data opera.8.col.C.qui accu.non pos.Io.de Imo.l.2.ff.de publi. iudi.

Statutum episcopi non valet, in quo cauetur, quòd ex pacto nudo agi non possit. Felin.ca.1.de pac.versicul.nona declaratio.ibi, scias etiam nu.15.col.1260.

Statutum inhabilitans fœminas in successione non nocet in bonis alibi sitis. Ita Fel.c.postulasti.de fo.compe.ver.item dum inferunt prædicti.nu.4.col.199. Adde tu, quòd statutum, quod dispōnit, q̄ extantib.masculis fœmina non succedant, odiosum est, vt per Bar.l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fid.Catho.8.col. vers.& ideo dico. Et propter hoc restringendū. Quod est vtile scire ad multa. De quo vide per Bal.& Sals.d.l.cunctos populos.& per Cy.& Bal.l.non sine.C.de bo.quæ lib.per Bal.et Salic.l.2.C.de in ius voc.per Bal.l.sancimus.C.de nup. Adde, an statutum excludens matrem à successione filij, extātibus agnatis masculis, dicatur odiosum, & sic restringendū. Vide per Io. And.ti.de succes.ab intest.in addi.Spec.in rub.per Ang.consi. 517.incip.Martinus.

Statutum, quod imponit pœnam, quæ habet diminuere statutū personæ, vt puta, q̄ infamia, q̄ sit excommunicatus, tale statutum operatur extra territorium statuentis. Fel.c.postulasti.de foro compe.ver.pœna diminutiua status.nu.5.col.199. Fallit in bānito ex contumacia. Vide quæ posui in litera B.§. Bannitus ex contumacia.

Statutum quòd delinquēs in terris confœderatis possit puniri in lo costatuti valet. Ita Fel.c.postulasti.de fo.compe.ver.quarta de claratio.nu.10.col.201.

Statutum episcopi puniens non residentem in beneficio suo operatur, etiamsi absentia consumatur extra diœcesim episcopi statuētis. Fel.c.postulasti.de for.compe.ver.ultimò seruit ista decre. nu.12.col.203.

Statutum an semper extendatur ad causam similem? Vide, quæ posui in litera L.§.lex, vel statutum an possit semper extendi.

Statutum laicorum, quod non habet concursum legis diuinæ, vel canonicæ, an obligat ad peccatum non obseruantem? Vide per Fel.c.nam concupiscentiam.de const.ver.quid autem de contra ueniente.nu.13.col.82. Adde tamen ad intelligentiam istius quæstionis illud, quod posui in litera L.§.lex canonica, vel ciuilis.& §.lex, vel statutū. Et in litera V.§. veniens contra legē.

Statutum disponens idem, quod ius commune, censetur ius commune.Vide Bar.l.1.1.col.ff.ad l.Fal. Ant.de Bu.c.1.de rescr. Ad de Fel.c.pastoralis.de fi.instr.in prin.nu.2.col.840.

Statutum loquens de instrumentis, an comprehendat testes? Vide quæ posui in litera T.§.testes an comprehendantur.

Statutum loquens de filys, an comprehendat filias? Vide, quæ posui in litera F.§ filiorum appellatione.

Statutum factum sine causa iusta, & apparēti, in præiudicium tertij tenet, quandiu toleratum est ab illo, contra quem factum est, & ideo eo querelante, vel supplicante reuocabitur. Ita Felin.c. cum iusta.col.86. Et istam conclusionem intellige veram, cum tale statutum est factum præcisè contra certā personā, secus est, si esset generale, vt puta quia diceretur, Extātib. masculis fœmina nō succedant, vel diceretur, q̄ filia dotata non succedat, quia isto casu nō posset dici statutū iniquū, de quo p Fel.d.c.cum omnes.vers. hanc conclusionē intellige verā. Ibid.nu.4. Et adde ista ad illa, quæ posui supra §.statutum, quod sit specialiter.

Statutum contra antiquam consuetudinem ecclesiæ quod omnibus est commune, valet, dum modo sit ad vtilitatem ecclesiæ. Ita do. Abb.c.cum omnes.de consti.2.col.ver.sed si statutum. Vide ibi Fel.ver.in gl.1.ibi, in præiudicium.nu.6.col.88.

Statutum episcopi in concernentib. ecclesias inferiores, non valet, nisi illi, de quorū interesse agitur, conscientiam, vel ad minus sint præsentes, do. Abb.c.si.de feriis.2.col.ver.ego puto. Adde Felin.c.cum oēs.de cōsti.ver.adde Fride.cons.16.col.5.nu.11.col.911.

Statutum principis secularis circa ius diuinum, aut naturale, an possit statuere aliquid puta declarando, vel limitando? Vide Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti.nu.2.col.113. Et vide quæ posui in litera P.§. princeps potest interpretari. & §. principes non potest statuere.

Statutum creat notarios, & sic per statutum potest dari potestas creandi notarios, de quo vide, quæ posui in litera N.§. notarios quis possit creare.

Statutum, quod disponit de filia maritata quòd non possit succedere an comprehendat filiam desponsatam per verba de præsenti? Vide quæ posui in litera F.§ filia nupta, seu maritata.

Statutum, quòd requirit aliquem aliquo actu cauere cum fideiussore, si ille apparet idoneus an sufficit nuda cautio. Barto.tenet, q̄ sic, l.quicunq;.C.de fun.patrimo lib.11.Vide Fel.d.c.ad nostrā de ireiu.ver.quid autem, si in aliquo casu.nu.9.col.1026. Adde quòd ibi posui additionem, vbi teneo, quòd si est idoneus, isto casu ad nullam satisfactionem tenetur.

Statutum, quod disponit, q̄ si debitor non soluerit in termino creditori, possit incarcerari, an eo mortuo eius hæres poterit similiter incarcerari? Vide additionem, quam posui ad Felin.ca. ex rescripto.de iureiuran.versicu.ista etiam faciunt ad quæstionem.nu.13.col.1038. Et vide quæ posui in litera P.§. pactum per quod debitor.vbi pono, an istud, quod dico de statuto, habeat locum in pacto.

Statutum tollens defensiones, an valeat? domi. Abb. capi. dilecti.de except.5.colum.dicit, quod si statutum vult tollere defensiones, quæ sunt de iure naturali, & tunc non potest, si tollit defensiones, quæ sunt de iure ciuili. Idem tenet Barto.l. cum muller.ff.solu.mat.Pet.de Anch.regula, accessorium.ver.septimò quæro. de regul.iur.in 6.Bald.capi.2.de rescript.in fin. Adde Felin.dicto capitulo dilecti.de exceptio.versicu. & adde multa

vtilia & noua.nume.6.colum.80.& sequ.

Statutum an possit tollere præscriptionem? Vide Ant. de Butr. & Imo.c.cum nobis.de præscr. Adde Fel.rub.de præsc. vers. fallit septimò.nu.17.col.153 & in ver.considera secundo. & not.nu. 18.col.155.vbi posui additionem ad Fel.

Statutum potest tollere debitum, & etiam obligationem naturalem, quæ erat apud creditorem, de quo vide, quæ posui supra §. soluens debitum ignoranter.

Statutum an possit tollere præscriptionem longissimam, de initio cuius non est memoria in contrarium? Vide, quæ posui in litera P.§. præscriptio longissima.

Statutum, quod præcipit, q̄ de sententijs soluatur gabella, intelligitur de diffinitiua.Vide supra.§. sententiæ appellatione.

Statutum, quod prohibet appellare, intelligitur de diffinitiua.Vide infra§ sententiæ appellatione.

Statutum an possit tollere præscriptionem ad minus in aliquo casu? Vide bonum text.cum gloss.cap.1.de capi. Contra quæ dicit, quod tolluntur solum præscriptio 10.vel 20.anno.Vide ibi Bald. qui limitat illam gl. Adde, an excludatur præscriptio longissima per statutum? dom. Abb.c.si.de præscr.12.col.vers.i.ego puto.tenet, quòd non.Vide Fel.in rub.de præscr.nu.5.col.148.

Statutum loquens de pignore, non habet locum in hypotheca dom. Abb.c.cum aliquibus.de re iudi.2.col.vers.ex prædictis.Vide ibi Fel.nu.1.col.385.

Statutum loquens de maleficio, non habebit locum in contumacia, & sic bannitus pro contumacia impunè non posset occidi, quod nota pro limitatione illorum, quæ posui supra §.statutum, q̄ bānitus occidatur impunè.& vide etiam, quæ posui in litera C.§. contumacia non infamat.

Statutum, quod vnus puniatur pro alio, an valeat? Ponit Bal. rub.C.res inter alios acta.& l.2.C.de consti.pec.& l.1.C. ne filius pro pat.Bar.l.cum filius.§.in hac.ff.de verb.obl. loan. de Ana.c.1.de delic.puero.6.col.& dicit, quòd communis opi.est, q̄ valeat statutum ex causa, quòd vnus puniatur pro alio, dū modo non corporaliter, de quo habes glosse.cum homo.23.q.5. verbo supplicium.Est verum, quòd illa glo.in fi.dicit, quòd vbi esset consuetudo, quòd quis pro alio puniatur pœna corporali, quòd valeret.sed circa hoc subsisto. Adde Felin.in tota ista materia, cap.2.de consti.circa princip.nume.2.colum.61. Et ibi posui vnam additionem, videlicet quòd præsupposito pro constanti, quòd tale statutum vnleat, an debet intelligi statutum de delicto commisso per delinquentem intra territorium statuentis, vel vbique locorum. Et not.& vide ibi, quia est quæstiosa & amicorum.

Statutum prohibens factum damnatum à lege, & plus, si addit pœnam, an liget ignorantem, quo ad pœnam. Ioan.An.c.2.de consti.in 6.pen.colum.tinet, quòd non. Et idem tenet ibi Domi. de sanct.Gemi.vlt.col.Contrarium tenuit gl.magna.c.à nobis. il 1.C.de sent.excom.& Cy.l.1.C.de sum.tri.2.col.vers. quæro ergo.Vide per Feli.c.2.de consti.versic.tertia conclusio. Statutum prohibens.nu.6.col.62.

Statutum, quod habet clausulam, vt præcisè seruetur, quomodo debet intelligi? Vide, quæ posui in litera V.versicul.verbum, Præcisè.

Statutum contra libertatem ecclesiasticam an Papa possit confirmare? Vide Fel.c.ex parte.de rescrip.col.343.

Statutum quod prohibet allegare ignorantiam, valet. Bar.l.diuus, in prin.ff.de falsis.Bal.l.1.C.de legi.do.Ab.c.ad falsariorum. de crimine fal.in prin. Adde Fel.c.2.de consti.vers.fallit quarto, nisi statutum.nu.15.col.68.

Statutum, quòd dicit, de certare debere stari iuramento alicuius, tamen potest probari in contrarium per legitimas probationes. Angel.l.qui statuere.ff.de rei ven.Bald.cap.1.penulti.colum. si de inue.inter do.& vasal.lis oria.Sali.l.1.C. de rebus credi. 1.colum.Paul.de Castr.l.fina.ff.de prato.stipu.domi.Abb.c.cōtinebatur.de despon.impu.2.colum.versic.& in fi.gl.not. bene. Petr.de Anch.regula semel malus.5.colum.de regul.iur.in 6. Et idem tenet Felin.cap.proposuisti.de probatio.versic secunda conclusio. Etiamsi statutum.nume.3.col.353. Adde tamen, quòd Io.Mona.& Ioan.de Fan.c.2.de tempor.ordi.in 6. tenent contrarium.sed male. Limita prædicta, nisi statutum diceret, quòd dictum illius habetur pro plenissima probatione, quia non admitteretur tunc probatio in contrarium. Et idem dic, quando statutum diceret, Habeatur pro omnimoda probatione.Ita Ludo.Roma.l.si duo.ff.de acqui.hære. Adde Fel.d.c. proposuisti.de proba.vers.secundò limita, nisi præcessisset.nu.4. col.354. Limita etiam, quòd non admittatur probatio in contrarium, quando iuramentum præstatur præsente & tacente illo, contra quem iuratur. Ita Cald.c.statutum.§.cum verò de rescr.in 6.& ibi Do.de sancto Gemi.versic.sed an contra iuramentum. Adde Fel.d.c.proposuisti.versic.tertiò limita, nisi iuramentum.nu.5.col.ead.

Statutum, quòd ingrediens monasterium non succedat, vtrùm valeat? Bartol.l.final.C.de pac.2.colum.tenuit, quòd sic, versicu. ad istam quæstionem.& dixit ibi, quòd istud verum est, dum modò statutum disponat de ingrediente, quia talis cum sit laicus, potest statutum de eo disponere secus de ingresso. Et idem tenuit Bald.l.Deo nobis.C.de episco.& cle.penultim.column. Lap.alleg.101.incip.Cy.in ciuitate Florentiæ. Adde, quòd communis opi.est in contrarium.Ita Angel.in disputatione incipien. Nobilis quidam,& Ludo.Roma.l.Stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.7.colum.vbi etiam do.Alexan. Bal. l.omnes populi.ff.de iust.& iur.11.colum.Pau.de Cast.l.si quis id.ff.de iurisdict.om.iudic. Anto.de Bu.c. quod clericis. de foro compet.vbi etiam domi. Abb.10.col.vers.& facient hæc ad q. & Imo.& Gemi.cap.quamuis.de pact.in 6.colum. Adde Felc.in præsentia.de proba.versi primò quæro, vtrùm valeat statutum.nu.38.col.397.

Statutum si requirit, quòd in omni actu sint duo notarij, sufficit, q̄ vnus scribat, & alter se subscribat. Vide de hoc, quæ posui in litera N.§.notarij plures.

Statutum, quod disponit, quòd notario falsum committenti manus amputetur, an comprehendat duos viros requisitos in defectum notariorum, puta in casu capitu.quoniam contra. de proba. Vide de quæstione ista, quæ posui in litera D.§.duo viri requisiti.

Statutum nunquam intelligitur à contrario sensu, & hoc quando ex tali intelligentia statuentes inciderent in pœnam. Feli.c. ecclesia sancta Maria.de constitu.versic. ex quibus verbis.nu. 70.col.245.

Statutum, quòd sit simpliciter contra aliquem in eius præiudicium, valet & tenet. Feli.ponit circa istam materiam, longam examinationem 6.cum omnes.de consti. versi. sed pro declaratione, ibi, si statutum.nume.2, in princip.colum.85. Adde tu Inno c.venientes.de iureiu.Vide Bar.l.soties.ff.de polli.Bal. authen.habita.C.ne filius pro patre.versic.pone, statuto. Adde etiam, quòd ciuitas potest facere statutum specialiter contra aliquem in eius præiudicium, & hoc ex causa publicæ vtilitatis. Ita Bal.addit.Speculatitu.de appell.ver. inferiori tempore. Adde, quòd non potest fieri statutum per inferiorem à principe, in præiudicium tertij, nisi sit ciuitas, capit. final. de maio.& obed. Adde, an statutum possit tollere ius quæsitum alteri? Ponit Bart.l.fin.ff.de pact.Bartol.l. Antiochensium.ff. de priuileg.credi. Adde tamen, quòd non potest tollere sunditus defensiones, quæ sunt de iure communi, de quo vide Bar.l.si. C. si contra ius, vel vti.publi.

Statutum potest fieri, ex causa, in fauorem singularium personarum. De quo vide per Fel.c.cum omnes.de consti.versic. tertia conclusio. Sicut ex causa.nu.6.col.87.

Statutum, quòd bannitus occidatur impunè, valet. Ita tenuit Angel.l.si non specialiter.C.de test a.Bal.l.Gracchus.versicul.allegat ad quæst.C. de adul. Vide alias concordantias, quas ponit Feli.c. quæ in ecclesiarum.de constitu. versic. per istam conclusionem infertur.num.3.colum.113. Adde tu, quid de iure communi, an bannitus possit impunè occidi? Dico, quòd non. Ita Bald.l.cum mulier.versicul.sed an de iure communi.ff.solut. matri.Bar.l.vt vim.ff.de iust.& iur.1.colum. Et hoc in persona secus, in rebus, quia potest de iure communi inferri damnum. Ita Bar.d.l.vt vim. Adde Bal.c.1.ver.& quia tractatur hic de leg.Cor.Bal.l.1.versi.sed hic quæritur. C. de hæred. instit. Adde, quid de iure canonico, an talis offensi iusti permissa? Dic, quòd non. Ita Host.c.si.de consue.

Statutum disponens, quòd bannitus possit impunè offendi, non habet locum extra territorium, nam occidens non erit tutus ab homicidio, quia effectus banni non extenditur extra territorium bannientis. Ita Bal.l.1.13.col.C.de hæred.instit.& l.executionem.10.colum C.de exec.rei iud. Adde Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti.ver.octauus casus est.nu.11.colum.115.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde,quòd Bar.l.cunctos populos.C.de summ.Trini. & fide Catho.quærit 8.q.an statutum ligat subditos extra territorium, ex contumacia? Adde quòd istud statutum non habet locum in bannito ex contumacia.Vide, quæ posui in litera C.§.contumacia an sit delictum.

Statutum, quòd quis possit facere vindictam de morte consanguineorum, an valeat? Dic,quòd sic, cum limitatione,de qua per dom.Abb.c.quæ in ecclesiarum.de consti.ver.no.primum. Et adde aliam limitationem,quam ponit glo.singularis.l.fundū. ver.posted.ff.de vi & vi arm.videlicet,quod statutum de vindicta debet intelligi,vt quis eam faciat propriis manibus, secus si per alium.Vnde Bald.c.ad nostram.1.colū.de probat.dicit, quòd potest as occidendi primato concessa, non potest delegari. Adde Felin.dict.capit.quæ in ecclesiarum.versicul.procedit ergo dictum statutum nume.12.col.115.vbi ponit alias limitationes.Adde ad ista, quæ posui supra §.statutum,an valeat, quòd homicida possit occidi.

Statutum,quòd dicit simpliciter,quòd liceat bannitum offendere intelligitur etiam,quòd possit occidi.Ita Bar.consi.suo 188.incip.Statuto castri plebis.Fel.c.quæ in ecclesiarum.de constit. ver.& istis adde Bar.l.2.nu.14.col.117.

Statutum, quòd permittit, quòd bannitus occidatur, non potest tollere infamiam,videlicet,quòd occidens non sit infamis infamia facti.Bal.l.decuriones.in fi.C.de insa.quia licèt istud homicidium sit tollerabile,tamen non est laudabile. Fallit,si diceretur in statuto,quòd possit occidi licitè,& impunè, quatunc non esset infamis.T ex.est l.is,qui aggressorem.C.ad leg.Corn. de sica.Feli.c.quæ in ecclesiarum.de const.ver.not.tertio, quòd stante statuto.nu.15.col.ead.

Statutum fastum à Papa,vel Imperatore,vel alio principe, sine causa,vt certo casu bona auferatur ab aliquo,vel dominium de vno in alium transferatur,nec in foro animæ, nec in foro ciuili seruandum est.Feli.c.quæ in ecclesiarum.de consti.versi.tertia conclusio.Ex causa rationabili.nu.16.col.121.

Statutum odiosum, puta contra vsurarios, cessat cessante causa. Et idem dic in aliis statutis,seu constitutionibus.Fel.ca.quæ in ecclesiarum,de const.ver.hanc declarationem.nu.28.col.123.

Statutum inhabilitans fœminas ad successionem, existentibus masculis,an habeat locum in bonis feudalibus?Ponit Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti.in fi.ver.postremò vnum non omitto, nu.95.colum.154.

Statutum,quod disponit,quòd vir lucretur dimidiam dotis mortua vxore in matrimonio & sine liberis,vtrum procedat in illa,quæ nupta est ante statutum,& moritur post statutum? Ponit Fel c.fin.de consti.versi.Amplia quarto.ibi,ex ista ampliatione.nu.2.col.301.Adde tu, nunquid istud statutum habet locum,etiam in dote promissa non soluta? Vide Bal.l.si pater.C. de iure do.Bar.l.iubemus.2.col.C.de sac sanct.eccl. & consilio suo,statuto communi. & Ang.consi.incip.Statutum loquens de dote. Paul.de Castr consil.124.incipien.Super primo puncto. Adde Feli.rub.de sponsa.versic.ad alia contraria num.3.col. 642.vbi latè de hoc. Dic tamen,quòd si mulier esset traducta, & statim moriatur non cognita,maritus lucratur dotem. Fel. d.rub.nu.3 col.vt supra.

Statutum nouum faciens mentionem de præteritis, an trahatur ad pendentia in iudicio.Vide,quæ posui in litera L.§.lex noua faciens mentionem.

Statutum,quod habilitat prolem illegitimam ad successionem, an valeat? Fel.c.fi.de consti.ver.fallit septimò.nu.13.col.315.

Statutū episcopi habilitans omnes filios illegitimos ad minores, & ad simplicia beneficia,an valeat? Feli.c.fi.de const.versic.allegato,col.ead.

Statutum,quod dicit, quòd instrumentum sit mandandum executioni debet intelligi de rite facto.Feli.c.ex tenore.de rescr. ver. regula,non præstat.nu.4.col.525. Adde Bar.l.non putauit.§. non quauis.ff.de contratab.

Statutum,quod disponit,quòd cedens actionem nobili, puniatur, an intelligatur de cessione ritè facta; Feli.c.ex tenore.de rescri. versic.alleg.col.ead. Adde Bar.l.non putauit.§ non quauis. ff. de contratab.

Statutum,quod dicit, Qualiscunque fuerit sententia arbitri, mandetur executioni,intelligitur,data eius validitate.Fel.c.ex tenore.de rescr.ver.adde,quod no.Bal.nu.6.col.526.

Statutum disponens,circa attestationes,contractus,sententias,& similia, quomodo intelligatur.Felin. ponit multas remissiones. c.causam,quæ.de rescr.versi.de interpretationibus.nu.18.col. 553.& seq. Adde tu ad ista,q statuū disponens,omnes causas compromitti,limitatur, nisi quis haberet instrumenta, vel aliud ius liquidum.Vide Bar.l.eleganter.in prin.ff.de condi.indeb.& Bar.1.consti.C.& ibi Bal.in fin. Et quomodo intelligatur tale statutum,vide Ang.& Alex.l.cùm hi.§.si cùm lis. ff. de transact.& adde Bar.l.ambitiosa.ff.de decre.abor.sa.5.colum.ver.circa hoc dico.

Statutum tollens exceptionem,intelligitur de iniusta.Felin.c.causam,quæ.de rescr.ver.similiter dicit Bar.l.1.nu.21.col.554.ad ista quæ posui in litera R.§.rescriptum, vel statutum tollens. vbi multa habebis.

Statutum tollens appellationem,de qua intelligatur.Vide Felin.c. causam,quæ.de rescr.ver.allegato,col.cad.

Statutum,quod restringit facultatem probandi ad vnum modum tantum, puta,per instrumentum tantum,vel per testes tātum valet.Ita Spe.ti.de proba.§.videndum.ver.sed pone.& dom. Abb.c.2.de proba.vlti.colū.ver.venio nunc ad tertium. Adde Fel.d.c.2.ver.tertia conclusio.Valet statutum.nu.12.col.341. Adde,& limita istud q si restrictus ad certam speciem probationis,vellet probare per confessionem partis,quia posset, non obstante statuto Ita Moder.d.c.2.de proba.Vide Fel.loco præallegato.Limita etiam,q si astrictus probare aliquid per instrumē tum,si vult probare potest per quinque testes, non obstante statuto.Ita do.Abb.d.c.2.de proba.in fi.quem sequitur Fel.ibi.d. c.2.ver.secundò intellige.nu.13.col.342.Item limita,q si astrictus probare per instrumentum,si probat amissionem instrumēti,poterit probare per testes.Bar.l.testium.C.de testi.ver.ultimò tene menti.& do.Abb.d.c.2.de proba.versi. vnde scias.in vlt.col.Idem tenet Fel.d.c.2.versi.tertiò intellige.nu.14.colu. vt supra. Adde,& dic,q istud statutum non habet locum in foro ecclesiastico,& sic tale statutum non potest allegari,nisi inter laicos.Ita Fel.d.c.2.de proba.ver.quinto intellige.nu.15.ibidem.Limita etiam,q astrictus probare debitum per instrumētum,tamen poterit probare damnum,& interesse,quod dependet à contentis in instrumento,per testes.Ita Bal.l.certi condictio.§.quoniam ff.si cert.pet.1.col.ver. hoc facit ad q. Idem tenet Bal.authen.sed nouo sure.4.col.C.si cert.pet.& Sal.authē. cassa.& irrita.C.de sacrosan.eccl.6.col.ver.cognabis. Vide vide per Fel.latè de hoc.d.c.2.de proba.ver.septimò intellige.nu. 16.col.ea. Adde,& pone,q astrictus probare per instrumentū, debitum,si vult illud probare per tustes, qui testes adiuuantur per instrumentum,an valeat talis probatio? Vide per do.Alexan.d.l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cer.pet.1.colum. Adde quid si stante statuto prohibitiuo,videlicet q quis non possit probare debitum, nisi per instrumentum, tamen pars contra talē probationem produxit testes,& aduersarius non contradixit, an valeat talis probatio? Vide per do.Alex.d.§.quoniam.1.colum.& per Fel.d.c.2.ver.octauò intellige.nu.17.col.344. Et adde ad ista,q ex decisione Bar.& aliorum d.l.certi condict. §.quoniam,concluditur,quòd statutum loquens de casu simplici,non trahitur,nec extenditur ad casum mixtum,quod expresse voluit Bar.l.omnes populi.ff.de iust.& iur.22.col.& do.Alexan.d.§.quoniam.1.col.

Statutum ciuitatis,in quo cauetur,quòd debitum à centum libris supra,non possit probari per testes,non ligat clericum,etiam in iudicio seculari.Io.Cal.in disputatione sua inci. Statuta ciuitatis. Adde Felin.c.2.de proba.versic.quinto intellige.nu.15.colum 342.

Statutū ciuitatis,quod exigit superfluam probationem, non ligat clericum. Vide supra §.statutum, quod exigit superfluam probationem.

Statutū loquens de casu simplici,non trahitur ad casum mixtum. Vide supra §.statutum, quod restringit facultatem probandi. circa finem.

Statutū,quod vult q debitum à centum libris §. probetur per instrumentū,intelligitur,de debito principali,non de vsuris.Vide si coaceruata vsura,esset maior quātitas,q statutū requirit, nō fiet coaceruatio, & tunc poterit probari tale debitum per testes quia intelligitur de quantitate principali.Ita Fel.in c.2.de proba.versic.nono intellige num.18.col.344. Adde tu, quid econuerso? pone, quòd per statutum iudex non possit cognoscere, nisi sit causa tantæ summæ,dic,quòd tunc fit coaceruatio, quia fit inclusio

clusio iurisdictionis,& non exclusio,vt per Bart.l.si idem.ff.de iur.om.iud.in prin.Et resolue contraria legem,quam habes.l.si plures.in fi.ff.de pac.Adde ad ista pone.statutum est in ciuitate,quòd libris mercatorum cum eorum iuramento credatur vsque ad summam tantam,pone,aliquis apparet debitor in libris alicuius mercatoris,& sunt multæ summæ, quòd nulla de per se excedit summam taxatam per statutum, an debet fieri coaceruatio,ad hoc,ne possit mercator iurare.Martinus Laud.d. l.si idem.tenet,quòd fit cumulatio. Et cum ibi sequitur Mod. & sic non statur iuramento Quod no,in practica.

Statutum & pactum an habeant eandem potentiam videlicet, quod potest fieri per pactum,possit etiam fieri per statutum, & econtrà.Vide,quæ posui in litera P.§.pacti & statuti an sit eadem potentia.

Statutum si disponit,quòd stetur iuramento alicuius, illi non creditur,si ex aduerso probatur contrarium.Ita do.Abb.c.proposuisti.de proba.1.no Et idem tenet glo.c.2.de tempo.ord.verbo,affectata in 6.Inno.c.quia propter.in fi.de elec. & c.1.quod me.cau.Domi.de sanc.Gemi.c.statutum.§.cùm verò.de rescr. in 6.ver.sed an contra iuramentum.vbi plene de hoc. Et ista veniunt ad limitationem d.c.statutum.§.cùm verò.Adde Fel. d.c.proposuisti.in prin.nu.1.col.353.

Statutum,quod disponit stari debere dicto alicuius sine iuramento intelligi debet, nisi contrarium probetur, & hoc habet locum etiam in officiali,qui iurauit exercere officium suum. Ita Salice. l.1.C.de re iud.in fi.vbi etiam Bal.& Ioan.And.in Spe.ti.de cita.§.sequitur.ver.sed nunquid.Et sic no. quia licèt stetur relationi nunciy,vt tenet Bar.l.1.§.cura.ff.de offic.præs.vrb.tamen potest probari in contrarium.Ita Bal.l.pe.C.de pericu.tuto.Felin.c.proposuisti.de proba.versi prima conclusio. Vbi lex. nu.3.col.vt supra.

Statutum domicilij ligat subditum delinquentem alibi, & sic extra territorium.Feli c.fi.de fo.compe.ver. pœna autem statuti domicilij nu.24.col.240.Adde,quòd idem tenet do.Abb. eo.c. fi.17.col.ver ex prædictis videtur.

Statutum episcopi priuans quē beneficio,si fecerit tale,quid an tale iudicium sit criminale? Ponit Fel.rub.de iudi.col.1.nu.2.

Statutum, quod disponit deprehensum de nocte, non habet locum in viso de nocte.Ita Fel.c.cùm non ab homine.de iudi.versic.si statutum punit deprehensum.nu.6.col.77.

Statutum episcopi,in quo cauetur,quòd terminus præfigitur instātia,non valet.Ita Feli.c.venerabilis.de iud. versic.in quantum dicit hic Abb.nu.2.col.134.

Statutum,quod dicit,q si creditor non egerit intra 40.annos, amplius non audiatur,an valeat? Vide per Fel.c.venerabilis.de iudic.versi.hoc tamen ego limitarem.nu.17.col.139. Adde tu, statutum,quod post certum tempus nō admittit creditorem ad agendum,vtrum valeat,quin saltem possit agi in foro ecclesiastico? Ponit Ioan.An.c.fi.de excep.in 6.Bal.c.si quis per triginta.si de feu.fue.contro col.10. Adde do.Abb.rub.de præscr.? Vide Bar.l.sequitur.§.si nostra ff.de vsucap.nam ibi tenet vnam opi.& l.omnes populi.ff.de iust.& iur.tenet aliam. Adde dom. Abb.c.fi.de præscr.3.& 4.col.

Statutum volens,quòd iudex sequatur consilium sapientis,an valeat? Vide per Feli.c.si pro debilitate.de offi.dele.ver.vtrum autem statutum.nu.7.col.927.

Statutum,quòd à sententia iudicis non appelletur,an valeat? Vide per Fel.c.si pro debilitate.de of.dele.ver.allegato.col.vt supra.

Statutum in dubio venit ad corrigendum ius commune. Ita Feli. c.de causis.de offi.dele.ver.singl.ibi,quid si diuersa.num.9.col. 934.Adde tu,& pone,q plures sint pœnæ impositæ pro vno delicto à lege commum,postea superuenit statutum,quod imponit alia pœnā nouā pro eodem delicto, an per pœnam statutariam sit sublata pœna iuris cōis? Bal.in repe.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de insa.& l.non est nouum.ff.de legi.dicit,q indistinctè pœna statuti est sequenda,& non pœna iuris cōis. Et ratio est ista quia potestas iurat seruare statuta,& iuramentū obligat in forma specifica.Tex.est c.ad nostram.el 1, de iureiurā. Vide per Spe.& Io.An.ti.de pœna te.liti.per Bal.l.1.11 opp.C.de sumtri.& fide Cath.& l.places.C.de sacrosan.eccle. per do. Alex. l.quicunque.C.de ser.fugit. Adde,q Bal.l.data opera.C.qui accus.non pos.tenet, quòd pœna statuti facit cessare pœnam legis communis. Et istam opi.Bal sequitur Pet.de Anch.c.canonum statuta.de consti.ver.quæro,vtrum.

Statutum valet, in quo dicit, quòd missus in possessionem ex primo decreto faciat fructus suos,vt non computentur in sortem. Ita Fel.c.consultationibus.de offi.dele.ver.valet statutum,quòd missus.nu.10.col.953.

Statutum,quòd hæredes mariti soluant tantum pro centenario, do nec restituant dotem,an valeat? Vide per Fel.ca.consultationibus.de offi.deleg.vers.Et ista faciunt ad quæstionem.vtrum valeat statutum.nu.11.col.953. Adde,quòd do.Abb.ca.salubriter.de vsu.vlt.col.& Raph.Ful.l.insulam.6.qui vsuras.ff.solu. mat.& Bal.l.si.§ præterea.C.de iure dot.dicunt, quòd tale statutum valet,si sumus in casu, quo alimenta debentur, vel in casu morę.

Statutum non potest dicere,q quis condemnetur non citatus. Bal. l.1.4.col.C.quomodo & quando iudex.Vide per Fel.c.ex parte. il 2.de offi deleg.ver.Bal.in l.1.nu.5.col.959. Adde tu, quòd terminus est dandus illi,qui defendere se intendit,aliàs non posset sequi condemnatio.l.3.§.ad diem ff.de re mili.& l.pen.C. de temp.in integ.resti. Et adde,q istud habet locum,etiā vbi q statutum procedi posset sine iuris solennitate.Ita Bar.l.filius.ff. de dona.1.col.ver.quæro,quid si est dictum.Et adde,quòd Bar l.2.ff.si quis in ius voc.non ie.vlt.col.ver.sed quæro.dicit, quòd contumax non potest in mulcta condemnari,nisi iterum citetur & sibi terminus præfigatur ad se defendendum.Et sic no. quòd defensio non potest tolli per statutum.

Statutum an possit tollere exceptionem legitimam? Vide, quæ posui in litera E.§.exceptio an potest tolli cum multis aliis §. ibidē.

Statutum, quod vult, quòd dictum testis valeat sine iuramento, an tale statutum teneat? Vide infra §. statutum faciens validā probationem.& vide Fel.c.suis.de testi.versi.ex eo tex.habes. nu.1.col.689.

Statutum si facit mentionem de probatione, de qua probatione est intelligendum,videlicet de vera,an de præsumpta? Vide, quæ posui in litera P.§.probatio in iudicialibus.

Statutum,quod disponit,quòd probatio per acta causæ non sufficiat nisi producens ea,fidem faciat iuramento, an tale statutum valeat? Vide per Feli.c.2.de proba.in prin.nu.1.col.337.

Statutum simpliciter loquens de delicto illud puniendo,non intelligitur de inchoato,sed de consummato Feli.c.fi.de for.compe.colum.216. Adde tu Bar.in materia ista,l.1.ff de var.& extra ord.cri.Bal.l.si quis,non dicam.C.de epis.& cler.Host. in summa.de pœ.§.in quibus.Ioan.And.c.perpetua.de elec.in 6.l.si fugi.C.de ser.fugit.& l.arboribus.§.Iulianus.ff.de vsufruct. Anto.de But.c.1.vlt.col.de eo.qui mit.in pos.causa rei ser. Bartol. Bal.l.si quis cum telo.C.de sica.Lud.Ro.l.damni.§.Sabini.2. col.ff.de dam.infec.

Statutum de consensu propinquorum in contractu, vtrum militat in quasi contractu? Vide Fel c.fi.de fo.compe.ver.ad illud, quibus modis.nu.17.col.225 Adde tu Bar.l.si vnus §.pactus.4. col.ver.ex hoc apparet ff.de pac.vbi infert in specie, quòd vbicunque ex forma statuti non posset mulier se obligare,nisi interuenit consensus duorum propinquorum, non posset etiam facere pactum de non petendo,debitori,non seruata forma statuti. Ad de,q idem tenet Bar.l.Mœuia.ff.sol.mat. Et cū eo coiter transeunt Doc.tā d.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.q d.l. Mœuia. Adde Ful cons.39,inci. Ad id,de quo.quæstud idem vult, & probat per auth.sacramenta puberum.C.si aduer. ven.quæ est iuris correctoria,& vtitur verbo,Contractibus,& tamen extenditur ad liberationem vt ibi no per Doc.& est gl. reputata singu.l.3.§.1.ff.de contra.iud.tute. Adde,quòd potes respondere, q ideo ibi est,quia tractatur de fauore animæ,ideo fit extensio, vt per Ant.de Bu.c.fi.de confue.Imo.& Gemi.c.quauis.de pac. in 6.Adde & considera vltra alios, si potest responderi noua opi.contra Bar.& omnes,nam statutum disponit, quòd mulier non pōt se obligare.Bar.& Doc.intelligunt illud verbum,Obligare,ēt de sola obligatione naturali,quod pōt comprobari,quia statutum loquitur indefinite, & indefinita æquipollet vniuersali,l.si pluribus.vbi latè Bar.ff.de leg.2.gl c.vt circa.de electio. in 6.Tu caue, q vbicunq; in iure fit mētio de obligatione simpliciter,intelligitur de ciuili,& non de naturali.l.iurisgētium. ver.sed in alium.de pac.& §.si seruus.Instit.de inuti.stipu. Ergo statutum loquens de obligatione, debet intelligi de obligatione ciuili,cùm statuta recipiant interpretationē à iure cōi,l.2.C. de noxa.gl.l.fi.§.in compu.C.de iure delib.Cogita tamen, quia non pono pro constanti. Adde tu tenendo opinio. Bartol. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

communem etiam limitat Ange. & dom. Alex. d.l. si vnus §. pactus. ff. de pac. vt procedat, quando statutum loqueretur per verba, quibus vtitur Bar. scilicet per verbum, Obligare, secus, si vteretur verbo contrahere, puta quia disponeret, quòd mulier non posset contrahere sine consensu duorum proximorum, tunc bene posset facere pactum de non petendo, quia cum istud statutum sit stricti iuris, & exorbitans à iure communi, debet stricte intelligi. Similem distinctionem in verbis statuti facit Mate. no. 168. concordando Bar. l. apud Iulianum. §. fin. ff. quibus ex cau. in pos. ea. & l. more. ff. de acqui. here. Pro limitatione facit, quod vult Bal. l. sine apud acta. 1. col. C. de transac. vbi refert se consuluisse, quòd statutum disponens, quòd non valet contractus mulieris, nisi insinuetur, non extenditur ad simplicem deliberationem, seu distractum, & ibi sequuntur Moder. Adde tu, quòd quicquid ibi sit in casu nostro, teneo contra Ange. & do. Alex. quòd etiamsi statutum vtitur verbo. Contrahere, mulier adhuc non possit facere pactum de nõ petendo absq; solemnitate statuti, prout etiam tenet Ang. & Mar. Laud. d. l. si vnus. §. pactus. Moueor primo, quia pactum dicitur esse contractus, vt est gloss. sing. l. 1. in princip. ff. de actio. & obl. Et sic est contractus impropriè, cum non sit vltrò citroq; obligatorius. l. Labeo. §. contractus, ff. de verb. sign. Ergo non habet locum in statuto, quia dico, quòd vbicunque in statuto non potest assignari, nisi vna ratio, illa habetur pro expressa. gl. est l. quamuis. & ibi expressius Bel. & Paul. de Castr. C. de fideicom. quo casu ex identitate illius rationis, licitum est arguere ad casum, qui sub lata & impropria significatione cõtinetur. Vt est gl. in Auth. vt hi, qui obli. verbo, ad curationem, vbi Ang. no. & gl. cle. 1. verbo, allegatur. de electio. Sed huius statuti non potest assignari nisi vna ratio, propter fragilitatem sexus, & imbecillitatem intellectus, vt no. Bal. l. 2. C. de adopt. l. 2. C. de rescin. ven. 9. q. Secundò moueor, nam statutum loquens in contractu, habet locũ in distractu, concurrente identitate rationis. gl. est reputata singu. l. 3. §. contrarium. ff. de contra. iud. tute. Tertiò moueor, quia statutum in contractu habet locum in renunciatione, concurrẽte identitate rationis, secundum Bal. rubr. & l. 1. C. de pac. & pulchrè Bald. ibi limitat l. pactum. 21. q. C. de colla. Secus, vbi est diuersa ratio. Ita potest saluari Bal. l. tres fratres. ff. de pac. Quartò facit, quòd no. Bar. auth. contra si filij. 2. no. C. de repu. vbi dicit, quòd cuius consensus requiritur in contrahendo, eiusdẽ requiritur in distrahẽdo. Vltimò facit doctrina l. tale pactum. §. si. ff. de pac. Quintò principaliter limita conclusionem cõem, nisi talis liberatio, seu quietatio fieret per mulierem ex necessitate, puta, quia maritus reddidisset vxori, quod debet, quo casu mulier tenetur quietare, per l. dissoluta. C. de condit. ob cau. Et in tali quittatione non requiritur solennitas statuti. Ita per plura similia tenet Lud. Ro. consil. 394. incip. Præsupposito.

Statutum an valeat, quòd omicida possit occidi ab hæredibus, vel consanguineis interfecti? Vide Ant. de Bu. & Imo. c. quain ecclesiarum. de consti. Bar. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. 6. colum. ver. ex ista theorica. Bal. l. fi. 5. col. C. si contra ius, vel vti. publi. Ioan. An. in Spe. ti super rub. de cõsti. Bal. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & l. 2. C. quando licet se sine iud. vin. Alb. 4. parte statuto. q. 18. Ant. de Bu. c. si vero. il 1. de sent. ex com. Domi. de sanc. Ge. §. is ita. circa medium, 6. dist. Bal. l. si quis. C. de in iti. & substi. Ant. de But. c. si in fine, de iureiu. Adde Fel. ca. ad nostram. de proba. in prin. nu. 1. col. 480. vbi per multas remissiones tangit hanc quæstionem, & nihil decidit, sed solum dicit, quòd non est dubitandum, quòd tale statutum nõ excusat à peccato, & quòd de hoc est gl. si. c. inter hæc. 33. q. 2. Sed difficultas stat, an valeat ad eutandam pœnam capitalem? & dicit etiã ibi Fel. quòd ista potestas gladij concessa priuato ad vindictã, non potest aliers subdelegari col. ead. in fin. Et allegat gl. l. cum fundum. ver. post ea. ff. de vi & vi arma. quam dicit Bald. tenere d. c. ad nostram. & Bal. l. accusationis. C. quod metus cau. & c. 1. §. si quis verò. de pace iura. fir. Pau. de Cas. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. & sic cum istis ibi transit. Ade tu pro clariori intelligentia, ad hoc, vt veritatem habeas, & dic, quòd ista statuta videntur illicita, & ratio est, quia illud, quòd debet fieri per viam iustitiæ, non debet exerceri cum odio & malo animo, quia præbent materiam peccandi, & scandali, & ad hoc facit tex. l. non est singulis. ff. de reg. iur. Et ideo Ioã. An. in Spe. ti. de consti. dicit, q statutum, quod dat facultatem cum rancore facere vindictam, non valet, secus, si dat hanc facultatem, vt minister legis, ad hoc, vt faciat iustitiam, quia isto casu statuũ potest illos hæredes, seu consanguineos, ministros iustitiæ facere, 23 q. 5. c. non est crudelis. Et istud idem tenet do. Abb. c. fi. de consue. 3. col. ver. no. primum dictum. Istam conclusionem intellige verã de iure ciuili, & in foro seculari, de iure autem canonico tale statutum non valet. Host. & oẽs d. c. fina. Bal. l. 1. 2. col. C. si à non compe. iudi. Adde, & pone, q stante tali statuto, quòd bannitus possit impunè occidi, pulchrũ est videre, an filius possit impunè occidere patrem bannitum, vel eõ tra pater filium bannitum. Ang. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. tenuit, q nõ, & idem tenet Auth. de incest. nup. in prin. Bar. d. §. liberto. tenuit contrarium, & dicit, quòd ista quæstio fuit de facto Tuderti, & quòd per quoddam collegium fuit ita consultum. Et idem tenet Pet. de Anch. & Ioan. de Ana rub. de his, qui filios occi. Bar. l. minimè. ff. de legi. Sal. l. 1. C. de his, qui patrem, vel filios occi. Quid dicendum in hac difficultate? respondeo, quòd non est fauendum filijs, vt occidant patrem bannitum, nec econtra. sed postquam parricidium est consummatum, seu secutum, tenerem opinionem Bar. Adde ad ista, pone, quòd non sit statutum, an bannitus possit de iure cammuni impunè occidi. Bar. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. 1. colum. ver. nunquid de iure concludit, quod non, nisi sit transfuga, l. 3. §. transfuga ff. de re mil. & ibi omnes. Adde Bal. l. 1. 11. col. C. de haredi. inst. Alb. de Rosa. 3 parte statuto. q 15 incip. De inde quæro. Et subdit postea ibi Bar. d. l. vt vim. quòd licet de iure communi non sit licitum offendere bannitum in personam, tamen impunè potest dare damnum in rebus. glo. est sing. c. 1. §. si quis. verbo, depredari. de mili. vasa qui contu. est. Bar. extrauaganti, qui sint rebelles. verbo, rebellando. Bal. l. omnes. C. si contra ius, vel vti. publ. Ang. l. in suis. ff. de lib. & posthu. & ibi Imo. Sal. & do. Alex. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. Adde ad ista, quæ posui supra §. statutum, quòd quis possit facere vindictam de morte consanguinei.

Statutum tollens pacta, non tollit pacta confirmata. Ita Felin. c. constitutus. de rescr. vers. statuta iurata. nu. 3. col. 661. & allegat prosua opi. duas glo. vnam, c. cùm non deceat. de elec. in 6. vers. effectus. & aliter am in cle. dudum. de sepul. vers. pacta. Adde tu, quòd ille glo. probant, quòd prima iurata per nouissima non tolluntur, & sic l. pacta nouissima. C. de pac. non habet locum in pacto, & sic faciunt multæ gl. ad legem istam sic restringendam.

Statutum tollitur vnico actu contrario, sicut vnico actu factum est. Felin. cap. cùm accessissent. de constit. ver. sunt tamen quinque casus. nume. 31. colum. 173. Adde tu, quòd fallit hoc quando statutum habet clausulam derogatoriam, domi. Abb. d. c. cũ accessissent. de constit. 2. colum. vbi Feli. ponit alias fallentias, col. ead. & seq.

Statutum ecclesiæ, quod disponit, quòd in receptione canonicorum soluatur tale quid pro fabrica ecclesiæ, an valeat tale statutum? Feli. ponit c. cùm M. Ferrarienses. de consti. vers. sed ad vnum valde quotidianum. nume. 20. colum. 189. Vide, quæ posui in litera C. §. canonici an possint recipere. Et adde, quòd licèt tale statutum videtur rogare receptos, vt soluant, tamen nõ dicuntur sponte soluere, imò coacti. Vide Felin d. c. cùm M. de consti. ver. an autem liceat nouiter recepto, nume. 21. col. 190. & facit iste §. sequens, verbo statutum.

Statutum, per quod quis non potest cogi ad soluendum, si soluit videtur quòd metu statuti soluerit, etiamsi non petatur, vnde debitor, qui soluit metu statuti, excusatur, si ostendit statutum, & nihil probat de exactione facta contra eum. Et istud facit pro istis debitoribus bannitorum, qui soluunt cameræ fiscali, etiamsi non sint coacti, & hoc vigore statuti, quia satis videntur coacti, ex quo statutum præcipit, vt tales debitores soluant. De quo vide Bart. l. creditor. ff. de sol. 1. colum. Vide Felin c. cum M. de consti. ver. proxime allegato col. vt supra. Adde Angel. l. liber homo. ff. de acqui. rerum do. Dyn. l. liber homo. in princip. ff. de hære. instit. Bar. to. l. si mulier. §. 1. ff. rerum amo. Et quod istud statutum inducat tantum metum, tenet Bald. l. omnes. in fin. C. ad Treb. Host. & alij. c. 1. de offic. delega. Et per ista no. quòd canonici, qui habent statutum inter se, quòd canonicus receptus soluat, puta, decem, etiamsi tale statutum non sit pœnale, tamen recipiendo committit simoniã, quia in materia simoniæ consideratur & ponderatur solum petitio. Vide in litera C. §. canonici, qui habent.

Statutum

Statutum ciuitatis, quo quis cogitur ad soluendum delictum, dicitur meticulosum, & sic inducit iustum metum. Bartol. l. creditor. 1. col. ff. de sol. Ang. l. liber homo. ff. de acqui. re. do. Dy. l. liber homo. ff. de hære. instit. Bal. omnes. in fi. C. ad Treb. Host. & alij. c. 1. de offi. deleg.

Statutum, quod habent canonici, vt receptus soluat, puta 10 est simoniacum, & facit, quòd canonici committunt symoniam. Vide, quæ posui in litera C. §. canonici, qui habent statutum.

Statutum allegans, an teneatur producere totum statutum? Feli. c. contingit. de fid. instr. nu. 2. col. 820.

Statutum pœnale, quod facit mentionem de religiosis, ex eo non veniunt, nisi religiosi qui profitentur tria substantialia. secus, si est fauorabile. Felin. c. ecclesia sancta Maria. de consti. in princip. nume. 1. col. 215. Vide. quæ posui in litera R. §. religiosorum appellatione.

Statutum, quod disponit, quòd religiosi non assumantur ad officia secularia. an habeat locum in religioso largo modo sumpto? Vide de Fel. c. ecclesia sancta Maria. de consti. ver. adde etiam Domi. nu. 2. col. ead. Ponit do. Abb. rub. de regula.

Statutum an duret post mortem statuentis? Do. Abb. c. à nobis. de sent. excom. tenet, quòd durat. & idem Fel. ibi, ver. ad quartam quæstionem, nu. 7. col. 1078. Vide Bar. l. si ff. de pœnis.

Statuta contra libertatem ecclesiæ, quæ dicuntur Innoc. c. nouerit. de senten. excom. dicit, quod illa statuta dicuntur contra libertatem ecclesiasticam, quæ sunt contra priuilegia concessa ecclesiis per imperatorem, vel Papam. Et idem tenet Bald. authen. cassa. C. de sacrosanct. eccles. Lap. alleg. 92. incipi. An constitutio. Sed Barta. d. authen. cassa. aliter loquitur, & dicit, quòd omne statutum, vel consuetudo, propter quam clerici reddunt timidiores, & laici audaciores, dicitur contra libertatẽ ecclesiasticam. Et idem tenet dom. Abb. d. c. nouerit. Vide Felin. d. capi. nouerit. versicul. extra gloss. tractat hic, nume. 2. columna 119.

Statuta iurata à solo impetrante, & non à collegio, si non est facta mentio de iuramento in impetratione, gratia est nulla. Ita Fel. c. constitutus. de rescrip. ver. amplia hac. num. 4. col. 561. vbi ponit aliquas limitationes.

Statuta iurata tolluntur per generalem derogationem. Ita Fel. c. constitutus. de rescr. ver. limita tertiò, nisi Papa. nu. 6. col. 562. No. pro limitatione §. statuta iurata.

Statuta iurata non tolluntur per generalem derogationem statutorum. Ita Feli. c. constitutus. de rescrip. vers. statuta iurata. num. 3. col. 562.

Statuta confirmata per Papam in genere, non per hoc intelliguntur confirmata ea, quæ sunt contra libertatem ecclesiæ. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. versic. adde tamen, quod in generali confirmatione. nume. 4. col. 216. Vide, quæ posui in litera P. §. Papa si confirmat.

Statuta laicorum an ligant clericos? Vide, quæ posui in litera C. §. consuetudo laicorum an ligat clericos.

Statuta quando sunt confirmata à principe, non tamen remanent confirmata statuta contra libertatem ecclesiæ. nisi expressè dicatur. Bal. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. 5. col. & Bal. l. cùm oportet. C. de bon. quæ libe. Adde Fel. c. ad nostram. de probat. ver. vltimo no. quod lex irrationabilis. nu. 4. col. 482.

Statuta an & quando possint operari circa matrimonia contrahẽda? Fel. de spon. & mat. c. 1. nu. 9. col. 650.

Statuta contraria, puta, in libro statutorum sunt duo statuta contraria. vtrùm stetur primo, vel secundo? dom. Abb. cap. gratum. de offic. delegat. 1. not. dicit, quòd illa statuta sunt reducenda ad concordiam per subauditionem. Tamen est gl. in contrarium. c. Raynutius. de testa. verb. relinquens, quæ dicit, quòd vbi sunt duæ leges contrariæ, stetur vltimæ. Adde tu, quod procedit illud, nisi prima lex puideret in vno casu speciali, quia vltima generalis nõ tollit primam specialem, gl. c. vt officium. §. duabus. de hær. in 6. & Pet. de Anch. in 8. col. ver. decimo oppono. c. 1. de consti. in 6. Adde Fel. d. c. gratum. vbi multa ponit, in princ. nu. 1. col. 988.

Statuta laicorum, vel consuetudines, an possint disponere aliquid circa matrimonia contrahenda. Dom. Abb. cap. 1. de spon. 2. colum. vers. in glo. dicit, quòd circa substantiam matrimonij disponere non possunt. Idem tenet ibi Anto. de Butr. & Ange. cõsi. suo 208. incip. Titius existens. dom. Abb. c. ecclesia. de consti. Bald. l. 2. C. de inst. & substi. in prin. vbi dicit, quòd si statuũ laicorum disponeret, quòd matrimonium non valeret, statutum non valet, de quo vide Archid. c. Osius. 61. dist. Vide Feli. c. 1. de spons. vers. tractant hic solenniter omnes Doctores. numer. 9. col. 650. Adde, q do. Abb. d. c. 1. vbi supra plus dicit, quòd leges ciuiles, quæ prohibent matrimonium inter tutorem & pupillum & rectorem prouinciæ, non valent, quia ius canonicum voluit, quòd matrimonia essent libera. Idem tenet Fride. consi. suo 335. do. Abb. consil suo 12. incip. Casus talis est. Vide Feli. d. c. 1. vers. secunda declaratio. num. 11. col. vt suprà.

Statuta laicorum, quæ disponũt circa solennitates matrimonij, an valent, vt puta ponendo pœnam personis contrahentib. matrimonium sine consensu patris, vel personis contrahentib. ante certam ætatem. Ioan. And. c. Statutum. il 1. de hæretic. in 6. tenuit, quòd talia statuta non valeant. Istud idem tenet Petr. de Anch. & Dom. de san. Gemi. d. c. Statutum. do. Abba. c. 1. de spon. 2. col. ver. quandoque. vbi etiam Anto. de But. & Angel. consi suo 28. Felin consi suo 35. Anto. de But. consi suo 40. incipien. Visa forma. Vide Fel. d. c. 1. de spons. vers. quarta declaratio nu. 13. col. 651. Adde consi. domin. Alex. consi. 97. incipiẽ. Principalis dubitatio. vbi quærit, an valeat statutum laicorũ, disponens, quòd nemo contrahat cum muliere virgine minore 20. annis, absque consensu patris. Adde do. Ias. May. l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure. Adde, quòd contrarium tenuit Bal. rub. de consti. dicens, quod laici non possunt statuere aliquid in his quæ sunt de substantia matrimonij, sed bene possunt statuere circa qualitates. Et idem tenet Bal. c. tenor. de re iudic. in fi. vbi dicit, quòd statutum laicorum potest imponere pœnã in matrimonijs, præter quam circa substantiam. Idem consuluit Pe. de Anch. consi. suo 298. inci. habet statutum. Vide Fel. d. c. 1. ver. proxi. alleg. col. vt supra. Dic tamen, q istis non obstantibus opi. Io. And. d. c. statutum, est verior, & comunior, de quo vide Feli. d. c. 1. ver. alleg. col. vt supra. & sequen. Adde & limita istam opi. Ioan. And. & aliorum, q si statutum laicorum imponeret pœnam contrahentibus matrimonium, non odio contrahentium. sed fauore filiorum, q tunc tale statutum valet, quod tenet Anto. de Bu. d. c. 1. Vide ibi Feli. vers. & primò fallit. nu. 14. col. 652. Adde etiam, q Ant. de Bu. d. c. 1. voluit, quòd statutum laicorum valeret, vbi pœna est apposita circa lucrum cessans. Vide Fel. d. c. 1. ver. secundò fallit. Ibidem, nu. 15. col. 653. Adde etiam, quòd statutum laicorum disponens circa dotem, valet. Inn. d. c. 1. vbi do. Abb. 3. col. vers. quandoque Bal. d. rubri. de const. Bar. l. Titia ff. sol. mat. Doctor. c. de prudentia. de dona. inter vir. & vxo. Feli. d. c. 1. ver. tertiò fallit. nu. 16. colu. 654. Adde etiam, quòd statutum laicorum, quod disponit, q aliqua laudabilis solennitas seruetur in contractu matrimonij, valet, imò omittentes illam incurrunt peccatum mortale. Inn. d. c. 1. de spons. vbi Host. & Ioan. And. & Feli. ver. quartò fallit. nu. 17. Ibidem. quod intellige sano modo, quando illa solennitas omittatur ex contemptu, alias non, de quo vide gloss. & ibi Arch. c. nostratis. 30. q. 5. Fel. d. c. 1. de spon. versicu. tertiò intelige istam falleutiam. nu. 19. col. 655. Adde etiam, q statutum puniens contrahentes, valet, dum modò pœna sit paruæ & modici momenti, quod est considerãdum secundum qualitates personarum contrahentium. Ita do. Car. c. 1. si qui de sponsa. Vide Feli. d. c. 1. ver. quintò, fallit prædicta regula. nu. 19. col. ead. Adde etiam, quòd statutum laicorum valet, quod disponit, q matrimonium non potest contrahi inter homines diuersarum ciuitatum. Ita Bar. l. edicimus. C. de murileg. lib. 11. Et idem tenet do mi. Car. c. gemma. de spon. Bal. l. si matre. C. de suis & legi. vbi dicit, q statutum Mediolani valet, q mulier nupta extra territorium, non succedat in bonis patris. Vide Felin. d. c. 1. de spõ. vers. sextò fallit. nu. 20. col. 656. Adde etiam, q statutum laicorum valet, quod imponit pœna amissionis dotis nubenti viro indigno sine consensu patris, Bal. d. c. statuũ. & Pe. de Anch. d. suo cõs. 18. Feli. d. c. 1. ver. septimò fallit. nu. 21. col. ead. Tamen istud non teneo, quia est nimis larga decisio. Considera.

Statuta laicorum contra libertatem ecclesiasticam, & quæ sine illa, quæ propriè dicantur contra libertatem ecclesiasticam? dic, quòd in ista materia sunt quatuor opinio. quarum tres refert Felin. caputul. ecclesia Sanctæ Maria. de constitutio. versicul. vnde secundò principaliter quæro. nume. 69. colum. 242. & aliam versic. quartò quæro. nume. 70. coluum. 45. Et contra illam opi. quòd tale statutum non sit contra libertatem ecclesiasticam, tenuit ipsemet domi. Abb. cap. si diligenti. vlti.

Universidad de Deusto
BibliotecaDeusto

col.de foro compe.ver.vltimo scias.motus ex ista ratione. quia si statuentes fecerunt statutum generale, vbi nulla est facta mẽtio clericorum, q̃ tunc in generali statuto non comprehenduntur clerici, & si non comprehenduntur clerici, frustra est quærere, an statutum istud sit contra libertatem ecclesiasticam? Et quòd tale statutum generale non comprehendat clericos, tenuit Pan.de Cast.l.ab administratione.C.de leg.quia non est verisimile, quòd in generali statuto comprehendantur clerici, & statuentes non intelliguntur facere statutum de eo, quod est illicitum. Et ita dicit velle Bar.l.si quis sub conditione.ff. de cõdit.inst. Adde, quod istam opi.Bar.tenuit Bal.l.si.§.in computatione.in fi.C.de iure delibe. & Ant.de But.c.quod clerici. de foro compet. Sed quando statutum faceret expressam mentionẽ clericorum, bene intimidaret clericos, de quo vide do. Alexan. d.l.de administratione.C. d. leg. Adde duas alias, primâ posuit Bal.auth cassa.C.de sacrosan ecel.1.col. & authen.statuimus. 2.col.C.de episco. & cle. videlicet, quando statutum dicit, quòd non reddatur ius clerico declinanti forum seculare. Secundam posuit Bar.l.fin.vlt.col.vers.ex hoc concludo.C.de sacrosan.ecclę quando statutum dicit, quòd ecclesia nullo modo possit acquirere, quia tunc tale statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam. Adde, quòd idem est, quando statutum prohibet alienationem fieri in non subditum, quia non comprehendit clericum, vel ecclesiam, vt ibi Bar.

Statuta qualiter interpretantur? an secũdum ius canonicum, aut ciuile? Panit Fel.c.ex literis.de const.2.no.nu.4.col.278.

Statutis factis pro bono publico principaliter renunciari non potest. Ita *Fel.c.si diligenti.de fo.compe.vers.tertium corollariũ. nu.9.col.185.& inde.*

¶ *Studentes clerici studentes habentur pro residentibus. Bartol.l. quæsitum ff. de leg.3. & hoc habet locum, siue addiscant, siue doceant, & hoc tam in iure canonico, quam in Theologia. Et hoc modo intelligas tex.c.fin.de magist. Quod intellige sana modo, dum modò studeant in studijs generalibus. Fel.d.c.si. in princ. nu.1.col.950. Et dic, quòd possunt habere distributiones quotidianas, si sunt canonici, vt per do. Abb.c.licèt. de præben. in fi. & Do.de san.Gemi.c.1. de cleri non resi.in 6.*

¶ *SVB interpretatione anathematis, non important ista verba ipso iure. Feli.c.Rodulphus. de rescr.vers.sit anathema.nu.33. col.899.*

¶ *Subdelegatio an sit de actis? Arch.Io.An.c.si à subdelegato.tenent, quod non. Et idem tenet ibi Do.de san.Gemi.de offi. dele. in 6. & Fel.c.quoniam contra.de proba.vers.ex quibus, & ex tex.ibi, quid autem de subdelegatione.nu.8.col.452.*

Subdelegatio facta extra locum, vbi causa fuit delegata, est nulla, etiam de consensu partium, pone delegatus est datus in ciuitate Venetiarum, non potest subdelegare extra ciuitatem Venetiarũ, etiam de consensu partium, de quo vide, quæ posui in litera D.§. delegatus datus in certo loco.

Subdelegatio facta alijs personis, quàm expressis.in c.statutum.§. in nullo.de rescrip.in 6. est nulla, de quo vide, quæ posui in litera D.§. delegatus non potest subdelegare causam sibi commissam.

¶ *Subdelegatus à subdelegato, ab eo, si eis in totum non fuit facta subdelegatio, nõ appellatur ad Papam, sed ad delegantem. Ista est regula.glo.est cap super quæstionum.§.porro. de officio dele. & ibi do. Abb.ver.no.ad eum. Fallit hoc, quando pars appellaret, & prosequeretur appellans coram Papa, & pars non contradiceret. Rota in nouis.387.inci. Item si tres. in titulo de officio deleg. Do.san.Gemi.c.si delegatus.de offic.deleg in 6. Fallit etiam in delegato inferioris à Papa, quia etiam si subdelegat, non in totum, potest tamen appellari ad Papam, domi. Abb.d. c.porro.& cap.cum Bertholdus.de re iudic.vltim. column. Et hoc etiam habet locum in legato Papæ, qui subdelegauit, quia poterit appellari ad Papam omisso legato, domi. Abb. d.c. cum Bertholdus.vlt.colum. Adde Fel.d.c.super quæstionum. §.porrò.vers fallit primò, nisi fieret.nu.13.col.139.vbi multa bona cumulauit in materia ista quotidiana.*

¶ *Subditus, qui defendendo iura domini sui circa subiectionem, reportauit sententiam contrariam, an noceat domino talis sententia? Vide supra §. sententia lata contra subiectum super subiectione.*

Subditus delinquens contra statutum, quod ignorat, an ignorantia excusat eum? glo.cap.à nobis.de senten.excom.tenet, quòd incurrit pœnam, quia incidit in factum iam damnatum. Ioan. An.c.vt animarum.de constitu.in 6. tenet contrarium. Vide Fel.d.c.à nobis vers.quo autem ad secundam quæstionem gl. nu.2.col.1077.

Subditus delinquens extra territorium, an possit puniri à suo episcopo? do.Abb.d.c.à nobis.tenet, quod non. Ibi vide Feli. vers. circa tertiam.nu.6.col.1078.

Subditus non potest venire contra prælatum, vel superiorem suũ, qui vult reformare, vel corrigere mores ipsius & allegare consuetudinem, de quo vide in litera C.§.consuetudo non valet contra substantiam actus.

Subditi possunt agere pro suo interesse, ne mutent dominos & principes suos, domin. Abb.cap.auditis.de præscrip.7.colum. vers. item sicut.

Subditi an possint intersicere iustè principem suum iniustum, vel qui eos opprimit intollerabiliter? Adde, an possint ad minus eũ expellere, aut einon obedire? Vide quæ posui in litera C.§. ciues an possint expellere principem.

¶ *Subscribens scripturæ alterius, quando sibi præiudicat. Innocẽ.c. quoniam contra.de probat. videtur sentire, q̃ semper præiudicat, & ratio est, ipse dicit, quia omnis virtus attributa scripturæ alicuius ita operatur per subscriptionem, ac si ipse scripsisset totam scripturam, Idem tenet Bal.authen.contra, qui propriã. 2.col.ver.item quæro.C.de non nu.pe.Bar.l.emptor.§. Lucius. ff.de pac.Ex quo no.duo glo.c.quantò de his, quæ fiunt à prælat. verbo, absentium. Angel.l. ita stipulatus.§. Chrysogonus.ff. de verb.obl. & do. Alex.l.cum antiquitas.C.de testam.2.col.Vide per Fel.de q.ista.c.quoniam contra.ver.quartò quæro, vtrũ nu.43.col.475. Intellige conclusionem istam, dum modo sit actus, qui non possit expediri me non volente, quia subscribendo videor consentire, & præiudico, secus, si esset actus, qui poterat expediri, etiam me prohibente. quia subscribendo non præiudico mihi. Bar.l.Gaius.ff.de pigno act. Et dic, q̃ si possum contradicere, sed non sine rubore, subscribendo non præiudico Bart.l. quæ dotis.ff.sol.mat.in fi.dam. Abb.c.ex literis.de transac.2.colum.ver.no.hanc gl.& ibi Ant.de Bu.& Imo.Feli.d.cap.quoniam contra.vers.limita primò.nu.14.col.ea. Item intellige, nisi quis subscriberet se nomine alieno.quia nõ noceret sibi. Imo. c.si quis presbyterum.de rebus eccle.non alie. Fel. d.c. quoniam contra.vers.limita secundò.Ibidem, nu.45. Item intellige, nisi quis subscribat se ratione officij, quia non nocet. Feli.d.c. quoniã contra.ver.limita tertiò, nisi quis. Ibidem nu.46.col.476. Item intellige, quòd si subscribit se, tanquam testis non præiudicat sibi. Felin.vers.ic.limita quartò. Ibidem, nu.47. Vide & alias limitationes ad conclusionem istam, quas posuit Feli.d.cap. quoniam contra.vers.limita quintò, nisi subscribentes. Ibidem, nu.48. Adde ad ista, pone, aliquis scripsit schedulam manu sua, et non subscripsit, an illa faciat fidem contra eum? Vide Bartol.l. cum tabernam.§.fidem.ff.de pig.& ibi Ange.& Salic. Anto. de But.capitu.2.de fide instrumen. Bald. in prœmio ff.orum. vlti.colum.*

Subscribens se schedulæ vacuæ, cuius tenorem ignorabat, an obligatus sit? Innoc.c.2. de fide instru. dicit, quòd non est obligatus, primo, quia obligatio non trahitur ad incognita, & penitus non essentia, secundò non dicitur approbasse, quæ ibi scribentur, cum non viderit. Adde Felin.c.cum venerabilis. de excep. ver. Fallit quartò.nu.37.col.62.

¶ *Subscriptio concilij sine nomine Papæ, quid importat? Ponit Felin.c.1.de pac.in prin.nu.1.col.1251.*

Subscriptio testium an sit necessaria in instrumento? an verò sufficit, vt inscribatur per notarium? Vide quæ posui in litera T.§. testes in instrumento an debeant.

¶ *Substantialia, videlicet de substantia, adeo quòd si non exprimantur, actus diceretur surreptitius, ideo in hoc casu, quæ dicãtur substantialia, ponit Feli.c.cum M. Ferrarien sis. de constit. vers.hæc omnia & his similia.nu.7.col.181.*

¶ *Substitutio an euanescat per ingressum religionis, quando testator dedit substitutum sub conditione, videlicet si institutus decederet sine liberis ex se legitime descendentibus, vel ex corpore suo natis & quæstio ista orta est, quia videtur, quòd substitutus non possit excludi per monasterium. quia monasterium isto casu non potest habere loco filij, ex quo testator dicit, quòd si institutus decesserit sine filijs ex corpore suo natis, ergo ingrediendo monasterium mens testatoris*

ris non habuit effectum, qui volebat, quòd bona sua venirent ad filios natos ex corpore instituti, sed monasterium non est tale, ideo factum est totum substituto, quid dicendum est in ista ardua.subtili & difficili dubitatione, in qua Doctores fuerunt varij? Inuenio, quòd Host.& Ioan. And c.Raynaldus. de testa. tenent, quòd tex.§.sed hoc præsenti.authen.de sanc epis.& tex. d.c.in præsentia.de proba.qui tex.vult, quòd monasterium habeatur loco filij, non habeat locum, vbi testator in suo testamento dixit, instituo filium meum, & si decesserit sine filijs ex se descendentibus, vel ex corpore suo natis, substituo talem, q̃ isto casu, si filius institutus ingrediatur monasterium, quòd monasterium non excludit substitutum. Et idem tenuit Ioan. de Bel. d.§.sed hoc præsenti.Bal.l.si quis posthumos.ff. de liber. & posthu.Bal.& Imo.l.Lucius.ff.de hære.instit Salic.authenti. nisi rogati.C.ad Trebel.ver.sed iuxta hoc quæro. Idem tenent Bal. & Imo.d.c.in præsentia in fine. Vide Fel.d.c.in præsentia. vers.ic.glo.fina.ibi, non euanescit.nu.29.col.391. vbi multa adducit pro opinione istorum sic tenentium. Adde, q̃ contra istam opinionem, et quòd imò in casu superius relato monasterium habeatur omnino loco filij, tenuit Mates.Cy.Ray.Bar. Angel.& Pau.de Cast.d.authen.nisi rogati.C.ad Treb.Bar.diffuse.l.si ita quis.§.1.ff.de leg.2. Lapus alleg.129.incipi. Primò quæritur.do.Abb.d.c.in præsentia.16.col.ver.quid si testator. Adde Felin.latissimè.d.c.in præsentia.ver.prædicto.col.prædicta & col.seq.vbi tenet opinionem istam secundam, quæ videtur communis & æquior. Adde ad ista, pone, q̃ in aliqua dispositione facta est mentio de filijs ex se natis, vel ex corpore suo natis, vtrum veniant nepotes? Vide Bar.l.Gallus.§. instituens. ff. de libe.& post.vbi etiam do. Alex.Bal.c.1.de succes feud.in fin. vbi dicit, quòd si pater recipit feudum pro se et filijs suis masculis & fœminis ex suo corpore natis, continetur etiam filius filiæ. Et idem tenet in consilio suo inci. Punctus talis. Bald. in prælud.feud.dicit, quòd si fit mentio de descendentib. ex suo corpore, veniunt omnes in infinitam.

Substitutio compendiosa, quæ alio modo dicitur directa, an possit fieri per verbum, Deuoluantur? Et adde, quid de substitutione fideicommiss.quæ alio modo dicitur obliqua, an etiam possit fieri per verbum: Deuoluantur? do. Abb.c.in præsentia. de probat. in princip. dicit, quòd vbi est aliquis institutus, & postea alius substitutus, vt puta volo, quòd bona mea deuoluantur ad talem, quòd tunc tale verbum importet substitutionem fideicom. & non directam. Et reprobat opininionem Anton.de Butri. ibi, qui dicebat, quòd verbum, Deuoluitur, importat substitutionem directam. Dom.de sanc.Gemi.c.si pater. de testament. in 6. princip. ponit, quæ verba important directã substitutionem, & quæ obliquam, & post multa dicit, quòd verbum, Deuoluitur, importat substitutionem directam, quando contingit, quòd ipsius virtute bona deuoluuntur sine persona media, sed si adest persona media, non importat directam substitutionem, sed obliquam, & hoc est bonum scire, nam vbi est obliqua substitutio. quæ dicitur alio modo fideicommissaria detrahitur quarta, secus, si directa, d.c.si pater. Tamen si vis cognoscere quæ sunt verba, quæ important naturam obliquarum substitutionum, & directarum, vide gloss.d.capit. si pater. verbo, absque deductione.in fine.& Barto.l. Centurio. vlt.chart. ff. de vulg.& pup.vbi dicit, quòd istud verbum, Deuoluatur, est verbum commune, aptum importare vtrunque. Idem tenet Bal.l.Lucius.in prin.ff.de vulg.& pup.Petrus de Anch. d.c. si pater. Et de istis verbis vide plene per Bald.l.fin.penul.& vlt.col.C.de sac.sanc.eccl.Barto.consi.suo incip. Pater filio impuberi.Fel.d.c.in præsentia.de prob.ver.in text. ibi, deuoluantur. num.2.col.375. Adde tu, ad istam regulam infallibilem, quæ venit ad limitationem omnium iurium loquentium in materia ista, & die, quòd vbi potest fieri interpretatio, q̃ dispositio testatoris valeat iure directo, & q̃ valeat iure fideicommissario, semp potius sit interpretatio, vt valeat iure directo. Tex. est d.c.si pater.de testa.in sexto. Et dic etiam, quod si testator Titio instituto facit simpliciter substitutionem per istud verbũ, Substituo Sempronium, talis substitutio in dubio interpretatur q̃ sit directa substitutio vulgaris tantùm, vt aperta litera l. iã hoc iure.ver.vulgarem tantùm.ff.de vulg.& pupil. Vide latius de hoc per Bar.l.Centurio.ff.eo.

Substitutio facta in defectum liberorum, vtrum indistinctè expiret per ingressum religionis? glo.fi.& dom. Abb.c.in præsentia. de proba.12.col.ver.quæro vtrum, dicunt, quòd si persona priuata est instituta, quod euanescit, quia isto casu ingressus monasterium fingitur habere hæredem, si autem substituitur ecclesia, vel alius locus pius, vel videtur pecunias expendi ad pias causas, tunc non expirat substitutio. Adde, quòd idem tenent Fel.d.c.in præsentia.vers.ic glo.fi.ibi. non euanescit.nume.29. co.391. Sed pulchrum est videre, an ecclesia instituta hæres, possit detrahere Falcidiam de legatis ad pias causas, vel de legatis factis ad aliam ecclesiam? do. Abb.tenet, quòd sic, d.c.in præsentia.12.col.ver, & per hanc glo. Vide glo.c.Pontifices.12. q.3. Vide Ang.§.sed hoc præsenti.auth.de sanc.epis.do. Abb.c. cum causa.de præben.1.col. Adde Fel.d.c.in præsentia.ver. allegato.col.ead.

Substitutio facta in defectum liberorum, an euanescit, si hæres institutus efficiatur clericus secularis. sicut quando efficitur monachus, do. Abb.c.in præsentia de proba.14.col.ver.quæro vltrius.dicit, quòd talis substitutio non euanescit, si substitutus efficiatur clericus, & vult, q̃ priuilegium datum monasterijs, non extendatur ad ecclesias seculares. Tamen Ant.de But. & Io. de Imo.& Pet.de Anch.d.c.in præsentia. videntur sentire, q̃ ecclesia secularis gaudeat eodem priuilegio, quo etiam monasterium. Adde Fel.d.c.in præsentia.ver.in ea.glo.ibi, exiguntur duo.nu.31.col.392.vbi tenet contra do. Abb.d.c. in præsentia. 15.col.vers.vltimò.gl.hic quærit.

Substitutio an euanescat, si ingrediens monasterium non perseuerat in monachatu, vt puta intrauit, sed exiuit ante tempus probationis, vel mortuus est ante quàm esset factus monachus? do. Abb.c.in præsentia.de prob.13 col.ver.insuper quæro. dicit, q̃ non euanescit talis substitutio. Adde quod in simili consuluit Angel.consil.suo 34.incipien. Constantius Arcolani, vbi dicit, quòd maritus, qui reliquit vxori, ad hoc, vt ingrediatur monasterium, intelligitur de ingressu cum perseuerantia. Bald. Sali.l.si quis.C.de inst.& subst. Et ideo dicit Arch.c. cùm simus.12.q.2.q̃ volens ingredi religionem, non satisfacit, si ingrediatur & exit. Adde Feli.d.c.in præsentia.vers. in eadem gl.ibi, teneat.nu.32.col.392.

Substitutio an euanescit, si institutus non ingreditur monasterij, sed ipsum monasterium hæredem instituit. Do. Abb.tangit hãc difficultatem.c.in præsentia.de proba.12.col.ver.ex prædictis decisam puto.& ibi tenet, q̃ non. Idem tenuit gl.auth. nisi rogati.C.ad Treb.& Arch.c.si qua mulier.19.q.3. Ioan. And.& Ant.de Bu.& Pe.de Anch.d.c.in præsentia. Adde Felin.d.c. in præsentia.ver.in ea.ibi, fiat monachus nume.33.ibidem. vbi reddit rationem, quam posuit do. Abb.d.c.in præsentia.

Substitutio an euanescit si institutus ingrediatur monasterium, & efficiatur monachus in fraudem substituti? do. Abb.c.in præsentia.de proba.15.col.tangit hunc articulum, & tenet, q̃ non euanescit substitutio. Idem tenet Bal.ibi, & dicit plus, q̃ si institutus profitetur in articulo mortis, quòd non euanescit substitutio, quia videtur fieri in fraudem. Adde Feli.d.c. in præsentia. ver.& per istam gl.dicit Abb.nu.34.col.393.

¶ *Subtrahens probationes partis aduersæ, adeo quòd non possit probare, an debeat perdere causam? Vide, quæ posui in litera P.§. probationes si sunt subtractæ.*

¶ *Successio Iudæorum ab intestato hodie quomodo regulatur, an secundum legem Mosaicam, an verò secundũ legem ciuilem? Vide, quæ posui in litera I.§. Iudæi non tenentur seruare.*

¶ *Successor an possit capere bona ingressi religionem facta professione? Vide quæ posui in litera F. §. filij, an possint capere.*

Successoris appellatio in dubio intelligitur de vniuersali tantùm, & non singulari. Fel.c.quia G. de iudic. ver.not. quòd appellatione successoris.num.5.col.84 & inde. Adde tu, quòd istud est pulchrum scire, & hoc, quia actiones personales non transeunt contra singularem successorem. Ita dicit Bar.l.quadam.§. nihil interest.ff.de eden. Adde tex.l. prima.§. si hæres. ff. ad Trebel. Et hinc est, quòd executio instrumenti guarentigiati, vel sententiæ, non potest peti contra singularem successorem tenentem aliqua bona obligata glossa not. leg. ea. C. de condict.ob causam. Not. Bald.leg. secunda. C. si adu. cred. vbi dicit hoc esse notandum contra ignorantes procuratores & aduocatos.

Successores excommunicati an sint etiam ipsi excommunicati, puta, multi ciues vnius ciuitatis sunt excommunicati, an filij sint ẽ

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

excommunicati? Vide Bal.l.grege.§.fi ff.de leg.1.Barto.l. inter stipulantem.§.sacram.ff de verb.obli.Innoc.c.grauem.de sen.exc.Inn.do. Abb.c.aduersus.de immu.eccl.Et communiter tenetur, q̃ non.Vide Fel.c.responso de sent.excommu.versic.sed quid in successoribus nu.4.col.1110.

¶ *Summaria cognitio.* Si in summaria cognitione testes recipiantur, non potest pars aduersa reprobare ipsos testes, neque circa personam, neque circa dicta, de quo vide, quæ posui in litera T. §.tertius comparens pro suo interesse, ad finem, vt impediat.

Summaria cognitio quando sufficiat in qualitate negata. Ponit Feli.c.si clericus laicum.de foro compe.versicu. limita secundo hanc conclusionem.nu.2.col 159.

Summarium iudicium vbi non proceditur in figura iudicij, acta debent reduci in scriptis, & non possunt scribi per iudicem, sed per alium.Ita Feli.c quoniam contra.de proba.in princ.nu.1. col.448. Limita istud, nisi sit causa modica, quia non requiritur scriptura, sed statur assertioni iudicis.Bar.auth. nisi breuiores.C.de sent.ex bre.recit.do. Abb.d.c. quoniam contra.de proba.2.no.& vide per Fel.vbi supra.

¶ *Supplere quid sit?* Adde & vide, quæ posui in litera D. §. declarare.

¶ *Suprema potestas Papæ* an possit præscribi? Vide, quæ posui in litera P.§.præscriptio non currit contra supremam potestatem Papæ.

¶ *Surreptio* in vna parte rescripti non vitiat totum rescriptum in partibus separatis. Felin.c.ad audientiam,il 1.de rescr. versi. amplia tertio.nu.2.col.470.

Surreptio rescripti intra quantum tempus de surreptione rescripti debeat excipi. Ponit Feli.c.constitutus.de rescr.ver.in quãtum tangit Abb.nu.21.col.570.

Surreptio dolosa vitiat rescriptum ad lites in totum, non dolosa ex ignorantia, vel simplicitate vitiat formam, sed remanet substãtia. Vide in materia ista, quæ posui in litera R.§.rescriptum surreptitium si per dolum.

Surreptio in literis ab beneficia, an vitiet gratiam? Vide Felin.c. super literis.ver.prima conclusio.Sicut in literis.num.2. de rescrip.col.564.

Surreptio circa malam deductionem iuris communis, non vitiat impetrationem beneficij, vt puta, quis impetrauit Archidiaconatum Mutinensem, non habet necessario facere mentionem de cura, quia habet eam de iure communi. Felin.c.super literis.de rescript.ver.secunda regula.Surreptio.nu.8.col.579. Adde etiam, quòd non est necesse facere mentionem de illis, quæ sunt notoria in curia Papæ. Ita Feli.d.c.super literis, loco prælegato. Quod no.

Surreptio non dolosa vitiat priuilegium indistinctè. Ita Feli.c. per literas.de rescr.versicu.limita tertiò, dum modò loquatur. nu.3.col.575.

Surreptio & obreptio inter se differunt. Felin.c.cùm dilecta.de rescrip.ver.tenemur differentiam inter surreptionem.nu.2.col. 610. Adde do. Abb.d.c.cùm dilecta.2.col.versi. quartum intellectum. Adde tu, an iudex ex officio suo possit eum, qui obrepserit, punire? & quæ sunt pœnæ obripientis iudicij? an sit pœna falsi? Vide l.si quis.de reb.eor.& l.quicunque.vbi Bald. ad fin.C.de seruis fugit. Bald.l.unica.C. si nupt. ex rescripto petit., quis dicatur obrepere? & l.& si legibus.C. si contra ius vel vtili.publ. Adde do. Abb.d.c.cùm dilecta.versic.quartum intellectum.

¶ *Suspensione facta* de aliquo, donec satisfecerit, an requiratur absolutio, si satisfecerit? Vide Feli.c.1.de iudi.versic.vbi verò aliquis est suspensus.nu.5 col.9.

¶ *Suspensus actualiter*, vt c.2.de pœnis.in 6. non debet habere sustentationem à beneficio, si quod habebat, quia ecclesia de illo nõ curat, secus est, si esset suspensus a beneficio verbaliter, quia ei prouideb itur in tãtum, ne egeat, quia debet viuere clericaliter, de quo vide Fel.c. Apostolicæ.de excc.versicul.& quod dixi de depositõ num.11.col.91. Et hoc modo intelligas illa, quæ posui supra §.suspensus a beneficio est priuatus.vbi dixi, q̃ suspensus debet habere modicam sustentationem de fructibus beneficij, hoc est verum in suspenso verbaliter, secus, si actualiter, vt hic. Vide Fel vbi supra.

Suspensus actualiter non retinet beneficium fori, secus est in suspenso verbaliter.Spec.tit.de cõpe.iud.adi.§.1.in prin.Feli.c.Apostolica.de excep.ver.allegato,col.eadem.

Suspensus iniuste, seu nulliter, debet recuperare fructus beneficij sui, à quo fuit suspensus gloss. c.super causa.2.q.5.& ibi Domi. de san.Gemi. Do. Abb.c.pastoralis.de appel.in fi.Feli.c. Apostolicæ.de excep.versi suspensus autem, vel excommunicatus. nu. 12.col.vt supra. Adde, an debeat recuperare distributiones quotidianas? Vide Felin.d.ver.

Suspensus iuste non recuperat fructus beneficij, à quo fuit suspensus nisi in sententia expresse diceretur, quia recuperaret fructus. Ita Fel.d.c. Apostolicæ.de excep.ver.allegato.

Suspensus ab officio & beneficio, si capit fructus de facto, licèt non faciat eos suos, tamen propter hoc non est irregularis.Spec.titu. de leg.§.iusta ver.item no.domi.Cardi cle.vt hi.qui.10.q.de æta.& quali.gloss.clem.2.de vi.& ho.cle verbo suspensus. Ad de Felin.d.cap. Apostolicæ.de exceptio.versicu.si autem suspensus.nu.13.col.92.

Suspensus à beneficio si celebrat, non est irregularis propter hoc. Innoc.c.si celebrat.de cleri.excom.mini.Felin.c. Apostolicæ.de excep.ver prædicto.

Suspensus à beneficio tantùm potest eligere, non tamen eligi potest. Item non potest se impedire de cõbus negocijs ecclesiæ, à qua est suspensus.Ita do. Abb.c. Apostolicæ.de excep.3.col.ver.aut est quis suspensus.Idem tenet do.Car.cle.vt hi,qui.de æta.& qual. 18.q.Vide Feli.d.c. Apostolicæ.vers.& licèt Butr.hic dicat.nu. 14.col.92.Adde & dic, q̃ in quantum dixi, suspectus non potest eligi q̃ hoc verum est in territorio suspendentis, sed extra territorium suspendentis bene poterit eligi. Adde etiam, q̃ poterit se impedire de communib.negotijs beneficij, quod habet extra territorium suspendentis, do.Car.d.cle.vt hi,qui. circa fin. Et sentit ista do. Abb.c Apostolicæ.ver.limita materiam, nisi taliter.nu.15.vbi supra.Adde tamen, q̃ si esset suspesus ab omnibus beneficijs, talis suspensus non posset se impedire de communibus negotijs beneficij, etiam extra territorium suspendentis. Item si suspensus esset suspensus à lege, vbique operaretur, talis suspensio, & sic extra territorium, de quo vide Feli.d.c. Apostolicæ.dicto versi.colum prædicta.

Suspensus ab ingressu vnius ecclesiæ poterit celebrare in alia ecclesia, & etiam extra ecclesiam.Innocen.cap sacro.de sentẽ.excommu.in glo.c.ss cui.eodem ti.in 6.Specu.titul de legato.§.iuxta ver.quid si aliquis. Hostien.titu.de verbo.signif.§.quando aliquis.Cal.in tractatu De ecclesiastico interdicto,in 2.membro principali.q.38.c.sacro.de senten.excom.ver.in glo.in verbo.per mensem.col.3.

Suspensus potest agere, quia ipsi non est interdicta hominum communicatio.Ita Feli.c.intelleximus.de iudi.versi.nona declaratio.nu.10.col.64.

Suspensus ab homine si celebrat, deponitur, secus si à iure, quia non deponitur.Ita Lap.Abb.c.vt clericorum.de vi & hon.cle do, de Rota,in antiquis decis.363.ti.de sen.excõ vbi dicunt, q̃ suspensus à canone celebrans, non est irregularis, secus, si ab homine.Vide per Feli.c.pastoralis.§ fi.de offic.deleg.ver.gl.in vers. appellatione.nu.28.col.1054.

Suspensus ab homine non potest eligere, secus, si a lege, gl.c. Apostolicæ.de excc.Adde Bal.c.quod translationem.de offi.leg.qui in simili dicit, quòd legatus non absoluit excommunicatum ab homine, secus, si à lege.Vide etiam Felin.c.pastoralis.§. fi. de offic. deleg.versi.allegato,col.vt supra.

Suspensus an possit absolui ad cautelam? Domi.Abb.ca. Apostolicæ.de excep.1.col.versi.no secundò.tenuit, q̃ sic.Idem tenet Felin.ibi.ver.dom.Abb.no.suspensum.nu.3.col 88.vbi dicit, q̃ secus est in interdicto generali, vbi ciuitas est interdicta generaliter. Vide quæ posui in materia ista in litera A.§. absolutio ad cautelam, & in litera I.§.interdictum particulare. vbi posui, an in eo habeat locum absolutio ad cautelam.

Suspensus à beneficio, est priuatus fructibus beneficij. Ita domin. Abb.cap. Apostolicæ.de excep.2.colum.versic.ex hac gloss. & ibi idem tenet Anto.de Bu. Adde tamen, quòd iste sic suspẽsus à beneficio, debet habere sustentationem de fructibus ipsius beneficij tantum, ne egeat, & non vltra.Ita domi. Abb. d.c. Apostolicæ, & Anto.de Butr.loco prælegato. Quod intellige sano modo, dum modò sit suspensus à beneficio propter delictum quia ex quo non potest exire ab ipsa suspensione ad libitum suum ideo habebit sustentationem modicam, ad hoc, ne egeat. Ita domi. Abb.cap.pastoralis.§ fin.7 colum de appell. Domin. de Sanct.Gemi.c.præter hæc.32.distinct. Adde, quòd secus est,

in suspenso ob contumaciam, quia non debet habere sustentationem etiam modicam, quia in facultate est exire de suspensione obediendo.Ita domin.Abba.loco prælleg. videlicet d.c.pastoralis.& Dom.de san.Gem.vbi supra,vi de Felin.d.cap. Apostolicæ,versi.modica sustentatio.nume.9.colum.91. Adde tamen, quòd si suspensus propter delictum, vel etiam suspensus ob contumaciam, periturus esset fame, succurretur ei ad hoc, ne periret,de fructibus beneficij,a quo est suspensus,glo.fi. in fi. d.c.pastoralis.dom.Card. cle.vt hi,qui.de æta.& qua.pe.col. versi.vicesimò quaro Fel.d.c. Apostolicæ.versi.intellige dupliciter. Primò.num.10.col.vt supra.

Suspensus a beneficio, si habet patrimonium, vnde vinere potest, vel habet industriam, nihil habebit de ecclesiastico beneficio,& hoc intelligas, siue sit suspensus propter delictum, siue sit suspensus propter contumaciam.Bal.c.cum Vinton.de ele.Fel.c. Apostolicæ.de excep.versicu. alleg.supra.& versicu. præceden. colum.prædict.

Suspensus ab officio, non potest eligere, neque eligi in vno loco, quia vbique operatur illa suspensio, & sic neque in territorio suspendentis, neque extra. De quo vide Fel.c. Apostolicæ. de excep. versi.alleg. Et in quantum dixi, quòd suspensus ab officio non potest eligere.Vide Fel. vbi supra,qui dubitat.

Suspensus ab officio, tenetur dicere officium & horas canonicas secretè,glo.1.cap.2.& c.illud.de cler.excom.mini.verbo, officia.gl.fi.c.presbyterũ.28.di.bonus tex.c.sicut.de hom. Doct.c. 1.de senten.excom.in 6.tamen non poterit dicere, Dominus nobiscum.Vide Fel.c. Apostolicæ.de excep.ver.circa suspensum ab officio,nu.16.col. 93.Adde, quid de excommunicato,an teneatur dicere horas canonicas, Vide Fel.vbi supra.

Suspensus ab officio, celebrans, est irregularis, siue sit suspensus a canone, siue ab homine,glo.2.& 3.c.is cui.de sen. excom.in 6. Domin.de Roia decisio 3.in antiquis,titu.de senten.excom.Felin.c. Apostolicæ.de excep.versi.catera.de materia suspensionis enim 16.col.94.

Suspensus ad tempus, vtrum, postquam tempus præfixum suspensionis est elapsum, requiratur absolutio, Vide glo.cle. 1.verbo, donec.de deci.quæ dicit,quòd quo ad ecclesiam, requiritur absolutio.Vide Inno.& Anto.de Butr.c bona,de æta.& qua.do min.Abb.cap.1.de iud.1.col.Dom.de San.Gem.c.in primis. 3.colum.2.quæst.1.Fel.c.si quis.de simo.in princip.num.1.colum.937.

Suspensum a Papa, vel ab alio, non potest inferior absoluere. dom. Abb.c.tam literis.de testi. versic.no. vltimò. Adde Felin.in prin.num.1.col.643.Et hoc etiam habet locum in excommunicatione.

¶ *Suspicio iudicis notoria*, an faciat cessare, vt non sit eundum ad arbitros, Vide per Fel.c.accedens.il 1.vt lit.non contest. versi. in quantum Abb.nu.6.col.280.

Suspicio iudicis, quæ superuenit post conclusum in causa, an possit opponi, Vide, quæ posui in litera I.§.iudex suspectus.

Suspicionis causa proposita, an semper arbitri eligantur, Vide quæ posui in litera D.§.delegatus, qui subdelegauit.

Suspicionis causæ, quæ possunt opponi contra iudicem suspectũ, multa sunt, quas enumerat glo.c.causam quæ. de offi. deleg.Sed si vis videre latius, quot sunt, Vide per Fel.d.c.causam,quæ.versi.glo.1.num.2.col.981.

¶ *Subtrahens* aduersario copiam probationum, debet perdere causam. Felin. de fid.instrumen.cap. accepimus. numero 15. colum.818.

¶ *Suus*, hoc pronomen Suus, verificabitur etiam in eo, qui habet iurisdictionem in loco. Item, si profertur in materia, in qua datur dominium, tunc latè comprehendit eum, qui habet iurisdictionem.Vnde si patronus laicus in libello super iurepatronatus diceret, ecclesiam esse suam, sustentatur libellus, nec dicitur nullus, imò plus, non vitiabitur libellus.Vide dom. Abb.c.pro illorum.de prebend.1.no.Bar.l.quintus.ff.de auro & arg.leg. Felin.c.2.de iureiu.in prin.col.1005.& Felin. c.examinata. de iudic.versi.dom.Car.allegat hic.num.8.col.115.

Suus Sua, Suum, pronomen, semper denotat dominium.Fe.de spon. & ma.c.1.num.8.col.649.

Suorum appellatione qui veniant, & hoc, quando est concessum clericis, suam, & suorum iniuriã vindicare, qui veniunt in isto casu, Vide, quæ posui in litera C.§. coniuncti. in materia capitali.

¶ *SINAGOGA* veteres, vel ruetes reædificare possunt Iudæi.Felin.c.cùm accessissent.de consti. versi. glo.sin.nota bene.nume. 33.colum.174. Adde tu, quòd Iudæi & alij possunt vetera ædificia reficere & reparare, & pone, Iudæus vult reparare synagogam minantem ruinam, dico, quòd potest, sed non potest illam ampliare, adeo, vt amittat antiquam formã, vt fiat pretiosum ædificium. Ita domin. Abb.c.consuluit.de Iudæ.& Ioan.And.c.Iudæi.eo.tit.Sed dubium est quando ædificium funditus destructum est, an reædificari, vel restitui possit sine licentia superioris, puta synagoga Iudæorum comburitur, & funditus currit, an poterint Iudæi reædificare synagogam sine licentia episcopi? Videtur, quòd non per l.inter stipulantem.§. sacram.ff.de verb.obli. Adde tu, quòd in contrarium facit, quod not.Ang.authen. de non alienan.§.hoc ita.ad fi. Collat. 2.vbi dicit, quòd si domus emphyteutica cõburitur, vel aliquo casu fortuito destruitur, quia nõ dicitur in totum destructa propter solum, quod remanet, ideo ex dicto Ang.loco prælleg. vt detur posse dici, quòd si synagoga comburatur, vel destruatur in totum, possit resici propter aream, quæ remanet, & non dicatur de nouo resici. Et minor, quòd Felin.hic nullam facit mentionem de Ange. Et per ista videtur, quòd sint destructa ista opiniones sua, quæ sunt deducta in istis duabus limitationibus. Considera.

¶ *Synodus* an recusari possit, Ponit Felin.c.1.de iudi.versicu.glo. in verb.interrogatus.nume.6.colum.9.

Synodus an possit recusari, si caput, vel principalis est suspectus. glo.c.in singulis.de statu monac.tenet, quòd sic. Bald. posuit l. 1.C.si quacunque præd.dign. Do.Abb.tenet contrarium c.1.de iudic.3.colum.Vide per Felin.c.insinuante.de assic.delega.versicu.capio glo.in versi. familiares.num.5.col.1023.

T

TABELLIONES In testificatu præferuntur aliis. Bald.authen.sed cùm testator.C.ad legẽ Falcid. Adde Fel.c.in nostra.de testi.versicu. præferuntur etiam tabelliones. numero 9. colum.641.

¶ *Tacens* videtur affirmare, quando ei imputatur duo, quia vno negato, alterum videtur affirmare.Ita dom.Abb.c.nonne.de præsum.in princi. vbi vult, quòd istud non comprehendatur in quæstione illa, quæ dicit, an tacens debeat haberi pro confitente, an pro negante, quia tenet ibi quòd ista sit firma regula, quia habetur pro confesso. Et tu vide Felin. ibi dicto capitu. nonne. in principio.numero 1.colum.933. Et sic per ista habes, quòd negatio vnius inducit affirmationem alterius. Adde, quòd fallit istud in connexis, quia si fieret expressio in altero ex connexis, puta, quia exprimitur affirmatiuè vnum ex connexis, nõ intelligitur dictum negatiuè de alio connexo. Vide Fel.d.ca. nonne.versi.primò enim fallit.nume.2.col.vt supra. Item fallit, quando duo exprimuntur, si vnum venit solum principaliter, aliud consequenter, quia tunc, si principale negatur, intelligitur etiam negatum accessorium. Anton.de But.c.1.de pac. 4.not.& ibi dom.Abb.circa fi.Felin.d.c.nonne. versi. fallit secundò ibi,nume.3.colum.ead. Item fallit, quando proponuntur duo per verba comparatiua, vt si dico, quis istorum est bonus, si respondetur. Iste, intelligitur, quòd alius sit malus, sed si dico, quis istorum est melior, si respondetur, iste, non sequitur, iste est malus, Felin.dicto cap. nonne.versi.fallit tertiò. nume.9. colum.954. Item fallit, quando duo proponuntur, seu imputantur, quia si esset eadem ratio in vtroque, vel negando, vel affirmando, vtrunque videtur armatum.Bar.& Bal.l.1.C.de diuer.rescrip.Felin.d.c.nonne.versicu. fallit quarto. nume.5. colum.eadem.

Tacens in obligatione personali, videtur contradicere, & sic. vbi agitur de obligando quem personaliter, taciturnitas habetur pro contradictione, pone, quis constituitur procurator, & est præsens, & tacet, non videtur consentire, l. filius.§.inuitus.ff. de procu.dom.Abb.c.nonne.de præsum.2.col.ver.& in hoc.& ibi Feli.ver.secunda regula.num.6.colum.935.Adde, q̃ fallit istud, fauore pupillorum, quia si quis præsens datur fideiussor tutoris, si patitur nomen suum describi, & tacet, talis taciturnitas habetur pro consensu. Ita Bar.& Bal.cap. cùm ostendimus.§.fi.ff.de fideiusso.tuto.Felin.d.cap.nonne.versicu.fallit

Universidad de Deusto
Biblioteca

primò ista regula.nu.7.col.præd.Item fallit, fauore matrimonij, quia si pater contrahit matrimonium profilio, eo præsente, nò contradicente filius tacens, & præsens obligatur ex matrimonio contracto per patrem. Ita dom. Abb.d.c.nonne.2.colu. versi. & tacens. vbi allegat tex.c.vnici, de despon.impu. in 6. Et no quòd istud non habet locũ in aliis consanguineis. Ita Ioan. And.d.c.vnico, & domin. Abb.d.c.nonne.loco prælleg. to Quod tamen intellige sanomodo, nisi pater esset furiosus, vel terribilis, quia filius tacens non haberetur pro consentiente, imo posset venire contra matrimonium. Domin. Abb. dicto cap.nonne.3.col. versic. prædicta fallunt. & vide glo.cap. præsens.20.q.3.verbo, patrem.quæ dicit, quòd timor patris impedit matrimonium spirituale. Vide Fel.d.c nonne.versi.fallit secundò in casu.nume.8.ibidem. Item fallit in contumace in respondendo.quia habetur pro consentiente, vel pro negante, quatenus vertitur magis suum præiudicium. domin. Abba.d. c.nonne.2.colum. versi. item. & ibi Felin.versic. fallit tertiò in contumace.nume.9.col præallega. Item fallit,quando qui tacet, & vltra tacere facit actum per quem demonstrat consentire, quia etiam si agitur de obligatione personali, hoc modo tacẽdo sibi præiudicat.domin. Abba.dicto c.nonne.2.colum. versi. item quæro. Felin.ibi,versi.fallit quarto.num.10.col. 936.

Tacens, vbi agitur de aliquo præiudicio, videtur contradicere, etiam si non agitur de obligatione personali, quia regulariter tacens hoc casu habetur pro contradicente, & maximè, vbi cõtradicendo non potest impedire, & hoc si non arctatur aliquo iure ad loquendum. Domin Abba.d cap. nonne de præsump. 2.colum. versic. aut igitur. & ibi Felin.versi. tertia regula nume.11.colum. anted. Adde, quòd istud habet locum, etiam vbi quis potest contradicere, quia dato, quòd taceat, non præsumitur consentire, quia non creditur quis velle iactare suum, domin. Abba.dicto cap. nonne.2.colum versic. aly tenent. Felin.ibi versi. & habet locum ista regula.nume.12.colum.vt supra. Adde, quòd fallit ista regula in tacente, videlicet quando quis potest contradicere, & fraudulenter tacet, quia isto casu habetur pro consentiente, & sibi præiudicat,ac si expresse consentiret, domin. Abba. dicto cap nonne.3.colum. versi. aly tenent.& ibi Felin. versic fallit primò ista regula. nume. 13.colum. 937. Item fallit ista regula in tacente,ratione coniunctionis sanguinis, quia tacens habetur pro consentiente,etiã in præiudicialibus. Domin. Abb.d.cap nonne 3.col.versi. prædicta ibi Fel.versi. fallit secundò ratione coniunctionis nume. 14.col supra dicta. Itẽ fallit ista regula in tacente,fauore diuini cultus,seu religionis,pone,quòd seruus ordinatur sciente domino, & non contradicente, videtur consentire, domin. Abb. d.c.nonne 4.col ver.item in fauorẽ reipublicæ Ioan. And.reg. qui tacet.de reg.iur.in 6. Felin.dicto cap.nonne.ver fallit quarò fauore eius nume.15.colum.ead. Item fallit ista regula in tacente, cui facta est protestatio, quia sibi præiudicat tacendo, de quo vide Felin.d.c.nonne.versi. fallit sextò in protestatione. Ibidem nume 17. Item fallit ista regula in eo, qui est vocatus ad aliquem actum, ad hoc, vt consentiat, vel contradicat, quia postea, si est præsens in actu, & tacet, habetur pro consentiente. Innocen. cap. vestra.de locato. & domin. Abba. ibi, in fine. Anto. de Butr. cap cùm omnes.de consti.8 colum. Felin.d cap.nonne. de præsum.versi. fallit septimò & vltimò.nume.18.col 938.

Tacens præsumitur consentire, quando agitur de commodo suo, vel de re sibi appetibili. glo.c. sicut. de electio.in 6. verbo, per vnũ.do. Abb.c.nonne.de præsump.4 co ver aut non agitur & ibi dom. Car.& An. de Butr. Bar. & alij, l. quæ dotis. solut. mat. Fel.d.c.nonne.versi.quarta regula nume. 19. col. vt supra, vbi ponit plura exempla. Ibi eum vide. Adde, quòd fallit istud, quando tacens ostenderet aliquibus signis nolle consentire Fel.d.c.nonne.versi. fallit primò dicta regula.nume. 20. colum.ead. Item fallit, vbicunque lex requireret pro forma loquelam, quia isto casu tacens non haberetur pro consentiente. Tex. est de hoc c.cùm pro paruulis.de consec.dist.4. Vide Fel. c. nonne.versi. fallit secundò. Ibidem.nu.21.

¶ Taciturnitas nõ nocet tacenti, & hoc, quando ille tacet propter reuerentiam, quam habet ad superiorem. Bar. l. quæ dotis. ff. solut. matr. pen. colum. Anto de Butr.c.nonne.de præsump. Felin.ibi, ver. vltimò scias.nu.22.col.939. Vide, quæ posui supra §. taciturnitas quando nocet.

Taciturnitas quando operatur consensu, etiam in collegiatis. Vide, quæ posui in litera C.§.collegium. aut capitulum.

Taciturnitas quando inducat consensum? Ponit Fel.c. cum omnes.de consti.versi. Adde Fed.cons.17.num.11.col.91. Adde tu Bar. l.de ætate §. tacuit ff.so.mat. & l. Titia. la 1. post glo.ff.de leg.2. & hoc in iudicialibus, quia taciturnitas in iudicio ad interrogationem iudicis inducit confessionem.gl.c.certiũ. §.1.ff.de confes.Bal.& aly.l.3.1.no C.quando fiscus, vel priua. Bar. l.1.de rela.versi. vltimò no.

Taciturnitas quando noceat tacenti? dic, quòd sunt alij casus, in quibus quis tacendo videtur consentire, reg.15. qui tacet.lib.6. Adde, quòd illis casibus quis per taciturnitatem non videtur consentire, si est talis persona,quæ tenetur præstare reuerẽtiam, & sic tacendo non videtur consentire. Ita Barto.liquæ dotis.penul.col.ff.solut.matr. Bal.l.si sine.in prin.C.de adult. Anto.de Butr. c.nonne,de præsump in fi. Vide per Fel c.causam matrimonij de offic.deleg.versi.tamen ista declaratio non procedit. num.3 col. 976. Adde ad ista illa, quæ posui in litera M.§. matrimonium contractum parte cogente. Adde Fel.c.nonne. de præsump. versi. fallit secundò ratione coniunctionis. nume. 14.colum.937.

¶ Tacitus consensus in prorogatione an sufficiat? Vide, quæ posui in litera P.§ prorogatio.

¶ Taxa beneficiorum semper durat. Ita Fel.c.ad aures. de resc. versi. limita primo,nisi beneficium.nu.17 col. 459.

¶ Taxatio rei,videlicet quòd vltra quis non possit habere de illa,nisi per tantam summam, vel tempus,quomodo sit, & quibus verbis, Ponit Fel. c super literis.de resc. ver. modos autẽ cognoscendi.nu.4.col.575.

Taxationem expensarum potest sibi reseruare iudex in sententia diffinitiua, non autem condemnationem. Anto.de Butr ca. grauis.de restit spo.circa si. Bar.l fructus circa fin.ff. de rei vẽdi. & Pau.de Castr. & dom Alexan.l. Paulus.la ff.de re iudi.dom.de Rota,situ,de re iud.in antiquis.22.vbi dicunt fortius,quòd iudex,qui reseruauit taxationem expensarũ,in quibus condemnauit reum, si ab eo est appellatum poterit tamen taxare non obstante appellatione, de quo vide Fel.c.significauerũt.de excep.versi. demum circa d.l.nu.7 col. 100.

¶ TEMPERANTIA est adhibenda in studendo, Fel.de magistr.c.1.nu.2.col.945.

¶ Tempus multum quod dicatur? Vide, quæ posui in litera M. §.multum tempus.

Tempus & tempora,pone, quòd dicatur in instrumento, vel alia scriptura,per tempus & tempora quid important ista verba? dic,tu.quod intelligitur de triennio, Ita Fels. c. plerunque. de reser. in prin.col.639.

Tempus vtile non currit impedito,ideo protestatio non est necessaria,pono exemplum in vasallo impedito,qui non potest intra annum inuestituram,quia ille annus est vtilis. Ideo non currit impedito. Ita Fel.c. venerabilis.de iudic.versi. Communiter, & generaliter tenetur.nu.7.col.135.

Tempus datum ad prosequẽdam appellationem, an consensu partium prorogari possit? Vide, quæ posui in litera F.§ fatalia appellationum.

Tempus datum ad lites finiendas, in dubio præsumitur prafixũ instantiæ,& non iudici,& hoc modo obuiabitur immortalitati litium. Vide per Fel.c.venerabilis. de iudic. versi.secunda conclusio.nu.19. col. 139.

Tempus prorogatum est idem tempus, ideo si quis iurauerit solue re intra decem dies, qui postea fuerunt prorogati, non est periurus,non soluendo. Vide per Felin.c.de causis,de offic.deleg. versi.prima tamen declaratio.nume.2.col. 930. Adde, quòd hoc fallit in materia odiosa, quia tempus prorogatiuum non erit idem. Ita Felin.d.cap. de causis.ver.primo limitabis. vbi supra.col 931.

Tempus guerræ comprehendit tempus treugæ in materia pœnali. Felin.de iudæis.c significauit.num.1.versi secundò nota. colum.970.

Tempus datum ad aliquid faciendum, quando dicatur vtile,& quando continuum, Felin. posuit multa in materia ista ca. quæ rent. de offi. deleg. in princip.nu.1.col.1026.

Tempus si est de substantia probationis,debet præcisè probari neque aliter dicitur probatum. Vide, quæ posui in litera F.§. fundans suam intentionem.

Tempus

Tempus centum annorum an dicatur longum tempus, quando de longitudine temporis queritur a iure, vel ab homine? Vide, quæ posui in litera I.§.instrumenta antiquissima.

Tempus quando currat impedito? & an restituatur? Vide, quæ posui in litera I.§.impedito an currat tempus.

Tempus longum dicitur decennium. Domin. Abb.c.vigilanti de præscri.2.col.versi.adde tamen. & est glo.2.d.cùm de iure.ff.de vsur. glo.l.si filius. C.de pecu. hare. Bal.rub. C. de præscri.long. temp. Adde Felin d.c.vigilanti.versic.quartus casus est, quã do ignoro.nume.10 colum.197.

Tempus decem dierum, quod datur ad appellandum, an possit iudex abbreuiare, vel prorogare? Vide,quæ posui in litera D. §.decem dies,qui dantur.

Tempus datum a lege,vel statuto, ad prosequendam appellationem,an possint partes communi consensu prorogare. Abb.c. ex rationẽ.de appel.tenuit,quòd partes possunt suspendere,non autem prorogare. Vide ad veritatem istius q. quæ posui in litera F.§. fatalia iuris, vel statuti.

Tempus datum ad prosequendam appellationem, quòd est annus si est consumptum per ipsum appellantem in reuocãdis attentatis,lite pendente,non computabitur in ipso anno. Ita do. Abb.cap.ex rationẽ.de appel. 2.colum.versi.quandoque impedimentum. Et idem tenet ibi Anto de But.& dom.de Rot. tit.de appel. in nou.5,14.& antiquis.37. Quod tamen limitauit,si ipse appellans succubuisset,quia bene currit tempus consumptum. Ita domin. Abb. loco prælleg. Vide Bal. authen. ei, qui.C.de tempo.appel.Vide Fel. dicto cap. ex ratione versicu. quarto dum dicunt.nu.4.colum.634. Adde,quòd Bal.l.cõra maiores.C.de inoffi.test. dicit, quòd quando quis dicit sententiam nullam, quòd non currit tempus appellandi. Et idem tenet Barto.l.si expressim.ff.de appel.2.colum. versic circa tertium.& l.1.C quando prouo.non est necess. & Felin. dicto ca. ex ratione.versic limitant, nisi in causa.nume.5.colum. vt supra. Adde tu, quòd Cy.& Bald. & Pau.de Castr. dicta l.contra maiores.plus dicunt, quòd si lata est sententia, & dico eam nullam, quòd,donec prosequor causam nullitatis, interim non currunt tempora in causa appel. Et ideo si succumbo,possum postea vtra decem dies appellare, & hoc,si habeo iustam credulitatem super nullitate. Idem tenet Cy. Ray & Bald.l. qui testamento,in princip ff.de excusa.tut. Raph.Cu. consi. 162. incip.Proponitur,quòd A. iudex. Adde, quòl Bald.dicta l.qui testamento. intelligit istud, quando causa sententiæ fuit agitata seorsum ab appellatione, secus, si simul. Quod nota.

Tempus prorogatum principali debitori, an intelligatur prorogatum fideiussori. Vide,quæ posui Felin.cap.2.de sponsa.versi. secundò addunco, quod dicitur in fideiussore.nume. 34. columna 674.

¶ Terminus statutarius datus ad prosequendam appellationem post decendium, qui datur ad appellandum, quando incipiat currere? an post decem dies, an verò post quam pars interposuit appellationem, etiam si in primo die ex decem diebus interposuisset appellationem, Vide Felin.d.c. quod ad consultationem.de re iud.versi.decima conclusio, Si statutum.nume.30. col.473.

Terminus assignatus in medio causæ semper censetur peremptorius. Ita Bal.c.licèt.de proba.Vide per Fel.ver.& ex prædictis colligit hic.nu.4 col.414.

Terminus potest præfigi parte etiam non petente,a iudice, & hoc ex officio suo. Ita dom. Abb.c.licèt de proba. 5.col.ver.& notsingulariter. Istam eandem opin.tenuit Barto. l. 1.C.de dila. Bar.& Bal.l.1.C.vt quæ des. aduo.Cyn.Bar. & Sal.l. nouerit.C.vt intra cer.temp. cau.cri. Adde Fel.d.c.licèt. versic.& istis adde.nu.13.col.422. Adde,quòd istud habet locum etiã in dilatione,vt per scribentes in locis hic allegatis. Addo etiam quòd iudex non arctat dare terminum,si pars non petat. Ita Felin.loco prælleg.ata,col.prædicta.& do. Abb.etiam,vbi supra.

Terminus datus a lege, vel statuto,ad probandum,vel excipiendum, eo lapso amplius produci testes non possunt, secus esset,si terminus esset datus ab homine,quia eo tam eo lapso possunt produci testes, dum modo ius aduersarij esset illesum, Felin.cap. licèt.de proba.versi limitatur tertio,nisi terminus. nume. 17. colum. 423. Et adde ista ad §. testes an possunt produci.infra in ista litera T.

Terminus datus ad omnes dilatorias proponendas, non est de substantia. Ita dom. Abb.c.pastoralis.de excep.5.col. Secus est in termino,qui datur reo,an velit cedere vel contendere,vt ibi per eum. Et vide glo.c.tutor.17.q.4. Adde Fel.d.c.pastoralis. versi.ex dictis Abb.extra glo.num.21.colu.28. Et dic, quòd iste terminus ad deliberandum, est de substantia etiam in causis summariis,si petatur,glo.cle. sæpe.de verb signi.verbo litis. Vide Fel.d.c.pastoralis ver.allegato col.vt supra.

Terminus ad omnes dilatorias proponendas, an possit statui per iudicem indistinctè, tam de iure canonico,quàm ciuili non expectata præsumpta malitia litigantium. Dom. Abb.c pastoralis.de excep 11.col dicit, quòd de iure canonico potest præfigi terminus ad omnes dilatorias proponendas etiam quòd non timeatur de malitia. Et sic tenet ibi, quòd sit differentia inter ius canonicum, & ciuile in hoc, Vide Felin d.c.pastoralis. versi item colligè, quòd etiam de iure canonico. nume. 23.colu.29. vbi videtur tenere contra dom. Abb.

Terminus ad faciendam appellationem statui non potest per iudicem a quo, ipsi appellanti. De quo vide, quæ posui in litera I. §.iudex a quo potest præfigere terminum.

Terminum habens ad præsentandum se coram aliquo, qualite, vel vbi debet se præsentare. Fel. de appel. c.personas. nume. 3. colum.616.

Terminis pendentibus, manus iudicis a quo sunt ligatæ. Fel. d. c personas.num.4 col.617.

¶ Terrorium dicitur vniuersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis. Fel c. Rodulphus.de rescrip. versi.de hoc vuerbo. territorio.nume.15.colum.884. Adde tu,an iurisdictio,inhæret territorio,vel personis, Et vide quæ posui in litera I.§. iurisdictio an inhæreat territorio. Et ista faciunt ad multa, & maxime ad ea, quæ habentur l.fi.ff.de iurisdom. iud. In materia ista adde Felin.cap.licet.de probatio.in princip.col. 411.

Territorio concesso,vel castro, an intelligatur concessa iurisdictio, Ponit Felin.c. Rodulphus. de rescri.versi.territorium.ubi,quia territorium, nume.15.colum.884.in fi.& c.quòd sedem. de offic ord.in fi.colu.1115.

¶ Tertius comparens in iudicio coram iudice ordinario, aut delegato, pro suo interesse, an audiatur ad impediandam executionem sententiæ latæ in possessorio, Dom. Abb.c.veniens.2.de testi.4.colum.versi. quid autem.tenet, quòd sic,quia sicut in petitorio executio sententiæ impeditur,quando tertius cõparet pro suo interesse,ita etiam in causa possessory. Idem tenet domin. de Rota decis. 419.incip. Etiam fuit dubitatum. & idem tenet Felin. d.cap.veniens.versic. quarta conclusio. Tertius pretendens.num. 11. colum.681 par.2. Limita conclusionem istam, quòd ita demum hoc habet locum quando ius tertij est separatum a iure spoliantis, secus, si est ita connexum, quòd non potest opponi, quin inferatur commodum spolianti. Ita domin. Abba. d cap.veniens.4.colum.versicu.& solet istud dictum. & Felin.ibi versi.istud limitatur, vt habeat locum.num. 12. colum.ead.

Tertius comparens pro suo interesse, ad finem,vt impediat executionem sententiæ,qualiter probabit suum interesse, plenè,vel semiplene, Domin. Abb.c.veniens.2.de testi.4.col.ver nunc restat.dicit,quòd sufficit probare semiplene,& non plenè,vt puta sufficit probare, se electum, non autem requiritur reprobare,se bene electum. Idem tenet Specu.tit.de offic.iudic.§.postremò Bar. l.a duo Pio.§.si super rebus ff.de re iudi.in principio. Imò plus dicit domin. Abba.c.veniens.loco prælegato, quòd quare quis probat suum interesse, ita summariè pars aduersa non admittitur ad reprobationem testium, neque respectu personarum, neque dictorum. Quod intellige sanè dummodò præiudicium sit reparabile in alio iudicio. De quo vide Felin.c.veniens.versi.quarta conclusio.versi.proxi. col.681. Adde consilium domin.Car.consil.suo 7.incip. In causa fratrum omnium sanctorum.

Tertius comparens pro suo interesse potest proponere interesse suum coram iudice delegato, etiam si nulla sit facta mentio de ipso tertio in commissionem delegati. Ita dom. Abb c. veniens. 2.de testibus 4.col.versi.sed nunquid iste. Adde Felin. d.c.veniens.versi. vltimò in hac materia no primò.nu.16.col. 683. & do.de Rota,decis.207.incip. Item si causa. in nouissimis. Et hoc no.pro ampliatione.c.P.& G. de offic.deleg.vbi dicitur, quòd iudex delegatus non habet iurisdictionem in personis non comprehensis in rescripto.

Tertius

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Tertius ordo, an illi, qui sunt in tertio ordine, sint de foro ecclesiæ, Ponit Fel. c. 2. de foro compe. versicu. de illis, qui sunt de tertio ordine. num. 9. col. 153.

Tertius comparens pro suo interesse, habet multa priuilegia, quæ non habent partes litigantes. De quibus omnibus vide per Fel. latissimè c. super eo. de offic. deleg. in prin. col. 972.

Tertius potest etiam recusare iudicem suspectum, & sic ita potest allegare suspicionem tertius, sicut principalis. Et adde, q̃ istud in tertio, habet locum etiam post litem contestatam, quia potest opponere contra iudicem suspectum. Ita Ange. l. quidã consulebant. in fi. ff. de reiud. Adde Felin. c. super eo. de offic. deleg. in princi. num. 3. col. 973. Adde tu, quòd dubitatur, an tertius comparens pro suo interesse, possit opponere exceptiones competentes ex sua persona, vt puta, vendidi fundum, & teneor de euictione. sum nominatus in iudicio ab emptore contra consanguineum meum, qui vult vendicare fundum ab ipso emptore, quæritur, an possit declinare forum, & petere causam cõpromitti, tanquam vertentem inter consanguineos, & hoc ratione statuti, quod disponit, quòd causæ vertentes inter consanguineos compromittantur. Ioan. And cap. quoniam. vt lite nõ contest. tenuit, quòd non, sed cogatur defendere, vbi nominatus tenebatur. Et idem videtur tenere Ioan. de Imo. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsuca. Bart. tangit istam materiam l. procurator ad exhibendum. §. 1. ff. rem rat. habe. & l. venditor. in prin. ff. de iudi. Et in istis duobus locis non bene discutit materiam remittendo se, sed l. 1. C. vbi in rem act. 1. colum. versi. vltimò hic videtur casus dicit, quòd ille, qui ex necessitate defendit alium in iudicio, potest omnes defensiones, exceptiones, & beneficia, ex sua persona in iudicium deducere, quod secus esset, si voluntariè ad defendendum veniret, non nominatus. Et idem tenet in disputatione sua incip. Consilium ciuitatis Pisanæ. Adde, quòd idem tenet domin. Abb. d. cap. quoniam. 30. colum. versi. & faciunt hæc ad q. Adde, quòd idem tenet Specu. titu. de primo decreto. §. restat versi. quid si dominus. & versi. seq. Adde Bal. l. 1. C. vbi in rem actio. & l. emptori. C. de inds. Pet. de Ancha. c. significasti. de foro compe. Adde ad ista, an clericus venditor defendens emptorem in causa euictionis, possit declinare forum laici, & trahere partem euincentẽ ad forum ecclesiasticum, Vide per Ange. d. l. venditor. de iud. Specul. loco prædallegato, & dom. Abb. d. ca. quoniam. vt lit. non contest. 30. col. Adde glo. 1 1. q. 1. & ibi Arch. qui omnes, tenent, quòd sic. Adde Bal. d. l. emptori.

Tertius comparens pro suo interesse, sufficit, si doceat apparenter de interesse suo, licet non doceat plene. Ita Inno. c. veniens. de testi. il 2. in princi. Vide per Fel. c. super eo. de offic. delega. in princi. col. vt supra vbi vide.

Tertius an teneatur edere suum instrumentum alij tertiæ personæ, Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum tertiæ personæ.

Tertius comparens pro suo interesse in iudicio, non potest tamen petere, vt testes, qui fuerunt examinati inter partes, publicentur, domin. Abb. c. constitutus. de testi. 1. no. Adde ibi Felin in princi. col. 632. par. 2.

Tertius comparens in iudicio, tam coram ordinario, quàm iudice delegato, pro suo interesse, an audiatur ad impediendam executionem sententiæ in causa petitorij, domin. Abba. cap. veniens. de testi. 2. colum. versi. aduerte. facit distinctionem hoc modo, si tertius appellat pro suo interesse à sententia lata contra reum, & isto casu potest appellationẽ prosequi, & impedire executionem sententiæ, aut tertius non appellat, sed vult prosequi appellationem inter positam per reum, & potest, aut reus principalis non appellat, neque potest, & tunc etiam neque tertius potest appellare. Adde Barto. l. à diuo Pio. §. si super rebus. versi. oppo. extra gloss. ff. de reiudic. Barto. & Bald. l. pen. ff. de peti. hæredi. Bald. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. versicu. quæro, nunquid. Innocen. cap. cũ super. de reiudic. Adde & dic clarius, & fac conclusionem, quòd potest tertius pro suo interesse appellare à sententia lata contra alium, & sic impeditur executio sententiæ, vt est tex. apertus d. c. cum super. de reiudic. & l. à sententia. ff. de appella. Et hoc habet locum etiam, quando iudex delegatus esset datus appellatione remota, quia ista clausula non operatur contra tertium, vt est casus c. super eo. de offic. deleg. quod tenent ibi omnes Scribentes. Roma l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. 2. col. ff. de verbo. oblig. domin. Abba. cap. ex tenore. in fi. de foro compe. Felin. d. cap. veniens. 2. de testi. versi. in gloss. in verbo, audiendus. nũ nume. 5. colum. 678 par. 2. Item tertius potest prosequi appellationem ab alio interpositam pro suo interesse. Barto. d. l. si per lusorio. Inno. d. cap. cum super. domin. Abb. d. ca. veniens. in sua distinctione, quam supra retuli, & omnes ibi. Quod intellige sano modo, dum modo ipse tertius incipiat illam appellationem prosequi intra tempus, intra quod ipse potuisset appellare, secus, si vellet adhærere appellationi post lapsum tempus ad appellandum, quia non posset, de quo vide Domin. de Rota. decis. 220. in nouissimis, & Fel. d. cap. veniens. versic. secunda conclusio, Potest tertius. nume. 6. colum. prad. Tamen contra istam opinionem vnum consilium Old. 255. incipiens. Contra prouisionem. vbi dicit Oldr. quòd omnes, quorum interest, durante causa venire possunt, & admittuntur in statu, in quo eam inuenerunt & Fel. idem tenet d. cap. veniens. versic. si autem victoria appellantis. nume. 7. colum. 679. Item tertius potest se opponere executioni sententiæ, tamen si ille, pro quo est fienda executio, præstat succumbenti, & sic reo, cautionem de restituendo rem illi tertio, in casu, quo vincat, non impeditur executio, domin. Abb. d. cap. veniens. 3. colu. versic. quandoque retentis. Et dic, quòd istud habet locum, quando ille tertius, qui se opponit executioni sententiæ, prius egerit contra ipsum reum, & sic pendet iudicium inter ipsum tertium, & reum, alias non. Felin. d. cap. veniens. versic. declara primò hanc conclusionẽ. nume. 8. colum. 679. Et dic etiam, quòd istud habet locum, quando res, quæ petita est, non est vacans, sed possidetur ab aliquo, quia tertius non potest se opponere executioni sententiæ, quãdo per victorem est præstita cautio de restituenda re ipsi reo in fauorem tertij, dom. Abba. d. cap. veniens. 3. colum. versi. aut bona illa sunt vacantia. & Felin. ibi, in versi. declara secundò, dum modo res. num. 9. col. 680. Et sic nota, quòd quando bona sunt vacantia, tertius potest comparere pro suo interesse ad impediendam executionem sententiæ. Quod tamen fallit in aliquibus casibus, vt per Fel. d. c. veniens. versic. quod autẽ dictum est impediri posse. nu. 10. col. ea.

Tertius comparens coram iudice ordinario, vel delegato pro interesse suo, poterit impedire executionem trium sententiarum, allegando nullitatem ipsarum. Ita dom. Car. cle. 1. de re iudi. 4. q. Et sic nota, quòd illa clem. 1. non habet locum in tertio. Ad de Fel. c. veniens. 2. de testi. versi. tertiò no. quòd si tertius. nu. 17. col. 683. par. 2.

Tertius comparens coram iudice ordinario, vel delegato, pro suo interesse, potest producere testes de nouo super eisdem articulis, etiam post publicationem, Ita domin. Abb. cap. veniens. 2. de testi. 3. colum. versicu. an autem iste tertius. & Barto. l. si per lusorio. §. 1. versic. secundò est videndum. ff. de appel. Et no. quia ista veniunt ad limitationem tex. c. fraternitatis. de testi. & clemen. 2. cod. titu. & eorum, quæ notantur ibi. Adde Felin. d. cap. veniens. versi. quarto no. quòd iste tertius. nume. 18. colum. ead.

Tertius potest appellare pro reo condemnato in causa criminali. Barto. l. tantum. ff. de appella. & istud. habet locum etiam reo inuito, vt puta si diceret, quòd non vult constituere procuratorem ad se defendendum. Ita Barto. d. l. non tantum. vbi etiã aly Ioan. And. cap. si. de fo. compet. in 6. Et dic, quòd si qualibet persona hoc potest facere, etiam clericus poterit appellare pro reo condemnato criminaliter. Specu. titu. de aduoca. §. 1. versi. in causa. Eidem tenet Imo. cap. sententiam sanguinis. ne cleri. vel mona. Et dic etiam, quòd iste tertius non solum potest appellare, sed etiam prosequi appellationem sine alio mandato. Imo. d. l. tantum. Vide Felin. cap. cum super. de re iud. versicu. tertius appellare potest. nume. 2. col. 500. Adde etiã, quòd tertius potest appellare pro reo, quando agitur de deportatione, & sic de morte ciuili. Barto. l. Stichus. ff. de pec. lega. 1. colu. versi. idem, si aliquis. Et hoc habet locum, etiamsi reus renunciauerit appellationi. Felin. d. c. cum super. versicu. amplia quinto. num. 3. colum. ead. Adde & limita prædicta non habere locum in casibus, in quibus reus non potest appellare in criminalibus, quia si ipse non potest appellare, multò minus poterit appellare tertius. Felin. dicto capitu. cum super. versicu. amplia sexto. eodem. nume. & colum. vbi ponit istos casus, in quibus reus in criminalibus non appellat. Item limita prædicta non habere locum in casibus, in quibus reus renunciaret defensionibus, & hoc in nouem casibus, quos

quos habes per Felin. d. cap. cum super. versi. limita secundò in casibus. num. 5. col. 501. Et adde tu alios casus, in quibus etiã reus poterit renunciare dilationibus, & defensionibus, imò sibi nulla debet dari dilatio, vel defensio, & hoc, quando reus inuentus est in fragranti crimine. Ita glo. l. actus fustium. ff. de infami. & vide Bald. de hoc l. vi vim. ff. de iustitia & iure. Ad de alium casum, in quo reus potest renunciare defensionem. Ita glo. singularis l. 1. ff. de furtis. & Bald. eam notat ad hoc l. serunm quoque. §. publice. ff. de procura. Vide additionem ad Felin. loco prædallegato.

Tertius si appellat pro suo interesse, an victoria prodest victo non appellanti? Vide, quæ posui in litera V. §. tertiy appellantis.

Tertius quoties prætendit interesse, potest appellare a sententia lata contra alium, domin. Abba. cap. cum super. de re iudic. 4. colum. versi. oppo. contra prædicta. & idem tenet Barto. l. a sẽtentia. ff. de appel. vbi dicit, quòd licèt principali non possit appellare, quia obstat ei titulus, ne liceat tertiò prouocare, & cap. tua. de appel. quòd hoc non procedit in tertiò, qui appellat pro suo interesse. Et idem tenet do. Car. cle. 1. de re iudic. 3. colum. versicu. quartò ubi dicit, quòd illa cle. non procedit in tertio appellante pro suo interesse. Vide Felin. capitu. cum super. versicu. quoties tertius prætendere potest. numero 11. columna 501.

Tertius potest comparere pro sua defensione reo accusante criminaliter, & hoc, quando agitur de interesse reipublicæ. Barto. l. vbi pactum. C. de transac. penul. colum. versic. statuto cauetur, quòd ibi Ange. & Sal. Et idem tenet Felin. c. cum super. de reiudic. versi. non solum pro interesse proprio. num. 14. colu. 504. Adde tu, quòd Barto. d. l. vbi pactum. pen. col. versic. statuto cauetur. dicit, quòd tertius potest defendere reum accusatum de homicidio, qui interfecerat bannitum, quia hic versatur vtilitas publica occidere bannitum. Adde & diligenter no. quòd Barto. loco prædallegato tenet, quòd statutum ciuitatis, quod disponit, quòd bannitus possit impunè occidi, continet publicam vtilitatem. Et idem tenet Barto. l. 2. C. quando lic. sine iudic. se vindi. & ibi Bald. & Bar. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. 2. q. tertia q principalis. Bald. l. Gracchus. C. de adulte. domin. Abb. capitu. fin. de consue. Adde etiam, quòd ex doctrina Barto. d. l. vbi pactum, potest dari optima cautela, vi delicet quòd si ex forma statuti in causis criminalibus quis non debet audiri, nisi compareat personaliter, quòd poterit tertius comparere, & implorare officium iudicis, vt ex officio recipiat informationem super innocentia accusati. Ita Angel. l. quos prohibet. ff. de postul. & l. filiusfami. §. veterani. ff. de procur. Ludo. Roma. consi. suo 214. incipien, Venerabilis domine.

Tertius comparens pro suo interesse, iudex debet eum admittere in eo statu, in quo erat causa, quando ventilabantur contra reũ conuentum. Fel. c. cum super. de re iudic. versi. no. etiam, quòd quando tertius. nu. 15. colum. 505.

Tertius comparens pro suo interesse, sufficit, quòd de iure suo doceat apparenter. Pro hoc facit dictum Barto. l. 1. §. quòd si sit. ff. de præto. stip. & l. si quis. ff. de lib. agnos. vbi Barto. dicit, quòd quoties iudicium summarium parat præiudicium reparabile in alio iudicio, ibi non requiritur plena probatio. Adde Felin. cap. cum super. de re iudic. versic. ad hoc, vt tertius. nume. 16. colum. 506.

Tertius potest se opponere executioni, etiam post tres sentẽtias. Felin. de senten. & re iudi. c. cum super. nu. 18. col. 507.

Tertius comparens pro suo interesse, poterit intentare petitorium suspensum per. litigantes, qui litigabant super possessorio. Felin. cap. cum super. de re iudic. versi. scias etiam, quod tertiò veniẽti. num. 17. colum. vt supra.

Tertius, qui agit nomine proprio super iure meo, an noceat mihi, & dic, quòd sic, quando scirem alium agere de iure pertinenti ad me. secus, si hoc ignorarem, videlicet quòd ius mihi competat, quia etiam si scirem, quòd tertius litigat, & ignorem, quod ius competat mihi, tunc iudicium non nocet mihi. Ita do. Abb. c. suborta. de re iud. versi. Inno. dicit. Vide Fel. c. pe. de re iudic. versi. limita secundò, dummodo tertius sciret. num. 3. col. 583. Item iudicium agitatum per tertium, nocet mihi, dummodo scirem hoc tẽpore, quo lis agebatur, secus, si scirem hoc, post quam lata est sententia, quia non mihi præiudicat. Bal. l. 3. C. de fi. instru. Fel. d. c. pe. ver. limita tertio. nu. 4. col. cad. Item iudicium agitatum per tertium, nõ nocet mihi, quando ille tertius agit no mine meo, etiamsi scio & taceo, talis patientia mihi non præiudicat. Bar. l. sæpe. de reiud. 1. col. versi. secundò quæro. Contrarium tenet Inno. d. c. pe. de reiud. versi. sed quid. Vide Feli. d. c. pen. versi. limita quartò num. 584. Item iudicium agitatũ per tertium, non mihi præiudicat, quando ego sum iudex illius causæ, etiamsi scio ius ad me pertinere. Vide Feli. d. c. pen. versi. limita quintò, nisi quis. nu. 6. Ibidem.

Tertius, qui comparet pro suo interesse, potest petere, quòd interlocutoria bis confirmata reuocetur, & iudex in isto casu hoc potest facere, de quo vide, quæ posui in litera I. §. interlocutoria, an iudex possit reuocare.

¶ Testamentum non redactum in scriptis, non habebit beneficiũ l. si. C. de edic. diui. Adri. tol. Barto. d. l. si. 6. col. versi. procedo. Adde tu, an beneficium d. l. sin. habeat locum in testamento nuncupatiuo, glo. d. l. si. tenuit, quòd sic, & ibi Bar. 6. colu. versi. procedo vlterius. vbi Bal. Ang. & Sal. Quod intelligas, dummodo testamentum sit redactum in scriptis. Adde, quòd Bal. d. l. si. dicit, quòd remedium illius l. habet etiam locum in testamento nuncupatiuo non redacto in scriptis, dummodo de eo constaret per confessionem partis, quia talis confessio æquipolleret instrumento, l. cum te. C. de transac.

Testamentum manifesti vsurarij factum non præstita cautione de restituendis vsuris, si postea præstatur cautio, an reconualescat testamentum? Vide, quæ posui in litera V. §. vsurarius manifestus, qui fecit testamentum.

Testamentum excõmunicati est nullum ipso iure. Fride. de Se. consi. suo 139. Tamen si excommunicatus absoluitur, eius testamentum reconualescit. Adde Feli. c. cum dilectus. de accu. versi. & prædicta adducuntur. nu. 5. col. 783.

Testamentum conditum ab excommunicato, an teneat? Vide quæ posui in litera E. §. excommunicatus an possit testari.

Testamentum scriptum per abbreuiaturas per notarium mortuũ an possit extendi per alium notarium, pone, notarius in suo protocollo scripsit hoc modo, Testator dixit hanc suam vltimã voluntatem, &c. tunc abbreuiatura non poterunt extendi per verba derogatoria præcedentis testamẽti, quia ista verba derogatoria non sunt de essentia contractus, & vbi sunt abbreuiaturæ in protocollo illa sunt extendendæ secundum substantialia contractus, non autem accidentalia. Ita Bal. l. Gallus. §. item credendum. ff. de lib. & post. Adde ad ista, quæ posui in litera A. §. abbreuiaturæ vnius notarij. & Bal. l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. dixit in hoc tacendum esse, quia quæstio pendebat de facto. Vide Felin. cap. cum P. tabellio. de fi. instr. versicu. septimò quæritur, quæ possunt subintelligi. nume. 10. colum. 910. par. 2.

Testamentum quomodo publicabitur, & sic, quæ sunt necessaria ad publicationem testamenti? domin. Abb. c. fi. de fide instru. vlt. col. dicit, quòd si est testamentum nuncupatiuũ, quòd tunc non est necessaria alia publicatio. si autem non testamentum scriptum per notarium. sed manu priuata, & debet publicari, alias non facit fidem. Ita do. Abb. ibi, & Bar. l. 2. C. quemad. testi. ap. & Barto. l. 1. §. si quis. 1. col. ff. quemad. testam. aper. Barto. authen. si quis in aliquo. C. de eden. pe. col.

Testamentũ in quo dicitur, Titius filius Martini, & tamẽ Martinus erat mortuus, an vitiatur testamentum, Vide Fel. ca. ex parte B. de fo. compe. nume. 3. versi. tertia intelligentia. colum. 205. Addo & no. vnam cautelam ad sustinendum testamentum, in quo dicitur, Titius filius Martini, quia quamuis mortuus, tamen subaudiatur, Quondam, & ista est cõmunis opinio. quam tenent omnes d. cap. parte B. Adde quid erit modo econtra. pone, in instrumento testamenti dictum est, Titius olim Sempronij, & in veritate Sempronius pater viuebat, an vitiatur testamentum? dic, vt per Bar. l. 1. §. 1. ff. de no. ope. nume. 1. col. & adde ibi dom. Alex. de Imo. & vide quæ posui in litera D. §. dictio Quondam.

Testamentum iuratum importat tantum, quantum, si esse dictũ, Si non valet, vt ago, valeat, vt valere possit. Barto. l. si quis pro eo. ff. de sideiussori. 3. col. versi. septimo. Adde Feli. cap. cum super. de offic. deleg. versi. no. etiam, quòd vbi dubitatur. nu. 9. colum. 1010.

Testamentum debet edi illi, cuius interest, vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum testamenti.

Testamentum cum duobus testibus, an ualeat, si statutum ciui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis hoc dispōnat, etiam si cōsensus principis non accedat? Vide, quæ posui in litera S.§.statutum potest inducere.

Testamentum ad pias causas, vbi dubitatur de validitate, semper præfertur illud, quod est ad pias causas, puta duo sunt testamenta contraria confecta eodem die, & nescitur quod prius, vel posterius, dic, quòd præsumitur pro illo, quod est ad pias causas. Felin. capitu. pastoralis. de rescrs. versi. duobus autem testamentis. num. 7. col. 498.

Testamentum secundum non valet, non faciens mētionem de primo habente clausulam derogatoriam. Fel. c. nonnulli. de rescri. versi. amplia tertiò etiam in vltimis. nume. 5. colu. 692. Adde tu, quia si in testamēto secundo esset clausula, Quod ad sensum sapientis testamentum possit extendi, an sapiens possit addere clausulam derogatoriam primis? Vide Bart. o. l. illa in institutio. in fi. ff. de hære. instit. Adde, quòd etiam secundum testamentum tollit primum, & hoc, quando per secundum potest adiri hæreditas de iure ciuili. Ita Bart. o. l. si quis eum. §. si cum suo. versicu. iuxta l. nostram. ff. de vulg. & pup. Adde, an testamentum secundum tollat primum iuratum? pone, testator fecit testamentum, quòd iurauit non facere aliud, postea fecit secundum, vtrū per illud tollatur primum iuratum. Bart. o. tangit hanc q. l. si quis. in principio testamenti. ff. de lega. 3. vlt. colum. versicu. quæro, quid si testator. & l. cum duobus. ff. pro socio. vbi tenet q valet secundum. Idem tenet glo. cap. vltima voluntas. 13. q. 2. Idem tenet Cy. l. 1. C. de sacr. san. eccles. ius. Pau. de Castr. consi. suo 57. incipi. Dico, non obstante. Bald. authen. hoc inter liberos. versi. quæro, quòd si pater. C. de testa. Adde, quòd Old. consi. suo 127. incip. Viso instrumento pacti. dicit, quòd secundum testamentum valet de iure ciuili, sed primum valet de iure canonico. Idem videtur tenere Ioan. And. in regula, quòd semel. de reg. iur. an 6. dicens, quòd periurus est, qui facit testamētum secundum, quando iurauit non facere. Sed Bar. locus præallegatis tenet, quòd non sit periurus, & valet secundum testamentum, etiam si sit iuratum non facere aliud. per rationes, quas pone ibi, cum vide. Adde Arch. dicto capitu. vltima voluntas. 12. q. 2. qui etiam videtur inclinare in partem Old. & Ioan. And. Cogitabis, quia cōtrarij adinuicem fuere scriptores in ista materia.

Testamenti obseruantia non debet tolli per temeritatem rescripti Papæ. Felin. cap. nonnulli. de rescr. nu. 20. versi. tertia conclusio. colum. 717. Adde tu, quid si causa subest, & hæres defuncti consenserit, vt testamentum alteraretur, puta ad alium vsum, quàm ad destinatum per testatorem in isto casu legatus Papæ, vel episcopus possit dispensare, Vide Arch. & alios. cle. 2. de relig. do. versi. quintò quæro.

Testamento non lecto, nec inspecto, renunciari non potest. Felin. cap. si diligen. de foro compe. versi. Octauum corollarium. nume. 27. col. 190.

Testamenta, pone, quòd duo testamenta reperiantur eadem die confecta, & vnus est institutus duobus testamentis, quomodo debet adire, Ponit Felin. cap. pastoralis. de rescri. versicu. de duobus autem, num. 7. col. 498. Adde tu, quòd si duo testamēta reperiantur eadem die confecta, & quòd prius vel posterius, non apparet, neutrum valet. l. 1. §. & ibi Bar. ff. de bo. poss. secundum tab. & l. si ducas. in princi. in lect. Nic. de Neapo. in vlt. col. versi. vltimò dicit glo. ff. de excu. tuto. Sed cautela est, quòd hæres adeat ex vtroque, secundum Ang. l. eum qui. ff. de acqui. hære. Fallit hoc, quando in vno sunt scripti extranei, & in alio instituti venientes ab intestato, tunc in dubio debemus præsumere pro venientibus ab intestato. Ita Bar. d. l. 1. §. 1. ff. de bo. pos sec. tab. Item fallit, quando in altero continetur ademptio ad alterum, quia illud præualet ex coniectura posteritatis. Ita Bar. & alij, l. 3. C. de codicil.

Testamentis contrarijs ab vno eodem tempore confectis, quale præsumatur factum antea, & quale postea, Ponit Fel. c. pastoralis. de rescri. versi. de duobus autem testamentis contrarijs. num. 7. colum. 498.

Testator si disposuit aliqua in testamento suo per verba simplicia, adeo quod mens ipsius clarè haberi non potest, recipiunt illa verba restrictionem & intellectum a stylo patriæ consuetudinario, vel statutario. Felin. c. cum M. de constitu. versi. & ad de Inno. nu. 6. col. 180.

Testator, qui in testamento suo relinquit, puta Seio, declarationē certorum bonorum male ablatorum, vt restituantur, puta Sēpronio, si Seius declarauit indiscussè & festinantur, an valeat talis declaratio, Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. duodecimò est alia decisio. Bald. num. 15. col. 224.

Testator, qui relinquit ecclesiæ possessiones, seu prædia, potest eam aggrauare, vt soluat collectas imponendas a populo. Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. versi. primò, quòd testator legādo num. 77. col. 249.

Testator si mandauit aliquod legatum fieri pro anima in loco, in quo sine difficultate fieri non potest, an poterit episcopus mutare legatum? Feli. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. versi. Confirmari potest istud no. nu. 86. col. 257. Adde, an legatum factum pro anima ad certum vsum, possit conuerti ad alium vsum? de quo vide, quæ posui in litera L. §. legatū ad pias cās.

Testator, qui mandauit hæredi sub certa pœna, vt infra certum tempus construeret monasterium, excusatur mora, si episcopus ex cā inhibuit, ne ædificaret. Fel. c. constitutus. de rescrip. versi. authoritas Papæ. nu. 6. col. 564. ibi. facit, quod no. Bald.

Testator si voluit, vt fides adhibeatur, puta Titio circa voluntatem suam, talis habet iurare, tanquam testis. Ludo. Ro. consi. suo 20. Ang. l. si vacantia. 4. col. C. de bo. vac. lib. 10. Pau. de Castr. l. de pupillos. §. si quis. ff. de ope. nou. nun. l. fi. C. de fideicom. & Bar. l. Theopompus. ff. de don. præl. 2. col. versi. item quæro. Adde Fel. c. 2. de testi. ver. octauò fallit. & c. veniens. il 1. de testi. ver. & primò, in quātū declarat casū. n. 18. col. 545.

Testator, qui relinquit omnia sua bona, vt ecclesia fundetur, & postea ordinat, quòd institutio & gubernatio ipsius ecclesiæ sit talis abbatis, vel prioris, & non episcopi loci, & quòd si illa ecclesia non gubernaretur, vt ipse ordinauit, irritabat, & reuocabat omnem ordinationem suam, istis non obstantibus recurritur ista pœna, & valet legatum. Vide, quæ posui in litera E. §. ecclesiæ sitæ in diœcesi. & in litera P. § patronus, qui fundauit. & §. patronus, qui in fundatione ecclesiæ vbi habes declaratam materiam istam.

Testator si errauit in testamento in proprio nomine suo, vel filij, testamentum propter hoc vitiatur. Vide quæ posui in litera E. § error propry nominis.

Testator si dicit in testamento, Legato pro anima, & non exprimit, quid, vel quantum, valet legatum, & taxabitur arbitrio commissariorum. Ita Fel. c. 1. de pact. versic. bene facit, quòd scribit. num. 6. colum. 1255. in fine.

Testator non potest renunciare beneficio conueniendi tutorem ad rationem administrationis. Ita Fel. c. si diligenti. de fo. compe. in versi. septimum corollarium. num. 26. col. 190.

¶ Testificata si sunt dicta, etiam in causa matrimoniali, faciunt, vt amplius testes non possunt produci, & hoc, quando agitur super processu causæ. Ita do. Abb. c. constitutis. il 2. de testi. 2. col. versi. sol. glo. 2. Adde Fel. ibi, in prin. par. 2. col. 711.

¶ Testimonium de credulitate quando valet, Ponit dom. Abb. c. quoties. de testi. 2. 2. col. versi. sed quæro. & ibi concludit, q vbi credulitas est proxima sensui, per quē percipitur veritas, valebit testimonium, secus, si remota est a tali sensu. Et allegat Cy. l. testium. C. de testi. & Bart. o. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Adde tu & dic, quòd regula est, quòd testimonium de credulitate non valet, quia deponere debet testis de his, quæ pro certo habet, c. relatum. 5. q. 2. l. testiū. C. de testi. Ita expresse tenet Feli. d. c. quoties. de testi. ver. gl. fi. ibi, de credulitate. nume. 7. col. 512. parte 2. Extende regulam istam, etiam vbi testis in depositione sua diceret. scio, quia credo, quia nihil probat. Bal. l. conueniculā. C. de epi. & cle. Secundò extende etiā regulam, vbi testis diceret se pro certo credere, quia nō probat. Bal. l. siue possidetis. versi. sed quæro. C. de prob. Et de istis ampliationibus vide Fel. d. c. quoties. d. ver. col. ead. Adde tu ad istas extēsiones. Fel. alias tres valde vtiles, col. prædicta, & primò, vbi testis dicit, Videre meo, quia nihil probat. Ita Bal. in repe. l. de quibus. C. de legib. 25. col. Idem est, si dicat, Iudicio meo, quia nihil probat, secundum An. & Mod. in repet. l. sciendum. 4. col. ff. de verb. ob. do. Alex. consi. 523. inci. Viso testamento Io. 1. vol. Idem est etiam si testis deponit ita esse, secundum conscientiam suam. Bal. c. misi cum pridem. 4. col. de renun. Limita omnia ista superius dicta, quòd si testis in dicto de credulitate assignat bonam causam, & postea dicit se ita credere, quòd testimonium de credulitate valet, dom. Abb. d. c. quotiens. de testi. 2. col. versi. exemplum secundum. Fel. d. c. quoties. versi. tertiò amplia. num. 8. col. ead.

Secundò,

Secundò limita prædicta, quòd vbi testis deponit per verbū Credo, postea ponit rationem, quæ habet concludere, quòd testimonium de credulitate valet. Bal. d. l. conueniculam. 8. colu. versi. modò venio. & Fel. d. c. quoties. versi. limita secundò istā regulam. nu. 9. col. 515. Tertiò limita, quòd si istis deponit per verbum Credo, & est materia, quæ non potest cognosci certè & clarè, tunc valebit testimonium de credulitate. Cy. & Bal. d. l. testium. C. de testib. Bar. d. l. in summa. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. versi. dicitur hic. Vide per Fel. latissimè d. c. quoties. nu. 10. versi. limita tertiò col. 516.

Testimonium matris in causa filiæ, quando ipsa filia petit virum, an sit validum? Vide, quæ posui in litera M. §. mater an possit testificari.

Testimonium vnius testis valet, vbi non agitur de præiudicio alicuius glo. c. nuper. & c. licet. de testi. & c. placuit. de consē. dist. 4. & glo 2. q. 4. in summa, & glo. c. quanto. 2. q. 5. & ibi Dom. de sanct. Gem. in rub. de conse. eccle. vel alta domin. Abb. cap. proposuisti de consec. eccles. vel alta. 2. col. ver. ex hac glo. colligē. Adde Felin. c. veniens. il 1. de testi. versi. glo. in verbo, confesso. num. 18. parte 2. col. 545.

¶ Testis, qui offertur, & sic, qui non est citatus, vel productus aperte, suspectus est, & ideo debet repelli, Bar. l. post legatum, §. is verò. ff. de his, quibus vt indig. Bart. o. l. vxori. ff. de falsis. Specu. & ibi Ioan. An. tit. de testi. §. qualiter. versic. volens ergo. Vide Fel. c. in nomine Domini de testi. versi. primò casu. quando se offert, censetur suspectus. num. 23. colu. 500. par. 2. Adde. & istud intellige sano modo, nisi essemus in causa peccati, quia pro eo euitando crederetur testi se vltro offerenti. Io. de Imo. c. iuratū. de proba. in prin. Fel. d. c. in nomine Domini. versi. allegato. Item intellige, nisi iudex dedisset iuramentum testi se offerenti, eum examinauerit, quia valeret eius dictum. Ita Bald. c. 1. §. porrò. 3. colu. quæ fuit prima causa beneficiamit. Fel. latè de hoc d. c. in nomine Domini. ver. secundò limita, nisi testi. num. 24. ead. col. Sit ergo cautus ille, contra quem talis testis examinatur a iudice, vt protestetur secundum formam iuris. si dicatur. C. de testi.

Testis laborans simili morbo, repellitur a testimonio. Fel. de testi. c. personas. num. 1. col. 597.

Testis propter amicitiam non repellitur, nisi sit immoderata. Felin. de testi. c. placuit. nu. 3. col. 492.

Testis, qui est productus a parte etiam si non est citatus plene probat, nec per hoc potest dici suspectus, dum modò in præsentia partis & iudicis deponat, domin. Abba. cap. in nomine Domini. de testi. 6. col. versi. extra glo. & ibi allegat decisionem Rotæ, quæ est 357. incip. Item fuit dubitatum, in nouis. Idem tenet Bald. cap. tertiò loco de probat. vlt. colum. Bald. cap. de iudic. Et sic conclude, quòd testis non est aliquo modo suspectus, si deposuit rogatus a patre, quamuis iudex eum non citauerit. Istud expresse tenet domin. Abb. cap. cum in tua. de sponsa. 1. not. & Bar. l. post legatum. §. is verò. ff. de his, qui. vt indi. Ad de Felin. d. cap. nonne. Domin. versi. secundo casu, quando. nu. 25. col. 501.

Testis si vacillat, an iudex debet facere scribi in actis, qualiter testis vacillat, Domin. Abba. cap. quoniam contra. de proba. 12. colum. versi. quid si iudex. dicit, quòd debet facere scribi secundum suam conscientiam. Vide Felin. latissimè de hoc d. c. quoniam contra. versicu. quæro, vtrum iudex. nume. 49. colu. 476. parte 2.

Testis an sit citandus, ad hoc, vt dictum suum valeat. Vide supra §. testis, qui est productus a parte.

Testis examinatus a iudice, si non est productus a parte, neque qui se vltro obtulit, an possit opponi examinatione non valere. Inno. cap. ad nostram. de iureiu. il 2. dicit, quòd iudex in causa ciuili non potest contra eum inquirere de facto ex mero officio, sed in causa criminali est dubium, nam aliquando procedit ex officio, inquirendo, & tunc potest recipere testes, etiam publicato processu. Innocen. c. cum clamor. de testi. Bart. o. l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. 3. col. versi. quartò quæro. Vide per Fel. capitu. in nomine Domini. de testi. versic. tertio casu. num. 16. colum. 501. parte 2.

Testis deposuit dictum suum apud acta iudicij, tamen non apparet, quòd vltrò vocatus deposuerit, an possit opponi examinationem non valere. Dom. de Rot. dicunt, quòd in dubio præsumitur fuisse rogatus a parte, quos vide in decisione 361. Istud idē tenet Fel. c. in nomine Domini. versicu. quarto & vltimo casu. nu. 27. col. 501.

Testis examinatus, parte non citata, nihil probat, neque etiam facit indicium. Bar. l. martius. ff. de quæst. 1. col. versic. sed ad hoc. Idem tenet Fel. c. in nomine Domini. versi. Colligē secundò ex isto text. num. 3. col. 494. par. 2. Et istud habet locum, etiā vbi causa esset expedienda, omissa solennitate, puta de plano, si ne strepitu & figura iudicij. Bar. l. filius familias. ff. de dona. versi. item an eius vigore. Fel. d. cap. in nomine Domini. versi. secundò declaratum text. nume. 4. col. 495. Item vbi iudex procedit ex officio, pars est vocanda, contra quam procedit. Io. An. Specu. tit. de teste. §. nunc tractandum. Fel. d. c. in nomine Domini. versi. tertiò declara. nume. 5. ead. col. Adde & extende, quod dicitur de receptione testium, quòd non possunt recipi parte non citata, quòd habet locum etiam in publicatione testium. Bar. authen. qui semel. C. de proba. 3. col. versi. quæro, quid si publicatio. Felin. d. cap. in nomine Domini. versi. quintò & vltimò. num. 6. colum. ead. Limita prædicta non habere locum, quando iudex vellet se informare super notorio, vel fama, quia potest recipere testes parte non vocata. Ant. de Butr. d. cap. in nomine Domini. Arch. cap. eorum. 9. q. 3. domin. Abba. d. cap. in nomine Domini. versi. recipi possunt parte non vocata, quando iudex vult habere informationem alicuius personæ, vt puta, an sit habilis, vel inhabilis ad dignitatem, dom. Abba. d. cap. in nomine Domini. 3. col. versi. secundus casus, & ibi Felin. versi. secundò limita, nisi testes. num 8. col. ead. Item testes recipi possunt parte non citata, quando ius procedit per viam inquisitionis. Ita Anto. de But. d. capitu. in nomine Domini. Adde, quòd contrarium tenet ibi domin. Abb. 3. col. versi. tertius casus. Bar. d. si in fi. ff. de quæstio. Bal. d. iubemus. 3. colu. C. de proba. Salice. l. si. C. de quæst. vbi ponit practicam seruandam contra inquisitum. Et quomodo intelligatur istud, q iudex possit recipere testes in inquisitione parte non citata, vide Felin d. cap. in nomine Domini. versi. tertiò limita, nisi procedatur. num. 9. col. ead. Item testes recipi possunt parte non citata, vbi de facili pars non potest citari. Felin. d. cap. in nomine Domini. versi. quartò limita, nisi sit probandus. nume. 10. col. 496. Item testes recipi possunt parte non citata, vbi lex, vel statutum non exigit in aliquo casu plenariam probationem. Host. cap. 1. de homi. in 6. & ibi domin. de sanct. Gem. §. fin. 4. col. Felin. d. cap. in nomine Domini. versi. quintò limita. num. 11. col. ead. Item testes recipi possunt parte non citata, & hoc, quando actor timet de morte, vel absentia testium, & eius aduersarius est persona potens, quia tunc committitur citatio ad examinationem testium Domin. Abba. d. cap. in nomine Domini. 3. col. versi. secundus intellectus. Vide per Felin latissimè ibi versi. sexto limita, nume. 13. col. ead. Item testes possunt recipi parte non citata, & hoc, quando dicto testis de necessitate standum est, ut puta testator dixit, Volo, quòd de tali reste tur dicto Titij, tunc pars non debet citari. Ita Barto. l. Theopompus. ff. de dote præleg. 2. colum. item quæro. Contrarium tenuit domin. Abba. cap. in nomine domini. 5. colum. versi. sed quæro. Vide Felin. ibi versi. nonò limita. num. 12. colum. 499. Item possunt recipi testes sine citatione partis, & hoc, quando testes iterato producuntur ad declarandum dictum suum Fel. d. cap. in nomine Domini. versi. decimò limita. num. 15. Ibid. Item testes possunt recipi parte non citata, quando mulier examinatur, & hoc, quia si est talis, quæ debet examinari in domo, pars non est citanda ad videndum eam iurare. Ita Gul. de Cu. & Barto. l. ad egregias. ff. de iureiu. Adde, quòd contra Gu. & Barto. tenet domin. Abb. cap. si qui testium. de testi. 1. col. ver. quæro. Et idem tenet Felin. d. c. in nomine Domini. de testi. versi. undecimò limita. nu. 16. Ibid. Tamen communis opin. tenet istud, quod Gal. & Bar. tenent. Item testes possunt recipi in causa hæresis, parte non citata, & hoc, quando potentia aduersarij timetur. Fel. d. c. in nomine Domini. versi. quartodecimò limita. num. 17. col. 498.

Testis, qui fuit citatus, vt compareat in termino, si nō compareat, quia impeditus, si fuit excommunicatus, an teneat excommunicatio? Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatio lata contra contumacem.

Testis, qui dicit in depositione sua, scio, quia interfui, an valeat talis depositio, etiā si nō dicat, Vidi, vel Intellexi. Vide Felin. c. cū causam. versi. secundò declara, de testi. nu. 5. colu. 667. par. 2.

Testis

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Testis debet iurare tactis euangelijs, per tex.cap.hortamur.3.q.9.Tamen glo.cle.1.de hære.verbo, tacta.dicit, quòd consuetudo induxit, quod sufficit tangere quamlibet scripturam. Quam glo.tenet domin. Abb.c.fraternitatis.vlt.colum.de testi.versi. & aduerte, Pet.de Anc.cap.vt circa.de elect.in 6.3.col. Adde tamen, quòd consuetudo non potest tollere legem, quæ expresse vult, quòd testis iurando tangat euangelia. Ita domin.Card.d. clem.1.§.porrò.in fin.de hære. Et not. quòd cessante consuetudine non valeret iuramentum, si testis iurasset euangelijs non tactis, & maximè, vbi ius pro solennitate exigit tactum euangeliorum.glo.d.cap.vt circa.verbo, corporali. & eam sequitur domin. Abba.d cap.fraternitatis, loco prælegato, & cap. laudabilem.de frigid.2.not. Et hoc modo intelligas glo.d.cle.1.de hære. Et si testis iurat non tangendo corporalia euangelia, seu scripturam, sed nuda voce, eius dictum est nullum. Bald.in repe l.2.g.char.versi.sed nunquid.ff.de iureiur. Adde Felin.in materia ista d.c.fraternitatis.versic.in glo.fin.in fi.num.12.parte 2.colum.584. & domin.Alexand. de Imo. l.ait prator.ff.de iureiuran.§ fin.Vide, quæ posui infra in materia ista.§.testis, qui iurat non tactis euangelijs.

Testis, qui iurauit præsente iudice, & parte, an in dubio præsumatur, quòd iurauerit tactis scripturis, domin. Abba. cap.fraternitatis.de testi.in fi.tenet, quòd sic. Vide Ioan.An.in addi.Spe.ti.de teste.§.sequitur.versi.no. Adde Fel.d.c fraternitatis.versi.& si diceretur in actis.num.12.col.585.

Testis, qui tulit testimonium iuratus, in causa principali, si iterũ in eadem causa producatur, an debeat de nouo iurare? Vide domin. Abba.cap.fraternitatis.de testi.4.not. vbi dicit, quòd si iurauit super tota causa, non debet iterum iurare. Adde, an hoc habet locum in causa appellationis? Vide Felin.d.cap.fraternitatis.versicu. no. secundò, ibi, receptis.numer. 2.colum. 571.parte 2.

Testis non iurans potest deponere, & valet dictum suum, & hoc, quando iuramentum est remissum per partes. Text. est cap. tuis.de testi. Adde tu, quòd dubitatur, an in remissione iuramẽti facta testi per partem, requiratur authoritas iudicis, gloss. d.c.tuis.in 2.glo.tenet, quòd sic, domin. Abb.d.cap.tuis.2. colum.versicu. sed contra prædicta.tenet, quòd non. Barto l.1.ff. de feriis.& ibi glo. Barto l.Lucius ff.de fideiuss. Adde Felin. d.c.tuis.versi. in glo.2.ibi, iudicis.nume.3.colum.690.parte 2. Adde etiam, an in remissione istius iuramenti requiratur solus consensus aduersarij tantum, domin. Abb.d.c.tuis.2.col. versi.an autem sufficiat. dicit, quòd consensus vtriusque partis requiritur. Et idem ibi tenet Io. An. domin. Card. Adde Felin.d.c.tuis.versi. in tex.ibi, remittatur.num.1.colu.689. parte 2.vbi plura similia adducit ad hoc propositum. Adde & fac conclusionem, quòd iuramentum testis potest per partes solum remitti, & de hoc sunt tres glo.vna l.iureiurando ff. de testi.alia l.2.§.sed quia veremur.C.de iur.cal.tertia l.1.ff. de feriis. Et ex ista conclusione gloss.de iuribuss, tuimpugna il lud, quod tenet Bald.tit.de pace Constan.21.col.versi.secundum.vbi dicit Bald. quòd tabellio sine commissione iudicis nõ potest recipere iuramentum testium de communi consensu utriusque partis, istud non est verum, quia si partes possunt remittere iuramentum testibus, vt d.cap. tuis. & d.glo. quanto magis possunt consentire, vt non noceat protestatio iuramenti testium minus solenniter facta a notario, per regulam l. unicæ, C.de rei vxo.actio.

Testis non iurati dictum suum valet, quando agitur de probanda consuetudine inducta a populo. Anto.de Butr.repe.cap.fin. col.pen.de consue.Fel.cap.tuis.de testi. versicul.ex eodem tex. habes vnum casum.num.2.col.690.parte 2.transit cum opin. Anto.de Butri.

Testis non iuratus, dictum suum valet, quando agitur de probanda fama, vel notorium. Inn. Anto.de But. domin. Abb.c. cùm tua.de sponsa. Adde Felin.cap.tuis.de testi.versic.prædicto, col.vt supra.

Testis non iuratus, dictum suum valet, & hoc, quando statutum disponit, quòd dictum testis non iurati probet. Ludo.Roma.consil.suo 110.incip. Viso puncto. Adde Fel.c.tuis.de testi.versic. prædicto.col.vt supra, vbi dubitat de hoc. Vide ad propositam materiam ea, quæ posui in litera S.§. statutum faciens validã probationem.

Testis non iuratus in causa matrimonij, dictum suum non valet, quia per partes in causa matrimoniali iuramentum testib. non remittitur, glo.2.c.tuis.de testi.& ibi dom. Abb.2.colum. versi. quæritur primò.& Albe.l.1.ff.de feriis.pe.col. & gloss. c.fraternitatis.de testi. Quod intellige, quando agitur de matrimonio dissoluendo secus, si ageretur de matrimonio confirmando, tunc partes possunt remittere iuramẽtum testibus. Specu.tit.de teste.§.fi.ver. & not. & dom. Abb.d.c.tuis.2.colu. d.versi. quæritur primò. Adde Fel.d.c.tuis.versi.in ea.gloss. ibi, ne colluderent.nu.3.col.691.

Testis, qui iurat, non tactis euangelijs sed per animam suam, vel tactis reliquijs sanctorum, aut crucis, an valeat tale iuramẽtum? do. Abb.c.tuis.de testi.vlt.col.versi. quæro extra glo.tenet, quòd non, & reprehendit Anton.de Bu, qui tenebat, q̃ sic. Tamen pro opin. Anton.de But.facit tex.ca.constitutus.il 2. cùm glo.2.ff.de appell.& tex.c.fraternitatis.de frigid.& c.episcopus.35.q.6.& tex.c.presbyteri.2.q.5.& tex.l. generaliter. §.pen.C.de rebus cre. & ibi glo.1.Bal.c.1.§. sacramenta.de pace tenenda.3.col.& c 1. in prin.de noua forma fideli. In quibus locis Bald. dicit, quòd sufficit iurare super qualibet sacra scriptura. Adde Fel.d.c.tuis.versi.extra glo.in quantum.nu. 5.col.ead.691. vbi tangit materiam istam intricatè & confusè. Adde tu, & dic clarius, imò fac regulam, quòd vbi solẽniter iuratur, puta.ex forma iuris, vel statutorum, tunc testis debet præstare iuramentum super sacrosanctis euangeliis, ipsis tactis neque sufficeret tangere aliam scripturam, si autem non sunt iuramenta solennia, idest, non præstantur ex forma statuti, vel iuris, consuetudo introduxit, aut sufficiat tangere aliam scripturam, de quo vide ad plenum per do. Alex.d.ait prator.§.fin ff.de iureiu. & est glo.de hoc, c.vt circa.de elect. in 6.verbo, corporali. Et idem sentit Fel.d.c.tuis. vbi supra. col.ea. & c fraternitatis.de testi.ver.in glo.fi.num.12.colum. 584.parte 2. Et adde ad ista, quæ posui supra versi. testis debet iurare tactis euangelijs.

Testis, qui deponit in iud.cio, in dubio præsumitur non iuratus, nisi appareat, etiamsi notarius scripsisset. Talis testis iuratus, & examinatus deposuit. Ita do. Abb.c.tuis.de testib.vlt.col.versi. vltimò quæritur. Idem tenuit Barto. l. Theopompus.ff. de dote præl.in prin. Adde Fel.d.c.tuis.de testi.versi. item in quantum do. Anto.& do. Abb.nu.6.col.692.parte 2.

Testis, qui deponit super non articulis, & sic extra articulum, super quo est productus, dictum est nullum, dom. Abb.ca.de testibus.1.colum.versi.venio nunc. & Bar.l.si quis libertatem. 5.colum.ff.de peti.hære.& Bald.l.si duo §.idem Iulianus.ff. de iureiuran.il 2. Adde Fel.d.c.de testibus.versi.in glo.1.ibi, non iurauerunt.nume.2.colum.627.parte 2. Adde & declara supra dicta, quòd quando testis deponeret extra articulum super facto non verisimili, tunc dictum suum non esset nullũ, & hoc, quando esset interrogatus a iudice, pone exemplum, dicitur, quòd quis renunciauit sponte beneficio suo, hoc non est veri simile, tamen si hoc esset extra articulum, & testis deponeret, valeret dictum, de quo vide Imo.c super hoc.de renunc.14.colum.versi.ex hoc etiam. Et adde Felin.d c.de testibus. versic. secundò declara.nume.3.colum.62.parte 2. Item intellige supra dicta, quòd fallit, quando testes iurassent dicere veritatẽ super tota causa, quia illud, quod dicit extra articulum, si facit ad causam, valet eius dictum, domin. Abb. d. cap. de testibus 1.col.versi sed quærit glo. & Bar.l.si duo patroni.§.idem Iulianus.2.col.ver.pro eius declaratione. Adde Felin. latè d.c. de testibus.versi. vltimò declara.nu.4.col.629.parte 2.

Testis, qui audiuit, tenui parietem inter medio, an probet, vel non, Fel.de testi.c præterea.nu.4.col.619.

Testis, qui deposuit & postea iurauit, an valeat dictum suum? domin. Abb.d.cap.de testib.2.col.versi.vlterius inducitur.de testi.dicit. quòd Goff.& alij fuerunt vary.tamen ipse tenet quòd valet dictum testis, nisi prius iurauerit, & dicit de hoc esse causam.capitu.fraternitatis.de testi.in fin. Adde, quòd idem tenet Felin.dicto cap.de testibus.versicu. & in quantum Inn. nume.5.col.629.

Testis, qui deposuit non iuratus, si dicit falsum, an sit puniendus de falso? domin. Abb.c.de testibus.3.col.versic.aduerte tamẽ de testibus tenet, quòd sic. Et idem tenet Barto. l. si quis legatum.ff.de falsis.2.colum.versic.iuxta hoc. Adde Felin. dicto cap.in.de testibus.versi.est verum, quòd domin. Abb. hic. numer.5.colum.630.

Testis,

Testis, qui scripsit testimonium suum, & tradidit ipsum iudici in scriptis, vel coram iudice legit, an valeat, domin. Abb.c.de testibus.de testi.in fi.dicit, quòd non valet, & reprobat opin. Bar.l.Theopompus ff.de dote præleg.in fi.vbi tenuit, quòd valebat dictum testis in scriptis. Et opin. Abba.tenuit Pet de Ancha.c fi.2.col. de re iudic.in 6. Anto.de But.cap.1.in fi.de testi.cog. But.rub.de iureiur. Et idem tenet Fel.d cap. de testi. versi.item in quantum do. Abb.num.7.col.630. Limita conclusionem istam, quia testimonium in scriptis facit præsumptionem ad minus. Anto.de Butr.Imo.& Host.c cum ecclesiis.de maiori & obe. Et idem tenet Fel.d.cap. de testi.versi.fallit primò.num.8.col.ead. Item limita in non valentibus loqui, quia testimonium in scriptis valet, domin. Abba.d cap. de testi.in fi. Anto. de But.c.cum apud.de spon. & Fel.in d.c.de testi.versi.fallit secundò.nu.9.col.ead. Item limita, quando agitur de probanda fama alicuius extraiudicialiter, quia poterit probari per testes deponentes in scriptis. Fel.d.c.de testibus.versic. fallit tertiò, nisi ageretur.num.10.col.ead. Item fallit in teste, qui habet deponere de peritia artis, quia poterit deponere in scriptis. Fel.d.c.de testibus.versi. fallit quartò, nisi essent. nu num.11.col.631. Item limita in teste, quid deposuit in scriptura & vellet legere scripturam ipsi iudici. Bald.l.iurisiurandi. ff.de ope.li.in fi. Contrarium tenuit Salice.d.l.iurisiurandi. Vide Fel.d.c.de testib.ver.fallit quinto.nu.12.col.ead.

Testis, qui iurauit simpliciter, intelligitur iurasse super tota causa. Anto.de Butr. & Imo.d.cap.de testibus. de testi. Et plus dicit Imol.ibi, quòd si pars produxisset aliquos articulos, & postea altera pars produxit testes, qui iurarunt simpliciter, tamen intelligitur super tota causa iurasse. Adde Fel.d. c. de testibus, ver.secundo no.quòd testis.num.4.col.632. Et ista faciunt pro sustentatione dictorum testium, qui deposuerunt extra articulos, qui intelligendo, quòd super tota causa iurarunt si deponunt extra articulo, dictum suum valet, dummodo faciat ad causam.

Testis excommunicatus an sit obseruandus ad cautelam, vt possit testificari, dic primò, quòd absolutio ad cautelam non debet fieri, nisi in duobus casibus, de quibus c.venerabilibus.§. vlt.de sent.excom.in 6. Vide de hoc Ioan. An. & Dom. de san. Geo.c.solet.de sent.excom. in 6. do. Abb. c. veniens.de testi. penul. col.versi. not.primò ex glo. Fel d.c venien il 2.versi. in gl. fi. ibi, aliàs nullus.num.22.col.687.parte 2. Secundò dic, q̃ Hostien. Inno.dom.Car. Anto.de Butr. & Imo.d.c. veniens. tenent, quòd de consuetudine curiæ absoluuntur illi, qui petuntur in testes, donec tulerint testimonium. Adde do. Abba.d.ca. veniens.pen.col.ver. primus.vbi facit tres casus, & dicit, quòd quando pars producit in iudicio testem excommunicatum, & petit ipsum absolui ad cautelam, quòd ita demum debet absolui testis, quando de nullitate excommunicationis pendet quæstio, aliàs non, & de hoc est glo.c.decernimus.pen.gl. de sententi. excom.in 6. Vide Fel.d.c.veniens.versi. sed aduerte, quia quãdo quis.nu.23.colum.ead. In secundo casu dicit do. Abb. quando pars producit testem excommunicatum, & allegat iniustitiam excommunicationis, de qua potest probabiliter dubitari, & tunc potest absolui ad cautelam, donec tulerit testimonium. In tertio casu do. Abb. dicit, quando non negatur iustitia excõmunicationis, vel de ea constat, & tunc dicit dom. Abba. quòd testis excommunicatus impœnitens non debet absolui. Est verũ per Fel.c.veniens.ver.allegato, ibi, sed tamen pars nume. 25. col.ead. qui dicit, quòd iste tertio casu, si pars producit testẽ non pœnitentem, & eum petit absolui ad cautelam, quòd debet absolui, dummodo producatur in subsidium, vtputa quia alij testes non inueniuntur. Adde tu, & fac regulam, quòd nunquam est absoluendus testis, vt testificetur, nisi quando aliàs veritas haberi non potest Tex. est d.c. veniens.de testi. in fi. & ibi gl. fi. in fin. Adde Fel. ibi versi. & pro complemento huius materiæ.num.26.col.prædicta. Item adde, quam primum testis excommunicatus tulerit testimonium, reincidit in eandem excõmunicatione. Ita do. Abb.d.c.veniens.pen.col.versi.vel tertiò. Adde ibi Fel.ver.secundò nota.27.col.ead.

Testis excommunicatus, delegatus non potest ipsum testem absoluere ad cautelam, vt ferat testimonium. Ita Ioan. An. in addi. Specu. super rub. de teste. Inno. Io. An. c. solet. de sen. excom. in 6. & ibi Do. de sanct. Gem. 3.col. versi. deinde quæritur. Adde Fel. c. veniens. de testi. versi. tertiò no. nu. 28. par. 2. col. 688.

Testis excommunicatus, dictum suum regulariter non valet, adde tamen, quòd in aliquibus casibus excommunicatus potest esse testis, vide, quæ posui in litera E.§. excommunicatus non potest esse testis.

Testis, qui in dicto suo discordat, vtputa quia sibi contrarius, vel discordat cum aliis, si est modica contrarietas, etiam quòd concordari non potest, tamen non vitiantur dicta testium. Anto.de Butr.cap.2.in fin.de reg. Idem si vnus testis diceret plus, quã alius. Anto. de Butr. c.1. de offic.de leg. Adde Fel.c.cùm tu. de testi.versi.secundò not.quòd modica contrarietas.num. 13. par. 2. col.571.

Testis non citatus, neque productus aliunde, auditur, vbi agitur de peccato impediendo, secus est in alijs casibus, quia ingerens se, suspectus est, l.quæ omnia ff. de procur. Adde dom. Abba. c.iurauit.de proba.2.no. Et vide per Fel.d.c.iurauit. versi. in tex.ibi, quidam.nu.2 par.col.363.

Testis, qui in dicto suo discordat, & sic contradicit sibipsi, adeo quòd est uarius, si fieri potest, debet reduci ad concordiam, vt euitet periurium, dom. Abb.c.cùm tu.de testi. 2.col. versi sed nunc quæro. Bar.l. Labeo.ff.de sup. leg.vlt.col.versi. crederem contrarium. Vide Fel.d.c.cùm tu.in prin.col.567.par. 2. Adde, quòd dubium est. si dictum istius testis reducitur ad concordiam, virum probet, do. Abba d.c.cùm tu.3.col. versic. sed est notabile dubium dicit, quòd solum ex testibus euitat periurũ, & non probat. Et idem tenet ibi Anto.de Butr. & Barto.d. l. Labeo.loco prælegato. Spe.tit.de notorio crimi.§ fama.in fi. quia varianti non creditur. l. qui falsa.ff. de testi. Et expresse hoc tenet Bar.l.eos. in fi.ff.de falsis vbi dicit, quòd vnus testis in dicto suo contrarius, nunquam reducitur ad concordiam, vt pœnam, vel periurium euitet. Tamen puto posse sustineri, quòd etiamsi testis est sibi contrarius in dicto suo, si reducitur ad concordiam, quòd probet. Barto. l. fi.§. Lucius. ff. de condi. indebi. quia tamen loquitur in scriptura. Eadem ratione dicẽdum est de teste. Sed de teste tenet Barto. l. de ætate. pen. col. ff. de mino. Adde Fel. latè de hoc, d.c. cùm tu. col prælleg. & seq.

Testis vnus, qui contradicit alteri, reducitur ad concordiam, si fieri potest, vt periurium euitetur, nõ autem vt probetur, & istud habet locum, etiamsi testes producuntur ab eadem parte, dom. Abba. c. cùm tu. de testi. 3. col. ver. sed est notabile dubium. Et idem tenet Anto. de But. & Io. An. in addi. Spe. tit. de iste. §. iam de interrogatoriis. Adde, quòd Bart. l. Gallus. §. ille casus. circa finem, versi. fallit ff. de lib. & posthu. tenuit contrarium, videlicet quòd non solum euitent periurium sed etiam probent. Sed pro concordia istarum opinionum vide domin. Abba. loco prælegato, quam opin. sequitur Fel. d.c. cum tu. ver. secunda conclu. nu. 4. col. 568.

Testis vnicus probat, si partes consenserunt, vt stetur dicto vnius. Ita Barto. l. Theopompus. ff. de dote præleg. in fi. Lud. Roma. l. 1. § fi. ff. de verbo. oblig. Bald. l. directas. C. de testa. ma. Bal. l. iudices. C. de sent. vbi dicit, quòd hoc ignotum est illis, quibus puluis iacet super libris. Vide Fel. c. veniens. il 1. de testi. versi. tertiò, in quantum dicit dom. Anto. nu. 19. colu. 545. par. 2. Limita conclusionem istam, dummodo partes consenserint in persona & dicto, secus. si in persona tantum, quia possunt opponere contra dictum. Ita eleganter dixit Bald l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. 7. col. ver. sed dubitatur. Adde Fel. d. cap. veniens. de testi. il 1. versi. & col. prælleg.

Testis quis potest esse etiam in causa sua, & hoc quando ex testificatione sua non est reportaturus commodum, vel incommodũ, damnum, vel lucrum, laudum, vel vituperationem, vel potest notari aliqua affectione, dom. Abba c. in omni. de testi. Fels. ibi. num. 4. par. 2. col. 508. versi. in glo. ibi, restringitur. Vide, quæ posui in litera D.§. denũciator. & in litera P.§. principalis persona.

Testis corruptus pecunia, etiam vt dicat veritatem, dicitur falsarius, & potest puniri de falso. Bar. l. 1. ff. de falsis. in prin. & l. diuus. ff. de re iudic. 2. col. ver. quæro, quid. Io. de Imo. ca. 1. de testi. in princi. & d. l. diuus. in princ. Adde Fel. d. c. 1. de testi. in prin. nu. 1. col. 491. Et dic, quòd hoc verum est ẽtsi pars ipsũ te offert. Iac. de Bel. authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. 1.

Testis non debet habere precium, tamen potest habere expensas, quas fecit in eundo & redeundo causa testificandi. Ita scribentes cap. 1. de testi. & ibi Fel. versi & limita. num. 2. colu. 491. Et dicit Bal. d. cap 1. quòd potest etiã dari pecuniã testi in re

Universidad de Deusto
BibliotecA

compensationem operarum, quas perdit. Et cum ista opi. Bal. ibi transit Felin. colum. prædicta. Adde tamen, quòd de hoc oportet, quòd iudex sit certificatus, & faciat ipse ex officio suo, aliter non. Hostien. & Anto. de Butr. d. c. 1. de testi.

Testis, qui timerè iurauit, pone, quòd iurauit non testificari in tali causa, & hoc, quia fuit inductus ab aliquo, qui volebat celare veritatem, an admittatur simpliciter ad testificandum? domin. Abba. tangit hanc q. c. intimauit. de testi. pen. col. versicu. sed circa. Et ibi dicit, quòd talis, qui temerè iurauit, potest esse testis contra illum, qui eum induxit ad iurandum, etiamsi pœnituit. Adde Fel. d. c. intimauit. versi. modò quæritur, utrum. num. 7. col. 588. & hoc modo limitabis text. c. testimonium. de testi. vbi dicitur, quòd testis perseverans in crimine, non admittitur ad testificandum, si verò vult esse testis contra alium, qui non induxit ipsum ad iurandum temerè, tunc non admittitur, nisi sit emendatus. Ita dom. Abb. loco prælegato. & ibi Fel. versi. secundò casu ibi, num. 8. col. 589.

Testis an possit iurare per procuratorem, Vide domin. Abba. ca. licèt. de testi. 2. col. versic. item quæro. Adde Felin. ibi, num. 1. col. 711. parte 2.

Testis, si deponit in vno iudicio aliquid, postea in alio iudicio deponit aliter inter alias personas, dico, quòd primum dictum facit fidem contra testem, qui accusatur de falso. Ita Barto. l. eos. 1. col. ff. de falsis. versic. tamen dicit vnius testis. Et ista est singularis limitatio ad id, quod dicitur, q. acta facta in vna causa, non faciunt fidem in alia. Adde Anton. de Butr. c. cum in tua. de testi. & Frid. de Senis consi. suo 23. incip. Dom. Alex. Vide Felt. cap. causam, quæ. de testi. versi. fallit tertio. num. 13. col. 550. par. 2. Adde, quæ posui supra. §. testis, qui dicit vnum.

Testis clarissus an possit deponere coram iudice laico sine licentia sui episcopi? & an valeat depositio, si de facto deponeret? Vide, quæ posui in litera C. §. clericus testis, qui est examinatus.

Testis episcopus an possit compelli per superiorem, ferre testimonium, Vide quæ posui in litera E. §. episcopus non potest compelli.

Testis criminosus, quamuis toleratus tempore productionis, potest repelli, si crimen probetur, do. Abb. c. super eo. de testi. il 1. in prin. Vide Fel. num. 1. par. 2. col. 559.

Testis instrumentarius, videlicet, qui est descriptus in instrumento, quamuis sit criminosus, dummodo occultè sit criminosus, etiam quòd appareat postea inhabilis respectu criminis, non repellitur. domin. Abba. capitu. super eod. il 1. de testi. in princi. Adde Felin. cap. super eo. il 1. de testi. in princi. vbi supra. versi. proxi. col. ead.

Testis criminosus repellitur à testimonio secundum leges ita demum, si est damnatus, sed secundum canones statim, quando potest conuinci, potest repelli. Ita glo. c. super eo. il 1. de testi. & ibi dom. Abb. versi. oppono contra tex. Adde ibi Felt. versi. glo. 1. num. 3. col. 559.

Testis si fuit de crimine condemnatus, & appellauit, & interim sulit testimonium, postea deseruit appellationem, valet eius testimonium. Bal. c. super. eo. il 1. de testi. Adde Feli. d. c. super eo. versi. & in materia dicit Bald. num. 4. col. prædicta.

Testis bannitus potest testificari de iure ciuili, quia bannum nõ irrogat infamiam. Bald. cap. super eo. il 1. de testi. Adde Felin. d. cap. super eo. versi. idem dicit, quòd si testis. colum. 554. & vide etiam Fel. c. postulasti. de fo. compe. versi. pœna diminutionis status. num. 5. col. 199.

Testis clericus an possit ferre testimonium contra laicum in causa criminali criminaliter mota, & adde, quid, si ciuiliter est mota, Vide quæ posui in litera C. §. clerici non possunt esse testes, & §. clericus potest accusare.

Testis clericus an possit ferre testimonium pro laico in causa criminali? Vide quæ posui in litera C. §. clericus vtrum possit testificari.

Testis laicus non potest testificari contra clericum in causa criminali. Ista est regula firma, pone, quòd delictum cõmissum per clericum non potest probari, nisi per laicos, an isto casu poterũt laici esse testes? Vide, quæ posui in litera L. §. laici non possunt esse testes.

Testis in causa propria quis potest esse, quando semiplenè probauit, puta, quia habet vnum bonum testem prose. Ita dom. Abba. c. in omni. de testib. 3. col. versi. pone & quintam lecturam. Adde Fel. d. cap. in omni. ver. secundo modo potest intelligi. nume. 5. parte 2. col. 508. Vide in materia ista, quæ posui in litera I §. iuramentum aliquando.

Testis domesticus, vel de familia, regulariter repellitur à testificando. Tex. cap. in literis. de testi. & l. etiam. C. de testi. & Bald. d. c. in literis. vbi dicit, quòd familiares sunt solis seruire domino suo per fas & nefas. Adde, quòd idem tenet Felin. ibi versi. secunda conclusio. nu. 2. col. 606. par. 2. Dic tamen, q. ista regula fallit in subditis prælatorum & principum, ratione iurisdictionis, quia potest pro eis testificari, de quo vide latè per Fel. d. c. in literis. versi. fallit primò num. 3. col. ea. Itẽ fallit ista regula, vbicunque testis domesticus, vel familiaris esset persona valde honesta, quia admittuntur in testes pro dominis suis. Inno. d. cap. in literis. & ibi Fel. ver. fallit secundò. nu. 4. col. 607. quamuis aliqui Moderni d. c. in literis. teneãt contrarium, vt ibi refert Fel. versi. sed puto. num. 5. col. prædicta. Item fallit ista regula in his, quæ verisimiliter melius sciũtur per domesticos, vel familiares, quia isto casu testes domestici & familiares admittuntur pro dominis suis. Bar. l. si quando. C. vnde vi. vlt. col. versi. quæro, dicit statutum. & Bald. l. quoties. C. de naufra. lib. 10. vbi Bartol. dicit, quòd testes domestici in istis præferuntur aliis, de quo vide Fel. d. ca. in literis. versi. fallit tertiò. num. 6. col. ead. item fallit ista regula in vxore, quia potest esse testis pro marito, dom. Abb. d. c. in literis. de testi. vlt. col. versi. quæritur, quid de vxore. & Specu. tit. de testi. §. 1. d. col. ver. sed nunquid. Intellige sanè, dummodo sit talis vxor, quæ non timeat maritum, & bonæ famæ, aliàs secus. Tamen Bald. & Sali. l. 2. C. de testi. indistinctè tenent contrarium, quòd in nullo casu vxor possit esse testis pro marito, etiamsi esset sancta. Vide Felin. d. c. in literis. versicu. fallit quartò. nu. 7. col. 608. Item fallit ista regula in famulo, qui tẽpore, quo debet testificari, non est amplius famulus vt puta, quia discessit ex domo domini, vel dominus eum expulit, vt possit ferre testimonium, dom. Abb. d. c. in literis. vlt. col. versicu. sed extra glo. Spe. tit. de teste. §. 1. versi. quid si olim. Bartol. l. 1. §. si seruus ff. de quæstio. Cy. & Bald. l. 2. C. de testi. Fel. d. cap. in literis. versic. fallit quintò. nu. 8. col. ead. Intellige istud sano modo, dummodo dominus expulisset seruum ante litem motã, Fel. d. c. in literis. versi. illud autem intellige. nu. 9. col. ead. Et dic etiam, quòd oportet, quòd ista licentia data à domino suo, sit realis, non simulata. Ita Fel. d. c. in literis. versi. secundò intellige. nu. 10. col. supra alleg.

Testis,

Testis, qui repellitur à testimonio, puta, quia familiaris, vel domesticus, si examinatur, non facit indicium. Bald. l. testimonium. ff. de testi. dom. Abba. c. in literis. de testi. 3. no. Felin. d. c. in literis. versi. secundò not. quòd testis. nu. 12. col. 609. dicit, quòd hoc procedit, quando pars contradicit, sed si tacitè consentit, talis testis examinatus, qui non debet examinari, nedum facit indicium, sed probat. Et allegat Bal. l. si quis testibus. vlt. colu. C. de testi. & Ang. consi. suo 142. incip. Porrecta fuit petitio. Adde tu, & dic, quòd indistinctè testis, qui non debet examinari, si examinatur, non facit iudicium, & hoc, quando repellitur à testimonio propter reuerentiam personarum. Casus est l. maritus. ff. de quæstio. & ibi Barto. 1. colum. versic. vlterius oppo. Et hoc modo intelligas Bald. d. l. in testimonium. & domin. Abba. d. c. in literis. Secus est in aliis casibus, quia si testis non debet examinari, & si examinetur, facit indicium. Barto. l. maritus. versi. vlterius oppo.

Testis, qui fuit approbatus per partes, non potest reprobari, fallit hoc, circa dictũ, quia illud bene potest reprobari. Adde & dic, quòd etiam dictum suum non potest reprobari, & hoc, quando partes promiserunt stare dicto suo, de quo vide, quæ posui in litera D. §. dictum testis.

Testis regulariter non debet testificari, nisi super articulis, & petitis, Barto. l. si duo patroni. §. Idem Iulianus. ff. de iureiur. Felin. & omnes c. de testibus. de testi. nu. 3. colum. 628. parte 2. Adde, quòd tamen testis poterit dicere aliquid circa contigua petitiom. Feli. c causam. de re iudic. versicu. sic etiam videmus in teste. num. 5. in fine col. 450.

Testis vnus, puta ex parte rei, si contradicit etiam vni testi ex parte actoris, annullatur dictum vtriusque, domin. Abb. ca. in nostra. 2. colum. versicu. sed amittit. de testib. dicit, quòd dictũ non annullatur, sed defertur iuramentum in supplementũ probationis illi, qui habet testem meliorem pro se. Et dicit hoc modo intelligendum esse c. sin. de iureiur. Adde Felin. d. cap. in nostra. versicu. vltimò dicit hic Vin. nume. 13. parte 2. col. 642.

Testis interrogatus super omnibus articulis causæ, si respondit se nihil scire exceptis aliquibus, & postea interrogatus super articulo famæ, deposuit, quòd erat publica vox & fama, vtrum ista depositio referatur ad omnes articulos, an vero solum ad illos articulos, super quibus testificatus est. domin. Abba. cap. cum causam. de testib. 1. colum. versicu. sed circa prædicta. tenet, quòd refertur ad omnes articulos. Idem tenet Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. penult. col. versicu. quæro, quid si testis. Adde Felin. d. cap. cum causam. in princi. nume. 1. parte 2. colum. 660.

Testis regulariter non tenetur in depositione sua reddere causam dicti sui, & tamen dictum suum valet. glo. cap. cum causam. de testi. & gloss. l. non solum. C. de testi. & gloss. 2. sicut. de re iudi. & domin. Abba. d. cap. cum causam. 2. colum. versicu. gloss. in verbo, de causis. Et omnes tenent istam opin. vt per Felin. ibi, versi. prima conclusio. Testis regulariter. num. 2. col. 61. Adde & limita conclusionem istam, primò, nisi testis fuisset interrogatus à iudice, vt redderet causam sui dicti, quia hoc casu, si non redderet rationem, dictum suum non valeret, domin. Abba. d. cap. cum causam. 2. colum. versi. glo. in verbo, de causis. Omnes ibi sequuntur. Et vide Felin. d. cap. cum causam. versi. Fallit primò ista conclusio. num. 2. col. ead. Imò plus dicit do. Abb. d. versi. glo. in verbo, de causis. quòd testis, qui fuit interrogatus à iudice, vt redderet causam sui dicti, si non reddit, q. dictum suum nõ facit præsumptionem. Est verum, quòd postea dictum suum quòd erit in arbitrio iudicis, de quo passu vide Felin. d. cap. cum causam. d. versi. & colum. vbi ponit multa bona circa interrogationem istam, quando sit fienda, & si per dolum, vel negligentiam iudex non querit de causa, an teneatur in foro pœnitentiali? Ibi vide latè per eum. Limita secundò cõclusionem istã, quando ageretur de reprobando tabellione, debent reddere testes deponentes contra ipsum tabellionem, debent reddere causam dicti sui, etiam non interrogati à iudice. Bald. l. presbyteri. vlt. colum. versicu. iuxta prædicta. C. de episco. & cle. Vide Felin. d. cap. cum causam. versicu. fallit tertiò dicta conclusio. nume. 4. parte 2. colum. 665. Limita etiam conclusionem istam, quòd si testis deponit super aliqua re, quæ potest percipi alitquo sensu corporeo, valet eius dictum, etiamsi non reddit causam dicti sui, sed si deponit, super aliquare, quæ percipitur iudicio intellectus, dictum suum non valet, si non reddit causam, etiam non interrogatus à iudice, domin. Abba. d. cap. cum causam. 2. col. ver. Inno tamen tradit. Et omnes eum sequuntur, vt per Fel. d. cap cum causam. versi. fallit secundo. num. 2. col. 662. Limita etiam conclusionem istam in vnico teste, qui deponit, quia si non reddit rationem dicti sui, etiam non interrogatus à iudice, quia non dicitur semiplenè probare, adeò q. non poterit ei deferri iuramentum in supplementum probationis. Ita eleganter Bald. c. 1. §. sacramentum. 2. colum. ver. vnu scias. de consue. recti. feudi. Et vide Felin. qui idem tenet, d. c. cum causam. de testi. versi. fallit quarto, nisi. num. 2. colu. 665. Limita vltimò conclusionem istam, & eam not. quòd licet testis non teneatur assignare rationẽ dicti sui, si non est interrogatus, vt supra dixi, tamen fallit hoc in causis criminalibus, in quibus non valet dictum testis, si non assignat rationem dicti sui, etiam non interrogatus. Sali. l. sciant cuncti. C. de proba. domin. Alex. consi. suo 15. incip. Viso processu. 8. col. versi. est verum. Ludo. Roma. l. ait prætor. ff. de iureiur. limitat istam communem opin. vt procedat in causis criminalibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, secus, si esset causa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Et idem tenuit ante eum Anto. de But. cap. si. de iureiur. Sed contra Lud. Roma. & Anto. de But. tenuit Imol. d. c. si & d. Alex. d. l. ait prætor, per generalitatem d. l. sciant cuncti. Et ideo teneas primam opin. indistinctè, quia communem.

Testis vnicus, qui deponit in aliqua causa; debet reddere rationẽ dicti sui, etiamsi non est interrogatus à iudice, aliter non diceretur semiplenè probare, neque ei posset deferri iuramentum in supplementum probationis, de quo vide supra §. testis nõ tenetur regulariter.

Testis, si dicit se scire quòd Titius occidit Sempronium, nisi dicat, quòd vidit, & reddat rationem per sensum visus, dictum suũ non valet. Vide per Fel c. cum causam. de testi. versi. tertiò no. quòd si testis. num. 7 parte 2. col. 669.

Testis, qui deponit in casu, vbi agitur de peritia suæ artis, poterit deponere de credulitate, de quo vide Felin. c. quoties. de testi. versi. tertiò declaratur. num. 11. col. 516. parte 2. Et vide, quæ posui in litera P. §. periti deponentes de peritia artis.

Testis si deponit per verbum, Ita iudico, vel ita mihi videtur, nũ valet testimonium in his, quæ solo sensu corporis percipiuntur, secus in his, quæ per discursum intellectus. Bald. l. data opera 18. colum. C. qui accusa. non pos. Felin. latè cap. quoties. de testi. versicu. quid autem. de teste. num. 12. colu. prædicta. 516.

Testis consanguineus, vbi agitur de probanda consanguinitate, non est suspectus, sed est melior testis, quam sint alij, domi. Abba. c. quoties. de testib. 2. no. Adde Felin. d. c. quoties. versi. nota secundo. num. 2. par. 2. col. 510.

Testis propter odium repellitur à testificando Ita dom. Abb. c. quoties. de testibus. versic. not. ibi, privato odio. Et ibi dicit, quod duplex est odium, & quasi innuit, quòd propter odium publicum quis non repellatur à testificando. Vide Bal. l. 3 ff. de testibus. Bald. authen. si dicatur. C. de testib. vbi Salice. 3. colũ. ver. quæro, text. Et istud habet locum, etiam si de recẽti reconciliatus est. Innocen. cap. cum I. & A. in fi. de re iudic. Et dic, quòd hoc procedit etiam, quando testis est amicus inimici ipsius, contra quem vult testificari. Adde Felin. d. c. quoties. versi. & considera, quia iudex arbitrabitur. nu. 5. colum. 512. Ista omnia intellige de inimicitia capitali, quia alia non repellit à testificando. Bal. l. athletæ. §. dato. ff. de excu tut. Domin. de sancto Gemi. cap. quamuis. de procu. in 6. col. Vide Fel. d. c. quoties. versi. prædicto, col. ead. Pro delatione istorũ vide quæ posui in litera I. versicu. inimicitia, quæ habet repellere testem.

Testis propter amicitiam repellitur à testificando. Tex. cap. quoties. de testi. § item testium. 4. q. 3. gloss. q. 5. Adde, quòd domi. Abba. d. cap. quoties. 1. colum. versicu. idem dic. tenet, quòd amicitia non repellit ex toto testem à testificando, si tanta fides ei non datur. Idem tenet Cy. l. eos. C. de testi. Bartol. l. admonẽdi. 7. col. versi. hoc tamen limito. Et idem tenet Felin. d. cap. quoties. versi. no. quintò, ibi, amicitia. num. 6. col. 512. vbi tamen dicit, quòd credit, quòd si esset magna, vel moderata amicitia, quòd ex toto testis repelletur à testificando. Adde Iaco. Butri l. ff. de testi. qui dicit, quòd licèt duo consanguinei, vel duo amici magna amicitia coniuncti, non probant, tres tamen probant, quia supplet numerus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testis repentinè loquens, videtur mendax. glo. 5. q. 5. c. fin. §. vlt. Et etiàs multum cogitat, videtur dubius. Istam glo. tenet. do. Abb. c. cum causam. de testi. 7. col. ver. venio ad glo. & Ro. in gu. 456. Adde Fel. d. c. cum causam. nu. 12. col. 671.

Testis præciputer deponens, est suspectus. Tex singu. c. fin. §. sed aliud. 5. q. 5. Lu. Ro. cõs. suo 459. inci. an illi, qui celeriter. Fel. c. ecclesia sancta Mariæ. de consti. vers. vltimò no. quadam. ibi, & est tex. § sed aliud. num. 34. colum. 230. & in proœ. de cre. vers. in glo. 1. num. 1. col. 1.

Testis, qui deponit hoc modo, Dico, prout dixi in alia mea depositione, si ibi nihil est ad propositum, talis depositio est nulla. Addetu, quid si prima examinatio fuit nulla aliquo defectu, postea testis iterum examinatus dicat, Dico per omnia, vt dixi supra in proxima examinatione, vtrum hac secunda examinatio sit eodem modo nulla, sicut prima, Vide Bar. l. legato inutiliter. ff. de leg. 1. 1. col. Adde l. iurisiurãdi. C. de testi. Pet. de Anch. cle. testib. de testi. in fi. Paul. de Castr. consi. suo 206. incip. In Christi nomine, amen super primo dubio.

Testis potest se excusare dicendo, Non sum habilis, & sic allegaret turpitudinem suam. Ita Fel. c. sciscitatus. de rescr. vers. limita quintò in teste. num. 7. col. 488.

Testis non repetitur apertis attestationibus. domin. Abb. cap. per tuas. de testi. 2. colum. versicu. venio ad secundum. Vide Fel. d. c. per tuas. vers. secunda conclusio. Apertis attestationibus. num. 2. col. 720. parte 2. vbi ponit multas fallentias, & posui additionem, & vide, quæ posui in litera I. § iudex an possit interrogare testes.

Testis, qui fuit examinatus semel super vno articulo, postea si examinatur iterum super eodem ad alium effectum, potest dicere in secunda depositione, Ego dico illa eadem, quæ dixi in prima depositione. Ita domin. Abba cap. cùm in tua. de testi. 2. colu. versicu. no. ibi Bar. tangit difficultatem istam l. eos. ff. de falsis. 2. colum. versicu. quæro pro declaratione. vbi dicit, quòd si iudex non contradicit, valebit tale testimonium, si autem iudex contradicit, non valebit dictum testis. Et postea dicit Barto. ibi in isto secundo casu, quòd testis poterit dicere, Protestor in ista mea secunda depositione, quòd non intendo discedere à prima depositione, de quo vide Bald. l. gesta. 2. colum. C. de re iudic. Ange. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. Petr. de Anchar. clemen. 2. de testi. Salice. l. iusiurandum. C. de testi. 2. colum. vers. quæro, testis. Adde Felin. d. cap. cum in tua. in princi. nume. 1. colum. 707. parte 2. Limita conclusionem istam nõ procedere in teste examinato coram arbitro, quia si iterum examinaretur coram iudice ordinario, non poterit se remittere ad ea, quæ dixit coram arbitro in prima depositione. Vide latè per Felin. d. cap. cùm in tua, in princi. colum. ead. Limita etiam cõclusionem istam non procedere, quando primum dictum testis esset nullum ratione falsitatis, quia non posset testis se remittere. Vide Felin. d. cap. cùm in tua, vers. secundò limita, nisi primum. num. 1. par. 2. col. ead.

Testis si dicit in præsentia partis, quòd erat dicturus in iudicio, vtrum eius testimonium vitietur, & dic, quòd non. Feli. ca. fi. de testi. cog. versicu. postremò, ante quam. nume. 5. parte 2. colum. 779.

Testis repellitur à testificando in criminalibus, quando potest conuinci per exceptionem criminis. Vide, quæ posui in litera E. § excepto criminis.

Testis, qui habet suam opinionem aggrauatam, eo quia aliàs fuit repulsus ab actu testificandi, debet repelli iterum, & hoc in causa criminali, dom. Abb. c. testimonium. de testi. nu. 10. ver. septimus casus. Adde ibi Fel. vers. septima & vltima conclusio. num. 32. par. 2. col. 747.

Testis licèt sit emendatus de crimine, tamen non est idoneus testis in criminali. Vide, quæ posui in litera E. § emendatus licèt sit idoneus.

Testis non repellitur à testificando, si probat emendationem criminis, sed quomodo probabit? dic, per sacerdotem, glo. est cap. testimonium. de testi. verbo, in hoc casu. domin. Anton. de But. cap. veniens. sl 1. 2 colum. de testi. Arch. Dom. de sancto Gemi. cap. quanto. 2. q. 5. Innocen. cap. qualiter. sl 1. de accu. Adde & intellige hoc sano modo, dum modo sacerdos testificetur de voluntate & consensu confessi, aliter incurreret pœnam, ca. omnis. de pœni. & remis. Ita Domin. de sancto Gimin. cap. ipsi apostoli. 2. q. 7. Adde Felin. dicto cap. testimonium. versicu. & intellige. nnm. 35. par. 2. col. 748. & ibi posui additionem.

Testis repellitur à testificando contra aliquem ex inimicitia orta de nouo, adde, quid si esset orta ex causa illius, contra quem testis vult testificari, puta, quia dedit ipsi testi alapam, ad hoc, ut non posset esse testis? dico, quòd isto casu testis non repellitur, de quo vide in litera A. §. alapa data testi.

Testis an compellatur testificari, Ponit Bal. rub. de testi. cog. Hosti. in tit. de testi. cog. Adde Fel. d. rub. col. 758.

Testis potest iterum interrogari ex officio iudicis post publicationem, vt declaret dictum suum obscurum, tamen iudex hoc modo faceret ad petitionem partis, & hoc, nedum in criminalibus, sed etiam, quando iudicium processit inter partes. Ita do. Abb. c. cum clamor. de testi. 1. colum. vers. not. bene. vbi postea dicit, quid Innocen. tenet, quòd iudex potest ad petitionẽ partis repetere testem. Tu vide Felin. in materia ista latissimè dicto cap. cùm clamor. versicu. in ea. gloss. fin. not. bene. nume. 3. parte 2. colum. 733. & vide supra §. testes possunt iterato.

Testis si precio inductus subtrahit se à testificando, potest iudex procedere contra eum, tanquam falsarium. Felin. cap. penulti. de testib. cog. vers. adde etiam, quòd si testis precio. colum. fin. num. 4. parte 2. col. 777.

Testis, qui latitat, ad hoc, ne testificetur, non potest puniri de falso, nisi sit corruptus precio. Felin. c. pen. de testi. cog. vers. vltimò. num. 5. col 777.

Testis quam primum recusat testificari, præsumitur contra eũ do. Abb. c. 1. de testi. cog. 2. col. vers. pondera bene. Adde Felin. ibi vers. in glo. 2. ibi præsumitur. nu. 9 par. 2. col. 761.

Testis qui alias testificari non compellitur, in subsidium tamen compellitur, quis modo habebit probare, quòd in subsidium testificari debet, ad hoc, vt compelli possit, Vide domin. Abb. cap. super eo. de testi. cog. in fi. & ibi Fel. versic. vltimò hic tangunt omnes. parte 2. num. 9. col. 768.

Testis in causa criminali subtractus a testificando facto aduersario, an habeatur pro producto, Vide do. Abb. cap. peruenit. il 1. de testi. cog. vers. quæro, nunquid. & ibi Felin. vers. in tex. ibi, iniquam. nu. 3. col. 769.

Testis potest reuocare dictum suum incontinenti, dom. Abb. cap. præterea. de testi. cog. penul. no. Idem tenet ibi Fel. ver. in glo. in verb. aliter. nu. 5. col. 771.

Testis, qui semel deposuerit iuratus coram vno iudice super vno articulo, tamen si iterum examinatur super eodem ab alio iudice, debet iterum iurare. Fel. c. præterea. de testi. cog. vers. in glo. in verbo, aliter num. 5. col prædicta 771.

Testis examinatus à notario solo, si dicit se dixisse aliter, quam scripsit notarius, cui sit magis credendum, domin. Abba. ponit cap cum causam. de testi. in fi. & ibi tenet, quòd creditur de facto tabellioni. Et idem tenet Specu. titu. de teste. §. 1. versicu sed pone. Adde pro clariori intelligentia Ang. & Sali. d. si quis. C. de falsis. per Innocen. & Imol. cap. cum Ioannes. de fide instrumen. & vide Felin. qui ponit multas remissiones. d. c. cum causam. versicu si autem testes examinatus. num. 32. parte 2. col. 675.

Testis, si allocutus est partem ante testificationem, vtrum ex hoc diminuatur fides eius, Vide Fel. c. præterea. de testi. cog. vers. si autem testis ante testificatum. nu. 13. parte 2. col. 774.

Testis illiteratus qui dicit, quòd vidit instrumentum, in quo continebatur precium rei, puta in centum, non probat, quia conuincitur de mẽdacio ex impossibilitate. Ang. Authen. de tabellio. 3. colum. Et ad hoc facit dictum Oldra. relatum per Bal. cap. 1. §. porro. quæ fuit prima causa beneficij amit. vbi Oldra. dicit, quòd testes, qui dixerunt se vidisse ad lumen Lunæ de nocte aliquid, & facta computatione dierum Lunæ, hoc fuit impossibile, quia Luna non lucebat, & propter hoc fuerunt reprobati, vt falsi. Et idem tenet Bald. l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. vbi etiam Angel. Et plus dicit Bartol. in suo tracta. de testi. 8. colum. quòd testis, qui dicit, Ego vidi Sempronium, & postea subiungit, non vidisse faciem, quòd non deposuit sufficienter. Vide Fel. in materia ista cap. 1. de re iudic. versicu. secunda declaratio. nu. 5. colum. 479.

Testis si dicit, quòd vidit Titium de nocte ad lumẽ Lunæ, si probaretur, quòd Luna non lucebat, puta, quia parua, vel q. pluit per totã noctem, tunc dictum suum erit nullum. Old. consil. suo 207.

207. inci. Vniuersis præsentes. Vide Fel. c. sicut. de reiu. ver. & contra testes dicentes se vidisse. num. 6. col. præalleg.

Testis si dicit, quòd cùm esset post cortinam, vel tennem parietẽ, audiuit, quòd Titius & Berta contraxerunt matrimonium, an eius dictum valeat, dom. Abba. c. cùm causam. de testi. 4. col. ver. ad idem allego. tenet, quòd sic, dum modò habeat voces contrahentium notas. Et hoc ita demum intellige verum esse, si testis vidit, quòd in loco illo contrahentes ingressi sunt, si autẽ non vidit illos ingredientes, & hoc solum habere voces notas cõtrahentium, non sufficit ad plenam probationem, sed bene facit indicium vehemens. Vide glo. l. in summa. §. item Labeo. vbi Barto ff. de aqua plu. arcen. Ioan. Andr. cap. ad nostram. de consuetu. Vide Fel. cap. sicut. de reindi. vers. proximè allegato, col. 479.

Testis licèt deponat falsum in iudicio nullo, tamen punitur de falso. Ita Felin. c. ex tenore. de rescrip. ver. caterum ad multa. nume. 9. col. 585. Adde tu Bal. l. iusiurandi. C. de testi. in fi. qui dicit, quòd testis non tenetur de falso, qui non iuratus dixit falsum, sed crimine stellionatus, & hoc quia iudicium est nullum, sed quid si ibi dixisset falsum, nisi iurasset respondere super omnibus his, de quibus interrogatur. Fel. d. c. fraternitatis. ver. secundò fallit. nume. 23. col. ead. Idem fallit ista conclusio in teste, qui deponit super peritia artis, in tali casu probabilis error, ideo non potest conuinci de mendacio. Felin. d. c. fraternitatis. vers. tertiò fallit. num. 24. colum. ead. Item fallit ista conclusio, quando testis dixit falsum in aliquibus non substantialibus. Angel. consilio suo 192. Fel. d. c. fraternitatis. ver. quartò fallit. nume. 25. colum. ead. Adde ad ista, quòd rex non posset facere, quòd capitula, in quibus testis verum dixit, non vtiuntur propter vnam falsitatem. Old. consi. 36. Fel. d. ca. fraternitatis. ver. vlt. not. quod tex. nu. 26. col. 991.

Testis non tenetur deponere de tempore, in qua facta fuerunt ea, de quibus vult testificari, imo dictum suum valet, etiamsi non recordatur de tempore. Ita scribentes cap. cum causam. de testi. Glo. l. 3 §. idem. ff. de testi. Barto l. non est §. diui fratres. ff. de iure fisci. Bartol. & Angel. l. in summa. §. Item Labeo ff. de acqua plu. arcen. domin. Abb. cap. cum Ioannes. de fide instrumen. Et omnes dicunt, quòd valet dictum testis etiamsi diceret se non recordari de mense, vel de anno. Et vide Felin. d. cap. cum causam. vers. vtrum autem testis teneatur. nume. 13. colum. 671. parte 2. Adde, quòd conclusio ista fallit in aliquibus casibus, & primò, quando testis est suspectus, quia tunc est interrogandus de tempore, & tenetur respondere, alias dictum suum esset nullum. Barto. d. l in summa. §. item Labeo. vers. vlterius oppo Fallit etiam ista conclusio, vbi tempus est de substantia probationis. Casus est c. ex tenore. de testi. & cle. fide rescrip. de quo vide Felin. plenè d. cap. cum causam. vers icu. ista limitantur, nisi tempus. nu. 14. col. ead. Fallit etiam ista conclusio, quando testes essent interrogati a iudice de tempore, & omnes dicerent, quòd non recordarentur, quia essent suspecti. Host. d. cap. ex tenore. de testi. Vide Fel. d. c. cum causam. vers. secundo limita, nisi test. 5. num. 5. col. 672. par. 2. Itẽ fallit ista conclusio in causa criminali, quia imo testis tenetur deponere de tempore, l. libellum. ff. de actio. & Barto. d. l in summa. §. item Labeo in princi.

Testis suspectus tenetur deponere de tempore, & sic potest interrogari de tempore, aliter non. Vide supra. §. testis non tenetur deponere de tempore. Quod no quia sæpius in practica.

Testis habetur pro producto in iudicio contra aduersarium, qui præstat causam, ne producatur, glo. capit. cum causam, de testi. verbo, compellas. & ibi domin. Abb. 7. colum. vers. quæro, quia. & vide similem glo. cap. peruenit. il 1. de testi. cog. & ibi Anto. de But. & Fel. d. c. cum causam. vers. in glo. in verbo, compellas. nume. 16. colum. 672. Adde, an testis impeditus, ne producatur, habeatur pro producto sempers? & dic, aut impedimentum interuenit in causa ciuili, aut in criminali. In primo casu, si pars impedit per se, siue præsumptiue per alium, isto casu testis habetur pro producto. Et hoc modo intelligas glo. d. cap. cum causam. & glo. d. cap. peruenit. Secundo casu, in causa criminali criminaliter mota, vel ciuiliter, si pars impedit testem, ne producatur, per se, vel per alium (& hoc certum est) testis habetur pro producto. Aut impedimentum præstatur per alium, ne testis producatur, etiamsi præsumatur partem dare operam, vel consentire, iuc testis non habetur pro producto, quia in crimine non proceditur ex præsumptione, vt l. sciant cuncti. C. de prob. sed punitur extraordinariè. Ita dom. Abba. d. cap. cum causam. 8. colum. versicu. ego dicerem, & ibi Felin. versicu. est tamen vna differentia, quando impedimentum. nume. 17. colum. 672. Adde, quod dubium est, quando pars in causa ciuili, & sic in casu supra dicto subtrahit probationes, & sic facit impedimentum, ne testis producatur, an punitur in amissione causæ? Richar. Mal. l. prouidendum. C. de postul. senuit, quòd sic. Ioan. And. d. c. peruenit. de testi. cog. tenuit contrarium, Vide domin. Abba. d. cap. cum causam. 8. colum. vers. ego dicerem, & ibi Fel. vers. secundo casu procedut prædicta. num. 8 colum. prædicta. Adde, quòd quando testis non potest produci in causa ciuili, vel criminali ex impedimẽto amici, vel consanguinei, an præsumatur consensus partis? Vide dom. Abba. c. cùm causam. 8. col. vers. sed an ex facto amici. & ibi Felin. ver. & col. præalleg.

Testis quando dicatur valetudinarius, ad hoc vt possit recipi eius dictum, ne probatio pereat? Vide, quæ posui in lit. V. §. valetudinarius, & ibi, quid de muliere prægnante.

Testis, qui deposuit dictum suum coram iudice, & tamẽ non fuit interrogatus de causa scientiæ, potest iterum repeti ad instantiam partis super causa scientiæ & aliis interrogatoriis, dummodo pars prius dedisset interrogatoria. Ita Imo cap. per tuas. 1. col. de testi. Adde Fels. qui idem tenet, cap. cùm causam. de testi. vers. sextò nota. nu 8. col. 669.

Testis cæcus an possit esse testis super re perceptibili auditu, si habet notas voces contrahentium. Vide dom. Abb. cap. cùm causam. de testi. 4. col. ver. an cæcus. & ibi Feli. versicu. sexto. no. num. 9. parte 2. col. 669.

Testis interrogatus à iudice, an sit criminosus? vtrum teneatur respondere? domin. Abba. cap. cùm causam. de testi. 5. colum. tangit hanc quæstio. & ponit varias opin. Doctorum, tandem concludit, quòd testis non tenetur respondere ad aliquid, per quod sua turpitudo detegatur, vtputa quòd sit homicida, vel excommunicatus, vel ieno, & similia. Et istud tenuit glo. d. cap. cùm causam. & gloss. cap. tu. quærendum. 2. q. 7. Inno. cap. dudum. de elect. glo. cap. iudicantem. 30. q. 5. Bald. c. cùm super. de confess. Barto. l. si duo. §. Iulianus. de iureiur. circa fin. Adde, quod fallit ista conclusio in aliquibus casibus, & primo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si interrogaretur à iudice, si est seruus vel liber, vel si est pauper, quia tenetur respondere. Ita glo. d. cap. quærendum. & domin. Abba. d.c. cùm causam. 6. col. versi. sexta & vltima opin. Bald. authen. si dicatur. 2. colum. C. de testib. Fel. d.c. cùm causam. versi. in ea. glo. ibi, non tenetur. num. 10. col. prædicta. Fallit secundò ista conclusio, quia si index interrogaret testē, an sit crimino sus, etiamsi non tenetur respondere, tamen si responderet, & diceret se esse criminosum, non valeret eius dictū. Barto. d. l. si duo. §. Iulianus. in fi. Innocen. cap. inquisitioni. de accus. Domin. de sanct. Gemi. capitu. ex pœnitentibus. 50. dist. & Felin. cap. cùm causam. versicu. in ea. glo. ibi, personas. num. 11. col. 670.

Testis an debeat cognoscere eos, pro quibus, vel contra quos vult testificari, Vide per Abba. c. cùm causam. de testi. 6. colum. versicu. tertiò hæc glo. quærit. & in effectu dicit, quòd quando deponit testis de facto tangente causam ambarum partium, puta, de emptione & venditione, & isto casu testis debet cognoscere ambas partes. si autem testis deponit super facto tangente causam vnius partis, sufficit illam solum cognoscere, vt puta quia deponit, quòd vnus possedit, si autem testis deponit super facto neutrius, & sic, quòd non tangit partes, non est necesse, quòd cognoscat partes. Et no. quòd ista habent locum, quando testes deponunt viua voce solum de testibus descriptis in instrumento, dicam inferius. Adde ad ista Feli. c. cùm causam. versi. in ea. glo. ibi, personas. ver. proxi. col. 670. vbi plenius de hoc. Tamen sequitur opin. dom. Abb. Anto. de Butr. & Imo. & Bar. to. l. si. C. de iu. deli. 2. col. versi. vlterius oppo.

Testis, qui habet consimilem causam, an possit testificari in causa alterius? dom. Abba. ponit c. personas. de testi. & ibi Felin. in prin. num. 1. par. 2. col. 597.

Testis. qui deposuit in eadem instantia, & inter easdem personas, contraria. puta, quia dixit primò vno modo, & postea alio modo, an dictum valeat? domin. Abb. ponit c. cùm in tua. versi. in glo. si. ibi, non valet. col. 2.

Testis si dixit contrarium in diuersis instantijs, veputa in vno iudicio dixit vnum, in alio iudicio dixit contrarium. dom. Abb. d. c. cum in tua. de testi. 4. colum. versi. quandoque. dicit, quòd testis in isto casu dicitur falsarius. l. eos. ff. de fal. 3. responso, & ibi idem tenet Barto. Postea ibi dicit dom. Abb. quòd primum dictum valet, non secundum. Vide per Fel. c. cùm in tua. versi. secunda conclusio, si testis. num. 4 parte 2. col. 708. Adde, q̃ ista conclusio non habet locum in iudicio nullo, quia si primum dictum fuisset depositum in iudicio nullo, non tollitur secundum dictum in iudicio valido, & contrarium primo. Ita dom. Abba. d. cap. cùm in tua. in fi. vbi tamen limitat. Tu vide Felin. d. c. cùm in tua. versi. fallit ista conclusio, nisi primum dictum. num. 5. col. 709.

Testis si dixit vnum in iudicio, & aliud extra iudicium, domin. Abba. dicit cap. cùm in tua. in fi. de testi. quòd primum dictum valet. Et idem tenet Barto. l. eos. ff. de falsis 2. colum. versicu. oppo. ad idem. Vide Felin. d. c. cùm in tua. versi. tertia conclusio. si testis. num. 6. col. 709.

Testis, qui dixit vnum extra iudicium, & postea productus in testem in iudicio dixit contrarium, non probat, imo punitur de falso. Ita Barto l. eos. ff. de falsis. in fi. de quo passa difficilis, & in quo Doctores variarunt, vide per Fel. ad plenum. c. cùm in tua. de testi. versi. quarta conclusio, si testis dixit. num. 7. colu. 709. Et adde, quòd contra Barto. videlicet quòd imo talis testis non punitur de falso, tenuit glo. c. cùm causam. in gl. fi. de testi. Est verum, quòd dom. Abb. c. per tuas. de proba. 4. & 5. col. dicit, quòd si talis testis, qui dixit aliquid extra iudicium, iurauit, quòd isto casu opi. Barto. est vera. Vide Fel. d. c. cùm in tua. versi sed contrarium. nu. 7. col. prædicta.

Testis semel approbatus per producentem, amplius per eum reprobari non potest, & hoc in persona, secus in dictis. domin. Abb. c. præsentium. de testi. 2. colum. versicu. gl. 1. Adde Fel. d. ca. præsentium. ver. in glo. 1. in fi. num. 7. parte 2. col. 635. vbi dicit, quòd pars, quæ produxit testem in vno iudicio, eum non potest amplius reprobare etiam in alio iudicio. Et idem tenet do. Abb. loco prælegato. Et istud habet locum, etiamsi producēs non sit vsus testibus, domin. Abb. vbi supra & Fel. d. cap. præsentium. versicu. & habet locum ista conclusio. num. 8. colum. 635. Adde, quòd ista conclusio fallit, vbi pars aduersa impugnauit testes, & repulit à iudicio, quia ipse producens in alio iudicio poterit reprobare illos testes productos ab alio contra ipsum primum producentem, ex quo non fuit vsus eis, Ratio est, quia pars aduersa repulit, & appellatio sua fuit improbata per iudicem. Bald. d. si quis testibus. C. de testi. Feli. d. c. præsentium. versi. fallit, vbi non potuisset. num. 9. col. 635. Item fallit ista conclusio, vbi testis non esset approbatus in iudicio summario, quia in plenario producens posset eum reprobare. Anto. de Butr. cap. veniens. de testi. 7. colum. versicu. oppono. Item fallit ista conclusio, vbi producens vellet reprobare testes productos per se ex noua causa, vel antiqua occulta, quæ de nouo venit ad eius notitiam. dom. Abb. d. cap. præsentium. 3. col. versi limita tamen prædicta. & Fel. ibi. versi. fallit autem ista conclusio, nisi testis. nume. 10. colum. 636.

Testis falsus productus in iudicio, si pars producens dicit, se nolle eo vti, an excusatur à pœna? Vide, quæ posui in litera P. §. producens falsos testes.

Testis productus à parte, si dubitatur, quòd falsum dixerit, si pars dicit velle eo vti, in quantum dixerit veritatem, an euitet pœnam? Vide Feli. cap. præsentium. de testi. versi. tertia cōclusio, si pars interrogatur. nu. 12. col. 636.

Testis, si reputatur falsarius ex depositione sua si pars producens vult vti dicto illius testis, incideret in falsum. ita do. Abb. cap. præsentium. de testi. 3. col. versi. ex hoc. & Barto. l. si falsos. C. de falsis. Ideo cautela est, quòd ipse pars statim ducat nolle vti illis attestationibus. Adde Feli. d. c. præsentium. versi. item no. quòd si falsitas. num. 13. col. 637.

Testis pauper, alias honesta persona, testificari potest. Ita probat tex. cap. si qui testium. de testi. & ibi glo. si. hoc tenet expresse, & glo. §. item testium. verbo, locuples. 4. q. 3. Cy. l. 3. 7. q. C. de de reb. cred. & hoc, quia paupertas non est de genere malorum. cap. illa. 15. q. 1. Adde dom. Abb. d. cap. si qui testium. 2. col. versic. not. bene glo. qui tenet, quòd testis pauper, alias honestius poterit testificari in causa ciuili & criminali, sed erit in arbitrio iudicis, dare ei fidem, secundum qualitatem personæ, & quantitatem causæ. Adde Fel. d. c. si qui testium. versi. glo. si. ibi, alias honestu. num. 8. col. 532. parte 2. vbi tenet opin glo. d. cap. si qui testium & etiam sequitur opin. domin. Abba. ibi sed in contrarium allegat glo. in Authen. de hære. & Fal. verbo. substantiam quæ dicit, quòd ad hoc vt testis dicatur idoneus, requiritur, quòd tantum habeat in bonis, quantum est valor causæ, in qua deponit. Et finaliter dicit, Intellige illam glo. secundum prædicta. Adde tu, quòd illam glo. d. Authen. de hære. & Falci. verbo, substantiam, sequitur Ro. l. fideiussor. in prin. ff. qui satisd. cog. dom. Alex. consilio suo 38 o incip. Viso processu. Ego semper dubitaui de illa glo. cum sit glo. in contrarium d. cap. si qui testium. glo. si. vt dixi. Et omnes Canonistæ qui scribunt ibi, eam sequuntur. Vnde videas d. cap. si qui testium. super glo. si. dom. Francis. de Aret. & idem domin. Francis. consilio suo 13 incip. Viso diligenter themate. 10. colum. Barto. l. illicitas. § si. versi. item not. de offic. præsi. & glo. & tex. § sancimus. Authen. de testib.

Testis, & sic illi, qui sunt de vniuersitate, vel collegio possunt testificari in causa vniuersitatis, vel collegij. Et ista est regula firma, quam tenuit Ioan. An. cap. cùm nuncius. de testi. propter illum tex. & tex. cap. insuper. co. titu. Adde, quòd istud idem tenet Barto. & alij, l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. vbi expresse dicunt, quòd illi, qui sunt de vniuersitate, possunt esse testes in causa vniuersitatis. Et ista etiam tenet glo. l. in tantum. §. vniuersitatis ff. de rerum diuis glossi. l. si municipes, vbi Bald. & Ange. ff. quod cuiusque vni. Cyn. Bal. Salice. l. parentes. C. de testi. domin. Alex. consi. suo 68. 2. vol. incip. Viso & bene discusso processu. 2. colum. & vide dom. Abba. d. cap. insuper. de testi. 1. colum. versi. quæro igitur. vbi per 4. colum. examinat istum passum. Adde Felin. d. cap. insuper. qui idem tenet in princi. num. 1. col. 518. parte 2. Adde tu, & dic, quòd regula ista fallit in multis casibus, & primò in vniuersitate seculari, in qua licèt admittantur illi de vniuersitate, tamen non sunt testes integri habētes plenam fidem. Ita Anto. de Butr. d. cap. cum nuncius. Secus, est in clericis. Contrarium tenet domin. Abb. d. c. insuper. 2. colum. versi. hoc dictū. vbi reprobat opin. Anto. de Butr. Et istam opin. dom. Abba. cōtra Anto. de Butr. tenet Fel. d. c. insuper. versi. fallit primò ista regula. nu. 2. col. 518. par. 2. Adde, q̃ istā opi. Ant. de But. tenuit Bald. & Alber. de Rosa. l. tantum. §. vniuersitatis ff. de rerum

rerum diuis. dom. Alex. consi. suo 43. 3. col. incip. Visis & ponderatis his, quæ continentur in instrumento 4. col. Et idem tenet Ioan. And. in addi. Spe. tit. de teste. versi. sed nunquid. vbi dicit, quòd Ioannus de Bobio dixit, quòd non creditur plenè testibus de vniuersitate sine aliis adiunctis. Et ita teneas, quæ uis, vt dixi, dom. Abb. d. c. insuper. & Fel. col. prædicta, tenent contrarium, & male. Item fallit ista regula, videlicet quòd testes in causa suæ vniuersitatis non probant, & hoc, quando contra eos sunt producti alij testes contrarij, quia, cæteris paribus, minus probant illi de vniuersitate. Ita dom. Abb. d. c. insuper. de testi. 3. col. versicu. ego putarem. Et idem tenet ibi Felin. versi. fallit secundo ista regula. nu. 3. col. 519. Quod tamen intellege sanè dummodo sit materia, quæ ita bene possit esse nota illis testibus extraneis, sicut illis de vniuersitate. Ita Fel. d. c. in super. versi. allega. col. ead. Item fallit ista regula, quando causa mota contra vniuersitatem, esset criminalis, quia illi de vniuersitate non essent idonei testes. Ita dom. Abb. d. c. insuper. 3. colu. venio ad secundum membrum. & Felin. ibi versi. fallit tertiò, nisi causa mota. nume. 4. col. 519. Quod intellige sanè, quando vnus de vniuersitate produceret alium de vniuersitate contra extraneū, secus si produceretur in testē ab vno de vniuersitate cōtra aliū de ipsa vniuersitate, quia bene admitteretur, quamuis esset causa criminalis. Ita intelligit dom. Abb. d. c. insuper. loco prælleg. Fel. ibi ver. & colum. alleg. Item fallit ista regula, quando quis vellet testificari in causa suæ vniuersitatis, & præsumeretur, quòd ille haberet magnam affectionem ad illam causam, quia non posset esse testis. Ita Bald. c. cùm nuncius. de testi. & Felin. sequitur d. cap. insuper. versi. fallit quartò, & no tabiliter. nume. 5. colum. 519. Item fallit ista regula, quando quis de vniuersitate vellet testificari in causa vniuersitatis, ex qua resultat singulis de vniuersitate, vel collegio, nō autem vniuerso collegio, vel vniuersitati. Ioan. An. & Ant. de Butr. d. c. cum nuncius. Felin. d. cap. insuper. versi. fallit quintò, nisi vtilitas. nume. 6. col. 520. Item fallit ista regula, vbi illi de vniuersitate possent habere alios testes, quàm ex ipsis de vniuersitate. Felin. tangit hoc d. cap. insuper. versi. fallit sexto prædicta regula. num. 7. col. 521. Tamen ibi dicit, quòd domin. Abba. ibi tenet contrarium quam opinatur ipse ibi sequitur, ibi videas. Item fallit ista regula in prælato non habente ecclesiam collegiatam, sed solum administrationē ecclesiæ, quia ipse non poterit esse testis. Ita domin. Abba d. c. insuper. de testi. 4. col. versi. & primo, quid de prolato. Et idem tenet Felin. d. cap. insuper. versicu. fallit septimo regula ex text. nume. 8. colum. 521. Item fallit ista regula in episcopo, vel alio prælato collegiato, qui litiga pro ecclesia sua, quo ad bona mensalia, de quibus habetur per glo. clemen. 1. de ex. præla. verbo, ad mensam, quia in tali causa non potest esse testis. Ita domin. Abba. d. cap. insuper. 5. colum. versi. ex his infertur. Et idem tenet Fel. d. cap. insuper. versic. fallit octauò in episcopo. num. 2. col. 594. vbi etiam ipse Felin. plus dicit, quòd si episcopus, vel prælatus collegiatus in re communi inter ipsum & collegium, constituisset solus procuratorē, non posset esse testis, secus, si ipse prælatus cum suo capitulo constituissent procuratorem. Et idem tenet dom. Abba. d. c. insuper. 5. col. versi. sed dubium est.

Testis, qui ex testimonio suo, vel ex sententia inde ferenda, acquirit aliquod ius immediatè, repellitur à testimonio, quia sua interest, sed si acquiritur ei ius mediatè, non repellitur à testimonio, do exemplum, vt melius intelligas, pone, episcopus petit contra vnam ecclesiam, vel eius rectorem, quartam decimarum, & rector allegat consuetudinem loci esse, vt nō soluatur, & ad hoc probandum inducit omnes rectores aliarum ecclesiarum illius diœcesis, dico, quòd isto casu tales rectores poterunt testificari, quia immediatè non sentiunt commodum, de quo vide per Ioā. An. regula. sine possessione. de reg. iur. in 6. pen. col. Adde Felic. insuper. de testi. versi. vlterius vide Bald. num. 17. colu. 524. parte 2. Et sic not. istam regulam in teste, quia poterit tibi seruire ad infinita in materia testium, vt puta ad artifices, quia poterunt esse testes pro alio de eadem arte ad probandum aliquid circa ipsam artem.

Testis criminosus si probat emendationem criminis per sacerdotem coram quo confessus est, an possit esse testis? glo. si. c. testimonium. de testi. & c. nuper. eo. ti. tenet, quòd sic. Idem tenet Spec. tit. de teste. §. restat. versic. 18. Do. de sanct. Gemi. c. in capite. 50. dist. Ioan. An. c. quanquam. in glo. 2. de vsur. in 6. Cald. co si. suo 2. tit. de testi. Et hoc intelligas, dum modo sacerdos testi ficetur de emendatione ipsius testis criminosi, de licentia ipsius, aliter incurreret pœnam c. omnis vtriusque. de pœni. & remis. de quo vide latè per Fel. c. 1. de excep. versi. per sacerdotē probatur. num. 5. Et vide, quæ posui in litera C. §. confessio facta in pœnitentia & ea, quæ posui in litera. S. §. sacerdos potest reuelare.

Testis criminosus perseuerans in crimine, repellitur à testificando, tam in ciuili quàm in criminali, & idem est, si fuerit emendatus, dom. Abb. c. testimonium, de testi. vltimo no. Adde Fel. versi. prima conclusio. nu. 1. par. 2. col. 737.

Testis, cui opponitur crimen si de eo crimine constat, quamuis nō sit publicum, repellitur à testificando, si non probauerit emendationem. Dom. Abba. c. testimonium de testi. 3. col. versi sed ego credo. Adde Fel ibi versi. & col. alleg.

Testis criminosus potest testificari, si pars non opponit. tamen iudex poterit ex officio eum repellere. Fel. c. testimonium. de testi. versi. debet autem de crimine. nu. 3. col. 737.

Testis criminosus si examinatur cū aliis testibus fide dignis, eius dictum sustentatur. Fel. c. testimonium. de testi. versi. secundò no. quòd simul. nu. 5. col. 738.

Testis infamatus infamia facti, puta, quia incarceratus, in causa ciuili potest esse testis. Vide Felin. c. testimonium. de testi. versi. adde alium casum, videlicet. nu. 13. col. 742. par. 2.

Testis infamis quando potest esse testis in testamento? Vide, quæ posui in litera I. §. infamis. de cuius infamia.

Testis condemnatus de infamia si appellet, & pendente appellatione si testificatur, an valet eius dictum? Vide, quæ posui in litera I. §. infamis condemnatus de infamia.

Testis, qui fuit semel periturus, non potest testificari, etiamsi sit emendatus, neque in ciuili, neque in criminali, de quo vide, quæ posui in litera P. §. periurus quantumcunque emendatus.

Testis semel conuictus de crimine, vbi præcesserit accusatio, etiāsi sit emendatus, repellitur in criminali. Domin Abba. capi. testimonium. de testi. 8. colu. versicu. quartus casus. Adde Fel. versicu. quarta conclusio, semel conuictus. nu. 24. colum. 745. parte 2.

Testis repellitur a testificando, si confessus est crimen in alio iudicio, in quo contra ipsum fuit instituta accusatio, domin. Abba. cap. testimonium. de testi. x. colum. versic. quintus casus. Adde Felin. ibi, versi. quinta conclusio, confessus crimen. nu. 28. col. 740. parte 2.

Testis si inhabilitatem suam tacet, quando assumitur ad officium testificandi sibi imputetur. Adde, quòd istud habet locum etiā quo ad alios, qui assumuntur ad officia publica, quia, si non detegant inhabilitatem suam, remouebuntur, quia non videbitur secum dispensatum, domin. Abb. c. præterea. de testi. cog. 5. colum. ver. not. hoc vltimum. Adde ibi Fel. versi. & ex eo, quod dicit Hosti. nu. 9. col. 773 par. 2.

Testis an potest corrigere dictum suum incontinenti? & quando dicatur Incontinenti corrigere dictum suum? ponit dom. Abba. cap. præterea. de testi. cog. vlt. col. versicu. gloss. vlt. & ibi Felin. versi. in glo sin. in fi. nume. 10. colum. 774. Adde tamē, quòd testis potest incontinenti corrigere dictum suum si iustam causam erroris, & correctionis alleget, & hoc iudici videatur. Ita Bartol. l. eos. ff. de falsi. 1. colum. versicu. item oppono ad idem.

Testis si corrigit dictum suum ex interuallo, non valet correctio propter timorem subornationis, imò stabitur primo dicto dom. Abba. c. præterea. de testi. cog. vlt. col. ver. gl. vlt. Do. de Rot. decis. 293 incip. Si testis informis. Adde Felin. d. c. præterea. ver. si autem testis corriget se. nu. 11. col. 774.

Testis criminosus an repellatur a testimonio ex quocunque crimine de iure canonico, etiamsi non sit condemnatus? Vide, quæ posui in litera C. §. crimen vtrum omne. & infra §. testis de iure ciuili.

Testis de iure ciuili non repellitur a testificādo. ex eo solum, quòd sit criminosus, sed oportet, quòd sit condemnatus. Ita gloss cap. super eod. il 1. de testi. Vide domin. Abba. capit. testimonium. de testi. 3. colum. versi. sed tantum. Adde tamen, quod etiam de iure ciuili sufficit testem esse conuictum, etiam quòd non sit condemnatus. Ita Barto. l. qui iudicio. ff. de accusa. Vide Felin. d. cap. testimonium. versic. secundò declara. nume. 8. parte 2. colum. 739.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testis infamatus infamia, non potest esse testis, nec in causa criminali, neque in ciuili, de quo vide, quæ posui in litera l. §. infamia iuris.

Testis infamatus infamia canonica, an repellatur à testificando? Vide, quæ posui in litera l. §. infamia canonica.

Testis infamatus infamia facti, an repellatur à testificando in causa criminali? Vide, quæ posui in litera I. §. infamia facti.

Testis infamatus infamia facti, an repellatur à testificando in causa ciuili? Vide, quæ posui in litera l. §. infamia facti an repellat.

Testis infamatus infamia facti, si habet contestem bonæ famæ, probat. Bald. Ang. & alij l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. Bal. l. 1. 2. col. C. de testi. Sali. l. an bonæ fidei. C. de rebus. cre. Ludo. Ro. consi. suo 290. incip. In casu propositæ consultationis. domin. Alex. consi. suo 56. 2. vol. incip. Viso processu causæ. Adde Felin. c. testimonium. de testi. versicu. adde aliũ casum. num. 13. col. 742. par. 2.

Testis infamis infamia facti, non est omni exceptione maior, & ideo non poterit testificari, maximè in causa matrimoniali. Ita Felin. c. at si clerici. de iudic. versi. no. quod testis infamis infamia. num. 12. col. 33.

Testis, qui mecum litigat in causa ciuili, an possit repelli à testificando, Vide quæ posui in litera A. § aduersarius meus.

Testis infamatus infamia facti, an possit esse testis, an verò repellatur totaliter a testimonio, dom. Abb. c. licet. de prob. 3. colu. versi. tertiò, si sunt mala & fama dicit, quòd in causa ciuili potest esse testis, dum modò iudex hoc patiatur. Idem videtur sentire Barto. l. Cassius ff. de senato. versi. verò. Bal. c. 1. § inter pares in fi. de lege Conra. dicit, quòd testis synodalis si est infamis infamia facti, non potest testificari, & in totum repellitur. Item infamatus infamia facti, non est idoneus, vt possit ei deferri iuramentum in supplementum probationis. Ita Bald. c. 1. § sacramentum. 2. col. de consue. recti feu. Vide Fel. d. c. licet. ver. no. octauò ibi mala fama. num. 7. col. 417. par. 2. Adde tu, & dic, quòd testis infamatus infamia facti in causa criminali, nullo modo potest esse testis, quia in ea probationes debent esse lace meridiana clariores. ita eleganter Bart. l. Cassius. ff. de senato versi. si verò quæris.

Testis, qui deponit super fama, debet cognoscere proprietatem famæ, & ipsius effectus. Fel. c. cùm contingat. de rescrip. versicu. tert, a conclusio, ille dicitur. nu. 5. col. 718.

Testis, qui deponit super notorio, debet cognoscere, quid sit notorium, & si interrogaretur, quid sit notorium, & si nescit respõdere, non valet dictum. Fel. vbi supra. col. prædicta.

Testis, qui recedit à sua confessione impugnata per partem aduersam, non dicitur contrarius. Felin. c. capitulum. de rescr. ver. Confirmatur ista sexta. nu. 13. col. 874.

Testis excommunicatus potest absolui a iudice causæ ad tempus, proferendo testimonio. Fel. c. ad reprimendam. de offic. ord. ver si reducere non omittas. nu 1. col. 1110. & seq. An elapso tẽpore reincidat in excommunicationem statim, vbi vide per Felin. col. prædicta. Adde ad ista Feli. c. pastoralis. § præterea. de offi. or. versi. fallit sexto. nume. 13. colum. 1125. & ibi allegat pro ista opi. contra istam opi.

Testis in articulo mortis constitutus, an possit examinari? Ponit Fel. c. pastoralis. § præterea. de offi. ordi. ver. secunda declaratio. num. 14. col. 1125.

Testis de auditu proprio, eius testimonium valet, & hoc, quando actus subijcitur sensui auditus, do. Abb. c. tam literis. de testi. ver. veniò ad gl. Adde, quòd talis testis debet dicere, Audiui, & intellexi, aliter non valet eius dictum. Fel. plenè de hoc, d. c. tam literis. versi. in glo. 1. in fi. num. 2. col. 644.

Testis de auditu auditus, eius testimonium valet. Spe. tit. de teste. §. 1. versi item, quòd non prohibent. & §. nunc tractandum. ver. de auditu. Ant. de But & Imol. multùm late c. tam literis de testi. Bar. in tractatu de teste 4. col. do. Abb. c. cùm causam, il 1. de testi. 4. col. ver sed ad declarationem. Arch. ad plenum c. hoc videtur. 22. q. 5. do. Abb c. licèt ex quadam. de testi. 4. no. Fel. d. c. tam literis. ver. in gl. 1 in fin. nu. 2. par. 2. col. prædicta. Adde tu, quòd, quando agitur de probando aliquid, quod hominis vita capere non potest, admittitur testimonium de auditu auditus. Ita do. Abb c. cùm causam. de prob. 2 not. & d. c. licèt ex quadam de testi. 4 no. Et sic no. quòd in antiquis non solùm fama probat, sed etiam testis de auditu auditus, & ratio est, quia est difficilis probationis, & ideo facit plenam probationẽ. Ita Inno. c. veniens. de ver. sig. Bal. l. cùm super. C. de rei vend. & authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccle. Hinc est, quòd liberi possunt esse testes pro patre & econtra, & plenè probat Bar. l. quoties. C. de naufra. Imò ibi est casus.

Testis de auditu alieno non probat regulariter, do. Abb. c. tã literis. de testi. 3. col. ver. veniò ad gl. Tamen inducit præsumptionem, adeo q transfert onus probandi in aduersarium Arch. c. hoc videtur, 22. q. 5. Roma sign. 350. incip. Testium de auditu. Fel. d. c. tam literis. versi. item iuxta istos casus. nu. 3. col. 644.

Testis si dicit in dicto suo, hoc scio, quod depono, non per certam scientiam, sed per auditum & famam, tamen dictum testis per hoc non vitiatur. Vide Felin. d. c. præterea. de testi. in princ. col. 617.

Testis productus à parte coram iudice, vt deponat super exceptione dilatoria ante contestationem litis, non potest cogi iurare, vel deponere super principali, tamen si esset testis productus coram iudice, vt deponeret super exceptione peremptoria, bene posset cogi iurare & deponere super principali. Ita do. Abb. c. de testi. 2. not. vbi reddit rationem differentiæ. Adde ibi Fel. in princ. num. 1. col. 627. Et not. prædicta ad text. c. exhibita. de iudic. vbi dicitur, quòd quando agitur super exceptione dilatoria, non potest agi super principali, & de hoc habes text. dict. c. de testi. in princ.

Testis, qui in depositione sua dicit aliquid, quod repugnat verisimili, non probat, do. Abb. c. quia verisimile. de præsum. in fi. Vide Bald. l. 1. 3. col. C. de ser. fugi. Adde Felin. c. quia verisimile. ver. & per istum text. infertur. num 4. col. 951. par. 2. Adde, quòd do. Abb. ibi limitat istud, nisi testis sit talis, quòd verisimiliter non præsumitur, quòd velit deierare. Et idem tenet Fel. d. c. quia verisimile. vers. & per istum text. verbo, vel tales. num. 5. col. 951.

Testis, si deponit super aliquo actu, qui directè non potest probari per sensum, sufficit, quòd deponat super actu propinquo, pone, q testis sit interrogatus, an Sempronius sit sanus, vel dues? & respondet, est sanus, vel est dues, interrogatus de causa scientiæ, respondit, quia sum vicinus. Bar. l 1. ff. si cer pe. 3. col. dicit, quòd ista ratio est bona, quia præsumitur vicinus scire facta vicini. Et idem tenet do. Abb. c. literis. de præsumpt. 2. no & ibi Ant. de Bu. Idem tenet Bar. l. de ætate. 2. q. ff. de min. Bal. l. testium, C. de testi. vlt. col. Vide Fel. d. c. literis. versi. an glos. 2. num. 2. parte 2. col. 958. Adde, quòd contrarium tenuit Bald. d. l. 1. ff. si cert. pet. & in repe. l. 2. C. de rescin. vend. pe. col. vbi dicit, quòd testis, qui deponit hoc modo, non facit plenum testimonium, sed indicium. Vide Fel. d. c. literis. versic. Contra tenet Bald. num. 3 col. 959. Vide etiam do. Alex. d. l. 1. ff. si cer. pet. 6. col. Adde, quòd videtur, quòd communis opin. sit, quòd testis, qui sic deponit, scio, quia sum vicinus, depositio valeat de quo vt de late per Fel. d. c. literis. ver sed his non obstantib. nu. 4. col. 959. Vide etiam Fel. c. quia verisimile. de præsumpt. ver. tertiò limitatur, vt habeat locum. nu. 6. col. 951. Adde, quòd ista communis opi. limitatur in aliquibus casibus, & primò, vt habeat locum in his, qui habent causam successiuam duntaxat, & sic, quòd de facili possit venire ad notitiam vicinorum. Fel. d. c. literis. ver. est verum, quòd d. opin nu. 5. col. 959. Item limitatur ista communis opi. in his, quæ secretè aguntur, quia non habet locum in illis, sed solùm in his, quæ publicè aguntur. Fel. d. c. literis. versi tertiò limitatur. nu. 6. col. prædicta. Item limitatur ista communis opin. vt habeat locum in probatione, quæ fit de aliquo, vt puta, an sit pauper, an sit dues, vel mala fama, quia si testis dicit, Scio, quia sum vicinus, ista ratio probat. Vide Fel. d. c. literis. versi quartò limitatur. nu. 7. col. vt suprà. Item limitatur communis opi. quia testes deponentes, Prout dictum est suprà talis probatio dicitur præsumptiua, non autem concludens necessariò. Bal. l. 1. C. de ser. fug. Fel. d. c. literis. versi quintò limitatur. in fi. nu. 8. col. 961. Adde, quòd vbicunque testis habet deponere super aliquo actu, qui directè non potest probari per sensum corporeum, sufficit, quòd ipse testis deponat super præsumptione appropriata illi actui, vt puta, quia quis vidit nudum cum nuda in lecto, præsumitur copula carnalis. Et hoc modo intelligas superius dicta. Et not. quia ista seruient tibi ad milia, quæ possunt euenire de facto in teste deponente super aliquo actu, qui directè non potest probari, & sic isto casu testis de credulitate probat.

Testis

Testis an possit occultare veritatem aliquo modo, tam in causa ciuili, quàm criminali? Vide quæ posui in litera V. §. veritatem occultare. Et ibi habebis, quid de aliys personis, quæ non sunt testes, sed interrogantur ab aliquibus super aliqua re, vel negotio, vt sit quotidie, an sit licitum ei occultare. Ibi vide.

Testis tacens verum, an puniatur de falso, sicut si falsum diceret? Barto. tenet quòd sic, l. præscriptione. in fin. si contra ius vel vti. publ. & Bal. c. fraternitatis. in si. de testi. & idem tenet do. Abb. c. 1. de falsis. in princip. Adde Fel. c. 1. de testis cog. versic. vtrum autem testis. nu. 3. col. 760. par. 2. Quod intellige, si testis iurauit dicere plenam & meram veritatem. secus. si iurauit respondere ad interrogata, quod tenuit etiam do. Abb. d. c. 1. de fal. Adde, quòd contrarium tenuit Imo. cap. super literis. de rescr. & Ioan. de Ana. d. c. 1. Vide per Fel. d. c. 1. de testi. cogen. ver. sed istud limitatur primò. nu. 4. col. prædicta. Item intellige, quòd si testis tacet veritatem, & iuratus tacuit, tenetur de falso tacendo, alias non. Vide Fel. d. c. 1. versic. secundò limita. nu. 5. col. 760.

Testis examinatus à notario, si in publicatione dicti facta, dixit se ita non dixisse, sicut notarius scripsit, cui magis credendum sit? do. Abb. c. ad audientiam. de præscr. 1. col. ver. & facit iste tex. dicit, quòd in causa ciuili creditur notario, & hoc verum, nisi notarius sit suspectus, vel testis sit multum notabilis persona. Idem tenet Spe. ti de teste. §. 1. ver. sed pone. & Ludo. Ro. l. 1. §. fi. vlt. col. ff. de ver. obli. & Fel. c. ad audientiam. de præsc. ver. ad aliud, quod tangit Abb. nu. 6 col. 251. Adde, quæ posui supra §. testis examinatus à notario solo.

Testis accusatur de falso, si contra eum producitur dictum suum & ille negat se, ita dixisse, do. Abb. c. ad audientiam. de præsc. 2. col. versi. & facit, dicit quòd non creditur scripturæ notarij, & sic dictum testis non sufficit ad condemnationem, quia potuerit esse, quòd non bene scripsit notarius, et dicit quod idem tenet Spec. tit. de instr. edi. § restat. ver. quid, Et idem tenet do. Car. c. sicut. il 1. de testi. in si. Adde & limita hoc, nisi iudex fuisset præsens cum notario in examinatione testium, quia tunc talis scriptura esset sufficiens ad condemnationem falsi. Ita Sali. l. si quis. C. de falsis. Flor. l. cum ætate. vlt. col. ff. de probatio. Adde Fel. d. c. ad audientiam. de præsc. versi item limita, nisi agatur. nu. 7. col. 251.

Testis, si est condemnatus de falso, ex sententia lata inter partes litigantes, per quam sententiam declaratur, quòd testes sunt falsi, talis sententia non nocet ipsis testibus. Bartol. l. denunciasse. §. queritur ff. de adult. & l. si verbis. C. de fid instru. Adde Fel. cap. 1. de excep. ver. item limita secundò. nume. 17. colum. 27.

Testis cuiobijcitur crimen, an possit replicare contra opponentem, quòd etiam ipse est criminosus, & an talis exceptio, seu replicatio debet admitti? do. Abb. d. cap. dilecti. de excep. penul. colum. ver. tertiò dicit, quòd gl. l. 3. ff. de testi. sentit, quòd sic, postea ipse tenet, quòd talis replicatio non debet admitti. Et idem tenet Barto. l. cum mulier. ff. solu. matr. Idem tenet glos. ca. testimonium. de testi. in glos. fin. & gl. 2. c. notificemus. 35. q. 6. Bald. in repe. l. cunctos populos. C. de summ. Trini. & fide Catho. 2. colum. Bald. Ange. & Imo. d. l. cum mulier. ff. solut. matrimo. Adde Felin. d. ca. dilecti. ver. ad tertium casum dictorum. nu. 8. col. 78.

Testis qui interrogatus de possidente, & respondit, q talis possedit, de qua possessione intelligatur loqui, iuris, aut facti? vide, quæ posui in litera P. § possidens si de possidente. Et adde, quòd talis probatio per testes inferat præsumptionem veræ possessionis. Vide d. §. possidens.

Testis inhabilis dictum sustentatur per testem habilem. Ita dicit Bald. l. si quis ex argentarijs. §. cogetur. ff. de eden. Angel. consil. suo 1. Sal. l. in bonæ fidei. 8. col. versicu. & per hoc facit. C. de reb. cred. Feli. c. tertio loco. de proba. ver. item dicit, quòd vnus notarius subscribens. numer. 9. colu. 362. par. 2. Adde tu, quòd Ful. l. 1. C. de testa. dicit, quòd illud dictum Bald. d. l ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden procedit, quando alij testes recepti fuissent, absque isto inhabili, alias sequeretur, quòd si in testamento essent sex testes, & septimus esset inhabilis, testamentum valeret, & quòd defectus illius septimi testis suppleretur per numerum aliorum, contra l. hac consultissima. verb. septem testibus ciuib. Romanis. C. de testa. Et sic Fulg. limitat dictum Bald. dict. leg. si quis ex argentarijs. §. cogentur. per supra dicta, quod no.

Testis dicto si statur de necessitate, vt puta quando testator in testamento suo dixit, & volo vt stetur dicto Titij circa voluntatem meam, an isto casu pars sit citanda? Vide Ban. l. Theopompus. ff. de dote præleg. 2. col. versi. item quæro, & Fel. c. 1. de testi. in 9. fallentia. num. 14. col. 497. par. 2. Adde do. Abba. d. c. 1. 6. col. ver. sed quæro.

Testi non creditur sine iuramento, etiam religioso. Vide, quæ posui in litera R. § religioso testi.

Testi solo non creditur in præiudicium alterius, imò Papa non posset dispensare, vt ei credatur. Tex. est c. iudicas. 3. quæst. 9. & Felin. capit. constitutus. de rescrip. versicu. vnde absolutè. nume. 16. col. 567.

Testem non idoneum iudex potest ex officio repellere, etiamsi pars nil opponat. Innocen. c. ut inquisitionis. de testib. Ludo. Roma. rub. de arbit. 10. colum. Anto. de But. c. bonæ. 31. de postu. præla. 7. col. Sequitur Fel. c. nulli. de accus. ver. not. ex glos. 1. quòd si accusatus. nu. 2. col. 688.

Testes an comprehendantur appellatione instrumentorum in statutis. Domi. Abb. rub. de fide instru. tenet, quòd non. Vide latè per Fel. in rub. de fi. instru. ver. secunda conclusio, propter communem vsum. nu. 2. col. 780. par. 2.

Testes in instrumento an debeant se subscribere, an verò sufficit, vt per notarium inscribantur? do. Abb. c. 1. de fid. instrum. 2. colum. ver. & aduerte. dicit, quòd sufficit, vt inscribantur per notarium, nisi consuetudo aliter seruaret. Adde Feli. c. 1. versic. item requiritur. descriptio testium. nu. 14. colu. 787. parte 2. Et ibi posui additionem.

Testes descripti in instrumento probant, etiam si non sunt rogati à partibus. Ita do. Abb. c. 1. de fid. instru. 3. colum. versic. an autem testes. Adde Felin. ver. testes autem descripti. nume. 16. col. prædicta.

Testes reprobati in causa principali, quia infames, poterunt recipi in causa appellationis, si sunt famæ restituti. Vide, quæ posui in litera A. § appellationis causa, in ea potest deduci.

Testes recepti in iudicio summario, etiamsi mortui sunt, non probant in plenario, quod secus est, si sunt recepti coram arbitro, quia si sunt mortui probant, vt est tex. cap. præsentata. de testi. & l. si. C. eod. Vide Fel. c. præsentata. versicul. limita quartò, seu declara. nu. 14. col. 727.

Testes quando possunt recipi parte non citata? Vide suprà §. testis examinatus parte non citata.

Testes quando debent iurare, an pars sit citanda peremptoriè, id est, triplici citatione? an verò vna sufficiat? Vide, quæ posui in litera C. § citatio, quæ sit.

Testes recipiuntur lite non conte. & parte non citata, & hoc, quãdo reus est potens, adeò quòd actor non audet eum cõuenire propter eius potentiam. Ita do. Abb. ca. quoniam frequenter. vt lite non contes. 9. colum. versi quintò quæro. & ibi dicit, quòd fuit dictum Hostien. Facit dictum Ioan. An. c. non minus. de immu. eccle. quòd vnica citatio sufficit, quando agitur de citando aduersario, qui est homo terribilis & potens. Idem tenet Feli. d. c. quoniam frequenter. (alias est §.) nu. 7. col. 301. parte 2. versi. no. perpetuo dictum Hostien. Adde an possunt testes examinari reo non citato propter eius potentiam? & hoc, quando testes sunt valetudinarij, vel sunt absentandi diuturna absentia? an verò in omni casu etiamsi non timetur de morte, vel absentia? Vide Felin. dicto capitul. quoniam frequenter. versicul. sed in proposito attende. nume. 8. parte 2. colum. 302. vbi tenet, quòd text. capitu. final. de testib. non habet locum, quando reus est potens, quia eo non citato testes poterunt examinari, reseruata ipsi reo exceptione contra personas, & dicta testium.

Testes si discordant in dicto suo in causa criminali, an sint reducendi ad concordiã, vt probent? & videtur dicendum, quòd nõ, quia probationes in criminali debent esse clarissimæ. l fin. C. de proba. Vide per Fel. c. cùm tu. de testi. versi. sed pulchrè dubitatur vltra alios. nu. 16 parte 2. col. 572.

Testes ex toto non integri, efficiuntur integri, si materia, super qua testificantur, aliter probari non possit, vt puta stetur dicto illorum de capitulo de gestis in eo. Adde, quòd istud ita demum verum est, quando ex natura facti alij testes adesse non possunt, in exemplo hic posito, videlicet de gestis in capitulo. Ita eleganter tenet Anton. de Butrig. & Imol. d. cap.

tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertio loco. de prob. Adde Feli. c. tertio loco. versi. in tex. ibi fratres ad perhibendum nu. 3. parte 2. col. 360.

Testes, si deponunt super facto non verisimili, nisi assignent causam dicti sui, etiam non interrogati, eis non creditur. Bal. l. sollā. C. de testi. Adde Fel. c. tertio loco. de prob. versi. & ex isto text. tuncta hic. nu. 4. col. 360.

Testes non possunt produci vltra tertiā productionem, nisi cum solennitate legali, de quo vide quæ posui in litera P. §. productio tertia testium, vbi habebis limitationes ad ista.

Testes non possunt amplius produci, vbi renunciatum est testibus, vel conclusum est in causa. Fallit hoc, quando aly venirent de nouo ad notitiam partis, quia bene possunt produci, quamuis esset renunciatum productioni vel esset conclusum, de quo vide quæ posui in litera P. § productio quarta testium.

Testes recepti in quarta productione, quæ fuit data sine solennitate legali, an valeant eorum attestationes. Vide, quæ posui in litera P. §. productio quarta.

Testes recepti post conclusionem in causa, eorum attestationes valeant, si non fuit appellatum. Do. de Rot. decis. 5. & do. Abb. ca. in causis. de testi. in fi. Adde Fel. d. c. in causis. ver. facit secundum do. Abb. quod no. Ro. nu. 5. par. 2. col. 566.

Testes post quam sunt publicati in causa principali, non possunt aly testes produci in causa appellationis super eisdem capitulis, vel directo contrarijs. dom. Abb. c. fraternitatis. de testi. versic. oppono vlterius. Et allegat pro decisione istius dubij clemen. 2. de testi. Quare dicit ibi, quòd est superfluum referre opi. Legistarum contrarias. Et idem tenet Bart. l. per hanc. C. de tempo. app. 1. col. versi. secundò est videndum. Adde, quòd decisio illius clem. debet seruari etiam in foro ciuili. Ita Ant. de Butr. & Imo. d. c. fraternitatis. & Pe. de Ancha. in repet. c. 1. de consti. 16. col. ver. vltimo non omitto. Vide per Fel. d. c. fraternitatis, ver. in gloss. verbo, nouis. nu. 3. col. 575. par. 2. Adde, quòd Bal. l. eos. §. si quid autem. C. de app. tenet, quòd cle. 2. non est seruanda in foro ciuili per rationes quas ibi ponit. Et idem tenet Ange. l. per hanc. C. de tempo. appel. & Bald. ibi, de quo pasu vide Felin. d. c. fraternitatis. versic. sed contrarium, quòd imo. nu. 4. col. 576.

*Testes post quam sunt publicati in causa prncipali, impediūt productionem aliorum testium super eisdem articulis, vel directò contrarijs, tam in causa principali, quàm in causa appellationis, & ista est reg. Adde, quòd ista regu. fallit in multis casibus, quos enumerat dom. Abb. c. fraternitatis. de testi. 3. colu. versic. sed pro declaratione. & inter illos casus, ponit vnum videlicet quando dicta testium nulla, sunt publicata, quia poterunt aly testes produci super eisdem articulis, tam in causa principali, quàm in causa appellationis. Ita do. Abb. d. cap. fraternitatis. 4. colum versi. 23. in casu cap. causam. & est gloss. de hoc. clem. 2. de testi. verbo, rite. & Dom. de Ro. decis. 374. incip. Item si ad instantiam. Barto. auth. qui semel. de proba. versi. quæro, quid, vlt. col. & l. qui per salutem. in fin. ff. de iureiuran. Adde Fel. d. cap fraternitatis. versicul. primo igitur. col. 576. nu. 5. Item fallit ista regula, quia possunt produci testes iteratò, post publicationem, quòd hoc, quando partes consentiūt, do. Abba. d. c. fraternitatis versicu. 14. Ibi Feli. versicul. secundò, in quantum dicunt Docto. nume. 6. colum. 577. Item fallit ista regula, quando testes sunt examinati in causa principali, & dixissent super articulis, se nihil scire, quia isto casu possunt noui testes produci in causa appellationis super eisdem articulis, vel directo contrarijs. Bal. c. 1. § si enim, quid sit inuesti. Adde Felin. idem tenentem d. capi. fraternitatis. versicul. sed vltra ipsos, nume. 7. colum 58. par. 2. Item fallit ista reg. in testib. qui deponunt de peritia artis, quia poterunt post didicita testificata aly testes produci, quia si retractetur sententia eorum, multò plus dicta testium, de quo vide Felin. d. capit. fraternitatis. de testib. ver. item limita, nisi fuissent numer. 8. column. prædicta. Et de hoc vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata ad dicta peritorum. Item fallit ista regula. vbi perit instantia, puta de iure Canonico propter petitionem ineptam, capitu. examinata. de iudic. & de iure ciuili propter lapsum trienij. leg properandum. C. de iudic. quia post publicationem testium poterunt aly testes produci super eisdem articulis, tam in causa principali, quàm in causa appellationis, domin. Abb. d. capitul. fraternitatis. 3. colum. versicu. quartò, vbi periit. Et idem tenet Feli. ibi. versi. item limita, nisi in diuersa instantia. nume. 9. colum. 588. Adde tu pro declaratione istius passus, vbi dubitatur, vtrum peremptæ instantia per lapsum temporis limitata de iure communi, iuxta l. properandum. C. de iudic. vel limitata ex forma statuti, quo casu est eadem instantia iuris communis restricta per statutum loci, vt not. Bald. leg. contractibus. §. illo. C. de non num. pecu. & quod not. Pau. de Cast. l. cùm potest. ff. quando actio. de pec. est anna. Salic. & Doctor. d. l. properandum. an princip si instantia renouatur, an possint produci aly testes, non obst. quòd in prima instantia esset publicatus processus, & didicita essent testificata? & certè sic. Ita dicit Petr. de Ancho. clemen. 2. de testi. 3. fallentia. Ioan. Andr. c. fraternitatis. in fin. Idem tenet domi. Abb. vt dixi, ibi, & do. Card. d. clemen. 2. 3. q. Et ista est communis opin. a qua in iudicando non est recedendum. Adde tamen, quòd dom. Alexā. consi. suo 61. 4. column. videtur tenere contrarium, tamen non multum clare, neque alleg. prædictos Doctores, ideo tene primam opi. quia communis. Et in quantum dico, q̄ do. Cardi. d. cle. 2. tenet, q̄ in secunda instantia admittuntur testes, hoc non est verū, sed bene dicit, quòd communiter Scribentes ita tenent d. c. fraternitatis. & sic probat, q̄ sit communis opi. tamen ipse tenet contrarium. Vnde in practica credo, q̄ vix poteris obtinere, q̄ in secunda instantia admittantur testes post publicationē testium. Tamen probabis, quia si consuetudo erit, obtinebis. Itē limita istam regulam, quia post publicationem super eisdē capitā in causa principali, quàm in causa app. tertius cōparens pro suo interesse, poterit producere testes. Spe. ti. de teste. § satis. ver. quid si à snia. tamē ibi concludit, hoc esse verum, si ignorabat causam ad se spectantem agi. Vide per Fel. d. c. fraternita. ver. item limita, nisi esset tertius volens. nu. 10. colum. 581. Multas alias limitationes ad istam reg. habes, quas ponit Feli. d. c. fraternitatis. colum. prædict. & sequen.

Testes post quam sunt publicati, an aly testes possint produci? Vide, quæ posui in litera P. § publicatio sola.

Testes quando sint compellendi ferre testimonium, tam de iure canonico, quàm ciuili? & hoc in causa criminali, quàm ciuili? Vide do. Abb. c. pe. de testi. cog. 3. col. ver. & omnia prædicta. & 4. col. ver. vnde puto. Et in istis locis concludit ipse, q̄ tam in ciuili, q̄ in criminali, et tā de iure canonico, quā ciuili, testes cōpelluntur ferre testimoniū, & hoc, quando veritas aliter haberi non pōt. Fallit in clerico, quia etsi veritas aliter haberi non pōt, non cōpellitur in causa sanguinis, in causa verò ciuili, si aliter veritas haberi pōt, testes non compelluntur de iure canoni. secus est de iuro ciuili, quia in compulsione testiū inter causas ciuiles, & criminales, de iure ciuili nō fit distinctio. Ita do. Ab. d. c. pe. locis præal. & c. super eo. de test. cog. 1. col. ver. no. ibi, passim. Itē fallit hoc in personis priuileglatis, de quibus. 4. q. 3. § Itē leg. Iulia. quia non compelluntur ad testificandum, nisi in subsidium. Ita do. Abb. locis pal. Si tamen pars subtraxit testes malitiosè, ne testificarentur in omni casu, ipsi testes cōpelluntur et iam de iure canonico, dom. Abb. d. c. pe. in fi. Adde ad ista Fel. d. c. pe. ver. in eadem gl. in fin. nu. 3. col. 776. parte 2. vbi dicit, quòd tā de iure canonico, quàm ciuili, etiam si aliter veritas haberi nō potest in causa criminali, an testes sunt compellendi, q̄ stud erit in arbitrio iudicis propter periculum ipsius testis.

Testes duo in actibus grauissimi præiudicij faciunt plenam fidem seu probationem. Ita dom. Abb. c. quoties. de testi. 1. no. facit glo. c. præluſ. 2. q. 4. quæ dicit, quòd duo testes sufficiunt ad probandum crimen contra Papam. Idem tenet Fel. d. c. quoties. 1. ver. nu. 1. col. 510. par. 2. Adde tu, quòd Ang. Auth. quomodo oportet episcopos. § quanta. versi. not. dicit, quòd duo testes non sufficiunt ad probandum, quòd quis sit bonæ famæ & opinionis, & hoc, quando à lege, vel statuto requiritur, & econuerso etiā duo testes non sufficiunt ad probandum, quòd quis, sit malæ famæ & opinionis, quod notabis pro limitatione tex. d. capi. quoties. de testib.

Testes citati, vt veniant ad testificandum, si non veniunt, aut se non excusant, tunc est præsumpta malitia contra eos, & sic possunt compelli, quod intellige in causa ciuili, secus est in criminali, quia non præsumitur malitia. Ita Fel. c. pe. de testib. cogen. in prin. nu. 1. par. 2. col. 775.

Testes citati ad iurandum ad diem non iuridicā, si ponunt die sequenti iuridica, parte non præsente, nō valet receptio. Ita do. de Ro. deci. 167. inci. Item si testis. in nouissimis. Fe. idem tenet de testi. c. in nomine Domini. ver. vlti. scias. nu. 37. co. 504. par. 2.

Testes, qui sunt examinati, non seruata forma c. in nomine Domini. de testi. poterunt iterum examinari super eisdem capitulis, etiam post publicationem attestationum. Do. de Ro. decis. 394. Item si ad instantiam in nouissimis. Adde Felin. ca. in nomine Domini. ver. prædi. col. prædicta.

Testes an possint produci post lapsum terminum datum ad probā dum, etiam si res est integra. Doctores fuerunt varij in quæstione ista. Tu vide aliquid per do. Abb. c. licet. de prob. 7. colum. ver. quinto & vltimo casu. Adde, quòd glo. clem. sæpe. de verb. non obstante, tenet, quòd testes possunt produci post lapsum terminum datum ad probandum, & hoc, si res est integra, & inssaduersarij sit illæsum. Et idem tenet Cyn. l. ea. C. qui accus. non pos. & ibi Bal. Inn. c. cùm in tua. in fi. qui ma. accu. pos. Salic. l. si ea. C. qui accus. non pos. 2. col. ver. redeo ad glo. Do. de Ro. cōclusio. 192. incip. Aliquis dat articulos. in nouis. Adde Feli. d. ca. licèt. ver. tangunt etiam hic do. Anto. nu. 15 parte 2. colum. 484. vbi plene de hoc. Limita istam conclusionem, quando terminus esset datus ad probandas exceptiones dilatorias, quia ex quo sunt modici præiudicij, post terminum non possunt admitti. Ita Fel. d. c. licèt in ver. limita secūdo, nisi esset datus terminus. nu. 16. col. 423. Item limita, quando esset datus terminus à lege, vel statuto. ad probandum, vel excipiendum, quia post terminum non auditur, qui vult producere testes. Innoce. d. c. cùm in tua. qui ma. accus. non pos. Fel. d. c. licet. de prob. versi. limita tertiò, nisi terminus. col. ead. nu. 17. Adde tamen, quòd contrariam partem, videlicet, quòd elapso termino etiam re integra testes post terminum peremptorium non possunt produci, tenuit Arch. c. indicante. 30. q. 5. Spec. ti. de dila. § videndum. ver. quid si datus. Bar. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. & Bart. l. admonendi. ff. de iureiuran. 2. colum. ver. & ex hac notabili, do. Abb. c. cùm dilectus. de fid. instr. 2. colum. ver. nunc quæro. Adde Fel. d. c. licet. de prob. ver. sed aduerte, quia contrariam, nume. 18. col. ead. vbi adducit multa ad hanc difficultatem, & finaliter tenet istam secundam opi. quam post a limitat sedecim modis, quos vide per te latissime. Adde, quòd istam opi. Bar. d. l. admonendi. tenuit Bald. Sal. Eulg. ibi, & Bal. ibi, & Bald. l. 4. q. C. de condict. ande. & dicit ibi, quòd ista habet locum in ciuilibus, sed in criminalibus tenet, quòd possunt produci testes & instrumenta, & aliæ probationes, quandocunque. Adde Bar. ad hoc. l. diui fratres. ff. de pœnis. & l. vnius. §. cogi tauerim. ff. de quæstio. Ioan. An. c. cùm dilectus. de cau. poss. & propri. do. Alex. tenet etiam opinio. Barto. d. l. admonendi. 6. colum. sed cum limitatione, videlicet quòd si quis vult post terminum producere testes, vel instrumenta de nouo reperta, petat restitutionem in integrum. Adde, quòd contra istam doctrinā do. Alex. est theorica in c. cùm venissent. de testi. vbi clare dicit, quòd iudex potest admittere instrumenta de nouo reperta sine restitutione. Et idem tenet Paul. de Castr. l. oratione. ff. de fer. Tu tamen considera, quia pulcher passus & quotidianus.

Testes an possunt recipi post didicita testificata, in causa matrimonij contrahendi. sicut in iam contracto, vt c. series. de testi. gl. tenet, q̄ non, c. iurauit. de prob. gl. 1. 2. no. ibi Bal. adde Fel. d. c. iurauit. ver. gl. 1. in fi. nu. 2. par. 2. col. 363.

Testes si non iurant dicere veritatem super tota causa, an iudex debet eos recipere? Vide Fel. c. per tuas. de testi. ver. item in quantum dicit Inn. nu. 4. parte 2. col. 722.

Testes an sint examinandi iterum post didicita testificat, ex officio iudicis? Vide, quæ posui in litera I. §. index. vtrum.

Testes possunt examinari per iudicem incompetentem, & valent dicta eorum, & hoc, vbi periculum est in mora. Ita Bar. l. 2. C. de nauſ. li. 9. & Lu. Ro. l. si vero. §. de viro. 54. fallentia. ff. solu. matrimo.

Testes possunt produci post quam sunt didicita testificata, & hoc, quando mista est probatio, de quo vide, quæ posui in litera P. § probatio mista.

*Testes, si sunt producti in termino, & iurati, an possunt examinari post lapsum terminum. Ista est ardua quæst. quam tangunt Doctores cap. licèt. de proba. Inuenio, quòd Dom. de Rot. decisio 1520. inci. Item licet. in nouis, dicunt quòd possunt examinari post lapsum terminum, dum modò in termino iurauerint, & hoc etiamsi pars non fecerit diligentiam circa examinationē in termino. Et idem tenet Sal. l. si quando. C. de testi. 3. colum. ver. quæro nunc. Et idem tenet Io. And. in Specu. tit. de teste. §. qualiter. versi. his quoque, in fi. Est verum, quòd Bar. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. tenet, quòd si pars fuit negligens in solicitando iudicem pro examinatione testium, quòd elapso termino non sunt examinandi, etiamsi in termino iurauerint. Et istam opin. Barto. videtur sequi do. Abb. d. c. licet. 6. col. versic. vlteriùs. Adde Feli. d. c. licèt. ver. limita decimo sexiò & vltimo. nu. 19. col. 427. parte 2. vbi dicit, quòd opi. Ioan. Andr. & Sal. est communis & vera, & ibi adducit alios Doctores tenentes istam opinio. quam etiam ipse tenet per multas rationes, quas poteris videre. Adde, quòd ista communis opin. fallit in aliquibus casibus, & primo, quando terminus est statutus à lege ad probandum, quia intelligitur de probatione integra. Bal. sing. in rubr. C. si ex fal. instru. Barto. cap. in nomine Domini. de testi. vbi dicit, quod illud, quòd dicitur, testes possunt examinari post dilationem, intelligitur in dilatione arbitraria data à iudice, secus in dilatione determinata à iure. Et idem tenet Felin. d. c. licèt. ver. primus casus est, quando terminus. nu. 20. colum. 428. Item fallit ista conclusio, vbi iudex astrinxisset partes ad probandum intra tot dies, quia intelligitur de perfecta probatione, de quo vide Felin. d. c. licèt. ver. secundus casus est, nume. 21. colum. ead. Fallit etiam, vbi datus est terminus ad probandum, & probatum habendum, quia non sufficit, quod testes in termino iurauerint. sed oportet, quod etiam in termino sint examinati, & sic post terminum non sunt examinandi. Ioan. And. in Specu. titul. de teste. §. qualiter. versi. his quoque. Io. And. c. pia. de excep. in 6. do. Abb. d. c. licèt. de probat. 7. col. ver. quarto casu. Vide per Feli. ver. tertius casus. nu. 22. col. prædicta. Fallit etiam ista conclusio, quando datus est terminus ad probandum & probatum per omne genus probationis, quia tūc testes non possunt examinari post terminum datum, etiam si iurauerint in termino. do. Abb. d. c. licèt. col. 7. versi. quinto & vltimo casu. Idem tenet Feli. ibi, ver. quartus casus. nu. 23. col. ead. Et circa istam materiam, vide multa alia ibi per Felin. col. prædicta: & seq.

Testes vario modo loquentes, auferunt verum intellectum suarum depositionum. Felin. in proœmio Decret. al. nume. 1. in princip. glo. colum. 1.

Testes deponentes sibi extortas esse vsuras, non probant quem vsurarium. Fel. de testi. c. personas. nu. 2. col. 597.

Testes si non sunt publicati in prima instantia, an sententia sit nulla? Vide per Feli. c. licèt. de proba. ver. fallit secundo, nisi testes nu. 26. col. 430. parte 2.

Testes si concordant in dicto, licèt discordent in causa eorum dicta valent. Specu. in ti. de teste. §. iam de interrogatorys. versi. hic est Bal. l. 1. 6. colum. C. de testa. Anto de Bu. c. quoniam. 3. col. de offi. ord. Adde Feli. c. cùm tu. de testi. ver. sexto no. quòd nu. 14. col. 572. parte P.

Testes plures, si contradicunt pluribus, & sunt inæquales, fit concordia, vt euitent periurium, non vt probent, & ratio est, quia statur pluribus & dignioribus. gl. c. cùm contingat. verbo, veri usque partis. de offic. deleg. Et idem tenet Bar. l. 2. §. pe. in fi. & l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. ver. fallit ratione. Adde, quòd in contrarium est veritas, quia imò si sunt reducti ad concordiā, non solum euitant periurium, sed etiam probant, quod tenuit gl. 4. q. 4. § si testes. & domi. Abb. c. cùm tu. de testi. 2. col. versi. si autem alia pars haberet. Adde Fel. d. c. cùm tu. versi. seq. vbi latè prosequitur materiam istam. Adde, quòd ista conclusio procedit, siue testes producantur ab eadem parte, siue ab vtraque. & variant testes vnius partis cum testibus alterius, de quo vide Fel. c. cùm tu. de testi. ver. & procedit ista conclusio. num. 8. col. 569. parte 3. Et vide in materia ista, quæ posui supra §. testes vtriusque partis.

Testes producti ab vna parte si discordant inter se, debent reduci ad concordiam, vt supra §. testis vnus. Tamen si dicta testium discordarent cum confessione producentis, puta quia dicta testium non concluderent intentum partis, tunc non fit concordia inter dicta testium & confessionem producentis, domi. Abb. c. cùm tu. de testi. versi. aduerte tamen. Barto. & Pau. de Cast. l. 2. §. creditum. ff. si cer. pe. dom. Abb. cap. Ioannes. de fid. instrumen. vlt. nota. Adde Fel. d. cap. cùm tu. versi. quinta. conclusio. nume. 9. colum. 569. & versi. secundo aduerte. num. 11. colum. 648.

Testes an possint repeti post publicationem, quando proceditur per viam inquisitionis? Vide do. Abb. c. cum clamor. de testi. 2. colu. ver. extra gl. vbi facit vnā distinctionem, quòd aut iudex proce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit ex officio suo, aut est alius executor. Adde Felin.d. capitul. cum clamor.ver. an autem ad instantiam prosequentis. nu. 4. parte 2.colum.733.

Testes an sint recipiendi,etiam si oppositiones contra eos sunt proposita? an verò dictæ oppositiones sint prius probandæ? Vide, quæ posui in litera E.§.exceptiones contra testes.

Testes,qui sunt recipiendi,si ad iudicem commodè venire non possunt,debet ad eos iudex mittere examinatorem,& sunt istæ personæ enumeratæ in tex.c.si qui testium. de testi. videlicet valetudinarij,senes,debiles,& pauperes,& sic sunt quatuor genera personarum, quæ non possunt cohiberi ferre testimonium in iudicio,sed iudex debet ire ad domum eorum,vel mittere. Adde quintum genus,videlicet mulierem, quæ etiam non cohibetur. Tex.est capi.mulieres. de iudic. in 6. Adde, quòd istud ita demum verum est, quando persona hic enumerata non possunt commodè accedere ad iudicem, secus si commodè,domi.de Ro. concluſi.28.incip.Item quòd senex.in nouissimis. Et intellige cõmodè absque dedecore, quia non dicitur commodè fieri, quod cum rubore fit,l.in eadem causa.ff.ex qui cau.maio. Adde Felidem tenentem.d.c.si qui testium.de testi.in princip.nume. 1. colum.530. parte 2. Item in causa criminali iudex non debet mittere examinatorem ad domum istarum personarum, sed debent personaliter accedere,c.2.de iudic.in 6.& ibi gloss.verbo,iure.Et ita tenet domi.Abb.d.capi.si qui testium, 1.colum. versic.si autem talis.& ibi Felin.in princip.numer.2.columnprædicta.Quod limita tamen duobus modis, primo, si iudex esset in dignitate,quia substituet alium, d.capitul. 2. de iudic. in 6 Limita etiam,quando testes essent extra territorium iudicantis,quia scribet iudici illius loci,vt eos recipiat.Ita Bald.d. c.si qui testium.de quo vide ibi Fel.in princip.col.vt supra. Et idem tenet domi.Abb.1.col.

Testes quando deponunt debent iurare quinque capitula, super quibus præstant iuramentum.Ioan.Andr.ca.fraternitatis.de testi. addit sextum, videlicet quod ipse testis tenebit secretum dictum suum vsque ad publicationem. Et istam opinio. Ioann. An.tenuit do.Abb.cap.fraternitatis.vlt.colum.versic.venio nunc.& etiam omnes ibi sequuntur,latè Spe.titul.de teste.§.sequitur.Barto.l.presbyteri. 1.colum.versic.quarò no.C.de episc. & cle.Adde Fel.d.cap.fraternitatis.vers.in glo.fina.in fi.nu. 12.parte 2.col.584.

Testes producti ab vna parte,si sunt contrarij, an talis contrarietas vitiet?Vide quæ posui in lit.C.§.contrarietas in testib.

Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, etiam non publicati,faciunt fidem.Vide S.§.testes examinati,si attestationes.

Testes recepti inter alias personas,si sunt mortui,faciunt semiplenam probationem,quo ad alias personas tertias,de quo passu vide quæ posui in litera A.§ acta inter alias personas.

Testes postquam sunt publicati in causa matrimoniali, alij testes possunt produci,etiam testificatis didicitis,do.Abb.ca.series.de testi.2.col.ver.quartus intellectus.Adde Fel.d.c.series.versic. in gl.fi.in fi.nu.5.parte 2.col.616.

Testes rei & actoris si sunt discordes.eo quia contraria deponunt, propter hoc non tollitur eorum fides,sed statur dignioribus,honestioribus,& melioris famæ, & etiam deponentibus credibiliora,cæteris paribus statur numero,puta, quòd tã actor,quàm reus bene probauit,adeo quòd sunt pares in probatione, secundò actor habet plures testes, quàm reus, eo tunc stabitur testibus actoris. Vide do.Abb.c.in nostra.de testi.2.nota.& Feli.ibi. in prin.nu.1.parte 2.col.639.

Testes illi præferuntur alijs testibus in causa,& hoc,quando testes deponunt in fauorem illius causæ,pro qua lata est sententia, de quo vide latè per Fel c.in nostra.de testi. ver. præferuntur etiã in omni causa.nu.2.col.641.

Testes præferuntur alijs testibus quando deponunt verisimiliora, d.Abb.c.in nostra.de testi.2.no.& ibi Fel. versi. præferuntur etiam dicentes,col.prædicta.Adde,quòd illi testes dicuntur deponere verisimiliora,quando deponunt consona iuri communi. Inn.c auditis.de præscr.& do.Abb.loco prædalle.Pet.de Ancha. c.1.de præscrip in 6.Adde Fel.d.c.in nostra.ver. præferuntur etiam nu 3.col.639.

Testes affirmantes aliquid,etiamsi essent, nisi duo, præferuntur centum negantibus,do.Abb.c.in nostra.de testi. in fi. Innocen. & Imo.c.super eo.de renun.Bald.rub.C. si quis aliquem prohibet.& in consil schisma.Ioan.And.regula sine possessione.4.q. de reg.iur.in 6.Adde Felin.d.c.in nostra,versic. præferuntur etiam testes.nu.4.col.640.par.2.ista concl. fallit.ibi plures testes,& meliores,negarent.& adducerent bonam rationem,cõsonam sensui,de quo vide Barto.l.diem proferre.§.si plures.ff. de arbi.& Fel.d.c.in nostra.ver.fallit istud primò.num.5.columm.640.Item fallit ista conclusio quia testes negantes,præferuntur affirmantibus,& hoc,quando volunt probare negatiuã per sensum corporis,puta,quia negant equum morbosum, vel quod res sit vitiosa,vel quòd talis sit furiosus. Vide Felin.d.c.in nostra.ver.fallit secundò,nisi etiam.colu.prædi. Item fallit ista conclusio, quando testes negantes probant negatiuam loco & tempore,quia isto casu præferuntur testibus affirmantibus. do. Abb.d.c.in nostra in fin.Bal.l.cùm hi.§.si integra.ff.de transdo.Abb.& Anto.de Bu.c.bone.il 1.de elect.Fel.d.c.in nostra. ver.fallit tertiò,nisi etiam data paritate.nu.7.col.ead. Adde tamen Bar.l.2.circa fi.C.de rescind. vend. vbi videtur sentire cõtra,de quo vide Fel.d.c.in nostra.ver prædicto.col. vt supra. Adde ad ista,quæ posui infra §. testibus negantibus, quia illa veniunt ad declarationem istorum.

Testes,qui reddunt causam dicti sui,etiam vbi nõ requiritur præferuntur alijs non reddentib.Bald.l.presbyteri.C.de episco.& cle.Fel.c.in nostra.de testi.ver.& præferuntur causam.numer. 10.colum.641.

Testes nobiles etiam pauci,præferuntur multis rusticis,l.3.ff.de testi.Fel.c.in nostra.de testi.ver.& pferutur pauci.n.11.col.pd.

Testes masculi præferuntur fœminis.Bal.l.1.ff.de sent.Fel.ca.in nostra.de testi.ver.prædicto.col.ead.

Testes vicini præferantur non vicinis in probanda possessione.Bal. c.1.§.si res.de pace tenen.Feli.c.nostra.de testi. ver.& præferuntur testes vicini.nu.12.col.vt supra.

Testes descripti in instrumẽto,an ad validitatẽ instrumẽti requiritur necessario,vt ipsi testes cognoscant partes contrahentes?Vide dom.Abb.c.cùm causam.de testi.6.col.ver. tertiò hæc glossquærit.qui finaliter dicit,quòd non requiritur, vt testes cognoscant partes,quo ad notitiam antiquam,sed bene debent cognoscere ad minus tempore contractus,de quo vide Felin.d.c.cum causam.versic.in eadem gloss.nume.11.col.670.& vide in simili,quæ posui supra §.testis an debeat cognoscere eos.

Testes interrogati à iudice de loco & tempore,si discordant de tẽpore & loco,dictum eorum non valet,& hoc habet locum,vbi actus non est iterabilis,vt puta homicidium,& secus est,vbi actus est iterabilis,puta adulterium.Ita do.Abb.c.cum causam. de testi.7.col.ver.venio ad gl.Adde Fel.ibi.ver.in glo.in verbo,tempore.nu.12.parte 2 col.671.

Testes recepti in vna causa ad certum effectum, puta, vt probent summarie,partes communi consensu possunt approbare illos testes & facere,vt probent in aliam causam plenarie, vbi alias non probarent,do.Abb.c.veniens.il 3.de testi.5.no.Adde Feli.ibi.ver in tex.ibi quæsit nu.3.parte 2.col.677.

Testes examinati in iudicio summario, non faciunt fidem in iudicio plenario,ad fauorem producentis,vt propter hoc possit habere pro eo sententiam, sed bene faciunt fidem ad probandum dictum suum, si contrartum dicunt in plenario. Ita domi. Abb.c.veniens.2.de testi.6.colum.versicu.sed vult glo. Idem tenet Bartol.l.eos.ff.de falsis,1.colum versi.tamen dicta vnius testis.Adde Felin.in q.ista,d.c.veniens.2.vers.in ea.glo.ibi, non credo valere.nu.20.col.685.par.2.Et vide in hoc proposito ea,quæ posui supra.§.testis,qui deponit in vno iudicio,vbi habetur,quod semper primo dicto testis credtur,& facit fidem cõtra ipsum testem.

Testes alias inhabiles admittuntur in materia, quæ de sui natura nota est solum ipsis testib.Tex.est.c.veniens.2.de testibus.in fi. & tex.cum gl.c.cum dilecti de elec.vbi gl.in verbo,tres.Vide Bar.l.quidam relegatus.in prin.ff.de reb. dub.& Frid.de Senis.consi.suo 1020 incip.Nullum dubium & consilium. Cald. consi.25.incip.Testator habens filios.Vide Felin.d.c. veniens. ver,in glo.fi.in prin.col.685.nu.21.& vide supra §.testes ex toto.& supra §.testes,& sic illi,qui sunt de vniuersitate.

Testes in causa ciuili debent recipi per iudicem, & non debet cõmitti examinatio eorum alteri, & ista est vera conclusio. Bald.cap.si qui testium.de testib.domi.Abb.c.cum causam. de testib.10.colum.versic. aut causa est ciuilis, vbi dicit, quòd statur consuetudini, de quo loco sunt vocandi. Vide Felin.dicto capitul. cum causam.versicul.secunda conclusio, etiam in causa ciuili.nu.27.par.2.col.674.Adde,quòd ista conclusio fallit,vbi periculum esset in mora, quia non solum posset committi aleri examinatio testium, sed etiam iudex alias incompetens,posset examinare testes.Ita Bar.l.admonendi.8.column. ff.de iureiu.vbi.si. quid si dictum testis,quem sequitur Felin.d. cap.causam.versic.fallit primò,nisi occurrisset casus.nume.27. colum.674.Item fallit ista conclusio, quando iudex committeret examinationem testium notario suo,quia valet,dom.Abb. c.cum causam.in fin.Bald.l.hac consultissima.§.si.C. qui test. fac.pos.Salice.authen.apud eloquentissimum.C.de fid.instrum. 1.colum.versic.sed iuxta prædicta.Vide Feli.d.c.cum causam. ver.fallit secundò,nisi iudex.nume.28.colum.prædicta,quamuis contrarium teneat gl.& Bal.d.authẽ.apud eloquentissimũ. & Bal.authen.sed iudex.C.de episcop.& cler.Bartol.l.videamus.§.deferre.ff.de in lit.iur.& Bald.cap.1.§.sacramenta.de pace iura firm.Tamen tene,quod supra dixi,videlicet quòd iudex potest examinationem testium committere notario. Casus est cle.1.de offic.delegat.& capit.3.de iudi.in 6. Adde Feli. latè in hoc articulo,d.cap.cùm causam.vers.est tamen verum, quòd contrarium nume.29.colum.794. Item fallit ista conclusio,vbi testes multum distarent à loco iudicij, quia potest iudex committere examinationem testium alteri,domi.Abb d.capit. cùm causam.10.col.vers.si verò.in hoc.Spec.tit.de teste.§.qualiter.ver.scribit.& versic potest etiam.Archid.capit.testes.in princip.2.q.7.do.Cardi.d.clemen.1.de offic.deleg.9 q.Vide Felin in q.ista d.c.cum causam.ver.fallit quinto,nisi testes. nume. 24.col.674.Et dic,q ista procedunt, dum modo testes sint alterius ciuitatis habitatores,& hodie non quæritur,quòd sint alterius prouincia,sed solum ciuitatis.Ita do.Abb.c.cum causam. 10.col.ver.adnerte tamen,& sequitur ibi Feli ver.& ista procedunt,sine testes.nu.31.col.675.

Testes non sunt reprobandi in causa summaria, neq; circa personam neq;circa dicta,de quo vide quæ posui in litera T.§. tertius comparens pro suo interesse ad finem,vt impediat.

Testes recepti ad perpetuam rei memoriam,non interrumpũt præscriptionem,de quo vide per Feli.c.illud.de præscrip.versic.decimatertia conclusio.nu.17.col.219.

